tebat ſibi,quia tunc currit,vt l.cũ quidā.ff.de bon.poſ.& ſi ꝑ ca-
lũniosè petere vr̃,ex quo ſuccũbit.ff.de admi.tu.l.tutor vel cu-
rator. niſi aliás de bona fide appareat,arg.ff.eo.l.qui teſtamēto.
§.ſi. Sed quid ſi primo caſu ignorauit ſibi ius competere, vr̃ ꝙ
debeat admitti,non obſtante lapſu temporis.ff.de pæt.hęr. l.Lu
cius. & ita vr̃ , ꝙ hoc caſu debeat admitti poſt quinquaginta
dies,vt no.in ſimili.C.de excep.l.pręſcriptiones.& extra de ex
cep. ca. paſtoralis. ſed hoc non vr̃ verum in caſu huius §. quia
fortè de nouo eſſet accuſatio nata,poſt lapſum tp̃is non poſſet
proponi,& hoc totum fauore pupilli,aliás deberet admitti,ſi-
5 ue tp̃s eſſet præfixum a l.ſiue ab homine. ¶†Quid autem ſi plu-
res excuſationes propoſuit,& unam tm̃ probauit? dic ꝙ ſuffi-
cit,ſi proteſtatus eſt, ꝙ ſe non arctauit ad probandum, niſi ne-
ceſſaria, de quo in c. licet cauſam, extra de prob. & plenè per
gl.in l.circa.ff.de prob.& plenè per Bar.& Imo.in l.diuus. ff.de
re iud. Vel ēt fortè poſſes dicere, quamuis non appoſuerit di-
ctam clauſulam,quia non poteſt dici reus, ꝙ ſufficit, ſi proba-
uerit unam cauſam excuſationis, arg.no.in l.circa.ff.de proba.
& facit l.3.ff.de appel.& quod ibi per gl.& doc.& ibi ſcripſi.&
facit gl.& ibi Bar.in l.ſi qs ad exhib. ff.de excep.rei iud.cogni.

SVMMARIVM.

1 *Tempus utile, quando currere incipiat.*
2 *Tutores quod tempus habeant ad peragendum cauſas excuſationis a tutela, & ad finem perducant.*
3 *Receptans bannitum quem publicè bannitum ſciebat, an poſſit ſe de ignorantia excuſare.*
4 *Excuſatio tutoris, an ſit in ſcriptis proponenda.*

Qui autem excuſare. Conſtitutus intra centeſimũ
lapidē hēt quinquaginta dies
ad proponendum excuſationes a die ſcientiæ. Cõſtitutus verò
vltra,habet unam diętam pro quolibet 20. miliari , & 30. dũ-
modo non ſint pauciores quinquaginta.h.d. ¶No.ꝙ a nomina
tione a munere publico non appellatur.¶No.ꝙ nominatus ad
munus publicum habet facultatem ſe excuſandi,dummodò in
tra quinquaginta dies proponat excuſationem.¶No.ꝙ tp̃s ꝑfi-
1 xum ad excuſandum eſt continuũ. ¶†No.ibi,ex quo cognoue-
rit.ꝙ tp̃s licèt ſit cõtinuum ā l.vel ab homine,alicui ſtatutum,
currere incipit a die ſcientiæ , & ſic a principio , & ſic quò ad
quid dr̃ eſſe tp̃s utile,vt a die ſcientiæ incipiat,& quo adᶜ proſe
cutionem dr̃ eſſe continuum. facit q̃d hr̃ , & quod ibi ſcripſi ,
& ibi gl.in l.2.§.dies.ff.quando ap.ſit.Quod facit ad id ꝙ dr̃,ꝙ
ſi dantur 10. dies ad appellandum a die latę ſniæ , ſupple , &
2 ſcientię,ᵃ vt hic.ita ēt dicit gl.in auc.hodie.C.de app & optimè
facit gl.in c.concertationi.extra de app in 6.Qualis debeat eſſe
talis ſciētia?dic ut ibi,& diai in §.dies. ¶No. ibi, qualeſcunque
fuerint dati.ꝙ omnis tutor,& teſtamentarius, & legitimus, &
datiuus põt ſe excuſare.¶No.ꝙ dietæ computant a 20. milia-
ri.cõcor.l.1.ff.ſi quis cau.& quod ibi no.¶No.ibi,amplius 30.
ꝙ non tm̃ datur tp̃s, quo poſſit ad locum veroſimiliter perue-
niri,ſed ēt longius tp̃s datur, vt poſſit aduocatos, ꝓcuratores,
& alia concedere,& præparare. ¶No. ex ſi. ꝙ inductum ad di-
minutionem non debet producere augmentum. facit l. legata
inutiliter.ff.de le.1.& ꝙ ibi per Bar.& doc.¶In gl.appellãt.ibi,
§.ſi quis tutor. ille §.ſoluit cõtrarium, & quare magis appellatur a
munere publico authoritate & utilitate, quám a tutela, ponit
Cy.Bal.Sal.& alij in l.hi qui ad ciuilia C.de appel.ſed Bar.in d.
§.ſi quis tutor.dicit,ꝙ ideo a nominatione a publico authorita
te,& vtilitate appellať,vt citius finiatur,& per pñs citius cõſu
lať reipub.vbi uertitur maius periculũ,facit q̃d no.gl.in l.1.in
fi. C.de temp.app.tu ēt dic,vt etiam ſcripſi in d. §.ſi quis tutor.
¶In gl.

ADDITIO.

a Scientiæ.Adde Ang.conſi.301.

a ¶In gl.intra qnquaginta dies.ibi,l.qnquaginta.dic,q †qnatuor
menſes habent, vt peragant cām excuſationis.i.ut perficiāt, &
ad finem pducant,& niſi proſequentes ꝯdicāt, aut facto aduec
ſatij ſint impediti.vt ibi,ſm Rayn.& Bar.& vide ibi Bar. de vir
tute huius verbi,peragant. ¶In glo.cognouerit,in fin.not.q in
dubio præſumitur ignorantia,vnde qui vult dicere de ſciētia,
a debet illud probare;niſi publicè[a] ſciebatur, vel in ꝯta vbi ver
ſat̃ tutor,vt hic gl.& ſimilis eſt gl.in d.l.ſi tutor.C. de peric. tu.
Et vtrum ſcientia, vel ignorantia præſumat̃? vide ſingulariter
Bar.in l.q Romæ.§.duo fratres.in verſ.3.qro,an ſit verū,q fra-
3 tres &c.ff.de ver.ob.& in l.is poteſt.ff.de aeq.hær.†Quod facit,
ſi quis receptauerit bannitū, quē publicè bannitum ſciebat, q
receptans non pōt ſe excuſare,q ignorabat l.1.& ibi gl.& Bar.
ff.de recep.vide q̄ ſcripſi in trac.meo maleſi.in gl.& veſtem cœ
leſtē abſtulit.In gl.excuſare, ibi in ſcriptis per libellum. No. q
licèt libellus ſit dandus in ſcriptis,ut Auct.offeratur.& Auct.li-
bellum.C.de lit.cont. de quo dici in §.dupli.j̃. de act. tñ exce-
4 ptio ſatis eſt, q verbo † coram iudice ſedente pro tribunali p-
ponatur,& per notarium actorū in ſcriptis redigatur. per illū
§.oportet.quod no.& ita vult ibi Bar.de quo vide quod ſcripſi
j̃.de exce.& vide Bar. in l.1.ff.de excep. & idem in propoſitio-
ne excuſationis,licet ſit per modū libelli, oportet q in ſcriptis
redigatur,vt ibi. Quod intellige verum,niſi a principio appa-
reat ꝯdictor, & petat in ſcriptis fieri,tūc licèt tale iudicium ſit
ſummarium,& parui præiudicij,tñ debet talis qualis petitio in
ſcriptis fieri, vt no.Cy.& doc.in l.ſi.C.de edic.di. Adr.tol.& no.
in cle.ſępe,de ver.ſig.& no.Bar.in trac.ad reprimendū.in verſi.
ſine figura iudicij.dic vt ibi. ¶In gl. 10.millium. in ſi.dic ut no.
gl. Bar.Bal.Ang. in d.l. 1.ff.ſi qs caut. & quomodò computetur
via,& quæ via ſit tenenda,ibi ponit Bart.Ang. & Io.de Imo.in
l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.ob. Ego dixi ſ̃.de iuſt. & iu.§.
2.dic ut ibi,& uide Bar.in l.1.C.de cur.pub.lib.10.

A D D I T I O.

a Publicè. Vide Rom.conſi.59.& q no.uoluit conſi.481.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor ſimpliciter datus, an intelligatur datus vniuerſo patrimonio.*

Datus autem. ¶Tutor ſimpliciter datus vr̃ datus ad to-
tum pr̃imoniū ſecundariò, vbicunq; ſit
ſitum.h.d.¶De hoc plenè per Bar.in l.de pupillo.ff.de tut.& cu
ra.da.ab his.& per Cy.& doc.in l.1.C.ubi tu.uel cu.pet.& ego
plenè dixi ſ̃.quib.mod.tut.§.ad certū.& ſ̃.qui.da.tu.po.§.certę.
1 Et conclude, q in tutore † dato in teſtō non vr̃ dubium, q da-
tus vr̃ ad totum patrimoniū,vt l.nō ſolum.§.& qui teſta.ff.eo.
& ibi omninò uide Bar.in hac materia. ſed de dato a iudice eſt
dubium,q gl. in d.§.& qui teſt. dicit,q nō tenet datio quò ad
res, quæ nō ſunt in territorio dantis,vt ar.l.extra territo.ff. de
iur.om.iu.& l.cū unus.§.ſi.ff.de bo.auth.iu. poſ. & in l.2. C.eo.
vbi omninò vide Sal.in ꝯtrium vr̃ caſus in l.magis puto.§.illud.
ff.de reb.eo.& in hoc reſidet Dy.& Cy. & Bar. in pdictis locis,
dicaris, vt ſ̃.remiſſiones dedi, & iſtud teneas,quia ſatis eſt,q iu
dex ille habeat perſonam tutoris ſubiectam,& ita perſonā pu-
pilli,licèt non oīa ſua bona,q principaliter datur perſonæ, ut
l.in copulandis. C. de nup. & q uenit ſecundariò, & in conſe-
quentiā non attendit̃, ut l.ſi qs nec cām. §.1.ff.ſi cer.pe. facit c.
acceſſorium.de re.iu.lib.6.& vide Sal.in d.l,1.vbi pe.tu. in 2.q.

S V M M A R I V M.

1 *Curator eſſe non cogitur quis illius, cuius fuit tutor.*
2 *Intellectus l.ſi libertus.§.pe.& § nequaquam ff.de excuſ.tut.*

Qui tutelam. ¶Qui tutelam alicuius geſſit, nō cogitur
poſtea eiuſdem pupilli eſſe curator. h. d.
1 ¶†No.q qui fuit tutor cuiuſdam pupilli,inuitus nō compellit̃
eſſe curator,ſed uolens admittitur;& ſic no.q tutor eiuſdē pu-
pilli poſteà facti adulti,pōt(ſi vult)poſtea eſſe curator.¶No.q
curator non datur inuitus a teſtatore in teſtō.¶No.q ſufficit,ſi
cui vel in paucis amici laboribus conſulatur.¶In gl.non cogē-
dum.in ſi.ſed contra hanc gl. opp.de l.libertus.§.pe. & §.nequa
2 quam.ff.eo.ti.† vbi dicitur,q libertis non eſt ablata excuſatio.
dic,aut iſte libertus fuit per patronum liberatus ſponte,& tūc
habet locum d.l.libertus.ff.eo. Et ſoluit gl. aut fuit liberatus ra-
tione fideicommiſſi,vel quia fuit emptus propria pecunia, &
tunc poteſt ſe excuſare,ita loquitur contrarium.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor quot patrimonia habeat, & an illorum maritus ſit legitimus adminiſtrator.*
2 *Maritus an poſſit uxori ſuæ eſſe curator. vel procurator. et nu.3. et 4.*
3 *Differentia inter procuratorem & tutorem.*
4 *Vitricus poteſt eſſe tutor, vel curator priuignæ ſuæ, & ſocer curator nurus ſuæ.*
5 *Abſens & ignorans an poſſit dari curator.*

Idem reſcripſerunt. Maritus ēt ſi ſe immiſcuerit in
cura uxoris ſuæ, hēt excuſatio-
nem.h.d.¶No.q maritus non poteſt eſſe curator vxoris ſuę,&
multò minus tutor, quia non poteſt tūc eſſe uxor, ac ēt poſtea
interdictum eſt tutori pupillam ſuam olim in uxorem aſſume
re.Not.q ille qui habet excuſationem a munere publico, & ip
ſum aſſumit, non allegata excuſatione, excuſationum benefi-
cium perdit. quod no. ¶In gl.maritum.in ſi. no. q ſtatutum in
vxore habet locum in ſponſa, & eꝯ facit quod no.in l.2. §.ſi.ff.
de pri.cre.& l.lege Iul.ff.de fun.dot. & quod ego dicā j̃.de act.
§.fuerat.¶In gl.curatorē.ibi,l.maritus. dic,q triplex pr̃imoniū
1 (vt ſic loquar)hēt vxor.†Primò dotē, & in his maritus eſt dñs,
& diſponit,& agit,& conuenitur vt dñs, ut l.doce ancillam.C.
de rei ven.quod no.Secundò bona paraphernalia,q̄ mulier vl-
tra dotē habet,& dat marito,ut l.ſi ego.§.1.ff.de iu.do. & in his
maritus eſt legitimus adminiſtrator,& ſine aliquo vxoris māda
to agere,& cōueniri pōt, vt l.ſi.C.de pac.cōuen. & qđ ibi p gl.
& doc.Tertiò habet bona, vltra dotem,q̄ ſibi reſeruat,& nō cō-
cedit marito, & in his maritus nō eſt legitimus adminiſtrator,
ſed opus eſt,ut ab vxore procurator cōſtituat̃.& iſte eſt pprius
caſus in l.maritus.C.de proc.facit l.ſi.in prin.cū ibi no.p Bar.ff.
ad l.Fal.vel in his, vt cōiuncta perſona,cauendo tñ de rato noīe
vxoris agere pōt,ut l.3.§.1.ff.iud.ſol.q̄ no.ita dicit Iac.But.in d.
2 l.maritus.& uide Bart.Cy.Bal.& Sal.in d.l.maritus. ¶†Quæro,
vtrū maritus,licèt nō poſſit eſſe curator gñalis,ut hic,an poſſit
eſſe ſpecialis ad unā cām ītū?& Spe.in ti.de cura.§.ut aūt.in ver.
nunquid uir.tenet q ſic.& uide Bar.in l.1.in ſi.ff.eo. & in l.ma-
ritus. C.de proc. Sed Sal.tenet contrarium,quia eadem ratio eſt
in ſpeciali, ſicut in gñali, ideo non debet admitti, ut l. illud. ff.
ad l. Aquil. & ſic tm̃ imminet periculū in particulari,quantū in
vniuerſali.& hoc tenet Iac.& Bal.qđ approbat Sal.per d.l.mari
tus.C.qui da.tut.pol. q̄ loquitur indiſtinctè; tñ quia ēt curator
ad litē per eam poteſt reuocari,quia ab ea nō eſt datus,ſecus eſt
in procuratore,tū quia etiam lis,ad quam curator eſt datus,po
teſt eſſe magni præiudicij,tùm ēt quia de datione procuratoris
cauet̃ l. ſed nō de curatore, & uxori nō expedit, vt maritus ad
eius litem curator det̃,cum poſſit eſſe procurator p eius con
ſtitutionem, & iſta opi. vr̃ meliſſi de iure procedere,licèt fortè
opi.Bar. pp eius auhtoritatē obſeruaret̃ in practica. ¶In gl.ex-
cuſare.ibi,omnia ſibi remitterent.ſed hęc rō reprobat̃, q eadē
rō poſſet locum habere in procuratore, & tñ pōt eſſe procura
tor.vñ Bar.in d.l.1.§.ſi.ff.eo.poſt aliquas alias rōnes reprobatas
3 dicit,q rō eſt,† q a reuocatio pcuratoris pendet ex mero, & li-
bero arbitrio ipſius domini, vt j̃.mand.§.item mandatum. ſed
tutoris, vel curatoris officiū nō finit̃,niſi certis modis.vt ſ̃.qui.
mod.tu.ſi.p totū.igit̃ &c.& licèt aliqñ tutor, vel curator reuo
cet̃,reuocat̃ cū infamia, vt j̃.ti.1.§.ſuſpectus. & ſic ſcandalum
orireť in mr̃imonio, qđ eſſe nō debet.ar. l.2.C.ne ſi. do.den.iſta
ſunt verba Old.licèt Ray.ibi approbet in d.l.maritus. qđ not.
4 ¶†In ea.gl. ibi, p totū ti.dic,q licet maritus non poſſit eſſe tu-
tor,vel curator ſponſæ,vel vxoris ſuæ,ut hic,ēt ſi vxor ſit mē
te capta, vt l. virū.ff.de cu.fu. debet tñ petere alium poni loco
ſui.vt l.ampliſſimi.s.rñ.C.eo.tñ vitricus pōt eſſe tutor,vel cu-
rator priuignę ſuę, ut C. de ꝯ. ind.tu.l.fin.itē ſocer pōt eſſe cu-
rator nurus ſuę,ut l.licet. C.de excu.tu.& l.cū pponas.C.de in
* terd.ma.vtilius tñ eſt vt ponat[*] alium loco ſui,ne labē infamiæ
5 incurrat, vt d.l.licèt. ¶†In ea.glo.ibi,ignorans.no. q abſens &
ignorās pōt dari curator.Sed ꝯ,q a curator non pōt dare,niſi p̄-
ſens,ut l.3.§. ſi pupillus. ff.de tu. Sol. q ibi loquit̃ in curatore,
q datur pupillo ad litem, ſecus in curatore qui datur impube-
ri,q eſt munus publicum, quod datur inuito ſecundū Dy.pro
hoc ff.de cur.bo.dan.l.2.Itē ſi datur inuitus, ergo & ignorans,
ut l.q. pōt.ff. de reg.iu.& hoc tenet Bar.in l.illud.ff.de tu.& cur.
da.ab his.& hoc tenet gl.in l.3.in prin.ff.de.cur. bo.dan. facit ſ̃.
de ſatiſd.tu.§.pe.¶In gl.in ſi.dic niſi in caſib.no.per gl & doc.in
d.l.s. & facit quod no.gl.in l.verum ex facto.ff.de min.

A D D I T I O.

* Petat, in uet.exempl.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falſa cauſa eſt nullum.*
2 *Sententia lata ex falſis allegationibus contra pupillum nulla eſt.*
3 *Sententia gratioſa contra maiorem per pecuniam lata, an valeat.*
4 *L. 50 ff de excuſ. tut. & § ſemel ſupra, ex quib. cau. manu. non lic. intellectus. & nu. 5.*
5 *Sententia contra ius nulla eſt.*

a Si quis autem. [a] ¶ Falſis excuſationib. excuſatus, nõ eſt liberatus. h.d. ¶ Not. q ei, qui per falſitatẽ obtinuit aliquid, nõ patrocinatur ſnia. ¶ No. q ſnia lata p falſas excuſationes, vel aliter, eſt ipſo iure nulla. ¶ No. ibi, onere tutelæ. q tutela eſt onus. ¶ In gl. 1. in fi. dic, vt p Bar. in l. quid ſit falſum. ff. de fal. & ibi gl. quia plurib. modis propriè & impropriè capitur falſum, dic ómo vt ibi p Bar. ¶ In glo. onere. ibi. C. ſi ex fal. alleg p totũ ti. nunquid aũt minor ſit tutus ipſo iure aduerſus d. ſniam latam pro tutore ex falſis allegationib. an ſit opus reſtõne in integ. gl. & Bar. in l. diuus. ff. de re iud. dñr, q ẽt ſine reſtitutione fauore pupilli aduerſus dictã ſniam conſeruat illæſus, dic vt ibi p eos. & ibi vide plenè Io. de Imo. & vide Bart. in l. qui agnatis. ff. de excep. Sed ſi tu bene aduertas ad l. 1. C. ſi ex
x fal. alleg. loquiẽ ibi propriè in decreto iudicis, & nõ in ſnia, vt ibi patet: & ſi iniuſtũ decretũ, &c. & ſi non eſt mirũ, ſi eſt ipſo iure nullũ, latũ ea falſis allegationib. tã ꝯ abſentẽ, q̃ ꝯ pñtem. facit l. Seiæ egreſſę. eum ibi no. per Bar. ff. de tuto. & cu. da. ab his. ita dicit Raph. Cu. in d. l. diuus. dic, vt ibi ſcripſi, ſed latius ſcripſi in l. ſi expreſſim. in prin. ff. de app. dic oĩno, vt ibi dixi. ¶ In ea. gl.
b ibi. C. ſi ex fal. alleg. l. 1. no. ſing. q ſnia [b] lata per falſas allegatio-
a nes, ſiue ꝯ pñtem, ſiue ꝯ abſentem, ſiue ꝯ defenſum, ſiue ꝯ indefenſum pupillum, eſt ipſo iure nulla, licèt alias lata ꝯ maiorem diſtinguatur, an ſit lata ex falſis allegationib. factis ſcienter, vel ignoranter, an ꝯ pñtem, vel ꝯ abſentem, quia ꝯ pñtem, & ſcienter factis, valet ſnia, licèt veniat reſcindenda reſtõnis ope, aliàs eſt ipſo iure nulla, vt l. ſi ptor. §. Marcellus. ff. de iudi. dic, ut ibi per gl. Bar. & Ang. & latè Io. de Imo. in l. diuus ff. de re iud. & vide qđ ibi ſcripſi, & ibi latius ſcripſi in d. l. ſi expſſim. circa prin. quia ſuptadicta nõ ſunt oĩno vera, vt ſ. dixi, quia d. l. 1. & totus tit. C. ſi ex falſ. alle. loquitur in decreto iudicis, vt dixi, igitur nõ vr̃, q ſit dr̃ia inter maiorem & minorem in ſnia. De intellectu d. §. Marcellus. vide latè Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. facit quod hr̃ in l. 2. & fi. & ibi Bal. C. ſi ex fal.
3 inſt. ¶ † Et aduertas, q ſi ꝯ maiorem ſnia gratioſa feratur per pecuniam, eſt ipſo iure nulla, vt l. venales. C. qñ prouo. non eſt ne. & quod ibi gl. & doc. no. ſi autem ſorde vel gratia ꝯ maiorem, valet ipſo iure, licèt veniat reſcindenda, vt l. ſeruo inuito. §. ſi prætor. ff. ad Treb. & ibi gl. Bar. Ang. & Imo. omnino vide gloſ. Bar. Bald. Ang. & Raph. & Imo. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. poſſ. & vide bonum tex. cum gl. & ibi omninò Bald. in l. qui teſtõ. ff. eo. vbi tractatur, qñ in ſnia inſeritur cã quæ eſt falſa, an ſnia ſit ipſo iure nulla vel non ¶ Sed aduertas, q gl. in l. 1. C. ſi ex fal. alleg. idem tenet in verbo, non competentib. in l. 2. eo. ti. vbi format hanc qõ. In ꝯrium facit l. quinquaginta. in princ. ff. eo. & ſ.
4 ex qui. cau. ma. non li. §. ſemel. nam in d. l. quinquaginta. † in fin. dr̃, q ſi ille, qui venit ad proponendum cauſas excuſationis intra 50. dies, & iudex lapſus in computo pronunciauit eum nõ admittendum, & acquieuit ſniæ, nec appellauit, q ſnia valet. Item in d. §. ſemel. dr̃, q cã quæro pro iuſta eſt habita, ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, pro iuſta debet haberi. Gl. in l. 2. C. ſi ex fal. alle. rñdet ad d. l. 50. in fin. q illa lex loquitur, qñ ꝯ maiorem fertur ſnia, hic qñ ꝯ minorem, & hoc eſt fauore minoris ætatis. Sed ad
5 d. §. ſemel. quo reſpondemus: puto † q ad ambas leges poſſumus reſpondere, q omninò non valeat hęc ſnia in qua continetur, q ille tutor eſt abſolutus pp aliquam cãm, quæ eſt iuſta, vt qa non eſt de cauſis iuſtis poſitis in hoc ti. & ff. & C. eo. tit. ideo poteſt dici ſnia lata ꝯ ius legis, ideo ſententia eſt ipſo iure nulla, vt l. 1. §. item cum cõtra ſacras. ff. quę ſen. ſi. app. reſcin. & quod dr̃ ibi, q iudex iudicauit ꝯ tutorem, qui volebat ſe excuſare a tutela, q liberorum numerus, vel annorum, non præſtat excuſationem, q non valet ſnia. eodem modo debet eſſe per ꝯrium, ſi iudex dicit ſniam per tutorem, ex cã non iuſta, quia ꝯriorum eadem eſt diſciplina. Nec obſt. §. ſemel. quia (vt ibi dixi) cauſæ pp quas poteſt procedi ad aliquem manumittendum, nõ ſunt omnes in iure poſitæ, ſed quędam gratia exempli, vt hic & ff. & C. eo. cum ti. ſeq. vſq; ad ti. de cur. fur. vbi ſint poſitę omnes cauſæ, per quas quis põt ſe excuſare ab hoc munere, nec reperio legẽ dicentem, q arbitrio iudicis committatur, ideo hic non eſt ꝓnũciatũ ꝯ ius legis, iõ nõ ualet, ut d. §. itẽ cũ ꝯ ſacras. ¶ Sed ſi vultis ſcire, an ſnia iniuſtè lata ꝯ quẽcũq; teneat necne, videte plenè Cy. Guil. de Cu. Bar. & Bal. ĩ l. pe. ff. de inſti. & iu. & Cy. & doc. ĩ l. ſi ea falſis. ĩ 3. opp. C. de trãſ. & ĩ l. 3. C. de cõdi. inde. & Cy. & doc. in l. ignorare. C. de teſt. mil. ¶ In ea. gl. ĩ fi. q̃ro. qũo de falſitate agaẽ, dic q quatuor modis, ut no. p gl. Cy. & oẽs doc. in l. ſi ea falſis. C. de trant. & no. gl. ĩ l. querelã. C. de fal. & no. gl. & alii in l. diuus. ff. de re ind. & vide Cy. & Bart. in l. fi. C. ex ſi fal. inſtr. & uide Cy. plenius in l. fi. C. de fi. inſt. & do. Io. de Imo. in l. diuus. ff. de re iud. & ibi aliquid dixi in l. ſi expreſſim. ff. de ap.

ADDITIONES.

a Si quis autem. De iſtis trib. generib. bonorum multum no. & ſatis cumulatè tractauit Matth. ab Aff. in deciſ. ſuis Neap. dec. 44. incipienti, De trib. mihi occurrit eſſe dubitandum. & utrum, & quando bonorum paraphernalium, vel extra dotem fructus, maritus & eius hæredes teneantur reſtituere, optimè ibi diſcutit poſt Bar. & doc. in l. pe. ad l. fal. vbi Bar. egregie diſtinguit, cuius diſtinctio communiter recipitur, vt fatetur ipſe ab Affiſtis vbi ſupra uer. tamen diſt. Bar. & q ſint genera bonorum uxoris ſ. dotalia, paraphernalia & extra dotem, & an, & quando maritus faciat fructus ſuos necne, conſuluit Steph. Ber. conſi. 235. incipiente. Adeò plenè col. 1. & 2. nu. 3. 4. & 5. uol. 1. ptimorum conſiliorum. Ant. Cat.

b Sententia. Diſtingue tamen magiſtralius, aut fuit lata talis ſententia contra minorem indefenſum, uel ẽt contra defenſum, & eſt ipſo iure nulla, privilegio minoris ætatis, ut in to ti. C. ſi ex fal. alle. aut fuit lata contra minorem per dolum aduerſarii, aut ſine dolo. Primo caſu ſubdiſtingue, aut eſt lata contra abſentem, & eſt nulla ipſo iure l. ſi prætor. § Marcel. ff. de iud. aut eſt lata contra præſentem, uel eſt lata ſine dolo aduerſarii, & tunc eſt aliqua. ſed ope reſtitutionis venit reſcindenda, ut habetur & no. p Bar. in l. diuus ff. de re iud. & per alios, C. ſi ex fal. inſtr. l. 2. & per to. & in l. quæ agnatis. ff de exce. & in l. ſi ex fal. C. de tranſa. faciunt no. in c. licet. extra de prob. per Mod. in l. admonendi. ff. de iureiu. per Pract. Pap. in for. libel. quo agit, ut ſententia reſcindatur. in uer. fuiſſe. Bar. ab Horatio.

De ſuſpectis tutoribus.

SVMMARIVM.

1 *Accuſans in cauſa ſuſpecti tutoris an teneatur ſe inſcribere.*
2 *Libellus an dari debeat in accuſatione ſuſpecti.*
3 *Inquiſitio in cauſa ſuſpecti tutoris quomodo formanda.*
4 *Pœna ex cauſa poteſt a iudice commutari.*
5 *Accuſator poteſt in eadem ſententia condemnari de calumnia, in qua tutor abſoluitur.*
6 *Iudex qui in ſententia abſolutoria tutoris, non condemnauit accuſatorem de calumnia, an poſſit ex nouo proceſſu condemnare.*
7 *Delegatus an cognoſcat de ſuſpecto tutore.*
8 *Tutor ſuſpectus quando ſit remouendus, vel ei ſit dandus curator.*
9 *Remotus a tutela, an efficiatur infamis.*

SCiendum. ¶ Totus iſte ti. diuidiẽ prin. in quinq; partes. Primò, vnde habuit exordiũ crimen ſuſpecti. Scdò, q pñt de ſuſpecto cognoſcere. Tertiò, q pñt fieri ſuſpecti. Quartò, q pñt accuſare tutore de ſuſpecto. Quintò, quib. cauſis qs ſit ſuſpectus, & ſi accuſaẽ de ſuſpecto, qd ſeqtur. Scda ibi, datũ. Tertia ibi, oſtendimus. Quarta ibi. ꝯñs. Quinta ibi, ſuſpectus eſt aſit. ¶ Et h.d. Crimẽ ſuſpecti deſcẽdit ex l. 12. tab. & pręror Romę & pſes in ꝓuincia de eo cognoſcit, & quilibet tutor põt de ſuſpecto accuſari, & ẽt patronus, dũmõ ei fama cõſeruet, ſecus in aliis. h.d. vſq; ad §. conſequens. ¶ No. q ſuſpecti tutoris crimẽ deſcendit ex l. 12. tab. ¶ No. q maiorib. magiſtratib. cõceſſũ eſt cognoſcere de ſuſpecto tutore. ¶ No. q qlibet tutor cuiuſcunq; gñis ſit, & ſic ẽt teſtamentarius, cuius fides eſt a teſtatore approbata, & datus ex inqſitione, cuius fides a iudice approbata eſt, vt hr̃ ſ. de ſat. tut. in princ. tñ ut ſuſpectus accuſari põt. ¶ No. q nõ tm̃ alius, ſed ẽt patronus põt vt ſuſpectus accuſari. ¶ No. q licèt patronus accuſet vt ſuſpectus, tñ nõ debet taliter agi, vt infamia notet, facit l. nõ dẽt. ff. de dolo. ¶ In gl. 1. in fi. vult gl. dicere crimẽ ſuſpecti. i. ſuſpicio ꝓpter crimẽ qđ cõmittit tutor vel curator. ¶ In gl. ex l. ibi, reſpondeo. põt dici q ſic. Cy. & Bal. in l. q crimẽ. C. q acc. nõ poſ. tenẽt illã gl. ſed Bar. in l. 1. §. 1 ff. eo. in fi.
1 dicit, aut accuſat † ciuiliter, & non ſe inſcribit, aut criminaliter agiẽ, & tũc, aut vt remoneat, & puniaẽ, & tũc debet ſe inſcribere, aut vt remoneaẽ tm̃, & nõ debet accuſator ſe inſcribere, q̃a eſt cauſa ciuilis. & h.d. doc. cõiter tenere. Nec ob. dicit hic gloſ. de pœna infamiæ, q̃a p hoc nõ eſt locus inſcriptioni, alias ſequereẽ, q in qualibet actione ciuili famoſa deberet ſe inſcribere, qđ nõ reperiẽ iure cautũ. de hoc p Cyn. & alios doc. in l. fin.
2 C. eod. ¶ † Quæro, an in accuſatione ſuſpecti debeat dari libellus? reſpõdet Cy. in d. l. fi. q ſic, ſi p viã accuſationis ordinariè ꝓcedaẽ, ſi autẽ p officium iudicis, aut a parte imploratur, & idẽ, vt no. per Cyn. in l. fin. C. de edic. di. Adri. toll. aut non imploratur,

ploratur, qnãuis fortè excitetur, & ſic per viam inquiſitionis,
& tunc libellus non eſt neceſſarius, vt l. 3. §. pręterea. ff. eo. tit. &
3 ita ẽt tenet Sal. in d. l. fi. C. eo. ¶ † Quæro ẽt an in inquiſitione ſit
crimen circunſtantiandũ, & deſignandũ de ſuſpecto, vt fieri dẽt
in accuſatione? gl. in d. l. 1. §. t. ff. eo. tenet ꝙ non, veritas eſt ibi,
ſm Bar. aut iudex inquirit ſolùm ad remouendum tutorem de
tutela, & tunc non eſt neceſſe ꝙ inquiſitio contineat crimẽ de-
terminatũ & deſignatũ, ſufficit.n. ꝙ iudex dicat, hæc eſt quædã
inquiſitio, quã facit talis iudex ad videndum vtrum tutor bene
adminiſtrauerit, & ſi inuenerit eũ doloſè, vel culpabiliter geſ-
ſiſſe, tunc intendit eũ remouere; & iſto modo dẽt intelligi Inn.
in c. fi. de purg. can. in antiquis, & tex. ibi, ſed ſi inquirit ad pu-
niendum eum, tunc cum inquiſitio ſuccedat in locum accuſa-
tionis, dẽt continere crimen extenſum, & certum, ſicut accuſa-
tio, ſolũ hoc minus ibi, quia non eſt neceſſaria ſolennitas inſcri
ptionis. ita tenet Iac. Bu. j. de actio. in princ. & Bar. in l. libello-
rum. ff. de accu. & in d. l. 1. §. 1. ff. eo ¶ In ea gl. ibi, rñdeo infamia,
4 vt j. eo. §. ſuſpectus. tu dic, ꝙ immo † iudex qñq; ex cã poterit cõ
mutare dictam pœnam, fortè, ſi ille accuſator eſt infamis, vel
ex alia legitima cã, vt l. 2. cum gl. & ibi doct. C. vt in [illegible] certum
tẽps. & l. hodie. ff. de pęn. & vř caſus in ſimili, in l. fi. [illegible]de in ius
voc. & in l. t. in fi. cum ibi no. per gl. & Bar. ff. de pœ. & no. doc.
5 in auc. ſed nouo iure. & in l. quicunq;. C. de ſer. fug. ¶ † Quæro,
ſi accuſator deficit in probatione, an in eadem ſnĩa, qua tutor
abſoluitur, poſsit accuſator damnari de calumnia? dic ꝙ ſic, ut
eſt caſus, & ibi Bar. in l. Athletas. ff de fal. & in l. 1. C. de calum.
& ibi per oẽs doc. & ibi idem tenent Cy. & alij, ſed in eo, quod
ſtatim dicit, ꝙ in accuſatore poteſt alterari pœna, quõ poterit
hoc fieri in eodem proceſſu quo tutor abſoluitur, cum ſnĩa de-
beat eſſe conformis libello, vt l. fi. C. de fidcic. liber. ſed ex ſub-
ſcriptione tenetur eandem pœnam ſubire, vt no. ff. de exce. l. li-
bellorum. & l qui crimen. per glo. & Bar. Qũo ergo poterit illa
pęna alterari, cum debeat eſſe ſimilis, Cy. in d. l. quicunq;. dicit,
ꝙ iudex procedit a ſimili, facit l. non poſſunt. ff. de leg. dic vt ibi
per Cy. tñ Bal. in l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his qui no.
infa. in ſecunda opp. tenet idem cũ gl. ꝙ hoc ſit mirabile. ſ. ſpe-
ciale, ꝑꝑ naturam iudicij criminalis, quia iudex habet arbitriũ
commutandi, vt dicit, & per ꝯñs dicit hoc procedere ex arbi-
6 trio iudicis, non vi libelli, quod no. ¶ † Quæro, pone, ꝙ iudex in
ſnĩa abſolutoria facta de tutore non cõdemnauit accuſatorem
de calumnia, vtrum poſsit ex nouo proceſſu condemnari? iſtã
q. format Cy. in d. l. 1. C. de calum. & l. qui non probaſſe. eo. tit.
ſed Bar. in l. 1. in princ. ff. ad Tur. in ver. venio ad ſecundã partẽ.
dicit, ꝙ tripliciter põt de calumnia cognoſci, & maximè ꝑ iu-
dicem, officio iud. nobili, poſt abſolutoriam factam de reo. per
d. l. 1. in prin. ff ad Turp. probat rõne, quia cum hoc delictum ſit
commiſſum coram eo, ergo de eo põt inquirere, ut l. nullũ. C.
de teſti. & cõtra tenetur. & uide bonum tex. & gl. magiſtram
in l. athletas. §. pe. ff. de ijs qui no. infa. & Bal. ibi, qui ſequit̃ opi.
Bar. licèt in l. t. C. de calum. aliter dicat, & malè. vide ẽt ibi latè
Sal. & uide quæ dixi in trac. meo maleſi. in glo. in verſi. necnon
ad querelam Titij. dic ut ibi, & talis inſtantia durabit tm̃ quan
tum durabat inſtantia ſuper primo crimine. ita dicit Bar. in d. l.
1. licèt gl. ibi ſentiat ꝯtium. Nec eſt bona ꝯñtia, non probat ac-
cuſator, ergo eſt calũniator. licèt gl. ibi dicat, ſm aliquos, ꝯtriũ.
Sed Bar. ibi in ver. vlterius procedo, & quæro, dicit, ꝙ licèt ſit
præſumptio iuris, non tñ eſt iuris, & de iure, & ſic põt admitti
probatio in ꝯtriũ, per illum tex. qui dicit, ꝙ põt eſſe, ꝙ oſtendet
errorẽ iuſtum, & iuſtus error eſſe põt publica fama, vt l. miles.
§. mulier. ff. de adul. vel ſi eſt dictũ a perſonis fide dignis, vt not.
gl. in l. ſi Titio fundũ. ff. de cond. & demõ. Et iõ aduertas, ꝙ tu iu
dex antequã cõdemnes de calũnia, debes dare parti terminum
ad faciendũ ſuper hoc ſuã excuſationẽ. ¶ In gl. dele. ibi. l. ſolet.
no. ex gl. ꝙ duo poſſunt cognoſcere, & punire, ſiue remouere,
alij nec cognoſcere, nec remouere, & idẽ no. in l. 1. §. 1. ff. eo. ſed
in d. l. ſolet. dic. ꝙ alij duo poſſunt cognoſcere, ſed nõ remoue-
re, & licèt in iſta q. qs iudex poſsit hoc facere, ſint multæ & va-
rię opi. vt refert Cy. in l. fi. C. eo. & Bar. in l. t. §. damnus. ff. eo. de
ſuſpe. tut. tñ Bar. ibi, et plenius in l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Tur. ſic cõ-
7 cludit vna cũ Mar. Syl. ꝙ ſciẽdũ eſt, † ꝙ accuſatio ſuſpecti ſit ad
duplicẽ finẽ, qñq; ſit ad remouẽdũ tutorẽ, qñq; ſit ad puniẽdũ.
Accuſatio quę ſit ad remouẽdũ, bene põt demãdari, quò ad co-
gnitionẽ, vt l. cognitio, in prin. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. Re
motio autẽ eſt duplex, vna quę ſit à l. eò ipſo ꝙ poſtulat̃ ſuſpe-
ctus, vt l. ꝙ ſi fortè. §. t. et ibi Bar. ff. de ſol. et illã remotionẽ ẽt
poſſet iudex delegatus declarare, qa lex ipſam facit. Sed credo
ꝙ Bar. loquat̃ impropriè, quia nõ eſt illa remotio, ſed eſt ſuſpẽ
ſio ab adminiſtratione, et interim dat̃ curator, vt no. in l. eũ quẽ.
C. eod. & ẽt intelligas Bar. ꝙ interdicitur adminiſtratio tutori,
qui veniret remouẽdus, ſecus ſi non veniret remouẽdus: vt n[illegible]
extra de offi. dele. ca. venerabili, vt no. Bar. in d. l. ꝙ ſi fortè § 1.
& in l. ſi tutor. ff. eo. proſequor cum Bar. Alia eſt remotio, quæ
ſit per ſnĩam, & illa non põt fieri a delegato, niſi ſit delegatus
proconſulis vel Prætoris, vt l. 1. §. q̃ aũt. ff. eo. Adde tu, vel ut de-
legatus Principis, & eſt loco ordinarij., vt l. a iudice. C. de iud.
immo ẽ. ordinariũ. vt c. ſignificãti ib. de of. deleg. in antiq;. Qñq;
ſit accuſatio ad puniẽdũ, & de iſta accuſatione ſolus præſes ꝓ-
uinciæ cognoſcit, caſus eſt in d. l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Turp. nec de
hoc põt cognoſcere delegatus a proconſule, vel prætore, qm̃
nec ipſe prętor de hoc cognoſcit, ſed ad pręfectũ, vel præſidem
remittitur, vt l. 1. §. fi. cũ l. ſeq. ff. eo. & iſta oĩa ad literam ſequit̃
Sal. in d. l. fi. C. eo. ¶ In gl. dicendum, in fi. dic tu ſm Bar. in d. l. ſi
8 tutor, aut patronus, vel alius legitimus eſt remouẽdus † ꝑꝑ cul-
pam, & poteſt remoueri, vt l. 1. §. oſtendimus. ff. eo. ſi verò ꝑꝑ
dolum, tunc eſt in arbitrio iudicis, quia ſi quidem reperit dolũ
& fraudem eſſe commiſſam in magna re, debet eũ remouere,
ſi verò eſt modicus dolus, vel in modica re, tunc debet ei cura-
tor adiungi, vt d. l. ſi tutor. & l. 3. §. ſi tutor quia alimenta. ff. eod.
& ꝙ ſit in arbitrio iudicis, habetur in l. 3 §. ſi tutor inimicus. ff.
eo. & iõ qñ formatur libellus ſuper accuſatione ſuſpecti ꝯ ali-
quẽ tutorẽ cõſanguineũ, vel patronũ, ſi quidem velit eũ redar-
guere de culpa, vel negligentia, debet ſecurè concludere, ꝙ pe-
tit eũ remoueri. Si verò tali tutori dolũ impingeret, puto proce
dere, ſi ſic concludat, peto eũ remoueri, vel curatorem adiũgi,
ſm ꝙ iudici videbitur, ita dicit Bar. in d. l. ſi tutor. quæ not. in
9 practica. ¶ † In gl. parcẽdum, in fi. dic, ꝙ nec in libello exprime-
tur, aliàs licèt non exprimeretur in ſnĩa, erit infamis, quia ſen-
tentia debet eſſe conformis libello, & ad libellum refertur in
dubio, vt l. vt fundus. ff. communi diui. & l. ait prætor. §. 1. ff. de
re iudi. vel dic ꝙ parcetur, quia prætor non permittit liberto
proponere famoſam accuſationẽ, vt l. ſed ſi hac. §. ait prætor ff.
de in ius voc. & l. non debet. ff. de dolo. vel dic, quòd verbis
temperatis agitur contra patronum, & bonæ fidei ſit mentio,
videlicet, ꝙ bona fides non patitur ꝙ ex geſtione talis patroni
mei ego libertus remaneã in damno, ideo non infamatur: aliàs
niſi verbis temperatis contra patronum, vel patrem ageretur,
ẽt actione in factum ex delicto infamaretur, quod eſſe non de-
bet, ita ſing. dicit Bar. in practica, in l. infamem. in ver. his expe-
ditis. ff. de pu. iud. facit ẽt quod no. Bar. in l. nõ debet ff. de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio de ſuſpecto tutore an ſit pub'ica vel priuata.*
Iudicium publicum quot modis dicatur.
2 *Mulieres de ſuſpecto accuſantes an teneantur ſe inſcribere.*
3 *Cõſiliũ alterius quod quis tenetur requirere, quãdo ſequi teneatur.*
4 *Pupillus an proprium tutorem de ſuſpecto accuſare poſſit.*
5 *Statuto diſponente quod mulier vel minor non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, an nolentib. propinquis conſentire, poſſit cum aſſenſu iudicis contrahere.*

Conſequens. ¶ Quilibet admittitur ad accuſandũ tuto-
rem de ſuſpecto, etiã mulier, ſi ex pietate
pupilli mouetur, aliàs ſecus. Itẽ impuberes non poſſunt, ſed pu
beres ſic. h. d. ¶ No. ibi, quaſi publicũ. ꝙ crimen ſuſpecti tutoris,
non eſt propriè publicum. ¶ No. ꝙ fauore pupillorum ẽt perſo
nę aliàs inhabiles ad accuſandũ, vt mulier, admittuntur ad ac-
cuſandũ de ſuſpecto. ¶ No. ꝙ mater, auia, & ſoror, quę ſunt pu-
pillo multũ coniunctæ, poſſunt de ſuſpecto accuſare, quia lex
pręſumit, ꝙ ex charitate, & affectione pupilli motæ accuſant.
¶ No. ꝙ mulier extranea nõ admittit̃ ad accuſandũ, niſi ſumma
pietate & charitate mota accuſauẽrit. ¶ No. ꝙ pupillus non põt
accuſationẽ facere, ẽt de re propria, q̃a non põt tutorẽ ꝓpriũ,
ẽt de ſuſpecto accuſare. ¶ No. ꝙ adultus põt crimẽ ſuſpecti i cu-
ratorẽ impingere, dummodo faciat cum conſilio ſuorum ꝓpin
quorũ. ¶ No. ꝙ ſicut tutor põt accuſari de ſuſpecto, ita ẽt cura-
tor. ¶ In gl. 1. in fi. ſed Bar. in l. 1. in ver. quæro vtrũ accuſatio tuto
ris ſuſpecti &c. ff. de pub. iudic. tenet ꝙ non ſit crimen publicũ,
quia in nullo text. reperitur, ꝙ ſit publicũ: igitur &c. facit l. 3. &
ibi Bar. ff. de pręua. vnde concludit, ꝙ iudicium dř publicum
1 † tribus modis, vno modo largiſsimè, vt omne iudiciũ, quod ſit
ad vindictã, ſiue vtilitatẽ publicã, dicatur publicum, vt l. quod
ſenatus, in fi. ff. de iniur. Alio modo largè, qñ quilibet de popu-
lo poteſt accuſare, & ita accipiatur hic, & d. l. quod ſenatus, in
fi. Ex quo no. regulã in omni iudicio, ꝙ nõ reſpicit offenſam cer
tę perſonę principaliter, poteſt quilibet de populo accuſare.

Eaemplum.dicit ſtatutum, ſi quis iniurauerit per corpus Chriſti,
vel blaſphemauerit Deũ,vel Sanctos,puniatur i certũ;certè illud
non reſpicit offenſam certæ pſonæ principaliter,ſed malos mo
res;igitur cuilibet de populo pmittitur accuſatio,non tñ dãna-
tus tali delicto efficitur infamis, ſicut damnatus de alio & vero
publico crimine.Tertiò modo, accipitur publicum iudiciũ ſtri
ctè,& ita accipit̃ in d.l.3.ff.de præua.& in d.l.1. & per totum.ff.
de pub.iud.vbi quilibet habilis admittitur ad accuſandũ,& dã-
natus efficit̃ infamis, vt l.infamem.ff.de pub.iud.& l.1.ff.de iis q
no.infa. Nec obſtat ſi dicat̃, q ẽi dãnatus de ſuſpecto, aliqñ eſt
infamis;qa rñdeo,q licèt ſit infamis,nõ tñ ea dicto edicto pto-
ris poſito in l.1.ff.de iis qui no.infa.igitur &c.ſed Ang.& Imol.
in d.l.2.ff.de pub.iud. vñr tenere cum gl.q ſit crimen publicum
p iſtum tex.ſiue agatur, vt remoueat̃,ſiue vt puniat̃, p l.1.§.ſu-
ſpectus.ff.eo.& per eandẽ l.§.pñs.coniuncto §.fi. Sed tu ſequen
do opi.Bar. rñdeas, q licèt quò ad qd poſsit dici publicũ, ut ẽt
dicit Bar.nõ tñ eſt bona pñtia.Oẽs admittunt̃ ad accuſandum,
ergo eſt publicũ quo ad oẽs effectus,de quib.in ti.ff.de pub.iud.
ita dicit Imo.& bene,& tenet opi.Bar.quam opi.Bar.tenet etiã
Sal.in l.pietatis.C.eo.¶ In gl.procedunt,ibi.l.fœminis.¶Not.q
non inſpicit̃, virum mr̃, auia, vel vxor ſint pudicæ,vel non , ut
admittant̃ ad accuſandũ de ſuſpecto tutore,vel non.¶In ea.gl.
no. bonam gl. q allegat bonas rõnes , quare magis mr̃ admitt̃
ad accuſandũ pro filio,q̃ ad iurandũ in litem,de multiplici aũt
iuro,vide Bar.in l.actiones.ff.de in lit.iuran.& dicam ĩ.ti.de ac.
§ pterea quaſdam. Et in viro iſta gl.non meretur vllo modo ſi-
gnari.aduertas tñ, ne te decipiat , ipſam intelligas vt no. in l.in
2 actionib.in ver.ea magna cã.ff.de in lit.iur.¶† In glo.egrediens,
in fi.ſed an hæc mulier extnea debeat ſe inſcribere? de mr̃e,auia,
& ſorore clarum eſt,q non,vt l.qui de crimine.C.qui accuſ.nõ
poſ.ſed in iſta vr̃,q ſic,ut no.in d.l. q de crimine. & hoc cõiter
tenet̃ per Legiſtas,ſed ſm Io.Fab.Cano.tenent õriũ,vt Hoſti.
in ſum.de acc.§.quis poſsit accuſare.& vide Spe. de acc. ver.itẽ
q eſt mulier. vbi plures enumerant̃ caſus in quib.mulier admit
tit.Facit ff.ad l.Iul.maie.l.fi.& l.in qõnib.& ff.de accuſat.l.a. &
l.mulierem. & 2.q.1.c.prohibentur.§.mulierem. dic vt ibi.¶In
gl.neceſſariorum.in fi.no.q quoties aliquid dẽt fieri cũ conſen
ſu,vel conſilio alicuius,ea diſpoſitione legali,q non ſufficit il-
lud requiri,ſed requirit̃ ẽt q illud obſeruet̃, & ſequat̃;ita dicit
Bar.in l.impub.in prin.ff.eo. An aũt qñ aliquis dẽt aliquid face
re cum conſilio alicuius, vt tota die fit , quia teſtator relinquit
vxorem tutricem,cum hoc, q oĩa faciat cum conſilio Titii,an
teneat̃ non tm̃ requirere,ſed ẽt ſequi conſilium Titii;qa mate-
ria eſt utilis,& quotidiana,cõclude, q aut dicat̃, q dẽat facere
a tutria cum conſilio ſimpliciter,aut cum conſi.[a] & conſenſu,vel
3 cum conſi. & uoluntate,& ſimilia.† Primo caſu non dẽt reqri,
& non dẽt ſequi, aut dẽt requiri iuxta l.quidã decedẽs.§.1.ff.de
admi.tu.& tunc,aut iſta adiectio cũ conſilio,eſt facta ei,qui nõ
habet plenum intellectũ, aut illi qui habet plenum, & ſanũ in-
tellectũ.Primo caſu omninò debet ſeq, ita intelligat̃ d.l.impu-
beribus.& hic.Secũdo caſu,& tunc aut ille q debet præbere cõ-
ſilium eſt particeps officij,& tenetur ſequi conſilium,vt l.Titiũ
aut Mæuium,in fi.prin.ff.de admi.tu.& ibi vide Bar. cõiuncta l.
conſi.ff.de cur.fur.aut nõ eſt particeps officij,& tunc ſufficit,q
requiratur,nec tenetur ſequi conſiliũ,vt extra de arbi.cap.cum
olim.& ff.mand.l.a.in fi.& d.l.ſi quis decedens.Scd'o caſu prin.
qñ dr̃,cum conſilio & conſenſu, vel ſi.& tunc aut ille qui vult
conſulere,non põt eſſe particeps officij, & nõ tenetur ſeq ẽt ſi
ſit dictum expreſsè,ne quid vna via &c. vt argum.l.oratio.ff.de
deſpon.& arg.d.l.quidã decedens §.j.aut põt eſſe particeps offi
cij,& tunc aut iſta adiectio fuit facta ab hoĩe,qui habet poteſta-
tẽ à l.& non tenetur ſequi cõſiliũ , vt d.l.Titiũ aut Mæuium. vbi
dixit teſtator,& ſi aliter fiat,q̃ fic; & tñ ſi non eſt particeps offi-
cij, non tenet̃ ſequi cõſiliũ; ad qđ facit l.j.in prin.& l.a.in fi.vbi
pup.edu.deb. vbi non ſolùm a conſilio extranei, ſed ẽt a conſi-
lio teſtatoris receditur.Aut adijcit̃ à l.& tũc debet requiri,& ſe
qui,quia talis cõditio appoſita ſeruatur,vt l.ſi pupillus.§.cõdò.
ff.de teſta. Iſta ſunt notabilia verba Bart. in l.1.§.ſi plures.ff. de
exer.in ver.expeditis oppo.vide Bar.& Bal.in l.ex illo.C.de ap-
pel.& Ange.& do.Io.in l.1.§.quæſitũ.ff.de app.dic ẽt, vt ibi latè
b dixi qñ ea forma ſtatuti iudex debet ferre ſnĩa ſm conſilium [b]
4 ſapiẽtis,& ſimiles q.¶†Vltimò aduertas, q licèt pupill' doli ca
pax cũ authoritate ſui tutoris poſsit de morte patris,vel de alio
publico crimine accuſare,non tñ poteſt accuſare propriũ tuto
rem de ſuſpecto.Et ratio credo q ſit, quia niſi finita tutela non
5 agitur õ tutorem, vt l.niſi finita.ff.de tut.& ra.diſt.¶† Et iſte tex.
ibi ,ea conſilio neceſſariorum &c.facit ad ſtatuta cõiter per Ita
liam, q mulier , vel minor non poſsit ſe obligare ſine conſen-
ſu propinquorum;q tale ſtatutum valet.Quid ſi dicti cõiuncti
c non volunt conſentire,ſed õdicant,[c] tunc officiũ iudicis erit,&
ad ipſum ſpectat examinare cauſas cõtradictionis, & ſi viderit
eas iuſtas,ſequi debet.alias nõ,vt no.Bar.& Bal.& Ang.& Lu-
do. & dñi mei in l.ſi cum dotẽ §.eo autem 1 pe.ff.ſol.mat.Quid
d ſi dicti coniuncti non ſunt præſentes,ſed abſentes,[d] & multũ lõ
gè,dic vt hr̃ in ſimili tex.coniuncta gl.in c.1.ver.conſilio.extra,
ne ſede vacã.in 6.no.Bal.domini mei,in l.turpia. §.j.ff. de leg.2.

ADDITIONES.

a Cum conſi. Vide Ang.conſi 92.
b Conſilium. Vide Ang.conſi.76 & 188.
c Contradicant. Vide Abb.conſi.65.2.lib.
d Abſentes. Bal.conſi.444.lib.3. conſuluit ſuper ſtatuto Papiæ, quo cauetur, q mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu uiri,q ſi uir ſit abſens,& neſcitur ubi ſit,q poteſt contrahere ſine eius conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator iuſſus à iudice adminiſtrare, an ante ſuſceptam adminiſtrationem poſſit vt ſuſpectus remoueri.*
2 *Remotio tutoris quando facilior ſit.*

Suſpectus autem eſt. ¶Qui non adminiſtrat bona
fide,licèt aliàs ſit ſoluẽdo,põt
vt ſuſpectus remoueri, & iuſſus a iudice adminiſtrare antequã
adminiſtret,põt vt ſuſpectus remoueri.h.d.¶No.q licèt aliqs ſit
ſoluẽdo,põt tñ vt ſuſpectus remoueri,& ſic diuitiæ nõ excuſãt
aliquẽ ab actione adminiſtrationis malæ. ¶No.q in tutore ma
gis reqrit̃ fidelitas adminiſtrationis,q̃ diuitię.No.q ẽt ille qui
nõdũ aliqd geſsit,põt, vt ſuſpectus remoueri.¶ In gl.remoueri.
ibi.l.hæ.n.ĩ fi.q huic ẽt õdicit.Iſta ſo.eſt õ.l.2.C.eo. & ibi gl.hoc
cõiter rephẽdit.¶ In e.ibi,ſed ea ſnĩa ſic,vt hic dr̃.hãc ſequit̃ gl.
& Dy.in l.2.C.eo.¶In ea.gl.in fi Bar.in d.l.hę.n.dicit,q tutor q
1 nihil geſsit, aut fecit† cõtumaciter, & iuſſus a ptore adminiſtra
re,non põt remoueri,vt d.l.2 C.eo.aut non contumaciter,tũc
aut ſcienter,& doloſè,& tũc põt remoueri,ut ſuſpectus, vt d.l.
2.aliàs ſecus, vt d.l.hæ.n.in fi.Ex quo dat cautelã , q iõ cogitur
quis adminiſtrare per iudicem, vt facilius ſi malè gerat, poſsit
remoueri,vt l.1.in fi.ff.de admi.tu.de quo p Cy.in d.l.2. in qua
Saly.poſt omnes cõcludit, aut tutor, vel curator datus ignorat
ſe datũ,& tunc nulla culpa poteſt ei imputari;ſupple tu,ſi non
fuit in culpa illud neſcire,iuxta gl.in l.ſi tutor.C. de pericu.tu.
aut ſcit ſe datũ.& tũc.qa ceſſat facere id ad qđ tenetur,in dolo
pręſumitur, vt ff.mã.l.dolus.Sed an ex tali dolo pręſumpto ve-
niat remouendus;diſtingue,aut nondũ cęperat gerere,aut iam
cęperat.ſi non cœperat, aut non fuit citatus , & non remoue-
tur,ſed gerere cogitur,vt ff.de admi.tu. l.quidã §.fi.& l.ſeq. aut
ipſe erat citatus,ut contumax,& tunc vt ſuſpectus remouet̃, vt
l.3.C.eo.& ff.eod.l.impuberib.in fi.& idẽ ſi dolo vel fraude, vt
d.l.2.Si verò iam cœperat adminiſtrare, & tunc pp pigritiam
poteſt remoueri, & ſic nedum propter dolum , ſed etiam pro-
pter culpam leuem poteſt remoueri , vt d.l.3.§.fi.ff.eo. quæ ſic
2 debet intelligi,vt no.Dyn.in l.1.ff.de admi.tu.nam† facilior eſt
remotio poſt cęptam adminiſtra.leges.n. volunt tutorem com
pelli ad adminiſtrandũ,& ideò tunc eſt facilior,quia tunc ma-
gis deliquit,ex quo inchoauit, vt l.cum actum.ff. de neg.geſt.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa an ſit in ſententia exprimenda.*
2 *Sententia quę poteſt ſe habere ad maiorem pœnam,& ad minorem, & ad infamiam,& non infamiam, in dubio intelligitur in minori pœna,& non diffamatoria.*
3 *Tutor ex qua culpa teneatur.*
4 *Lata culpa vtrum æquiparetur dolo,& nu.5.*
6 *Infamia facti repellit a dignitate,& a querela inofficioſi.*
7 *Mulier an de iuris ignorantia teneatur.*
8 *Ignorantia iuris an ſit lata culpa.*
9 *Infamis a principio an poſſit dari vel eſſe tutor.*
10 *Cognitio de ſuſpecto ad quem iudicem pertineat.*
11 *Tutor damnatus de ſuſpecto an ſit infamis.*

Suſpectus autem remotus. ¶Remotus pp dolũ
eſt infamis,pp culpã
non.h.d.¶Not.q dolus, & nõ culpa,infamat.¶ Not.q qñ dr̃,q
talis eſt infamis,intelligit̃ ſi deliquit ex dolo,nõ ſi ex culpa.¶ In
gl.1.in fi.ſupple tu.& de dolo continebat̃ in libello, aliàs ſi nõ
in libello,ſed in ſnĩa tantummodo, non valeret ſententia,quia
ſententia non eſſet conformis libello , vt l.vt fundus.ff. com-
1 muni di.Cy.C.eo.l.fin.in 3.quæſt.¶†Not.etiam ex gl.n.q cauſa
eſt in

a eſt in ſnia [a] reddenda, de quo ēt per gl. in l. 2. §. ignominię. ff. de
ijs qui no. infa. & p gl. & per doc. in l. q Romæ. §. duo fratres. &
ibi per Ang. & Imo. latè. ff. de uerb. obl. & uide in materia bo.
tex. cū gl. & ibi latè Bar. in l. q teſtō. ff. de exe. tu. quia (ut ibi hr̄)
bonus & cautus iudex nō exprimit cām in ſua ſnia, ne, ſi cā eſ-
ſet falſa, ſnia in totū redderet̄ falſa, qđ eſſet uerū qñ eſſet unica
rō tm̄, ſed ſi eſſent plures, & una eſſet falſa, & alia uera, teneret
b ſnia, [b] ut eſt tex. cum gl. in l. ſi quis ad excipiendum. ff. de exec.
rei ind. addas quot no. gl. Bar. Bal. & doc. in l. ſi is ad quem. ff. de
acq. hęr. ¶ In gl. ſamoſus. ibi, §. oſtēdimus in patrono. dic ut ſ. e.
dixi in prin. ¶ In ea. gl. ibi, accuſatus fuit ob dolū. no. ea gl. q in
dubio ſnia refert̄ ad libellū, de quo vide tex. & ibi Bar. & alios
in l. ait pretor §. j. ff. de re iu. de quo vide qđ ſcripſi j. de ac. §. cu-
rare. & ff. quę ſen. ſine app. reſcin. l. j §. j. & ibi dixi. facit qđ not.
Bar. & Cy. in l. j. C. de er. cal. ¶ In ea gl. in fi. no. fin. gl. quę ſp alle-
2 garur, † q ſnia quæ poteſt ſe habere ad maiorem pęnā, & ad mi
norem, & ad infamiam, & non infamiam, in dubio intelligitur
in minori pœna, & non diffamatoria. & dic, ſimilis gl. eſt in l.
hæ. n. in prin. ff. eo. & omninò vide Bar. q declarat prędicta. facit
l. præſes. & l. interpretatione. ff. de pœ. & l. ſp in ſtipulationibus.
3 ff. de reg. iu. ¶ † In gl. ob culpam. ibi, ēt leuiſſimā, no. quia gl. ſen-
tit, q tutor tenetur de leuiſſima culpa. facit C. man. l. a procura
tore. & qđ ibi no. ſed q non teneat̄ de leuiſſima, ſentit gl. in l. j.
§. pe. ff. eo. & iſtud vr̄ uerius, ut l. quicquid. C. arb. tut. vbi tenet̄
de lata & leui tm̄, non leuiſſima. fallit in duobus caſibus, q ha
bentur in l. tutor qui repertoriū. §. cōpetit. ff. de admini. tuto. vbi
tm̄ de lata quis tenetur. & hoc iō, q officiū tutoris aſſumitur ex
neceſſitate, iō nō tenetur de leuiſſima, facit l. poſt legatū §. ad-
uocatos. ff. de his q. ut indi. ita dicit Bar. in l. q Nerua. ff. depoſi.
in uer. quæro, qd veniat in actione tutelæ. Non obſtat d. l. à pcu
ratore. quia nō loquitur in negotiorū geſtore neceſſario, vt eſt
tutor, ſed in voluntario, igitur &c. facit qđ no. gl. in l. procura-
tor, q pro euictione. ff. de proc. ¶ In ea. gl. ibi, his. n. caſib. lata cul
pa dolo non cōparatur, no. ea gl. q regulariter lata culpa ęqui-
parat̄ dolo. tu dic ſm Bar. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue.
4 & d. l. q Nerua. ff. depoſi. in ver. quæro, † vtrum lata culpa ęqpa
retur dolo? & dic aut loquimur in actionib. deſcendentib. ex ɔ̄-
ctu, uel quaſi, & lata culpa æquiparatur dolo, vt d. l. q Nerua.
aut in deſcendentib. ex delicto, & tunc aut quæritur quò ad pę
nam corporalem, & lata culpa nō æquiparat̄ dolo, vt l. 3. §. j. &
in l. ff. de Sica. aut quò ad pœnam pecuniariā, & tunc aut lex, ſi-
ue ſtatutum requirit expreſsè dolū, aut ſimpliciter loquitur. Pri
mo caſu nō ęquiparatur dolo, vt l. j. §. ſi qs ideò. ff. ne vis fi. ei. &
oīno uide ſing. gl. in materia in l. magna negligentia. ff. de uerb.
ſig. Secundo caſu, æquiparatur dolo, vt d. l. j. § non aūt. ff. ſi quis
teſta. lib. eſſe iuſſ. ¶ In ea. gl. ibi, quia de dolo intelligitur. immo
ſm Bar. in d. §. ſi fraus. uidelicet, q ibi intelligitur, q ęquipara-
tur lata culpa dolo quò ad remouendū tutorem, non aūt quò
5 ad infamādū; dic ut ibi. ¶ † In ea. gl. in fin. uide q Azo ſe remitut
ad no. p ſe in fi. gl. ſeq. ubi diſtinguit, an quò ad infamiā irrogā
dam lata culpa æquiparet̄ dolo, q aut loquimur de infamia, q̄
infertur ex ſnia, & tunc lata culpa nō æquiparatur dolo, aut de
infamia quæ infertur ipſo facto, & tunc dolo æquiparat̄, ut ff.
de iis qui no. infa. l. liberorum. §. notant̄. & pōt eſſe rō ſm Bart.
in d. l. qđ Nerua. in d. verſ. itē qro, in fi. quia in illis caſib. in qbus
infamatur ipſo facto, lex tm̄ abhorret illa facta, q factū magis
no. q̄ conſilium, ut l. palam. §. pe. ff. de ritu nup. & iſtā opi. Bart.
6 ibi approbat. ¶ † In gl. in ver. æquè. ibi, fit tamē infamis de facto.
dic q infamia facti parit duplicē effectum, quia repellit a digni
c tate [c] & a quærela inofficioſi, vt no. gl. l. j. circa prin. ff. de iis q no.
7 infa. dic ut ibi p doc. & no. gl. & doc. in l. nullā. C. de infa. ¶ † In
ea. gl. ibi, in mulierib. no. ex gl. q rła eſt, q mulier non tenet̄ de
d iuris ignorantia, [d] tu dic q immo regula eſt in ɔ̄riū, qui ita fę-
mina, ſicut maſculus dēt ſcire iura, nec pōt allegare iuris igno-
rātiā, vt eſt tex. ſing. in l. ſi. C. de iure & fac. igno. fallit in multis
8 caſib. ibi. no. per gl. & doc. dic ut ibi. ¶ † In ea. gl. ibi, ergo ſi quis
ignorat, eſt in lata culpa. dic ſm Io. Fab. q ſm hoc omnes de
mundo ſunt in lata culpa, quia nullus omnia ſcit, ſaltem ex im
prouiſo. immo dico tibi, bene etiam & maturè prouiſus, vt do-
cet experientia, ac etiam, quia iura tantummodo pręſumūt de
Imperatore, q habeat omnia iura, & non de alio, ut l. omniū.
C. de teſt. igitur &c. & tn̄ licèt ius non præſumat Imperatorē
errare in iure, ut d. l. omniū. de facto tamen errat, & errare pōt.
vt no. gl. in l. 3. in fin. ff. de ſup. leg. vnde ſm eum, doctor. intelli-
gunt, q hoc quod dicit gl. intelligat̄ de iurib. uulgarib. et com-
munibus, et quę frequenter ſunt in facto; ſecus ergo ſm eum de
materia manumiſſionum, et ſimilium, quod not. ad intellectū
dictæ regulæ, q oēs debent ſcire iura. ¶ In ea. gl. in fi. ita cōiter

9 tenetur, ut dixi in gl. pręcedenti. ¶ † Quæro, quia hic dr̄, q in ali-
quo caſu dānatus efficit̄ infamis, an qui eſt a princ. infamis poſ
ſit dari, vel eſſe tutor? gl. & Bar. in l. Athletæ. in prin. ff. de excu.
tut. tenet, q ſic, ad ſimilitudinē pcuratoris, ut j. de exce. §. ſi. qđ
no. quod tamē tu intelligas, vt ibi dicam. & prædicta loquunt̄,
ſi incidit in infamiā, ſed an ſi a principio ſit infamis, poſſit dari
vel eſſe legitimus tutor? gl. & Bar. in l. cui eorum. in princ. ff. de
10 poſtu. dicunt q ſic, qđ no. ¶ † Quæro, an cognitio de ſuſpecto
ſpectet ad iudicē cauſarū ciuilium vel criminalium? dicit Bal. ī
l. j. C. ſi tut. nō geſ. q de facto uidit agitari corā iudice cauſarū
ciuilium, prętertim cū agitur de culpa tutoris, vel negligentia,
vt hic, non de dolo. qđ eſt uerum, vbi principaliter format̄ li-
bellus de ſuſpecto: ſin autē uitium ſuſpitionis venit incidēter in
alio iudicio iam moto, tunc cauſa ſuſpicionis eſt agitanda corā
illo iudice, corā quo principaliter cā mouebatur, ēt ſi non eſ-
ſet realiter iudex ſe ſuſpicione tutoris, vt l. quoties. cū ibi no. p
glo. & omnes doc. C. de iud. vbi uidetur caſus, & in l. eū qui res
11 agit hæredum. C. de procur. ¶ † Quęro, an dānatus in iudicio de
ſuſpecto per officium iudicis, & ſic p inquiſitionē ſit infamis?
gl. in l. 3. §. præterea. ff. eo dicit q non; quam ſequit̄ ibi damna-
tus, dicit, aut eſt aliquis damnatus, & punit̄ tali coerctione, quę
infamat, & erit infamis, vt l. ictus fuſtium. ff. de is q no. infa. ſi ve
rò eſt tm̄ damnatus, & non punitur, & tūc quandoq; permittit̄
inquiſitio per ſe, & tanq̄ ſeparata a iudicio publico, vt l. nul-
lum. C. de reli. q aures iudicis offendit, & non efficit̄ infamis.
rō, q nō eſt damnatus iudicio publico; ſi verò inquiſitio ſucce
dit directò in locum accuſationis publici iudicis, tūc dānatus
eſt infamis, ut l. athletas. §. calumniator. cū gl. ff. de ijs qui no. in-
fa. Nō ob. gl. ɔ̄ria, quia debet intelligi ſm dictam diſt. de quo tn̄
vide gl. & Ang. & Imo. in d. l. infamē. & per Bal. in l. 1. C. de ca-
lum. & plenè per Sal. in l. ea quidē. C. de accu. ver. vlterius quę-
ro an dānatus p inquiſitionē &c. dic ut ibi. de quo dixi in trac.
meo maleſi. in gl. in uer. hæc eſt quædam inquiſitio. dic ut ibi.

ADDITIONES.

non dr̃ hẽre patrẽ.l.vulgò.ff.de ſtatu ho. ¶In gl.publicus. in fi.
dic Iac.de Are.& Pet.vt refert Cy.in l.quædam. ff.eo.approbãt
opi.Pla.& tamẽ prius pro euidentia ſciendum eſt ſm eos, quæ
1 ſit drĩa inter publicum & cõe,& dicunt, ꝙ † cõe eſt oĩbus ani-
mantibus ẽt brutis,vt ſ.eo.§.& quidem.vnde cũ ibi dicat,om
niũ,dẽt ẽt intelligi eſſe animalium.Sed publicũ dr̃,ꝙ eſt in vſu
oĩum hoĩum.l.tm.vnde publicum dr̃,quaſi populicum,& ap-
pellatione populi non continentur aĩalia. Item cõia maioris
ſunt cõiatis oĩb.aĩantibus,vt aer,& mare,& aquę de cęlo de-
fluentes,quę omnibus patent, flumina non tm̃ patent. Et hoc

viſo,

viſo,dicunt,ꝙ opi.Pla.eſt verior.Pla.dicit ꝙ ipſum mare eſt cō
mune,nec eſt in alicuius dñio, niſi Dei,& illa flumina oībus ſe
offerunt,& ita eſt quodlibet publicū,& quodlibet cōe, non ſic
eſt de vſibus,quia quidā ſunt qui congruunt hoībus tm̄,vt naui
gare & piſcari, quæ non cōgruūt oībus animantib.alij ſunt,qui
conueniunt,oīb.vt bibere & tranſnatare, & primus vſus eſt de
iure gen.q̄a ſolis hoībus applicat̄.Et ita intelligit̄ iſte §. ꝙ alius
eſt publicus,& alius eſt cōis & publicus, ſed quia mare, aer, &
aqua ꝓfluēs,magis applicat̄ oībus in cōi,q̄ flumina,idcircò fue
runt appoſita ſub noīe cōis, & alia ſub noīe publici. Itē dñt, ꝙ
viæ nō ſunt vnius populi publicè, ſed oīum, ſicut flumina. vñ
tm̄ hēt ius vnus de Anglia in via q̄ eſt hic Bononiæ ad ius eun
di,ſicut vnus de iſtis partib.Sed Io.Fab.non placet hæc opi.q̄a
ea quo tea.diuidit cōe,& publicū,oportet ꝙ ſint ſeparatę dñię,
alias eēt fruſtratoria diuiſio,vt hic no. Vnde dic, ꝙ aer,mare, &
a aqua profluens,& litus maris ſunt cōia,†iure naturali,q̄a nun
quā in alicuius dñio fuerunt,ſed ſunt relicta ſuo iure primęuo,
quo oia erant cōia.ſed flumen,portus &c.ſunt publica,q̄a ſunt
populi quò ad dñiū, & per ius gentiū, quo fuerunt dñia acqſi
ta,& adinuenta,& appropriata,& in dñio repoſita. & hoc vo
luit dicere hic § & fuit expreſſum.ff. de acq.re.do.l.ꝙ in littore.
& inf.eo.§.ferè.Iſta tñ publica differunt ab alijs, quæ ſunt ciui
tatū & vniuerſitatū, q̄a iſta ſunt totius populi de mūdo , & illa
nō,ſed tm̄ illius vniuerſitatis, vel ciuitatis, quæ vice vnius po
puli funguntur,non populi vniuerſalis,vt l.mortuo.ff.de fideiuſſ.
¶Ex quo ſequit̄,ꝙ ratio doct.nō vr̄ bona, q̄a mare nō eſt magis
in vſu oium animantiū,q̄ ſint flumina,ꝙ patet,q̄a beſtię terrę
nō vtunt̄ mari,& tñ piſces & beſtiæ terræ vtuntur fluminib.vñ
q̄a mare eſt incōprehenſibile ſicut aer,igit̄ nō fuit in bonis po
puli applicatū,ſed Dei tm̄,non ſic in fluminib.ſed vſus maris,&
litorū eſt de iure gen.quo fuerunt dñia diſtincta, & ſic quādiu
q̄s ædificauerit,& ædificatū habuerit,& ꝙ in eo cęperit ſuum
erit:vnde is vſus eſt de iure gen.ex quo reſultat meū, & tuū,ex
quo repta ſūt dñia, & ius acqrēdi ſibi,vt ſ̄. de iure nat.gē. & ci.
§.ex hoc iure.& hoc vult dicere iſte § nec. ꝯ dicit.§.& hoc qdē.
q̄a de re ipſa loquit̄,ſed iſte §.de vſu rei. & iſta opi.gl.cōiter ap
3 probat̄.¶†Et iſta,ſm Bal.in rub.ff.eo. in ver.ſed q̄rit̄, an potius
maris &c.inducuntur,cū mare, & littora maris, & portus ſunt
cōia , an teſtm̄ factū in portu Saracenorū , dicat̄ factū in terris
Saracenorum? & determinatum fuit, ꝙ nō, quia portus eſt pu
blicus, & ideo ita Chriſtianorum,ſicut Saracenorum,nam hoc
eſt introductū de iure gen.¶In gl.nullius.in fi.dic,intellige quo
ad proprietatem,quo autē ad vſum,eſt omnium, vt infra.§.ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Vniuerſitatis quę ſint.*
2 *Teſtes in cauſa vniuerſitatis vel collegij , an illi de vniuerſitate vel collegio eſſe poſſint.*
3 *Ciuitates omnes & villę poſſunt habere proprium in communi , & burſam communem.*

Vniuerſitas. ¶Ea quæ merè vniuerſitatis ſunt , ſingulos
nō cōcernunt.h.d.¶No.ꝙ ea quę ſunt vni
uerſitatis,non ſunt ſingulorum de vniuerſitate. ¶No.ꝙ palatiū
dominorū Ancianorum,& platea,non ſunt cōes,licèt ſint cōis
Bononię,non tñ ſunt alicuius particularis perſonę Bonon.¶In
1 gl.j.i fi.vt dicā j̄.in gl.fi.¶†In gl.fi.in fi.dic, quędā ſunt vniuerſi
a tatis, [a] quò ad honorem & commodū , vt molendina coīs Bo
noniæ, de quibus loquit̄ gl.in l.ſed & Celſus.ff. de ꝯhen.empt.
quia borſæ cōitatis applicant̄ reditus & prouentus eorum , vt
eſt lacus Peruſinus,vt no.ff.de vſufr.l.vſufructuariū ſi viuarijs.
quædā ſunt vniuerſitatis quò ad nomē & honores,tñ in his bur
ſa vniuerſitatis nihil ꝑcipit,ſed ſinguli hoīes illius loci, vt ſunt
quædā nemora in quibus ligna & paſculationes fiunt , ꝑ hoīes
illius villę vel vniuerſitatis,vt no.gl.in l.ſicut.ff.qđ cuiuſq; vni.
2 †Et dñia eſt,q̄a ſi lis vertitur de rebus vniuerſitatis, authoritate
b & vtilitate, tunc ſingulares hoīes villæ poſſunt teſtificari.[b] niſi
fortè cā eſſet criminalis,& multū ardua,in qua minus credit te
ſtibus domeſticis,vt ex̄ de accu.c.repellantur. Si verò lis vertit̄
de rebus vniuerſitatis authoritate,ſed priuata ſingulorū vtilita
te,tunc nō poſſunt teſtificari,q̄a re ipſa ſunt partes, vt l.oībus.
C.de teſti.& ſic ille qui eſt pars,non pōt eſſe teſtis.Nec ob.§.le
gatarijs.infrà de teſta. q̄a ibi non erat quæſtio de legato, ſed de
inſtitutione,& ſnia non mādat̄ executioni ſup legato, & iō ibi
legatarius non poteſt dici pars iudicij.iſta ſunt verba Bal.in ru
bri.ff.eo.in ver.nunc de quinto mēbro,videlicet,de reb.vniuer
ſitatis,ſed ſunt iſta uerba Guil.de Cu. & Bar.de quibus Bal.non
facit mentionem,in l.in tātū.§.vniuerſitatis.ff.eo.vbi gl.Bart.&
Sal.in l.ſed ſi hac.§.qui manumittit̄.ff.de in ius voc.& vide gl.&
ibi do.meū d.Flo.in l.idonei.ff.de teſti.¶ Vnū addas,ꝙ ſi eſt tale
q̄d ꝙ non pōt probari niſi ꝑ illos de collegio, vt eſt electio quę
fit in ſecretò,ꝑ illos de collegio ꝓbabit̄,ita dicit Guil.de Cu. &
Bar.in d.§.vniuerſitatis.& idē ſi eſt tale factū de quo veriſimili
ter non ſunt, nec hr̄i conſueuerunt alij teſtes, ita dicit Bar.in l.
admonēdi.ff.de iureiu.& vide Spe.in ti.de teſt.§.1.ver.q̄d in cā
vniuerſitatis.¶Aduertas,q̄a gl.illa dicit,dummodò neceſſitatis
cā facta.dic ſm Io.Fab.ibidē,& ſi ſine neceſſitate, nā cēs ciuita
3 tes,&†villæ pñt hr̄e proprium in cōi , & burſam cōem de iure.
ff.ad Treb.l.oīb.ff. de leg.1.l.ciuitatibus. & l.ſi quis a ſeruo.§.fi.
l.ſi hæres.§.1.quinimmo ſm Inn. maiorē pñt conſtituere q̄ eos
iudicet,vt no.in c.cū ab eccleſia,de offi.deleg.in antiquis.dum
modò confirmet̄ per ſuperiorē, ſi ciuitas recognoſcit ſuperio
rē,vt no.in auct.de deſenſo.ci.§.1. vide quæ dixi ſ̄.eo.in prin.ti.

A D D I T I O N E S.

a Vniuerſitatis.De uniuerſitate addo,ꝙ qñ non eſt ſoluendo,pōt ſingulis imponi collecta.Ita voluit Abb.in c.cum oēs.in 3.col.de conſti.alle.glo. in l.1.§.ꝙ cuiuſque vni.no.uide eundem Panor.in c.cum dilecta,de elec.ſup gl.fi.
b Teſtificari.Vide Rom.conſi.7.& 308. & Alex.latè conſi.44.

S V M M A R I V M.

1 *Cōmunia in nullius ſunt bonis , & qualiter differunt cōia a ſacris.*
2 *Poſſeſſio non præſumitur, niſi vſus probetur.*
3 *Beneficia eccleſiaſtica an præſumantur vacantia.*
4 *Gemmarum dominium cuius ſit.*
5 *Pecunia inuenta,cuius dominus ignoratur ,cui ſit danda.*

Nullius. ¶Iſta pars vſq; ad §.ſingulorū.diuidit̄ in quatuor
partes. Primò,ponit quæ dicant̄ in nullius bonis.
Scđò,ponit exemplum de reb.ſacris.Tertiò,de religioſis.Quar
tò,de ſanctis reb. ſecunda ibi, ſacra ſunt. tertia ibi, religioſum.
quarta ibi,ſanctę quoq;. & quamlibet partem legam de per ſe.
¶Et hæc opi.prima pars.h.d.Ea quæ ſunt diuini iuris in nullius
bonis ſunt.h.d.¶No.ꝙ id qđ eſt diuini iuris, nō dr̄ eſſe in bonis
1 alicuius ꝑſonæ. ¶†In gl.ibi,ſingulis.ideo dic ſm Io.Fab.ꝙ cōia
in nullius bonis ſunt.ff.de acq.rer.do.l.3.§.ferrę.tñ differūt cōia
a religioſis & ſacris, quia ſacra ſunt in vſu & ſeruitio Dei, cōia
ſunt in vſu & ſeruitio hominū. Item cōia efficiuntur occupan
tiū,ſacra nullius. Adde ꝙ multis modis res dr̄ in nullius bonis
eſſe,de quib.per gl.in l.1.in prin.ff.eo.& ibi doc.& in §.feræ.ſ̄.e.
¶Quęro,an in dubio præſumatur res alicuius?ridec ſic,ſi pro
2 phana res eſt, vt l.fi.C.vnde vi.ſed†poſſeſſio nunquam pręſumi
tur,niſi probet̄ vſus, vt ff.de ver.ſig.l.qō.& ita dicit Bal.in l.1.in
prin.ff.eo.& in hoc pōt eſſe rō, quia poſſeſſio eſt facti, vt l.3. in
prin.coniuncta l.2.in prin.& quod ibi no.ff.de acq poſſ.vbi fa
ctum requirit̄,ergo nō ꝑſumit̄, ut l.deniq;.ff. ex quib.cau.maio.
3 & l.cum hæredes.in prin.ff.de acq.poſſ. ¶†Quæro,an beneficia
eccleſiaſtica pręſumantur vacantia?& Bal.d.l.1.in prin.dicit ꝙ
ſic,niſi appareāt eſſe collata,vel inſtituta alicui, vt in c.1.de reg.
iur.in 6. vel niſi quis ſit in poſſeſſione:nam titulum beneficij ne
a mo cogitur oſtēdere,[a] niſi ſuperiori, vt no.in d.c.1.Adde tu no.
4 in l.cogi.ꝑ gl.& doc.C.de peti.hær. ¶†Quid de gemmis & lapi
dibus?ridet Bal.in d.l.1.in prin. ꝙ diſtingui debēt loca vbi in
ueniuntur:nā ſi in littore maris,præſumuntur nullius eſſe,ſecus
ſi in agro alieno,ſed pecunia ſemper præſumitur aliena, niſi ſit
5 theſaurus, vt j̄.eod. §.theſauros. ¶†Quid ſi in quodam nemore
inueni ſacculum pecuniæ,vel anulum pretioſum,& cuius ſit di
ligenter perquiſiui , & reperire non potui , quid debeo facere,
nunquid poſſum mihi retinere , & ſic pręſumatur habitus pro
derelicto, vr̄ quod nō, vt j̄.eo.§.fi.ꝯ vr̄,ſi nemo eſt qui aduocet,
ergo iuſtè poſſideo, vt arg.l.1.in fi.ff. vti poſſid. tñ determinat
ibi Bal.ꝙ cum non ſit meum,ꝙ debeam conſignare ep̄o loci, vt
b det & diſtribuat inter pauperes,[b] vt arg.in auct.omnes peregri
ni.C.communia.de ſuc. ¶Quęrit Bal.etiam in d.l.1.quid ſi quis
reperiatur in poſſeſſione feudi, an pręſumatur illud habere de
iure?& quia longum eſt,ſufficit remiſſio,dic ut ibi per eum,cu
ius rei occaſione Bald.multa ibi de materia feudorum poſuit,
licèt in extraneo loco,ut ſemper ſui moris fuit.dic ut ibi plenè
per eum, quia non ſumus in feudis,quę omnia no.& ſi iſta repo
ries, videas ſi effectus fuit bonęfidei poſſeſſor vel nō, & vtrum
effecta fuerit res occupantis & inuentoris,necne, &c.

A D D I T I O N E S.

a Oſtendere.Vide Pet. de Anch.conſi.59.
b Pauperes.Idem debet fieri de liguamine,uel aliis re.impetu fluminis dimiſſis in agris alicuius,cum non appareat dominus, ſecundum Fel.conſ.102.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotij & Imperij concurſus, eiuſque rei effectus.*
2 *Locus ſacer non dicitur, niſi per Pontificem ſacretur.*
3 *Res eccleſiæ non conſecratæ in cuius dominio ſint.*
4 *Bona eccleſiæ quæ poſſint alienari.*
5 *Res eccleſiæ à quo alienari, & vendicari poſſint. & nu. 6. & 7.*
7 *Abbas maior poteſt agere pro rebus capellarum ſibi ſubiectarum.*
8 *Dedicatio quot modis fiat, vt dominium tranſeat.*
9 *Sacrilegium quot modis committatur.*
10 *Eccleſia diruta, & poſtea reparata, an durent priuilegia.*
11 *Calix confractus, licet poſtea reficiatur, deſinit eſſe ſacer, & profanus efficitur.*

Sacræ res ſunt. ¶Res ſacræ ſunt, quæ ritè per Pôtifices
Deo dedicatę ſunt, ſeu quæ ad diuinú
miniſterium deputanẽ, quæ non pñt niſi pro captiuitate homi-
num alienari. h. d. ¶No. ꝙ oportet ꝙ duo concurrant ad hoc vt
res ſacra dicaẽ, videlicet, ꝙ per Pôtifices ſit conſecrata, & rite
.i. ſolenniter. ¶No. ꝙ illa quæ ſunt Deo dedicata, ritè dñr ſacra.
¶No. ꝙ res ſacræ ẽt p cõſtitutiones Imperiales, prohibenẽ alie
nari, ac ẽt pignori dari. ¶No. quod redemptio captiuorum eſt
ita fauorabilis, qđ ẽt res donatę, ſacræ ẽt miniſterio Dei ritè de
dicatæ, pñt pro dicta redemptione alienari. Ex quo ſequitur, ꝙ
ita fauorabilis eſt, & vř magis, cã redemptionis captiuorum, ſi
cur ſi res donata eccleſiæ ſit in miniſterio Dei. ¶No. qđ nemo
priuatus pôt ſibi ſacrum conſtituere, quia non hẽt ptãtem, neq;
authoritatem. ¶No. ꝙ locus in quo ędificata eſt eccleſia, etiam
diruta eccleſia, remanet ſacer. Ex quo ſequitur, ꝙ indulgẽtiæ &
a priuilegia conceſſa eccleſię, ẽt diruta eccleſia durant.[a] ¶In gl. 1.
in fi. dic hanc vltimam, vult gl. in d. l. ſacra. §. 1. pro qua facit tex.
in l. fi. vt in poſ. leg. ¶Ex quibus vř inferri, ꝙ olim Imperatores
1 erant ſacerdotes. vnde a prin. vř ꝙ ſacerdotium, † & Imperium
per poſterius. Signum huius eſt, quia primò vngebanẽ, ſecundò
regebant populum, poſtea añt Chriſtus diuiſit ſpirituale, & tẽ-
porale, non abdicando, ſed ſolùm quò ad adminiſtrationẽ. Vn-
de dicunt eccleſiaſtici viri, quod vterque gladius fundatur in
Papa, ſed exercitiũ gladij temporalis cõmittitur Imperatori, &
ꝙ non eſt Imperator ante commiſſionẽ. quã opin. dicunt, ꝙ q-
libet Chriſtianus debet tenere, quia nõ reperiẽ, ꝙ Chriſtus ab-
ſtulerit Petro gladiũ tpalem, quem ante habebat ſumus ſacer-
dos, ſed prohibuit ei adminiſtrationem, & hoc patet, quia non
ſimpliciter dixit, conuerte gladiũ in uaginã, ſed adiecit tuũ, qđ
eſt dominij ſignificatiuum, reſpectu Petri. ac ẽt non dixit, proij-
ce, quaſi non eſſet ſuũ, ſed dixit conuerte, quaſi retineat p ſe in
habitu, ſed exercitiũ non uoluit ꝙ haberet. ¶Et aduertas, ꝙ per
prędicta vř qđ Imperator conſecretur, vt extra de elec. c. uene
rab. in antiquis, de iureiur. c. Romani in cle. & ſic vř ꝙ poſſit cõ
ſecrare, ſm primã expoſitionẽ gl. ſed dic ſm Io. Fab. ꝙ impro-
priè ſumitur conſecratio, ut no. in d. c. uenerab. & per Hoſt. cũ
dicit, ꝙ hodie certum eſt, ꝙ ad Imperatorẽ non pertinet ſe de ta
libus intromittere, ut extra de deci. c. tua. & no. Hoſ. in c. qđ ſit.
2 extra de rel. unde dicit tenendum, ꝙ † hodie nullus locus dř ſa-
cer, niſi per Pontificem conſecretur, ut patet hic, & extra de cõ
ſec. diſt. 1. c. nemo, in auct. ut nul. fab. ora. do. in rubro & nigro,
de mona §. illud. & de eccl. titulis. §. ſi qs oratorij domũ. ſed ex
quo fundaẽ cũ authoritate & uoluntate epiſcopi, ſtatim effici-
tur ſacer, ſiue religioſus, de conſe. diſtin. 1. c. vnicuiq;. & 18. q. 2.
c. quidã. Itẽ ẽt capellæ, quæ in domibus fiunt, ut ibi patet. In ec-
cleſia cathedrali eſt neceſſaria authoritas Papæ. ut ex̃ de ſede ua
can. c. 1. xenodochia & hoſpitalia unuſquiſque facere pôt, ſiue
b ædificare ſine authoritate epi, ſed non diceẽ locus ſacer[b] vel re-
3 ligioſus, ut extra de rer. p mu. c. ad hoc. & c. mancipiũ. ¶ † Sed qd
de rebus eccleſię quæ non ſunt conſecratę? Inno. vř uelle, ꝙ ſint
in dominio uniuerſalis eccleſiæ, & eius capitis, quod eſt Chri-
ſtus. ut no. extra de cau. poſſ. & propr. c. cũ inper. ſed Io. Fab. vř
velle, ꝙ quælibet eccleſia habeat dñium rerum ſibi aſſignata-
rum, ut eſt caſus in d. c. cum dilectus. uerſ. uerum. ibi cum dicit,
proprietatem. extra de ord. cog. vř expreſſum de re iu. c. abba-
te ſanè. & de reb. eccl. c. 1. & 2. in 6. & in antiq. de teſt. ca. requiſi-
ſti. & apparet, ꝙ eccleſia ꝯ eccleſiã pręſcribitur, ut c. illud. ex̃ de
præſcrip. Itẽ eccleſia Romana habet aliud tempus pro ſuis re-
bus proprijs. C. de ſacroſan. eccl. auct. ſi qua mulier. & hoc in il
lis eccleſiis religioſis quę pñt habere ppriũ in cõi, ſecus in alijs
quæ non poſſunt, ut fratres minores, quia Papa eſt dñs bono-
rum quæ ad tales ueniant quò ad proprietatẽ, ut extra de uerb.
ſign. c. exiui. §. denique. Item eccleſia poſſidet, extra de elect. c.
querelam. quamuis ſit uiduata rectore, ſecus in uniuerſitate, ut
no. ff. quod cuiuſque uni. l. ſicut. §. ſi. ¶In gloſſ. dedicata ſunt, in
4 fi. dic ſm Io. Fab. ꝙ quędam ſunt deputata † ſeruitio Dei imme-
diatè, vt calices, cruces, ornamenta altarium, vt dicit hic gl. &
de illis vř loqui hic: quædam non, ſed ad ſeruitutem ſeruientiũ
Deo, ut fundus & ſimilia, & de illis vř loqui in auct. de alie. &
emphy. §. hoc ẽt ſuper his, colla. 9. & inter iſta vř fieri dřa, quia
prima non poſſunt alienari niſi cã pietatis, redemptionis ca-
ptiuorum, vel alẽdorũ pauperũ tpe famis, ut hic in gl. ſed alia
pñt pp utilitatẽ eccleſiæ, uel æquitatẽ, ut C. de ſacroſan. eccleſ.
5 auct. hoc ius porrectũ. ¶ † In gl. conſtitutione. in fin. quæro, quis
pôt iſtas res eccleſiæ alienare, & iniſta ex cã reuocare, vel vendi
6 care? dic ꝙ eps, vt d. l. ſancimus. ¶ † Quęro, an non tm̃ eccleſię ca
thedralis, ſed ẽt ſi eſſent cuiuſlibet alterius eccleſiæ, eps poſſit
vendicare? dic ꝙ ſic, vt arg. in auct. de ali. & emph. §. & qm̃ co-
7 gnouimus. col. 9. vt no. glo. & Bar. in d. l. ſancimus. qđ no. ¶ † Ex
quo no. ſm Bart. ꝙ eps pôt agere pro rebus eccleſiæ ſibi ſubie-
ctæ. Idem dicendum ſm eum, de Abbate maiore, qui pôt agere
c pro rebus illarum capellarum.[c] Aduertendum tñ eſt, ꝙ ſi con-
curri rector illius eccleſiæ, & ſuperior, præfertur ille rector il
lius eccleſię cuius principaliter intereſt, arg. l. 2. §. fi. cum ibi no.
ff. ad l. Iul. dẽt tñ eps, qñ agit pro aliqua eccleſia uel capella, age
re nomine illius capellæ, & non ſuo nomine, ad ſimilitudinem
coniunctæ perſonę, ut argu. no. in l. ſed & hæ. ff. de procur. ſm
Bar. in d. l. ſancimus. ¶In gl. excepta. in fi. dic vt dixi ſuper gl. in
verbo, Pontifices. ¶In gl. profanam. in fi. dic, ꝙ tribus modis fit
8 † dedicatio, uidelicet corde, & iſta nihil quò ad forum iudicia-
le. item ore, & tunc aut eſt pollicitatio nuda, & tunc nõ tranſit
dñium, ut l. illud. C. de ſacroſan. eccl. aut eſt promiſſio tranſiẽs
in ꝯctum, & tunc transfertur dñium, vt C. de ſacroſan. eccl. l. fi.
aut eſt dedicatio opere, & tunc non eſt dubium, ꝙ transfertur
dñium & poſſeſſionem, extra de conſue. c. ex parte. tñ facit ip-
ſa perſona priuata ſacrum, ut hic dicit Bal. & in l. ſi nondum. C.
9 de furtis. ¶Quæro quot modis dř † committi ſacrilegium? rñdet
Bal. in d. l. ſi nondum. ꝙ tribus modis. primò rõne perſonæ, vt
qñ quis verberat clericum, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſecundò
qñ quis peccat cum moniali. 17. q. 1. impudicas. tertiò modo ra
tione rei, & hoc pluribus modis, vt qñ ſacrum de ſacro. ſecũdò
qñ ſacrum de non ſacro. tertiò qñ aufertur non ſacrum de ſa-
cro, vide quod no. de foro compet. c. cooqueſtus. & de immu.
eccl. c. ſi. per Inno. ita dicit Bald. ¶Et ſubdit, ꝙ ſi ſtatuto munici-
pali fiat mentio de ſacrilegio, ꝙ intelligitur ſtrictè ſm ius ciui-
le, quia a iure ciuili hẽt authoritatem, & cum eo confirmatur,
vt l. 2. C. de noxa. ſed ſi eſſet conſtitutio epiſcopalis, tunc intel-
ligitur ſm ius canonicum a quo dependet. & hæc ſequitur etiã
ibi Sal. quod no. ¶In gl. remanet. in fi. quid autem ſi eccleſia eſt
10 diruta, & poſtea † reparata, an durent priuilegia indulgentiarũ?
& iſte tex. facit ꝙ ſic. quod eſt uerum, ſi de facto ſit diruta, uel
paulatim ut reficeretur. iuxta l. inter ſtipulantem. § ſacram. ff.
de uerb. oblig. ſin autem de iure fuerit diruta, tunc etiã deſinunt
priuilegia competere: ita dicit Innocen. in c. cum ex iniuncto.
de nou. oper. nunc. in antiquis, & Flor. in l. ſeruitutes. §. ſubla-
11 tum. de ſerui. urb præd. † & prędicta non habent locum in ca-
lice confracto, quia licet poſtea reficiatur, deſinit eſſe ſacer, &
efficitur profanus. ut in auct. præterea. C. de ſacroſan. eccl. & ra
tio ibi ponitur ſecundum Io. de Pla. dic ut ibi.

ADDITIONES.

a Durant. Limita ſecundum Imo. In c. cum ex iniuncto, de ope. no nunc. uerum niſi authoritate ſuperioris eſſet diruta ſine ſpe reſtaurationis.
b Sacer. Vide Fede. conſi. 230 Rom. conſi. 335. & 409.
c Capellarum. Vide Canoniſt. in cle. 2. de relec.

SVMMARIVM.

1 *Socius inuito ſocio an poſſit mortuum in communi fundo ſepelire.*
2 *Locum religioſum quæ faciant & nu. 3 & 4.*
3 *Sepulchra in quibus locis fieri poſſint.*

Religioſum. ¶Sepeliendo mortuum in locũ ſuum, quis
eum religioſum facit. Item ſocius inuito
a ſocio, locum[a] religioſum facere non poteſt, ſepulchrũ uerò ſic,
proprietarius autem inuito uſufructuario non poteſt, & ſi con
cediẽ alicui mortuũ inferre, locus efficitur religioſus, ẽt ſi dñm
poſtea pœniteat. h. d. ¶No. ex iſto §. cõiũcto §. pc. præc. ꝙ licèt
priuatus nõ poſſit facere rẽ ſacrã, ẽt rem propriã & ſuã, tñ pôt
rem

ADDITIO.

a Communem, in antiq. exempl.

rem ꝓpriā religioſam facere ꝓpria authoritate: ex quo infert,
ꝙ facilius ſit religioſum, ꝙ̄ ſacrum.¶No. ꝙ id qđ cōmune eſt,
non pōt dici meum.& vide qđ plenè habet, & ibi Bar.& doct.
a in l.ſerui electione. § fi.ff.de leg.1.¶No.ꝙ ſocius [a] non † poteſt
1 uti re cōi ad uſum nō deſtinatū, inuito ſocio,facit l.Sabinus.cū
ibi no.ff.cōi diui. & ſic nō pōt mortuum ſepelire in fundo cōi,
inuito ſocio.quod eſt verum,qñ vellet ibi extraneum ſepelire.
ſecus ſi unus ex dñis ibi ſepeliatur, quia tunc id fieri poteſt, &
ſi alibi haberet,vbi ſepeliri poſſet,ut eſt tex.cū gl.qui hoc limi
tat in l.ſi plures.& in l.ſunt perſonæ.ff.de reli.¶No. ꝙ ſi ſepul-
chrū eſt cōe pluribus,tunc inuito ſocio, ſocius poteſt mortuū
inferre,& eſt ratio,quia ad hoc eſt deſtinatum,facit l.ſi ædes.ff.
cōi diui.cū ibi no.¶No.ꝙ proprietarius non pōt aliquid face-
re,quod ſit ꝑiudiciale ipſi uſufructuario,facit qđ hř,& ibi dixi
ſ.eo.§.ripa ū.¶No.ꝙ concedens mortuū inferri in locū ſuum,
non pōt poſteà vetare,& ſic nō poteſt pœnitere,& ſic ꝙ ſemel
placuit &c.de quo plenè ꝑ Dyn.in regula, qđ ſemel,de reg.iu.
a in 6.¶In gl.religioſum,in fi.duo ergo † requiruntur,ut locus ef
ficiatur religioſus,videlicet,ꝙ ibi mortuus inferatur, & a dño
rei,uel quaſi dño illius loci. Vnde ſi qs inferat mortuū in alie-
num locum purū,ꝯ eum dño,& non vſufructuario, vel habēti
ius in re datur actio in factum,ut mortuū remoueat,nec tñ per
illam mortui rationem locus efficitur religioſus, niſi dño ꝑſtet
pretium loci,vt eſt caſus in l.2.§.1. coniūcta l.is qui.ff.de relig.
Sin autem mortuum quis inferat in ſepulchrum alienū ſciēter,
tenetur ciuiliter,vel criminaliter,& pecuniaria, aut corporali
pœna,de ſepul.uiol. vt l.2.§.ꝑior.ff.de relig.& l.1. & l.q ſepul-
3 chra. & ibi doc.C.de ſepul.viol.¶†Quæro,an hodie fiat religio
ſus locus iſto modo de iure cano.Inn.extra de ſepul. in c.abolē
dæ.& ibi doc.tenent,ꝙ non,quia requiritur authoritas epiſco-
pi ad hoc,ut efficiatur religioſus,vt c.pe.& c.fi. extra de conſe.
eccle. vel alta. dicit tñ Io.Fab. ꝙ ſi iſto modo factus fuerit reli-
gioſus,ſm noſtras leges,ꝙ talis locus vendi aut pignorari non
poterit,cū iura ciuilia non reperiantur correcta quo ad hoc,ut
l.3.C.quæ res pig.obli.non poſſ. de quo iñ vide gl. & quod ibi
doc.in d.c.abolendæ. ¶In gl.mortuum.ibi,totum &c. aduertas
tñ,ꝙ non totus fundus efficitur religioſus,licet enim dominus
in proprio fundo mortuum inferat, ſed tm̄ quantū corpus hu-
matū eſt,ut eſt tex.in l.2. §.vt autē Celſus.ff.de rel. ¶In ead.gl.
in fi.no.& ſigna gl. qđ tamen intellige verum, ſi pars anterior
non ſupereſt,vt d.l.cū diuerſis,rōne incertitudinis,vt arg.l.duo
ſunt Titij. ff. de teſt. tut. aut alias ſecus fauore religionis, vt l.
ſunt ꝑſonæ, in fi.ff.de reli. ita dicit Rich.& Sal.& Bar. in d.l.cū
in diuerſis. aliàs aūt ſi pars anterior apparet, illa pars erit reli-
gioſa verſus ꝙ̄ eſt pars anterior, tāꝙ̄ nobilior, ar.no.in l.ꝙ con-
claue.ff.de dam.inf.¶In gl.inuitis.in fi.dic,ꝙ ibi vti volebat re,
& ſic ſepultura ad vſum deſtinatū, ideo id facere poteſt inuito
ſocio,aliàs ſecus,vt l.ſi ędes.& ibi no.& no.in d.l.Sabinus.ff.cōi
diui.de quo vide latè ꝑ Dy.ī regula,in re cōi,in 6.¶In gl.ꝓprie-
tariū. in fi.dic, hoc uerū,ſi alibi tā opportunè teſtatorem ſepe-
lire nō poſſet, aliàs aūt ſi ęquè cōmodè alibi poſſit ſepelire, tūc
in loco vſufructuario, ēt teſtatorem qui legauit vſumfructum
inferri nō pōt,vt d.l.2.§.vſumfruct. ¶Quid econtrà, ſi vſufru-
ctuarius mortuum inferat?dic ꝙ datur proprietario actio in fa
ctū,vt d.l.2.§.ſed fructuarius.¶In gl.conſentſente,in fin.dic, ꝙ
Iac.de Are.reprobat hanc gl ꝑ l.qui ſatum.de don. & idem Pet.
in l.ſi cum mihi. ff.de dolo. ſed ſecūdū Io. Fab.uidetur ꝙ iſta li-
tera ſit directò ꝯ eos.Sed ſaluando eos dicas, ꝙ opus ratum nō
habuit,cum iam eſſet illatus mortuus. & iſto modo loquit̃ iſte
§.ſecus eſt ſi poſt conceſsionem, & ante illationem prohibuiſ-
ſet,& ſic ſaluatur opi.eorū,& glo.reprobatur, ſed hodie poteſt
ſuſtineri gl.ꝑ ea quę no.in d.l.ſi cum mihi.& fortè melius,quia
ſola voluntas obligat in his,quæ religionē rāgunt, vt ff.de polli.
4 l.ſi quis rem. ¶†Quid ſi quis fecerit eccleſiā in fundo alieno,in-
ſcio dño, an efficiat locus ſacer? iſte §.facit ꝙ non.& facit l.fin.
C.de his quę a non dño.ſed Cano.dicunt ꝯ.arg. ex̃ de præben.c.
cum ſm Apoſtolū. & no.Hoſt. in ſum.de eccle.ędi.§.1.verſ.pe.
24.q.6.c.comperimus.ſicut ēt ſi ego infero mortuum in locum
tuum,te ſciente,& patiente,ſtatim efficit̃ religioſus,ut l.2.C.de
relig. ibi, inuito vel ignorāte &c. ergo a ꝯrio ſciente & patien-
te,locus religioſus efficitur,& ratio generalis eſt,qa quādo ſcis
aliquid ꝯ te fieri,& pateris cū poſſes contradicere,videris con-
5 ſenſiſſe, ut l.quę dotis. & ibi latè Bar.ff.ſol.mat. ¶†Et aduertas,
ꝙ iſta ſepulchra pōt fieri in locis priuatis, etiam alienis,(vt di-
xi) ſed in loco publ.fieri non pñt, vt l.oſſa.§. ſed in locū publi-
cum. ff. de relig. nec ēt pōt fieri in uia publica monumentū, vt
eſt tex.in l.2.ff.de dolo,& via publ.& iō dicit ibi Ang.qđ quod-
dā monumētū quod eſt in via propè ſanctum Barbatianum de
Bononia,ibi fieri non potuit:quod no.quia hoc Ferrarię habui
de facto: ſi quis aūt violauerit ſepulchrum alienum, incidit in
pœnā de qua in l.qui ſepulchra.C.de ſepul.viol.cum ſimilib.

ADDITIO.

a No.ꝙ ſocius. Socius tunc re communi inuito ſocio uti poteſt, puta ſyluam eſſe cedendam,& deinceps,gl.in l.arbor.§.nauis.in uerbo,nauigetur, de uſufruc.in Pan.Ant.Caius.

SVMMARIVM.

1 *Tranſcendenti muros ciuitatis quæ pœna ſit.*
2 *Muris ciuitatis adiecta deſtrui debent.*
3 *Muri ciuitatis an poſſint ſine licentia refici.*
4 *Apponenti ſcalas ad feneſtras, ſeu ad domum alienam, cauſa ibi intrandi, quæ ſit imponenda pœna.*

Sanctæ quoque res. Res ſanctæ ſunt portæ, & muri
ciuitatum, quaſi pęna legali fir-
matæ. ¶ Item leges pœnales propriè vocantur ſanctiones h d.
¶No.ꝙ muri, & portę ciuitatū ſunt diuini iuris,licet quodāmo
do,& ſic non propriè,ſed impropriè.¶No. quæ dicantur eſſe in
bonis nullius. ¶No.ꝙ tentantes aliquid ꝯ muros,vel portas ci-
uitatis,vel ꝯ eos delinquentes,tenentur pœna capitis. ¶Not.ꝙ
leges pœnales propriè vocantur ſanctiones.¶No ꝙ licitum eſt
1 arguere ab etymologia vocabuli.¶†In gl.muri.in fi.dic gl.in d.
l.omnes.tenent primam opin.iu dic, aut violat muros ciuitatis
Romanæ,& punitur capite,l.ſi ff.e.aut alterius ciuitatis,vel ca-
ſtri, & tunc ex̃ ordinem ponitur arbitrio iudicis, vt l.s.in fi.ff.
ne quid in loco publ.fiat,ſm Gui.& Bar.in d §.muros.¶In glo.
a deliquerint,in fi.no ꝙ nemini licet rumpere muros ciuitatis, [a]
2 vel aliquid ibi appodiare, † vel ſuperimponere, ꝙ eſt ꝯ ruſti-
cos q appodiant poroſellos, & ligna ad muros caſtrorum,& ſi
fecerint propria authoritate,debent puniri,& opus dirui,vt C.
de ædi.pu. l.ædificia. & d.§.murus. ꝙ poſſet procedere ſm Ioā.
Fab.ſi opus noceat publico vſui,alias non diruitur,ſed imponi
tur ſalarium,niſi prohibitus ædificet,vt eſt bonus caſus in l.2 §.
3 ſi quis a Principe. & l.fi.ff.ne quid in loco publ. ¶Sed†an ſit lici
tū reficere ſine licentia? dic ꝙ non,vt d.§.muros.ſed fortè emē-
dare, vel ſarcire licet,vt ff.ne quid in loco pub.l.1.in fi.& eſt bo
nus tex.ff.eo.l.2.§.ſi quis nemine. & l.fi. vel dic ꝙ licet ex cā le-
gitima,vt ff.de loc.pub.fru.l.fi. ſm Io.Fab. ego credo ꝙ in mu-
ris ciuitatum nullo modo ſit licitum aliquid fieri, etiam reficiē
do,vt d.§.muros.& l.fi.ff.eod.ſecus in alijs locis pub. quia tunc
poſſunt refici, & ita intelligantur iura per eum allega. ¶Quæ
4 † pęna eſt apponenti ſcālas ad feneſtras, vel ad domum alienā,
cā ibi intrandi? dic quod ſi hoc fecit cā violandæ caſtitatis, eſt
pęna mortis,vt C.de epiſc.& cler.l.ſi quis non dicam rapere.ſe
cus ſi mulier nō ſit caſta,ſed meretrix,vt l.certum.alias incipit,
verum, ff. de fur. punietur tñ ex̃ ordinem crimine iniuriarum,
vt ff.de iniu.l.lex Cor.in prin. hoc ergo crimen rř eſt extraor-
dinarium, ideo punitur pęna arbitraria, vt l.fin. C.de pri.deli.
& l.fi.ff.de iniu.& poſſet eſſe ita atrox iniuria, vt ēt mors veni-
ret imponēda,ut arg.C.ad l.Iul.de vi.l.qm̄ multa.nā arbitriū a
lege datū in maleficijs, pōt ſe ēr vſq; ad mortē extendere, ſi ſit
factum multum graue,ut ar.gl.in §.penul.j.de iniur.& ibi dicā.
iſta ſunt uerba Bal.in l.fi.ff.eo.quod no.quia quotidianum.

ADDITIO.

a Muros ciuitatis. Muros perforare, uel obſtruere non licet,& contrauentores tenentur.l.Iul. pec. hic licèt conſules poſſint illos conſtruere,ſecus tamen in priuato, de quo Guid.Papa.ſin d.57.in ſuis fin. & Nic.Boerij in ſuis deciſio. 232.col.fi.nu.3.in 2.par.& uiolator murorū urbis Romæ capitali pęna, aliorum uero pęna arbitraria. Bar.& doc.in l.fi.ff.de rer.diu. fodiēs iuxta mœnia, ut cadant punitur pœna l.2.de rer.diui. Bald. & Alex. in l. pergit. de ſepul. uiol.C.Antonius Caius.

SVMMARIVM.

1 *Res de iure ciuili qualiter nobis acquirantur.*
2 *Natura qualiter accipiatur.*
3 *Ius gentium an differat a iure naturali primæuo.*

Singulorum. ¶ Iſta eſt ſecunda pars principalis huius
ti.quæ diuiditur in quinque partes prin-
cipales. Primò,qualiter acquirunt̃ nobis res,quæ in nullius bo-
nis ſunt. Secundò,qualiter acquiruntur ea quæ ſunt alterius ex
facto noſtro ex permixtione vel ex fabricatione.Tertiò,qñ vſu
fructuarius uel bonæfidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & quid
contineatur appellatione fructuū. Quarto,ponit vnum caſum
exceptiuum a prima parte, videlicet,ꝙ ea ꝗ ſunt in nullius bo-
nis,

nis,non tñ in totum efficiunť occupantis.Quintò, qñ per tradi
tionem vel non in perſonam certam vel incertam dñiũ transfe
ratur. ſecunda ibi,ſi quis.in §.cum ex aliena materia.tertia ibi,
ſi quis aũt a dño.quarta ibi, in §.theſauros. quinta ibi,in §.per
traditionẽ.Et hoc dicit iſte §. in ſumma. Res noſtræ efficiuntur
aut iure naturali,aut iure ciuili, & a vetuſtiori inchoandũ eſt,
h.d.¶No.ibi,multis modis, & tñ poſteà ponit duo exẽpla, ſiue
duos modos. Ex quo no.ꝙ appellatio multorũ,verificať ĩ duo,
de quo gl.& ibi dixi s̃.de iu.plo.§.fi.in ver.muliẹ,&c.pluralis,
de reg.iur.in 6.¶No.ꝙ ius naturale appellatur ius gentiũ.¶No.
ꝙ ſicut de iure naturali,ſiue gentiũ,aliqua acquiruntur nobis,
ita ẽt de iure ciuili introductum eſt aliquid acquiri.¶Not.ꝙ
antiquius eſt nobilius ꝗ nouũ,de quo in l.fi.ff.de fi.inſtr.& l.cũ
quid.ff.ſi cer.pet.& ego dixi ſupra eo.in titu.de iu.na.§.fi.No.ꝙ
rerũ natura produxit ius naturale,vnà ſimul cũ ipſo genere hu
mano, eò ipſo ꝙ ipſum genus humanum produxit.¶No.ꝙ ius
ciuile habuit exordium, non a principio mundi, ſed cum pri-
mũ ciuitates cœperunt condi,& magiſtratus creari, & leges,&
ordinamenta deſcribi incœperunt, & ſic ipe iuriſgen.nã ius gẽ
tium adinuenit, ꝙ ciuitates conderentur, vt l.ex hoc iure.ff.de
inſt.& iure.¶In gl.1.in fi.dic,iſta gl. vř approbare vltimam opi.
ibi poſitam in gl.ſed illa non vř vera, vt in §.1. in verſic. quod
verò.ſup.de iur.natu.¶In gl.iure ciuili,in fi.qa gl.nihil allegat,
1 tu allega pro gl.ꝙ de iure ciuili acquiruntur nobis res vſucapio-
ne,vt toto tit.infrà de vſuca.Itẽ arrogatione, vt ff.de adopr.l.ſi
paret,in prin.& infrà ti.de acq.per arro.fact.Itẽ deportatione,
dic,vt hic,& l.fi.C.de bon.dam.& auc.bona damnatorũ. ibi po
ſita.Itẽ ſucceſsione,de quo dic.vt l.1.2.& 3.ff.de pet.hęre.addo
tex.cum gl.in l.1.ff.de acqui.rer.do.Itẽ monachatione,dic vt C.
de ſacroſanct.eccl. auct.ſi qua mulier.& auct.ingreſsi.& alibi
dicit acquiruntur nobis res de iure ciuili, pſniam,ut dicit gl.in l.
ex hoc iure.in ver.dñio,in fi.ff.de iuſt.& iure.dic vt ibi per Bar.
& in l.Iul.verum debitorem.ff.de condi.inde. & l.Pomponius
iuſſu.ff.de acq.poſſ.& no.gl.& ibi dicã infra de nſſi.iud.§.fin.&
2 no.Cy.Bal.& Sal.in l.1.C.cõmu.vtriuſque iud.¶†In gl.natura,
in fi.dic,ꝙ iſtud verbũ,natura,multipliciter ponitur, pro nati-
uitate,vt ff.de ædi edic.l.qui clauũ.§.ſi quis natura.quandoque
natura idem eſt ꝙ Deus, qui naſci fecit & creauit, vt ff.de iuſt.
& iur.l.1.§.ius naturale.Itẽ natura.i.ꝗlibet res nata,vel creata,
l.reſpiciendum. & ibi no.ff.ſi cer.pe.Itẽ natura.i. quædã vis na-
turaliter inſita rebus.l.fluminũ.§.vitium.ff.de dam.infec.Itẽ na
tura.i.conſuetudo vt l.1.ff.ad Maced.Itẽ natura.i.ſolitus rei cur
ſus,vt l.1.§.ſciẽdum.ff.de aqua plu.arc.Itẽ natura, ideſt comple
xio & diſpoſitio quædam,vt l.1.§.ſed ſciendũ.ff.de ędil.edi.Itẽ
natura,ideſt ſignificatio nominis vel vocabuli,vel ipſius impo
ſitio,quod naſci dř cum imponitur,vt l.4.ff.de pręſcr.verb.Itẽ
a natura,ideſt patria poteſtas.ᵃ vt no.ff.de ſur.l.ne cũ filio.de quo
vide latè per Richar.de Salic.& Bar.in l.cũ ad præſen.ff.ſi cert.
3 pet.¶†In gl.prodidit,in fi.dic ſecundum Io.Fab.ſecundum hoc
nihil diſtat iuſgentium a iure naturali primæuo, & tamen tex.
contradicit in c.ius autem,in decretis.1.diſt.in.ff.de iuſt.& iure.
l.1.§.ius gentium.tamen dicit, quòd radicabile principium iu-
riſgen.ſimul cum natura humana proceſsit,videlicet,ratio na-
turalis, quæ apud omnes homines idem conſtituit, ſed ſecun-
dum ius gen.proceſsit poſtea populo multiplicato, vt patet s̃
de iu.nat.gen.& ciui.§.ius autem gentium.Ang.

ADDITIO.

a Patria poteſtas. Adde quæ adnotaui ad Ang. ſupra de iure natu.gen.& ci-
uil.in prin.Antonius Caius.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis authoritate licet perquirere in domo aliena rem furto ſub-
tractam.*
2 *Inſtantia quanto tempore duret, quando inter duos eſt contentio de
ancianatu.& quòd durat duobus menſibus.*
3 *Capta venando in alieno fundo cuius ſint.*
4 *Piſcari an permiſſum ſit in fundo alieno.*
5 *Relaxatus non dicitur is,qui dimittitur ire per modicum ſpatium,
& immediatè capitur.*
6 *Relatio nuntij citantis ad domum qualiter fieri debeat.*
7 *Venator ingreſſus in fundo alieno, domino non prohibente, an poſſit
poſtea expelli.*

Feræ igitur. ¶Feræ beſtiæ, volucres,et piſces fiunt occu
pantis, ſiue quis cœperit in ſuo fundo, ſiue
in alieno,ſed dominus fundi poteſt ingredientẽ prohibere, vbi
autem animal captũ fugerit, ſtatim reuertitur ad priſtinum ſta
tum.h.d.¶No.qđ non oĩs beſtia efficitur occupantis,ſed opor-
tet ꝙ ſit fera beſtia.¶No.ibi,oĩa animalia, ꝙ appellatione ani-
malium continentur ẽt piſces & volucres.¶No.eo ipſo ꝙ fera
beſtia,vel auis,vel piſcis capitur incontinenti de iure gentiũ fit
occupantis.¶No.ꝙ id quod eſt in nullius bonis, id ẽt naturali
ratione occupanti conceditur.¶No.ẽt,ꝙ in fundo alieno,nedũ
in proprio quis põt aucupari,& uenari, ſuppletur, dummodo
fundo non inferat damnum, vt l.quoſdam. C.de metal.lib.12.
¶No.ibi,ſi is prohibuerit. ꝙ ita dñs fundi poteſt prohibere au-
cupantem & uenatorem in ſuo,ſi,& inquantũ antequã ingre-
diatur,ꝓhibuerit,ſed poſtquam ingreſſus eſt,vř quod non poſ-
ſit prohibere.de quo dicam in glo.¶No.ꝙ animal captum in-
tantum durat capientis, quatenus remanet ſub ſua cuſtodia.
¶No.ꝙ quàmprimũ euaneſcit cuſtodia primi capiẽtis, ſtatim
remanet in ſua antiqua libertate,& ſecundo occupanti cõcedi-
tur.¶No.ꝙ animal dř euaſiſſe de cuſtodia tua,qñ euanuit ab ocu
lis occupantis, vel licèt ſit in aſpectu tuo, & ſic ſubiectum ocu-
lis tuis,tñ ꝙ ſequaris ipſum,eſt difficile,iõ tunc deſinit eſſe tuũ.
¶In glo.ſimul atque,in fin.& ſigna gl. magiſtram, quæ ſunt illæ
res quæ in nullius bonis ſunt,ꝗ occupanti conceduntur,& quę
non.habes ſimilem gl.in l.1. in princ.in verſi. nullius.ff.eodem.
1 ¶†In gl.planè venandi.ibi,de ſer.fu.l.2. dic idem, ſi mihi fuerit
ablata aliqua res,& ſuſpicor ꝙ ſit penès aliũ,vel penès hębreũ,
vel creditorem, poteſt iudex ea ſuo officio concedere licentiã
inquirendi in domo illius, ita dicit Bald. ibi per d.l.2.dic ut ibi
plenè per eum & per Sal.quod not.¶In ead.glo.ibi,de glã.leg.l.
2 1.dic,dummodò faciat intra triduum, vt ibi dicit.¶†Qđ facit
ad ſing.q.quando eſt cõtentio inter duos de ancianatu,ꝙ durat
duobus menſibus, quanto tempore duret in hoc inſtantia.dic,
quòd cauſa debet expediri ita citò, quòd dictũ tempus non in-
cipiat tranſire, ne dilatio ſit cauſa ꝓꝑ quam pereat res de qua
contenditur, dic ut ibi ſingulariter per Barto.¶In ead.glo.in fi.
qua autem actione agam contra iſtũ impedientem,ibi not.& ẽt
credo ꝙ poſſum agere iniuriarum, ar.l.iniuriarum.§.ſi qs pro-
3 hibuerit.ff.de iniu.¶†In gl.ingrediatur, in fi.dic contrarium te-
net gl.in l.3.ff.de acq.re.do. & in l.diuus.ff.de ſeruit.ruſti.pđ.&
illę gl. tenentur communiter, quia ſolus ingreſſus eſt prohibi-
tus & non captura.ſed Flo.in d.l.diuus. pro concordia dicit, ꝙ
glo.contrariæ intelliguntur in captus ante prohibitionẽ.iſta gl.
poſt prohibitionem,tu dic hoc non tutum, qa priuata prohibi
tio non impedit tranſlationẽ dominij, vt C.de condic.ob cau.l.
ea lege.Vnde dicit, ſecundũ alios, ꝙ ſi fructus fundi non conſi-
ſtebãt in venatione, tunc ſi quis ibi venať domino prohibente,
non facit ſuum id quod capit:ita intelligiť iſta gl.ſi verò nõ cõ-
ſiſtebãt in uenatione,tũc ſecus,vt hac gl.& iſtam uidetur appro
bare ꝑ l.venationẽ.ff.de vſur.& de vſufr.l.vſufructuariũ. vbi de
4 venari,& aucupari,nihil dicunt de piſcari.† vnde in fundo alie
no nõ vř permitti piſcari,ar.l.cũ prætor.ff.de iud.qđ intellige,
ſi ibi eſſet piſcaria facta a dño, vt ff.de vſufr.l.vſufructuarium.
§.ſi viuarijs.ſecus ſi fundus eſſet inũdatus a flumine,& ibi aqua
fluens eſſet, & piſces apportaſſet,qa tunc credo,ꝙ poſſet piſca
ri,ſicut aucupari.ar.l.3.§.item Labeo.ff.de acq.poſſ.& qa eſt ea-
dem ratio,igiť idem ius,&c.vt l.iſtud.ff.ad l.Aqui.¶In glo.natu
ralem libertatem,in fi.no.quando quis dicať reſtitutus priſtinæ
libertati.quod facit,ſi qs captus in eccleſia vel alibi non ritè,&
5 poſteà pronuntiať relaxandus † & reponendus priſtinæ liberta
ti,ꝙ ſi qs dimittit eũ ire parũ,& poſteà cęperit eũ, nõ vř iuri ſa
tisfeciſſe, qa vř data ſibi libertas talis, ꝙ difficilis ſit eius ꝓſecu-
tio,ut hic, & l.naturaliter.ff.de acq.rer.do. & facit l.q neque.§.
ſolutũ.ff.de ver.ſign.ita Bar.eleganter in l.1.§.oĩa igiť.ff.de acq.
6 rer.do.quod no.¶In gl.ꝓſecutio,in fi.iſtũ tex.& d.§.Nerua.al-
a lego,ꝙ cautela eſt in practica,qñ nũtius refertᵃ ſe citaſſe ad do-
mum, iuxta no.plene ꝑ Bar.in l.4.§.prętor ait.ff.de dam.infec.
ꝙ nuntius referat ſe diligenter ꝑquiſiuiſſe in locis publicis, &
in qbus Titius ſolitus eſt conuerſari,& ipſo non reperto,citauit
eum ad domum ſolitę habitationis, tunc eſt clarum ꝙ citatio
facta ad domum valet,qa videtur facta in ſubſidium,facit l.1.in
7 prin.ff.de uen.inſ.¶†Quęro,an poſtquã ſum in fundo alieno cã
aucupandi,domino nõ prohibẽte,poſſim poſteà expelli? & qui
dam dicunt ꝙ ſic, per l.ſeruus.C.qđ cum eo. ſed contrariũ ui-
deř in iſto tex.a contrario ſenſu,& ita ſentit gl.parua, quod no.
¶No.

ADDITIO.

a Nuntius refert. Hanc practicam tradidit Bar.in d.l.4.§.ait prętor.verſic.ſed qđ
dẽ nuntius.ff.de dam.inſe.Adijcit Bar.in l.ſi uſu.in fi.ver.eſt conſilium,quod
nuntius.nu.1.de leg.2.& in l.1.ff.de li.a.no.& in l.3.q.1.C.de duobus reis,in
Pan.art.nono.Eſt tamen aduertendum, ꝙ hodie non creditur nuntio citan-
ti,in regno Franciæ, niſi citationem fecerit coram teſtibus, & ſuas diligen-
tias in ſcripturam redegerit,ut habetur in ordinationibus Regis Franciæ da-
tis à uillers cotem retunet. Ant.Ca.

¶ No.ob.econtrariũ de.l.quemadmodũ.§.j.ff.ad leg.Aqui.quia
ibi nullo iure poſſum habere appẽſum vel ædificatũ in alieno,
hic autẽ cauſa venandi,iure meo alienum,ut hic,igitur poſt in
greſſum domino ſciente & patiente,non poſſum prohiberi.

S V M M A R I V M.

1 *Bannitus captus & in manibus familiæ impunè occidi non poteſt.*
2 *Euentus an,& quando ſit ſpectandus.*

a Illud quæſitum.ᵃ Licèt fera ſylueſtris ab aliquo vulneretur, ita vt ueriſimiliter poſſit ca
pi,tamen non efficitꝛ vulnerantis, niſi eam cęperit.h.d.¶ In gl.r.
in fin.gl.in d.l naturaliter.§.illud dicit qđ de conſuetudine ap-
probatur opi.Trebatij, q̄ Bar. ibi inducit ad quæſtionem,incæ-
pi facere molendinum.alius perfecit ante me,quærit an poſſim
prohibere?ſecundũ rationem iuriſcon. & Imperatores hic non
poſſum ꝓhibere, & iſtud debet teneri. ¶ In glo. ſed poſteriorẽ.
iſte tex. & in l.in laqueum, allegaꝛ ibi ꝑ Dy.Iar.& Bar.ad quæ-
1 ſtionẽ,ſi bannitus eſt captus in manibus familiæ, an poſſit im-
punè occidi?& determinant ꝙ nõ,quia poſtq̄ hoſtis eſt captus,
debet ſeruari,ut l.& ſeruorum. ff.de ſtat.ho.igitur &c.Item ho-
mines poſiti in carceribus non poſſunt occidi , ut l.fi.ff.de cuſt.
& exhib. reo.igitur &c.iſtam quęſtionẽ ponit etiã Bar.in l.3.§.
fi.ff.ad l.Corne.de ſica. & Bal.in l. libertas. in fi.ff.de ſtat. ho. &
Cy.& Imo.in l.pupillus.§.j.ff.de cond.& demõ. dixi in tractatu
meo maleficiorũ in ver.fama publica.¶ In glo.capias.in fi.reſp.
ideo nõ inſpicit,q̄a non erat poſſibile, ſecundũ naturam, quia
nihil erat in peculio, & de hoc Brocardo,an inſpiciatur qđ eue
nire põt, vide per Bald.in l.ſi idem cum eo.§.fina.ff.de iuriſdic.
om.iud.& ꝑ Barto.in l.inter ſtipulantem.§. ſacram.ff.de uerbo.
oblig.in quo concludo ſecundũ Ioan.de Are.aut loquimur quò
ad condemnationem faciendã,aut quantum ad cautionem prę
2 ſtandã , aut quantum ad ipſam impediendam. † Primò caſu re-
fert, aut loquimur de futuro euẽtu inſpiciendo , & nõ inſpicitꝛ.
vt l.non quẽadmodum.ff. de iudic.aut de non inſpecto in con-
demnationem deducendo , & tunc inſpicitur l.ſi qs domum.§.
1.ff.loc.ſecundo caſu quãtũ ad cautionem præſtandam, inſpici
tur quod euenire põt,ut l.in omnibus.ff.de iud.tertio caſu,ſcili-
cet quò ad rem impediendã . aut illud poſſibile eſt improbabi-
le,& non inſpicitꝛ.l.eo tempore.ff.de pęn. aut eſt probabile , &
tũc refert, aut de facili cõtingere põt, & inſpicitur,vt d.l.ſi idẽ.
in fin. aut non poteſt contingere de facili,& tunc aut non inter
uenit delictum, & conſideratur, vt ff. qui & à quib. l.Iulianus.
aut interuenit delictum,& tunc contra eum,qui deliquit con-
ſideratur,vt ff de nego.geſt.l.diuortio.& ibi no.ſi autem non-
dum deliquit, non conſideraꝛ, vt ff.de in lit.iur.l.1.Et prędicta
procedunt, vbi agimus de conſiderando eo, quod euenire po-
teſt, in eo qđ de iure eſt, ſed quò ad merum factum , putà quò
ad poſitionem,non inſpicitur quod euenire poteſt,vt ff.qui ſa-
tiſdat.cog.l.ſciendum.ſecundum Iacob.de Aret.& Cyn.& Bal.
in d.l.ſi idem.in fin.quod not.

A D D I T I O.

a Illud quæſitum. Adde ornatũ huius §.in quod pulchrè per illum determi-
nat Alex.in l.diuor.§.ſi vir.quem leg.cum §. ſi fundum.col.j.ſol.ma.Purpu.

S V M M A R I V M.

1 *Ingreſſus fundum an poſſit detineri,vt det quod in eo cepit.*
2 *Fera an ſit venatoris illum proſequentis.& an poſſit dominus vena*
torem prohibere, ne eam in fundo ſuo proſequatur.

Apum quoq;. Apes quę in nullius bonis ſunt occupanti conceduntur, & earum fructus , ſicut
& aues, licèt in aliena arbore capiantꝛ, dominus tamen a prin-
cipio ingredi prohibere poteſt, & examen earũ tuũ eſt, donec
difficilis non eſt perſecutio.h.d.¶ No. ꝙ apes quæ ſunt in arbo
re tua,non ſunt tuę,ſicut non ſunt tuę volucres quę in arbore
tua nidũ fecerũt.¶No.qđ ad hoc, vt aues vel apes efficiantꝛ tuę,
nõ ſufficit qđ ſint in arbore tua,& ibi incipiant facere mel,vel
nidũ,ſed opus eſt,ꝙ ꝑ te includantꝛ i aliquo vaſe,vnde ꝑ inclu-
ſionem efficiuntꝛ tuę. ¶ No. ꝙ cuilibet licitũ eſt accipere fauũ,
quem apes fecerunt, & in aliena arbore. ¶ No.ibi, ſi quos effe-
cerint,ꝙ relatio debet fieri ad id , ꝙ principaliter dꝛ in oratio-
ne.concor.l.fina.§.Titia.de lib.leg.¶ No.ibi,re integra.quòd hic
videtur caſus de eo quod dixi ſupra eod. §. ferę igitur. videli-
cet , quod ſi à principio non eſt quis prohibitus ingredi fundũ
alienum , non poteſt poſteà prohiberi aucupari vel venari.
1 ¶ In gloſſ. præuideris. in fi. iſta glo. intelligitur, † quòd ſi prius
eſt prohibitus ingredi, ꝙ poſſit retinere, malè loquitur, cum nõ
poſſit eſſe iudex in cauſa propria, immo incidit dñs fundi in pę
nam.l. ſi quis in tantam.C. vnde vi. item eſſet contra gl.in l.di-
nus.ff.de ſer. ruſti.prædio. ideo intelligas gl.iſtã ſiue fuerit pro-
hibitus ingredi,ſiue non,facit d.auctẽ.vt oul.iudic.§.ſi quis au
tem.Sed tunc quæro , quo ergò ſubuenitur domino fundi ? dic
actione iniuriarum , vt l.iniuriarum.§ fi.ff.de iniur.¶ In gl.exa-
a men.in fi.quæro,quid ſi perſecutio † ſit facilis,non tñ eſt in con-
ſpectu , quia fortè intrauit foramen vel domum alienam.vide-
tur ꝙ adhuc ſit tuum,quia poteſt dici, ꝙ adhuc eſt ſub cuſtodia
tua.facit l.3.§.Nerua.ff.de acquir.poſ.Sed quæritur,an dñs poſ-
ſit te prohibere hoc caſu,ne intres domum? videtur quod ſic,vt
hic in ver.planè.ſed ſm Io.Fab. verius videtur contra. nam ex
quo tua res eſt , videtur ꝙ eam proſequi poſſis. vt ff. ad exhib.
l.theſauros.& dixi ſupra eo.§.feræ.Quinimmo potes agere rei
vendicatione contra detinentem , quia dominus remanet.ff.de
rei vẽ.l.idem Pomponius ſcribit ſi frumentum.§. de arbore. &
contraria loquuntur,quando proſequebaꝛ quod ſuum nõ erat.

S V M M A R I V M.

1 *Naturalium genera quæ ſint,& quę mutabilia.*
2 *Repraſalijs non ſubeſt.qui diu in loco habitauit.*
3 *Scholaris qui diu ſtetit abſens amittit priuilegium.*
4 *Animal dimittens locum quo conſueuit ire, & redire . an poſſit per*
alium apprehendi, & fiat capientis.
5 *Ruſticus conſuetus in tali die dare par caponum,an poſſit compel-*
li ad pręſtandum illos.
6 *Animus per exteriora probatur.*

Pauonum. Animalia quæ naturaliter ſunt fera, ſed ꝑ accidens manſueta, tandiu ſunt noſtra , quãdiu
retinent conſuetudinem eundi & redeundi.h.d.¶ Nor. ꝙ de ſui
natura pauones & colũbæ ſunt ſylueſtres.¶ No.ibi, ex cõſuetu-
dine.ꝙ ẽt in animalibus,poteſt dici ineſſe conſuetudo quędam.
¶ Not. ꝙ etiam ceruorum natura eſt ſylueſtris.¶ No.ꝙ quidam
cerui ex conſuetudine habent naturam eundi in ſyluas , & re-
deundi domum.¶ Not.ꝙ animus animalis bruti comprehendi-
tur ex conſuetudine ſua, quod no.¶ Not. ꝙ ſicut animus homi-
nis,& ſic animalis rationabilis comprobatur per extrinſeca,ita
etiam animalis bruti & ratione carentis.facit l. reprehendẽda.
C.de inſti. & ſubſti. ſub condi. fa.¶ Not. ꝙ magis conſideratur
natura accidentalis , q̄ natura originalis.facit quod no.gl. Bar.
1 & doct.in l.1.§.beſtias.ff.de poſtu. vbi Bar.concludit , † ꝙ quæ-
dã ſunt naturalia propriè,& iſta ſunt immutabilia, vt in § pen.
ſup.de iure natu.gen. & ciui. quædam verò non ſunt naturalia
de neceſſitate,ſed ex præſumptione naturę,vt ꝙ leo habeat na
turam ferocem,& ꝙ homo ſit manſuetus & bonus,& iſta ex ac
cidentia poſſunt mutari,vt d.§.beſtias. & iſta ſunt attendẽda.&
facit quod no. Dyn.in capit.ſemel malus.de regu.iur.in 6.& vi-
de omninò Bar.in l.naturaliter.§.apum. ff.de acquirend.rer.do.
q idẽ dicit in effectu,ſed per alia verba.¶ Quòd facit ad quęſtio
nẽ ſm Cyn.Bar.& Bal.in d.§.beſtias.quidem de Aretio qui diu
2 ſtetit in ciuitate iſta,an † poſſit capi pro repræſalijsᵃ contra Are
a tinos conceſſis ? & videtur ꝙ non, quia conſuetudo magis eſt
inſpicienda,q̄ natura ſeu origo,vt hic.de quo per Iaco.de Are.
in l.prouinciales.ff.de ver.ſignifi.& per Bar.in tract.ſuo repræ-
3 ſaliarum.in 7.q. princip.¶ † Facit etiam iſte tex. ſi ſtatuto caue-
tur,ꝙ ſcholaris nõ ſoluat gabellam,ſi ſcholaris recedat, & diu
ſteterit abſens,& poſteà hac tranſiens,ꝙ non gaudeat dicto be-
b neficio ſtatuti.ᵇ ita dicit Bar.in d.§.apum quoque.facit l.ſcrinia
rios.& quod ibi doc. C. de teſt. mi.¶ In gl.talis.in fi.no. & ſigna
iſtam gl.quæ ſummat hunc tex.¶ In gl.deſierunt.in fin.quia hic
4 dꝛ , ꝙ quando perdunt conſuetudinem † redeundi &c.quęro,
quomodo poteſt hoc comprehendi? reſpondet Io.de Plat. ꝙ ſi-
cut conſuetudo inducitur ex duplici actu, vt l.3 .C. de epiſ.aud.
ita vꝛ , ꝙ ſi iſta animalia non reuertuntur duobus diebus , vel
duabus horis conſuetis, ꝙ depoſuerint animum & conſuetudi
nem reuertendi , & poſſunt apprehendi per alium , ſed hoc vꝛ
periculoſum,ꝙ ita citò dominus priuetꝛ ceruo ſuo.Vnde Ioan.
Fab. dicit quòd ſi non redijt , viſo domino vel alijs familiari-
bus, ad quos redigere ſolebat, quòd videtur depoſuiſſe animũ
redeundi.quod tamẽ limitat verum, niſi per dies aliquot hinc-
inde vagaretur , ſed non aberraret in ſyluis,argumen. l.quis ſit
5 fugitiuus.§.illud.ff.de ædi.edi. & iſtud credo verius.¶ † Item fa-
cit iſte text.ſi quis ruſticus eſt conſuetus omni anno in feſto Pa-
trbatis

A D D I T I O N E S.

a Repræſalijs. Vide Alex.in rub.ff.ſol.mat.
b Statuti. Vide Bar.conſi.130.

ſchatis darẽ mihi vnum par caponum, ꝙ talis conſuetudo indu
cit obligationem, ita ꝙ poſſum poſtea eum compellere ad præ
ſtandum dictos capones. de quo eſt gl. in l. ſolet. in fi. ff. de offic.
procon. & leg. & vide tex. & ibi Bar. plenè. & Flor. ff. de vſu. l. cũ
de in rem verſo. & tex. ibi Cy. Bar. & Ang. in repe. l. ſi certis an-
nis. C. de pac. & no. Io. de Imo. in l. i. in fin. ff. de aqua plu. arcen.
6 Item facit, ꝙ per exteriora † probetur animus redeundi. de quo
per Bar. in l gerit. ff. de acq. hær. Item qñ datur res alicui venden
da, qua actione agatur, comprehenditur ex exterioribus, vt l. ſi
gratuitam. §. ſi margaritas. ff. de præſc. verb. & an fuerit furioſus
vel non, vt l. is qui. §. i. ff. de tut. & cur. da. ab his. & ibi Bar. & ſic
de ſingulis. de quo etiã per Bar. in l. 2. ff. de bo. poſ. ſu. infan. mu.
fur. ce. compe. & no. Bal. in l. furioſum. C. qui teſt. face. poſ.

S V M M A R I V M.

1 *Furtum committitur ex rei alienæ contrectatione.*
2 *Furti actione in modico datur, non autem actio de dolo.*
3 *Modica quando ſint in conſideratione.*

* Gallinarum. Gallinæ & anſeres* tui ſunt, etiam ſi cõſpe
ctum tuũ effugerint, & qui eas accipit ani
mo lucrandi, furtum committit. h. d. ¶ Not. quòd gallinarum
duplex eſt ſpecies. nam vna eſt manſueta & domeſtica, vt quib.
in domibus utimur, alia verò fera eſt & ſylueſtris, quæ ſtat in
ſyluis, & in campagneis, & idem de anſerib. ¶ No. ibi, turbati, ꝙ
ẽt gallina & anſer põt dici turbati, non tñ homo tõnalis. ¶ No.
ꝙ licet quocunque ẽt à longè, & quarum perſecutio ſit diffici-
lis, & ex conſpectum tuum gallina tua vadit, remanet tñ tua.
¶ No. ibi, lucrandi animo. ꝙ furtum non committitur, niſi in-
teruenìat animus lucrandi. ¶ No. ꝙ etiam in vna gallina, poteſt
committi furtum. & ſic ẽt in re paruæ æſtimationis, de quo in
1 glo. ¶ † No. ibi, retinet. ꝙ ex ſola retentione gallinæ meæ, & ſic
eò ipſo quod includitur, furtum committitur. & ſic dr̃ gallinã
meam contrectaſſe, quia ſine contrectatione furtum non com
mittitur, vt §. furtum. j. de obligat. quę ex del. & pro hoc facit
quod no. Bar. in l. qui ea mẽte. ff. de fur. in prin. vbi dicit, ꝙ ſi gal
linę meæ peruenerunt in domum ſcholarium, & ipſas recluſe-
runt animo comedendi, poſteà ducti pœnitẽtia eas dimiſerint,
ꝙ non tenentur furti. quod no. ¶ In gl. lucrandi. ibi, aut facta. §.
2 ſi. dic idem no. glo. in l. ſi oleum. ff. de do. ſed Io. Fab. dicit, † quod
iſta ratio non eſt bona, quia furtum non fit ſine dolo, vt j. de
oblig. quę ex deli. §. i. & dolus committitur potius, quam fur-
tum. pp quod dicit, ꝙ actio de dolo eſt odioſa. & ideo reſtrin-
genda, ut no. ff. de acq. rer. do. l. naturaliter. §. pen. ſed certè etiã
actio furti eſt odioſa, cum infamet, vt l. non poteſt. ff. de fur. Sed
poteſt dici ſecundum eum, ꝙ furtum improbius eſt, quã dolus
ſimplex, ideo magis puniendum, vt d. l. aut facta. §. ſi. Vel dic, ꝙ
actio de dolo, datur pro infringendo ea, quæ conſenſus partiũ
firmauerat, & ideo non datur pro modico. ff. de in integ. reſtit.
3 l. ſcio. ff. de ꝯhen. empt. l. res bona. ¶ In ea. gl. in ſi. an aũt de modi
cis ſit curandum? conclude, aut agitur de iure cõi, & tũc de mi-
nimis curatur, vt l. i. §. illud. ff. de coniug. cum emancip. lib. fal-
lit in l. in rebus. §. poſſuot. ff. commo. & alijs legib. hic in gl. alle.
& ratio ſpecialitatis in eis patet. Si verò de iure ſpeciali contra
ius cõe, tunc pro modica læſione non curatur, nec receditur à
iure cõi, ut d. l. ſcio. & eadem poteſt eſſe ratio de dolo, quia ibi
quędam ſpecies reſtitutionis verſatur, vt ff. de eo. l. i. in princ. &
ita dicit Bar. in l. proprietarius. ff. de dam. infec. quod no.

A D D I T I O.

* Domeſtici net. exempl.

S V M M A R I V M.

1 *Capta ab hoſtibus an, & quando fiant capientium.*
2 *Bello indicto inter ciuitatem, & ciuitatem, an dicantur inuicem ho
ſtes, & in eis ius poſtliminij locum habeat.*
3 *Capti in bello Papæ vel Imperatoris ſtatim efficiuntur ſerui, & ha
bent locum iura poſtliminij.*

Item ea quæ. Etiam ſi hominem liberũ ex hoſtibus cœ-
perimus, de iure gentium noſter ſit, qui, ſi
exierit poteſtatẽ noſtram, recuperat antiquam libertatem. h. d.
¶ No. qđ id qđ capitur ex hoſtibus ſtatim, id eſt illico, noſtrũ ſit:
quod intellige ſm l. poſtliminium. in princip. ff. de cap. & poſt-
limi. reuer. & l. ſi quis pro redemptione. §. i. C. de dona. ¶ Not.
ꝙ ille qui captus eſt, recuperat antiquam libertatem, ſi euaſe-
rit noſtrã poteſtatem, & ad ſuos redierit, nec ſufficit alterũ, vt
hic. ¶ In glo. j. in fin. & p̃dicta intelligas in bellis licitis, vt l. ho-
1 ſtes. & ibi Bar. ff. de cap. Item † intellige de rebus mobilibus ca-
ptis in bello, ut illæ efficiantur capientis. Sed tñ iſtę res mobi-
les victis hoſtib. debẽt aſſignari duci belli, vt ponat eas ad buti-
2 num, & diſtribuat* inter milites, ſecundũ merita cuiuſcunq;,
vt l. ſi qs pro redemptione. §. ſimili. C. de do. & per Bartol. in l. ſi
quis in bello. ff. de capt. res autem immobiles hoſtium, efficiunẽ
fiſci. l. ſi captiuus. §. expulſis. ff. de cap. ¶ Itẽ intellige hic de rebus
hoſtium captis, vt efficianẽ capiẽtis, ſed res noſtrę captæ ab ho
ſtibus recuperatę fictione poſtliminij, eis quorũ primò erãt, re
ſtituendę ſunt, ſiue ſint immobiles, ut d. §. expulſis. ſiue mobi-
les, vt l. 2. ff. de cap. Fallit ĩ armis ablatis ab hoſtibus, q̃ qs vitupe
roſè dicitur pdere; ideo victis hoſtibus, ſibi non reſtituuntur, vt
d. l. 2. ſecundũ Ioan. de Plat. Et idẽ in effectu Ioan. Fab. hic. ſed
tu vide Bar. in l. naturaliter. §. fin. ff. de acquiren. rer. domi. & in
l. ſi qs in bello. ff de cap. & Raph. in l. i. in princ. ff. de acqui. poſſ.
2 ¶ † Quæro, quid ſi eſt guerra inter duas ciuitates liberas, vt inter
Florentiam, & Senas, an iſti dicantur hoſtes taliter, ꝙ iura ca-
ptiuitatis, & poſtliminij locũ habeant, ſicut quando eſt conten
tio inter populũ Romanum, & Saracenum? dic, quãdoque eſt
contẽtio inter aliquas ciuitates, q̃ ſunt ſub vno domino, et tũc
non habent locũ iura captiuitatis et poſtliminij, vt ff. de cap. l. ſi
qs ingenuam. in fin. Quandoque eſt contentio inter duas ciuita
tes, quę ſuperiorẽ non recognoſcunt, vt in dictis ciuitatibus Flo
rentię & Senarum. Et ut omnis tollatur dubitatio, pone qđ quę
libet iſtarum ſit hoſtis imperij, certè de iure gẽtiũ antiquo mo-
ribus introducto debet eẽ ius captiuitatis, & poſtliminij. ut l.
poſtliminij. in princip. & l. hoſtes. ff. de cap. & d. l. ſi qs ingenuã.
in fin. Sed ſecundũ mores moderni temporis ex conſuetudine
antiquitus obſeruata inter Chriſtianos, quãtũ ad perſonas ho-
ſtium nõ ſeruamus iura captiuitatis, & poſtliminij, nõ enim ca
ptiui venduntur, nec habentur vt ſerui, ſed bene cõſeruamus iu-
ra prędicta quantũ ad res, cui conſuetudini eſt ſtandum, ut d. l.
poſtliminij. ff. de capt. Iſta uerba ſunt uerba Bar. in d. l. hoſtes. in
3 fi. quòd no. † Si autẽ per Papam vel Imperatorem inferatur bel
lum, quia pręſumitur bellum licitum, tunc capti efficiunt ſer-
ui, & habent locũ iura poſtliminij, ut no. Bar. & doct. l. qui à la-
tronibus. in prin. ff. de teſt. quod tamẽ intellige, vt ſtatim dixi, ꝙ.
etiam iſto caſu ſeruatur conſuetudo, cui ſtandum eſt.

A D D I T I O.

* Diſtribuat. Hodie non obſeruatur, vt experimento patet, cum remaneant ca-
pienti, nec ſit aliqua diſtributio. A. C.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio, item, varijs modis accipitur.*
2 *Apprehenſio quando in acquiſitione ſit neceſſaria.*

Item lapilli. Lapilli & alia quæ in littore maris inueniũ-
tur, itẽ nati ex aĩalibus noſtris, noſtra ſunt.
h. d. ¶ No. quòd gẽmę & lapides pretioſi ita demum fiunt inuen
toris, ſi in littore maris inueniuntur, ſecus autem ſi in agro alio
no, de quo dixi ſ. eo. §. ferę. ¶ No. ꝙ de iure naturali, ea q̃ ſunt in
littore maris, & per conſequens in nullius bonis ſunt, efficiun-
tur inuentoris. ¶ No. ꝙ ſicut fructus nati in fundo noſtro efficiũ
tur noſtri, vt l. fructus. & l. non ſolùm. §. i. ff. de rei vend. ita etiã
1 fœtus animaliũ noſtrorum noſtri fiũt, de iure naturali. ¶ † In gl.
inuẽtoris. ibi, per aduerbium ſimilitudinis. Itẽ no. ꝙ dictio, itẽ,
eſt repetitiua precędentiũ qualitatũ, vel clauſularum appoſi
tarum in pręcedentibus. in quo cõclude, ꝙ quãdoq; per dictio
nem, itẽ, additur pręcedentibus noua oratio in ſe perfecta om-
ni perfectione, & tũc nõ inducit repetitionẽ, ſed cõtinuationẽ,
vt l. item apud Labeonem. in prin. ff. de iniu. Quandoq; p dictio
nem, item, additur oratio non pfecta, ſed defectiua ex parte ap
poſiti, vel ex parte verbi, & tũc illud in quo oratio deficit, ſup-
pleẽ ex pcedẽtibus, & in hoc inducit repetitio, ut l. j. in princ. &
ibi hoc no. Bar. ff. de publica. & adde qđ no. Bar. in l. in repeten
dis. ff. de leg. 3. ¶ In ea. gl. in fi. no. quę dicit de theſauro qui in-
uentori cõcedit. ſed Bar. in l. j. in prin. in 4. q. prin. ff. de acq. poſ.
tenet contrariũ, p l. 3. §. Neratius. eo. ri. & idem Cy. in l. licet. C.
2 de acq. poſ. vnde Bar. ibi concludit. Aut loquunt † de rebus va-
cantibus, & requirit apprehenſio, ut in iſto §. & in d. l. j. in prin.
ff. de acqui. poſ. Aut in rebus ab alio poſſeſſis, & tũc, aut non cõ
currit actus tradentis, & idem; qa apprehenſio requiritur, vt ff.
de acquir. poſſ. l. qđ meo. §. fin. Aut actus tradentis concurrit, &
tunc põt quæri per aſpectũ, & alios modos fictos, qui ponunẽ
in tex. in l. j. in fi. & per gl. in l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Flumina actiones ſuas vi continua, & naturali agunt, ſicut & natura paulatim rebus addit, & detrahit.*
2 *Acceſſio an fiat domui, ſicut fundo per alluuionem.*
3 *Recuperatio an locum habeat in eo, quod alluuio abſtulit.*
4 *Torrens priuatus an poſſit addere, vel minuere.*
5 *Trabes & ligna per alluuionem non acquiruntur.*
6 *Diœceſes epiſcoporum quę ſunt limitatę, an habeant acceſſionem in limitibus.*
7 *Emphyteutici fundi augmentum per alluuionem factum cuius ſit.*
8 *Iudicio peritorum in arte ſua ſtandum eſt.*
9 *Alluuio an, & a quibus impediatur.*

Præterea quòd per. Per alluuionem fluminis.i.per lu
er ementum latens res nobis ac-
quiruntur, non autem per vim ipſius terram euellentis, niſi ra-
dices arbores emiſerint. h.d.¶No.ꝙ alluuio eſt acquiſitio de iu
re gentiũ, quia ius gentiũ adinuenit. ¶No. quid ſit alluuio, q̃a
eſt incrementum latẽs, qđ percipi vel videri non pôt. ¶No.ꝙ
impetus fluminis, nõ pôt partẽ tui fundi applicare alteri. ¶No.
ꝙ id, qđ vis fluminis abſtulit fundo tuo, ſi non es ſolicitus recu-
perare, & tanto tempore fuiſti negligens, ꝙ arbores ibi exiſten-
1 tes ẽt in fundo vicini radices immiſerint, tuũ eſſe deſinit. ¶ †In
gl. intelligere. ibi, quoquo momento tẽporis. dic ſm Bal. in rub.
ff. eo. in ver. nunc de rebus ſingulorum &c. ſicut & natura paula
tim rebus addit, & detrahit, vt ff. de iud. l. ꝓponebatur, ita & flu
mina, agunt. n. flumina actiones ſuas vi continua & naturali. ff.
de ſer. ruſti. pręd. l. foramen. & vicẽ iudicũ tenẽt. ff. de ac. re. do.
l. ergo. §. pe. ¶Quęris ibi Bal. an fiat acceſſio domui, ſicut fundo
per alluuionẽ? & vr ꝙ non, quia domus eſt limitata, vt l. fundi
2 nihil. ff. de act. emp. tñ determinat † contrarium, ꝙ quędã acce-
dũt dom ui, vt hortus & ſimilia. ff. de ſer. vrb. præd. l. Olympico.
ff. de leg. 3. l. pręd. §. qui domum. ita etiã alluuio prædiis vrbanis
3 fit, ſm Bar. in ſuo tracta. de allu. ¶ †Quęro, an recuperetur quod
alluuio abſtulit? dicit ibi Bal. ꝙ non, quia ſententia iurisgentiũ
eſt, quę confeſtim tranſit in rem iudicatam, nã ſi ſententia homi
nis irreuocabilis eſt, multo magis ſentẽtia legis inuiolabilis eſt,
qđ enim extinctum eſt, reſuſcitari non poteſt. l. qui res. §. areã.
4 ff. de ſol. ¶ †Quęro, an priuatus torrẽs poſſit addere & minuere
iura prædiorum, ſicut publicum flumen. Et dicit ibi Bal. ꝙ non,
quia cum ſit priuatum, non obtinet uicem cẽſoris, & ideo foſ-
ſata quę currunt per agros vicinorum non conferunt ius allu-
uionis. Ratio, quia lex tantũmodo loquitur de fluminibus pu-
blicis, ſm Bar. in d. tractatu. & eſt ratio, quia alueus dictorum
torrentium eſt priuatus, & ſuam naturam nõ mutat. Sed flumi-
nis publici alueus eſt publicus, & dum concedit, de priuato fa-
cit publicum, & dum reſtituit, de publico facit priuatũ. In tor-
rente autem ſi permanens non auſert, ergo recedẽs aliquid ali-
cui applicare non poteſt, quia non eſt hæc natura torrentis, ſed
fluminis publici, ne curſu ſuo mutato alueũ mutet, q̃a non eſt
vniformis ſtatus eius. ff. de ac. re. do. l. ergo. §. 1. & 2. ibi, nã & na-
5 tura. ¶ †Quęro, an trabes & ligna nobis ꝑ alluuionem acquirã-
tur? & dicit Bald. ꝙ non, quia non ſunt cum terra coniuncta, &
ideo ſuis dominis reddi debent, vt l. ſi quis nec cauſam. §. fi. ff. ſi
6 certum peta. ¶ †In ea. gl. in fi. dic ſm Ioã. Fab. hic, ꝙ alii reddunt
rationem, ne detur militibus occaſio occupandi alta bona, quia
ſatis ad hoc proni ſunt. ff. de pa. do. l. conuenire. & per illam l. in
agris. ff. de acquir. rer. do. vr, ꝙ diœceſes epiſcoporum quæ li-
mitatæ ſunt, non habeãt acceſſionem in ipſis limitibus, ſed nec
ꝑſcribi pñt. extra de paroch. & alie. par. c. ſuꝑ eo. Facit ẽt d. l. in
7 agris. ſi datus eſt fundus limitatus † in cenſum, vel emphyteu-
ſim, & ſi accedat per alluuionem, an incremẽtum pertineat ad
emphyteutam? Videtur, ꝙ nõ, ex quo fuit datus limitatus. Vide
tur tñ in hoc diſtinguendum, an fuerit incrementum latens vel
patens, vt ff. de vſufruct. l. item ſi fundi. §. huic vicinus. Vel poſ-
ſet dici, aut concedens in emphyteuſim hoc ſibi reſeruauit, aut
non, vt dicimus in feudo, vt in titu. qui ſucc. tene. cap. vnico. de
quo in ſimili. vide latè ꝑ Rapha. in l. Senatus. §. 1. ff. de leg. 1. ſed
gl. in l. 1. C. de iu. emph. vr indiſtinctè, ꝙ ſpectat ad emphyteu-
a tam.[a] dic, vt ibi per docto. in fundis autẽ tributariis eſt expreſ-
8 ſum, vt l. 1. C. de allu. dic, ut ibi. ¶ †In gl. longiore. ibi, per ruſti-
cos. no. ſingu. iſtam gloſſ. ꝙ vnumquodque decidendum debet
potius committi illi, qui habet plus peritię illius artis, quàm al
teri, licèt in omnibus aliis rebus ſit multò peritior. & ſic de
agricultura ſtandum erit ruſticis, & de imprægnatis, vel non,
& utrum ſit uirgo mulier, vel non, ſtare debes, tu iudex, iudi-
cio matronarum, & obſtetricum, ut l. 1. in princip. & ibi Bar. ff.
de libe. agnoſcen. & de morbo equi, uel ſanitate, ſtandũ erit Ma
reſcalis, & de re militari militib. ut l. ſemel. C. de re mili. lib. 12.
& ꝑ conſequens, ut ſemel me audiente dixit Rapha. Ful. Place.
de ludo Zarri ſtandũ eſt magis iudicio unius Barri, quàm iudi-
b cio unius boni docto.[b] & ita utrũ vulnus ſit mortale, necne, &
utrũ ſit remanſura cicatrix, ſtandũ eſt iudicio Medicorum plu-
rium, ſi copia poteſt haberi, aliàs unius tantùm. ita dicit ſingul.
Bar. per ſupradicta iuta in l. ſi in rixa. in fi. ff. de ſicar. & idem eſt
dicendum in ſimilib. de quo uide q̃ ſcripſi in meo tract. maleſi.
in gl. citatrix eſt remanſura. ¶ In gl. acquiſitæ. in fi. dic ſecundum
Ioan. Fab. quòd immo nec in factũ datur, ut d. l. hoc amplius. §.
ita demũ. ff. de dam. inſec. Nec obſt. §. de arbore. nec §. quicũque.
quia ibi loquitur quando fuit facta unio facto hominis, hic lo-
quitur quando fuit facto fluminis, & ideo cum quæritur de flu-
mine, hoc videt ſatis rationabile, & fuit opinio antiquorũ, ſed
opi. quę hic notat, fuit Azonis, quæ ſatis eſt ęqua. Et prædicta ꝓ
cedunt, quando terra aliena coaluit cũ mea, aliàs poſſet uendi-
cari, dummodò caueat, de dam. infect. vt l. hoc amplius. §. fin. ff.
de damn. infect. & non tantũ de futuro, ſed etiam de præterito
9 damno, & omnia tollã, ut ibi habetur. ¶ †Vltimò aduertas, ꝙ via
publica non impedit alluuionẽ, ut l. Martius (aliàs incipit, Atti-
lius) ff. de acqui. re. do. ſecus ĩ loco ſacto, eccleſia, uel cœmeterio,
exiſtẽte in medio, tũc ſi terra a flumine ſit relicta, occupanti cõ
cedit, arg. l. ſi prius. §. ſacra. ff. de aqua plu. arcen. & de ſer. l. ſerui
tutes. §. fi. Et ꝙ occupanti concedat, probatur. ff. de flu. l. j. §. pen.
Idẽ dicẽdum, ſi inter agrum meum & alluuionem ſit in medio
murus ciuitatis, vel caſtri, q̃a nullam opem in hac acquiſitione
afferre poſſet. Idem ſi eſſet in medio vallum vel ſteccatum pu-
blicum, quia loco muri funguntur, & uiolator capite punitur,
ut ff. eo. l. ſanctũ. in prin. & §. fi. & l. fi. eo. tit. ita dicit Bal. in rub. ff.
eo. uerſi. & no. ꝙ uia publica non impedit &c. quod no. Ang.

ADDITIONES.

a Emphyteutam. Vide gl. in l. de quibus. ff. de legi. Perpu.
b Boni doct. Et ſic ex iſtis habemus, ꝙ ſtandũ erit peritis in arte ſua. & ad iſtud accipe quaſdam allegationes Bar. in l. diuus. ff. de extraor. cri. & uide Bar. in l. ea. ff. de ſer. & in l. Gallus. in fi. prin. ff. de lib. & poſth.

SVMMARIVM.

1 *Inſula an occupanti concedatur. & nu. 3.*
2 *Occupare quando quis dicatur.*
3 *Acceſſiones cum re poſſidentur.*

Inſula. Inſula nata in mari efficit occupantis, ſecus ſi in flu-
mine, ſed eſt eorum, qui habent prędia uicina pro
modo latitudinis fundi, ſi eſt ĩ medio, aliàs eſt illius, cuius prę-
dio eſt uicinior, ſi uerò ex diuiſione fluminis unus fundus inclu
datur, remanet antiqui dñi, h.d. ¶Not. ꝙ rarò accidit, quòd ĩ ma
ri naſcatur inſula. ¶Not. ꝙ inſula nata in mari ante occupatio-
nẽ, in nullius bonis eſt. ¶ No. quòd inſula nata in flumine, nõ cõ
ceditur occupanti. ¶ In glo. inſula. ibi, l. inſula. dic, quòd inſula-
rũ alia eſt naturalis, ut Corſica & Sardinia, alia caſualis vel acci
dentalis, quæ in flumine ſæpę naſcit, in mari perrarò. Naturales
inſulæ non ſemꝑ ſunt Principũ in dñio patrimoniali, ſed in do-
minio iuriſdictionali, ut l. inſulæ. ff. de iud. & l. illicitas. §. qui uni
1 uerſas. ff. de of. Præſi. ¶ Quæro ergo, & † reuoco ĩ dubiũ, an inſula
occupanti concedatur? & dicendũ eſt, ꝙ aut loquimur quo ad
iuriſdictionem, & nõ cõcedit occupanti, cũ ſint imperii, ut l. de
cernimus. C. de ſac. ſan. eccl. aut quò ad priuatũ dñiũ & familia
re, tũc prius occupãti cõcedit, ut d. l. adeò. §. inſula. ff. eo. & hic.
2 ¶ †Quęro, qñ dicat quis occupare? dic, qui ſic incipit occupare,
qđ pôt cõſeruare & poſſidere, aliàs nõ dr occupaſſe, argu. ff. de
acq. re. do. l. in laqueũ. & ſ. eo. §. ferę. & ſi plures ſimul ꝓ occu-
pando debellant, uictor qui ſtetit ꝑ tres dies in poſſeſſione, dr
occupaſſe, arg. l. 3. §. cũ igitur. ff. de ui & ui ar. Et eſt argumentũ,
ꝙ ſi unus tenet eccleſiam, alter campanile, ſeu pinnaculũ, ꝙ eſt
fortilitiũ, ꝙ ille qui ingreſſus eſt eccleſiã, cũ de facili poſſit ex-
pelli, non dr adhuc adeptus corporalẽ poſſeſſionem beneficij.
ſi tñ ille eſt ita incaſtellatus, ꝙ euadere non poſſet, tunc eũ ipſe
non dicat tenere, ſed teneri, ut patet ex no. ff. de ui & ui ar. l. j. §.
pen. dicendũ eſt ipſum poſſeſſione priuatũ, & ſic eſt in poſſeſ-
3 ſione, & tñ nõ poſſidet. † Caſualis uerò inſula maris cõcedit oc
cupãti quò ad proprietatem, ſed quò ad iuriſdictionem eſt ſub
iuriſdictione illius, qui illud mare diſtinguit. Caſualis uerò inſu
la fluminis non conceditur occupanti, ſed unitur per legẽ uici-
nis, pro latitudine frontis cuiuslibet agri, qui aduerſus inſulam
reſpicit. ¶ Et eſt notandum, quòd ager habet frontẽ ad ſimilitu-
dinẽ hominis, ſicut. n. ſi unus homo ſe uolueret aduerſus inſulã,

& proſpiceret eam, frons hominis dirigitur in eã, ſic in agro illo eſt frons, quæ verſus inſulã eſt, & ibi intelligitur eſſe caput agri quantũ ad hoc officium. & ideò debet inſpici caput magis, quàm cęterę partes, arg. ff. de reli. l. cũ in diuerſis. Iſta ſunt uerba Bal. in d. rub. ff. e. in uer. nũc uideamus de alueo, ſed ante hoc præmitto de Inſula. facit qđ no. Bar. de capite plateę, in l. a. ff. de fur. ¶ In gl. media parte. in fi. quæriẗ Bal. in rub. ff. eo. in uerſic. ſed an fortè per unum pedẽ & c. ſi ego ſum magis proximus ꝑ unũ pedem inſulę, quàm tu, an totam inſulã habeam? & Labeo dicit, ꝙ non, ſed tantum plus habeo per unum pedem, quàm tu: eſt enim inſula quid diuiſibile, & poſita chorda debet menſurari, ut hic in gl. ¶ Quæro, an huiuſmodi acceſſiones concretas fun-
4 dis nr̃is, incipiamus ipſo iure poſſidere ſine alio corporis actu? Bar. in tracta. de allu. tenet in alluuione & alueo ꝙ ſic. nec eñ oportet ſingulos ceſpites terræ calcare, quoniã totum vnum integrale vno iure poſſeſſionis, & proprietatis cẽſendum eſt. ff. de acquir. poſſ. l. 3. in princ. ff. de vſuc. l. eum qui. ergo ſecus in inſula, quia dominium ipſo iure peruenit, ſed non poſſeſſio, cùm ſit locus diſtinctus ab agro per aquam, quę eſt in medio inter agrũ & inſulam. ita dicit Bal. in d. rub. in ver. ſed an iſtas acceſſiones.

SVMMARIVM.

1 *Fundus an, & quando inundatione amittatur.*
2 *Inundatione ceſſante, poſſeſſio reſtituitur.*

Quod ſi naturali. Alueus nouus efficitur publicus, ſicut ipſum flumen eſt publicum, vetus verò dominis fundorum propinquorum conceditur. Idẽ de nouo alueo, ſi flumẽ in antiquum redeat. item inundatio fluminis non mutat dominium fundi. h. d. ¶ No coniunctõ §. præced. quòd inſula & alueus derelictus ęquiparãtur, quia acquirũtur illis, qui habẽt prædia vicina. No. ibi prædia poſſident &c. quod ad hoc vt fiat dicta acquiſitio, nõ requiritur ꝙ ſint illi vicini domini, ſed ſatis eſt, vt fiat eis acquiſitio qui ꝑdia vicina poſſideãt. quod no. Idem habetur de inſula ſ. § præce. ibi, propè ripam ꝑdia poſſident. ¶ No. quòd ſi fundus meus verſus inſulam, vel alueũ derelictũ eſt amplior, licèt alia parte ſit arctiſſimus, & breuiſſimus, & fundus Titij ſit in totum econtrà, tamẽ mihi maior acquiſitio inſulę & aluei fiet, quàm Titio, ut patet ibi, quę latitudo. ¶ No. ꝙ licèt inundatio fluminis non auferat dominiũ fundi mei mihi, ut hic in fine, tñ qñ facit in fundo meo alueum, perdo dominium ipſius. ¶ In gl. incipit ibi. l. adeò. §. inſula. in fin. & & in gl. ibi, ſuper verſi. ſpeciem. ibi. §. ſi foſſa. in fi. dic, iſte § concordat, ſi benè inſpiciatur. ¶ In ea. glo. in fi. coniunge has glo. ſimul, & conclude ſm Bart. in d. ſuo tractat. quia in ſe omnis ſolutio eſt bona. Pro cuius concluſione diſtingue, aut flumen re-
1 ceſſit eum impetu, † & reſtituitur fundus primo domino, vt ff. de acquiren. rerũ domin. l. adeò. §. inſula. verſicu. aliud ſanè, ſm Bart. qui tñ verſi. hoc non dicit, ſed magis probatur in l. ergo. §. alluuio. ff. de quib. mod. uſusfru. amit. l. ſi ager. cum l. ſeq. & intellige de eo impetu, qui occupauit, ut probant. d. ll. Aut non receſſit in eo impetu, quo occupauit, & tunc aut apparet forma primi agri, & primo reſtituitur, ut ſupra in ſecunda ſo gl. ratio eſt, quia nõ deſinit eſſe ager, non mutata forma. & intellige, reſtituit de facto, quia de iure prioris dñi permanſit, vt in §. alia ſanè. infra eo. & no. ff. quibus modis vſusfru. amit. l. qui vſumfru. in princip. Aut forma non apparet, & tunc aut loquimur de rigore iuris, & non reſtituiẗ primo domino, ut d. l. adeò. §. inſula. verſi. ſi cuius tñ. & in ver. ꝙ ſi poſt aliquod. aut de æquitate, & tunc reſtituitur primo domino, ſm Azo in d. §. inſula. in ver. ſi cuius tamen &c. Quod intelligit Barto. niſi flumen fecerit ibi alueum per decem ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes; tanto enim tempore quilibet præſcribit, ergo flumen eum habeat titulum de iure gentium. argumen. ff. de capt. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Et aduertas, ꝙ dr̃ de toto fundo, idem in parte, eadem ratione. Item dicit ibi Barto. ꝙ ſicut recuperat dominus fundum, ſeu partem eius, ita vr̃ ꝙ eadem æquitate habet ius acquiſitionis aluei, vel eius quod addetur per alluuionem. & iſta eſt mens literæ in d. §. inſula. verſi. ſi cuius. tamen, ſi benè inſpi-
a ciatur ſecundum Bar. ¶ In glo. remanere. in fin. no. ex ſi. glo. † ꝙ licèt inundatio aquæ abſtulerit poſſeſſionem, fundi tamẽ aqua recedente ſtatim poſſeſsio reſtituitur, ita etiam ſine noua apprehenſione poteſt dici eſſe in poſſeſſione. idem no. in d. l. 3. §. Labeo. ff. de acqui. poſ. vbi gl. etiã dicit, quod propter hoc, quia perditur poſſeſſio, uſucapio interrumpitur, facit l. naturaliter, ff. de uſuc. quod not. in practica ſecundum Ange. ibi. & in l. qui vniuerſas. §. 1. ff. de acquiren. poſ. eſt ualde not. nã qñ ago contra Titium rei vendicatione, vel publiciana, & ipſe opponit de pręſcriptione, ſi poſſum probare quòd aliquo tempore fundus inũdatus fuerit, ſtatim eſt interrupta vſucapio, & non poteſt ſe præſcriptione defendere. quod no. contrarium tamen ſentit gl. in l. 1. §. ad hoc. C. de anna. excep.

SVMMARIVM.

1 *Specificatum quod ad priſtinam naturam reduci poteſt, remanet antiqui domini. alias ſpecificantis efficitur. & nu. 2.*
3 *Pretioſum minus, cedit pretioſiori, & ignobilius nobiliori.*
4 *Statutum puniens portantem frumentum extra territorium, an comprehendat portantem farinam.*

Cum ex aliena. Specificans aliquam ſpeciem ex materia aliena, efficitur dominus eius ſi ipſa ſpecies ad priſtinam materiam non poſſit reduci. h. d. Et hęc eſt ſcđa pars principalis, a §. ſingulorum, vſq; in finẽ ti. vbi res alterius efficitur noſtra facto noſtro ꝑ ferruminationẽ, vel ſpecificationẽ, vel ſimilia. Et diuidiẗ in quinq; par. Primò ponit thema. Scđò q̃õnem. Tertiò per exempla declarat. Quartò ponit bimembrẽ reſponſionẽ. Quintò per exempla iñſionẽ declarat. Secũda ibi, quęri ſolet. tertia ibi, vt ecce. quarta ibi, & poſt multã. quinta ibi, vt ecce vas. ¶ No. ꝙ nobilior & potentior eſt forma q̃ materia, qa forma eſt, quę ꝑpè dat eſſe rei, vt l. Iul. §. quę ſnũ. ff. ad exhib. No. ibi, media ſnĩa, ꝙ media ſnĩa eſt, quę partim capit ab vna, partẽ ab alia opi. & eas ad cõcordiã reducit, & eſt
a amplectẽda, qa mediũ tenuere beati, noli declinare ª a dextris, nec à ſiniſtris, tu iudex vel conſultor, alias, vę animę tuę. ¶ No. ꝙ materia cedit materiato, qñ non eſt reducibilis ad ſuã formã antiquã. ¶ No. ꝙ non tm̃ alluuione res alterius efficitur nr̃a, ſed ẽt ſpecificatione. ¶ No. ꝙ ſpecificans efficitur dñs de iure gẽtiũ, & ꝑ conſequẽs acquiſitionẽ per ſpecificationem adinuenit ius gentiũ, & per conſequens fuit ante ius ciuile. ¶ No. ꝙ ſi res ſpe-
1 cificata ſpõt reduci aliquo modo ad priſtinam naturã, remanet dñi antiqui. rõ, qa ſine illa materia impoſſibile fuerat res ſpecificari, & ita vult opi. Sab. in l. adeò. § cũ quis. ff. de acq. re. do. ſed ſi nõ põt reduci, tũc efficiẗ ſpecificãtis. & eſt rõ, qa in iſta forma in qua nũc eſt, nunq̃ fuit alicuius, & quaſi in nullius bonis: ergo ille ſpecificans pręfert quaſi potior, ita vult opi. Neruę in d. §. cũ quis. ¶ In gl. facta, in fi. ſed hoc intellige verũ ſecundũ Ioã. Fab. ſi ita incœperat, ꝙ amplius nõ põt reduci ad priſtinã natu-
2 rã, licet nõ cõpleuerit. vel ſic ſm eundem. iſta gl. nõ ſ benedicit, quia ille tex. reqriẗ perfectionẽ, ergo non ſufficit inceptio, arg. l. ædificia. § pfeciſſe. & l. vrbana familia. § pernoctare. ff. de ver. ſig. & l. is qui quadringenta. §. q̃dã. ff. ad l. Fal. & ꝙ de ſpecificatione pfecta hic loquaẗ, probaẗ in l. librorũ. §. chartis. ff. de le. 3. ¶ In gl. ab aliquo. ibi. l. ſi duo. dic vt ibi no. gl. & addas ꝙ pro gl. facit l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. ſed Iac. & Pet. te-
3 nent ꝯtrium, † quia immo dẽt inſpici, qđ eſt pretioſius, ut minus pretioſum cedat pretioſiori, vel ignobilius nobiliori, & ſic de ſingulis, vt l. qđ q̃. §. ſi. ff. e. vñ ſaluaẗ gl. qñ oĩa ſunt paria. đ quo dic ꝑ gl. in d. l. quicqđ. ¶ In ea. gl. in fi. intellige ꝑ oĩ. ſm ꝑcedẽtia, ꝙ heat bonã fidẽ, credẽs rẽ eſſe ſuã, alias aũt eſſet in totũ antiqui dñi, vt l. de eo. §. ſi qs ex. ff. ad exhi. ¶ In gl. fecit. i ſi. dic, ꝙ media via eſt eligenda, qđ eſt verũ, qñ non magis põt ius adaptari ad vnã partẽ, quã ad aliã, vt hic. alias diceret diuiſio ruſticana, vt d. l. Neſen. in fi. cũ gl. In gl. vel ſpicas. ibi, pro pueris. ſed dic ꝙ non eſt credendũ, ꝙ ſacratiſſimus Imperator gratia puerorum malè loqueretur, ur no. gl. ſ. eo. in prin. u. nec l. obſonum ſuba. facit, qa ibi dr̃ ꝙ ſi doceo aliquẽ facere ſtipulationem, & dico, dicas, promitto, & ipſe rñdeat promitto, ꝙ non eſt ſtipulatio, ex qua poſſim eũ conuenire. ¶ In ea gl. ibi per iſtam corrigi, ſm Iacob. Fab. attenta rõne Iuriſcon. in ꝯtrium dicit, qđ nõ eſt verũ, immo ꝙ iſta tractatur ſm illam. & non eſt mirũ, ꝙ lex noua reguleẗ ſm antiquã, ar. l. ſciendũ. cũ gl. in prin. ff. qui ſat. cog. coniuncta auc. offeratur. C. de li. cõt. Nec ob. ille tex. qa hic Imperator poſuit exẽpli grã, vt oñderet q́ ſpẽs nõ põt reduci ad priſtinã materiã, nõ aũt vt vellet, qa idẽ eſſet ius in oĩb. ſi ita intelligaẗ opi. Pla. benè dixit. ¶ In e. gl. ibi, ſi ratum habuit. intellegas gl. quando nomine domi-

ADDITIO.

a Noli declinare. Adde Exodi. c. 23. non ſequaris turbam, ad faciendũ malum, neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententię, ut a uero deuies. Pauperi quoque non miſereberis in iudicio. viduis enim, pupillis, & orphanis ita defenſores ſumus, ne aliis iniuſtitiam faciamus. c. ex tenore. ext. de fo. cõpe. & Deutero. c. 1. audite illos, & ꝙ iuſtum eſt, iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus. nulla erit diſtinctio perſonarum. ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Ant. Ca.

domini ſpecificauit,aliàs ſi nõ fuiſſet ſpecificata nomine domi-
ni,non poſſet habere ratum,cum ſit factum in ſui fauorem,vt l.
ſi pupilli.§.ſi ego.ff.de neg.geſt. ¶In ea. gl ibi. §.item quemcun
que. vtrum aũt teneatur in factum , vel vtili rei vendicatione.
4 dic,vt ibi per gl. ¶†In ea.gl.in fi.no. & ſigna totam iſtam gl.In-
ducitur ēi iſte tex.ad ſtatutum,quod prohibet portare frumen-
tum ex territorium, ſub pęna , ꝙ portans farinã non incidit in
pęnam,cum farina non ſit reducibilis ad primam materiam,&
ſimiliter ſi ſtatutum punit portãtes ſpicas, non habet locum in
portante frumentum.l.quæſitum.§.illud fortaſſe.ff.de leg.3.Sed
Bar.ibi determinat contrarium , ꝙ apppellatione frumenti cõ-
tinetur farina,donec ſit deducta ad effectum finalem , ad quem
eſt inuenta , videlicet , donec fiat panis.alleg.ff.de leg.3.l.ſi cui
lana.ſed vt refert hic Ioã. de Pla.Gand. in ſuo opere in tit.de re
vetita. & Alb. de Ro. in 2.parte ſtatutorum, tenent primã par-
tem.ſed ego tenerem opi.Bar. quia ſtatutum fuit introductum,
ne portaretur pinguedo,& abundantia extra territoriũ,ſed pa-
riter portant, immo magis per farinam , quàm per frumentũ,
igitur &c. & maximè cum faciliter poſſet fraus committi mo-
lẽdo frumentum,ꝯ l.non dubiũ.C.de leg.& etiam quia ſi de fa-
rina ſtatuentes fuiſſent interrogati , ita dixiſſent ſicut de fru-
mento,igitur &c. & facit l.tale pactum.§.ſi.cum glo.ff.de pact.

S V M M A R I V M.

1 *Specificans partim ex ſua , partim ex aliena materia , ſibi ſpeciem quærit.& num.2.*

Quod ſi partim. Si qs ex materia partim ſua, & par-
tim aliena ſpeciem fecerit aliquam,
2 efficitur in totum dñs eius.h.d.¶†No.ꝙ ſicut ſpecificans ex ma
teria in totum aliena efficitur in totum dñs,ita & ſi partim , ex
aliena,partim ex propria,quia eadẽ eſt ratio partis quò ad par-
tem, quæ eſt de toto quò ad totũ , vt l.quæ de tota.ff.de rei ven.
¶Not.ibi, dubitandum non eſt , ꝙ ſi de quominus vr̃ ineſſe, &
ineſt , ergo & de quo magis,vt in auct. multò magis.C.de ſacr.
ſan.eccleſ.¶In gl.dominium.in fi.dicit Io.Fab.ꝙ hoc non eſt ve
rum,quia ſecundum hoc iſte §.nihil adderet præcedenti, quod
2 non eſt credendum.† Præterea hic duo interuenerunt.ſ.ſpecifi-
catio & pars materiæ , vnde fortiora ſunt duo vincula , quàm
vnum,ex quo dixit tex.iſtũ fore indiſtinctè intelligendũ,ꝙ ſiue
habuit malam fidem ,ſiue bonam , efficitur dominus ſpecifi-
cans,& ſic addit ad §.præcedentem.ſed ego ſtarem cum glo. &
ſatis addit iſte §.præced.quia hic ponitur alius caſus,videlicet,
quando non in totum materia erit aliena.

S V M M A R I V M.

1 *Fur quibus actionibus teneatur.*
2 *Furtum an per intertextionem rei alienę , rei ſua, committatur. & numero 4.*
3 *Sartor præſumitur furatus pannum ſibi traditum, ſi totus non reperitur poſitus in veſte.*
5 *Rei vendicatio an detur contra furem re extincta .*

Si tamen alienam. Aliena purpura intexta veſtimẽ-
to meo,cedit veſtimento,ille aũt
qui dominus fuit,habet actionem ꝯ furem.h.d. ¶No. ꝙ quan-
doq; quod eſt pretioſius, cedit viliori.Facit l.ſi in emptione.in
prin.cum ibi no.per glo. & doc.ff.de contrah.emp. ¶Not.ꝙ nõ
infert,vtrum acceſſio ſit vilior, vel pretioſior principali.Et per
ꝯñs licèt familiaris ſit nobilius & melius veſtitus quam domi-
nus,tamen dñs debet magis honorari , quia purè familiaris eſt
acceſſorius. ¶No.quod animus intertexentis inſpiciendus eſt ,
& ipſe qui regulat prædicta.nam ſi appoſuit purpuram,vt eſſet
acceſſoria,locũ habet iſte §.aliàs ſecus, vt hic in glo.¶No.quod
ſicut per confuſionem dominium rei alienę nobis acquirit, ita
etiam acceſſionis iure,vt hic.¶No.ꝙ quantumcunque dominiũ
ſit tranſlatum in furem, tamen dñs habet actionem ad repeten-
1 dum.¶Not.† ibi,furti actionem. ꝙ contra furem poteſt agi cõ-
dictione furtiua, & ſic proſequi rem, & etiam actione furti , &
ſic ad pœnam,& vna intentata, altera non perimitur tanquam
ex diuerſo fonte orientes, & ad diuerſa competentes,vt l. ſi pro
fure.§.1.ff.de condic.fur. Not.ibi,ſiue ipſe eſt. vbi videtur caſus
coniuncto princip. quòd quis rei ſuæ committit furtum,nã per
2 † intertextionem quis effectus fuit dominus, & tñ furtum com
mittit , & ꝯ eum agitur furti. quod videtur contra diffinitionẽ
furti , vt infra de oblig.quæ ex deli. naſ.§.furti. Sed reſponde ,
quòd furtum commiſit eò ipſo , quòd accepit & contrecta-
uit , etiam antequam intertexiſſet , vnde actio ſemel nata non
poteſt extingui facto debitoris, quia ſecundum hoc eſſet in po-
teſtate ſua, vtrum debeatur, & remaneret obligatus , quod lex
3 non patitur. vt l.2.ff.de eo ꝙ cer.loc.in princip. ¶†Not.ibi, ſiue
ipſe eſt,qui veſtimentum fecit.ꝙ ſi totus pannus traditus ſarto-
ri non eſt poſitus in ueſte,ꝙ præſumitur,quòd ipſe furatus fue-
rit mihi.quod no.quia ſartores faciunt ſępenumero contra hãc
legem.¶Not.quod omnis condictio degenerat ꝯ furem. ¶Not.
ea ſi.gl. quòd fur & malęfidei poſſeſſor ęquiparantur. ¶In glo.
pretioſior.ibi.l.ſi in empt.dic quòd ille tex.inducitur ibi per Bar
tol.quòd ſi permutaui codicem meum,cũ digeſto tuo,hoc acto
quòd deberes mihi dare etiã 20.ducatos, an ſit emptio vel per-
mutatio?& dicit quòd inſpici debet,quod principaliter agitur,
vt hic etiam probatur.facit l. 1.§.quòd ſi rem.ff.depo.¶In ea.gl.
in fin.dic ſecundum doctores, quòd neutrum poſſidetur com-
4 muniter, ſed quodlibet de ꝑ ſe ſic, vt no.in d.§.quid ergo. ¶†In
gloſſ.ſurripuit.in fin.dic vnde eò ipſo quòd intertexuit ſciens ,
furtum committit. C.quod cum eo.l.ſi liberam.C.de fur.l.
alienam. ¶Extra gl.opponitur de.l.item ſi verberatum.§.ſi.cum
l.ſequen.ff.de rei vend. datur re extincta. Reſpondent Iaco. &
5 Pet.quòd rei† vendicatio cõtra furem datur, etiam re extincta ,
cum ſemper ſit in mora.ſed hoc eſt contra text. vbi contra fu-
rem denegatur rei vendicatio. Vnde Fab. dicit quòd ibi loqui-
tur,quando lis erat mota,hic non.vel dic quòd ibi non dicitur,
quòd detur rei vendicatio pro re extincta , licèt cum defuncto
reperiatur durare actio , ſed condictio furtiua durat prout ex
tunc, vt ff.de condicti o.fur.l.in re furtiua.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium plerunque ſine traditione quęritur .*
2 *Differentia inter confuſionem & commixtionem.*
3 *Confuſa ab vtroque domino peti poſſunt.*
4 *Libellus incertus admittitur, quoties quis eſt incertus quantam partem petit facto aduerſarij , vel caſu.*
5 *Sententia incerta plerunque valet.*

Si duorum materiæ. Si materiæ eiuſdem generis ,
vel diuerſi , confundantur ex
voluntate dominorum,efficiuntur communes inter eos; & idẽ
ſi caſu fuiſſent confuſæ.aliàs ſecus.hoc dicit.Et diuiditur princi
paliter in duas partes.Primò quando voluntate dominorũ.Se-
cundò , quando caſu ſunt confuſę. ſecunda ibi , ſed ſi fortuitò.
Item prima ſubdiuiditur. Primò, quando eiuſdem generis ma-
teriæ confunduntur. Secundò quando diuerſi generis. ſecunda
ibi,ſed ſi diuerſę. ¶Not. ꝙ ex ſola confuſione de voluntate do-
minorum transfertur dominium de vno in alterũ, & econtrà.
1 †Et ſic videtur caſus hic,quòd ſine traditione dominium tranſ-
feratur contra l.traditionibus. C.de pact.Sol.hic eſt quædam ſo
cietas,& ſpeciale eſt in ſocietate, vt non ſit traditio neceſſaria ,
immo ſtatim abſque traditione, & voluntate domini transfer-
tur dominium in ſocium.l.3.in princip.ff.pro ſo.Pręterea eò ip
ſo,quòd commiſcet,videtur pro medietate transferre dominiũ
2 in ſocium.facit l.1.in princip. ff.eodem titu. ¶†Not. differentiã
inter confuſionem,& commixtionem.nam confuſio dicitur,ꝙ
ſeparari non poteſt,ſed commixtio ꝙ poteſt ſeparari, vt no.gl.
in l.idem Pomponius ſcribit,ſi frumentum.§.ſi.ff. de rei vendic.
quod no.pro ſtatutis , vbi verba debent concipi & accipi pro-
priè, vt l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt.¶Not.caſum fortuitum ,
& voluntatem dominorum ęquiparari quò ad vnionem indu-
cendam. quod intellige verum in confuſione , non autem in
commixtione: & per conſequens hic non venit caſus fortuitus,
ſed quia difficilis eſt ſeparatio,ideo non communicatur. ¶In gl.
in verbo, dominorum. in fin.hoc intellige bona fide & ſuo no-
mine, vt vidiſtis in §.cum ex aliena. ſupra eod.per glo.& ibi di-
3 xit. ¶† Aduertas , quòd hoc caſu , quando eſt facta confuſio in-
ſeparabilis de voluntate dominorum , vel etiam caſu , vt cum
meum argentum & tuum eſt redactum in maſſam , vnuſquiſ-
que noſtrum agit pro rata ponderis , quod in maſſa habemus ,
habita ratione pretioſioris argenti , licèt tempore actionis ſit
incertum ,dummodò poſteà in proceſſu de pondere ſpecifi-
cetur. vt l.Marcellus.§.Pomponius.l.quo quidem. & l.ſequen.
4 ff.de rei vendicat. ¶† Ex quo no.in practica , quòd quoties quis
eſt incertus quantam partem petit facto aduerſarij , vel caſu ,
quòd admittitur libellus incertus , dummodò poſteà in pro-
ceſſu qualificetur, ſecundum Ioan.de Pl.tu adde tex.& ibi Bart.
in l.1.§.1.ff.quo.leg.& c.cõſtitutus. & ibi Inn. extra de in integ.
5 reſtitu.in antiquis. ¶†Adde etiam , quòd ego credo, quòd licèt
per proceſſum primæ cauſæ,non ſit quantitas declarata, tamen

procedit iudicium,& ſnia fertur, uidelicet;Reſtituas illã quan-
titatem argenti,quam Titius habet in illa maſſa conflata per te,
dummodò poſtea in executione fiat declaratio quantitatis, &
partis,vt l.1.§.ſi quis argentum.in ver.iuranti.ff.depo.& ibi gl.
Bar.& doc.& l.1.& ibi doc.& Bar.C.de ſent.quæ ſine cer.quãt.
& Bar.in l.1.in fi.ff.de leg.2.& ibi doc.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium an ex ſola commixtione transferatur.*
2 *Frumentum unius commixtum cum frumento alterius,an & quando dicatur commune.*
3 *Alleganti rei ſuæ melioritatem probatio incumbit.*
4 *Confuſio quid ſit.*

Quod ſi frumentum. Si ſpecies duorum domino-
rum de eorum voluntare cõ
miſceantur,efficiuntur communes, ſecus ſi ſine eorum volun-
tate.h.d. ¶No.ꝙ in commixtione non operatur caſus fortuitus
id,quod operatur voluntas dominorum,licet ſecus ſit in con-
fuſione, vt s.§.prox.Et ſic vides, ꝙ commixtio differt a confu
ſione,ut hic in gl.& dixi s.§.præce.¶ No.ꝙ commiſcere,eſt pro-
priam ſubſtantiam retinere. ¶No.ibi,retineatur.ꝙ poſſeſſio pa
rit aduerſario rei uendi.facit l.1.C.de ali.iud.mu.cau.fa. ¶Not.
ꝙ officium iudicis deſeruit actioni rei vendi. quod verſať circa
quantitatem cuiuſlibet frumenti & qualitatis, non aũt circa ſin
gula grana,quia impoſſibile eſſet,alias ẽt circa hoc verſareť,vt
eſt videre in grege.¶ In gl.in uerſ.permixta.in fi.dic,& ratio ſpe
1 cialitatis eſt,quia cum in pecuniæ numerara† nõ cadat affectio,
l.nummis.ff.de in lit.iur.ſequitur,ꝙ cum mea non interſit hẽre
magis iſtos decem ducatos,quam illos alios , ſtatim ex cõmix-
tione ſola transfertur dñium, ſed recipiens tenetur poſtea con-
dictione ſine cã ad reſtituendum tantũdem, ſed in frumento &
aliis cadit bonitas, vt l.cum quid.ff.ſi cer.pe.ergo & affectio,igi
tur &c.¶ In gl.in verſi.competit.ibi,& ſic probabit,qui ſuũ di-
cit eſſe melius.dic ꝙ hæc gl.eſt difficilis ſm Iac.& Pet. Vñ vult
2 dicere ſm eos,ꝙ principium † huius verſ.ſed ſi ab alterutro,lo
quitur , quando frumentum duorum ſine uoluntate eorũ mix-
tum fuit,& impoſſibilis eſt eorum ſeparatio,quia tunc eſt cõe,
& agitur communi diuidundo, non rei vendicatione,cum im-
poſſibilis ſit ſeparatio pro qualitate,ſeu quantitate. Sed ver.ar-
bitrio,loquitur quando eſt poſſibilis ſeparatio, & agitur rei vẽ
dicatione, & exponitur litera quale.i.quod, & hoc vult dicere
gloſ.uſque ad uer.arbi.& in ſeq.verſi. Vel dic ſecundum eos,ꝙ
ibi intendit ponere alium intellectum , ut ambo uer. loquãtur
qñ poſſibilis eſt ſeparatio, & agitur communi diuidundo, quia
æſtimabitur,quale ſit frumentum, & quantũ;& tunc,quale,ſtat
propriè.ſed ſm eos hęc litera non patitur has lecturas, cum di-
cat agi in rem.Quare dicunt,ꝙ ambo uer.loquuntur,qñ frumẽ
tum fuit mixtum ſine voluntate dominorum, & eſt impoſſibi-
lis ſeparatio;nam æſtimabitur & agetur in rem quantũ,& qua-
le fuit,an groſſus,& albus,& cuilibet reſtituentur grana ſua,&
iſte eſt caſus planus ſm eos , & iſte eſt verus intellectus, uideli-
cet,ꝙ agitur rei uendicatione ; & poſtea iudicis officium circa
iſtam actionem vertitur circa qualitatem uel quantitatem limi
3 tatam,uel nõ.¶ † No.ẽt ex gl.ꝙ alleganti[a] melioritatẽ ſui frumẽ
a ti incumbit onus probandi,& non eſt mirum,quia cum ſit fun
damentũ ſuæ intentionis,dẽt illud probare,ut no.Bar.in l.in il-
la ſtipulatione,ſi calendis.ff.de uer.obl.¶ In ea.gl.in fi.dic ſecun
dum Io. de Pla. ꝙ interdum unum uerbum ponitur pro altero,
ut d.l.idem Pompo.ſcribit,ſi frumentum.2.reſpon. ff.de rei vẽ.
4 Sed propriè † confuſio eſt,ubi ſit tranſitus in aliam ſubſtantiam,
& naturam,ſed vbi ſubſtantia non mutatur, eſt commixtio, li-
cèt ubi ſeparatio eſt impoſſibilis,habeat uim confuſionis,ut qñ
frumenta ſimul commiſcentur quæ diſcerni non poſſunt, aut
etiam aues,piſces , & alia animalia quadrupedia vniformia, ut
l.uſufructuarium.§.ſi uſuariis.ff.de vſufr.ita dicit Ang.in d.l.idẽ
Pompo.ſcribit,ſi frumentum.§.ſi plumbum.

A D D I T I O.

a Quod alleganti.Ita etiam dicimus quod alleganti caſum incũbit onus probandi illum caſum,gl.eſt no.in §.fi.inſti.qui.mo.re contrah.obl.

S V M M A R I V M.

1 *Domini duo poſſunt eiuſdem eſſe rei.*
2 *Caſus in quo rei vendicatio non datur domino.*
3 *Poſſeſſor bonæfidei quandoque pœnaliter punitur.*
4 *Tigni appellatione , quid contineatur.*
5 *Tignum alienum iniunctum habens, volens illud reddere, vt euitet pœnam, an ſit audiendus.*
6 *Aedificans in littore maris facit ſolum ſuum , diruto verò ædificio ſolum priſtinum ſtatum recuperat .*
7 *Actio de tigno iniuncto, an detur in duplũ contra habentẽ ędificatũ.*
8 *Actiones quæ ſe inuicem tollant.*
9 *Poſſeſſor malæfidei põt ex cauſa eſſe potior, quàm bonæfidei poſſeſſor.*
10 *Tignum alienum qui non iniunxit,ſed habet iniunctum, an ad aliquod teneatur.*

Cum in ſuo. Aedificium cedit ſolo , ſed materia ex qua
ędificium fit, remanet antiqui domini , eã
tñ repetere non põt,quandiu ędificium durat,quo durante nõ
datur rei vendicatio.h.d. ¶Not. quod non tm̃ aliis ſupradictis
modis,ſed ẽt ex ædificato efficitur quis dominus ædificij ¶No.
regulam , ꝙ ædificatum & ſuperimpoſitum cedit ſolo. ¶Not.
1 mirabile,ꝙ † licet ædificãs efficiatur dominus totius ædificij, tñ
ille qui erat dominus materię , nõ deſinit eẽ dominus.Et ſic no.
ꝙ poteſt eſſe dominus in vniuerſo,alius in particulari, ſicut di-
cimus in ſacratiſſimo Imperatore, & particularibus dominis,
vt no.in l.deprecatio.ff.ad leg. Rho. de iac.& l.benè a Zenone.
C.de quad.pſcri. & per hoc reſpõdeo ad l.ſi vt certo.§.ſi duob.
vehiculum.ff.commo. quia hic ſunt duo dñi inſolidum, diuer-
ſis tñ reſpectibus. facit qđ no.in d.§.ſi duobus vehiculũ. & l.3.
§.econtrariò.ff.de acq. poſ. facit l.eum qui ędes.ff.de vſuca. vel
dic,ꝙ ædificans eſt dominus in effectu,& dñs olim materiæ eſt
dñs ſine effectu,& ſic vnus vtiliter, alius inutiliter , ut dicimus
2 in ſimili in l.1.ff.ſi ager uecti. uel emphy.pe.¶ † Not.caſum,quo
rei uendicatio non datur domino.nam licèt dñs materię dñs re
manſerit,tñ non haberet rei vendic.quia vt dixi, eſt dñs ſine ef-
fectu.Et paria ſunt non eſſe dñm,uel eſſe ſine effectu,ar.ff.de do
lo.l.nã is.¶ No.ꝙ actio de tigno iniuncto eſt legitima, videlicet,
inuenta a l.12.tab.& per cõſequẽs eſt ciuilis.¶ No.ꝙ actio de ti-
gno iniũcto,licèt ſit ciuilis,eſt tñ pęnalis.Et ſic no.ꝙ actio ciui-
lis eſt aliqñ pęnalis,ſicut prætoria,ut d.§.pęnales.infra de actio.
& ibi dicam. ¶Not.ẽt caſum , in quo bonæfidei poſſeſſor pęna
liter punitur , & ſic vř contra caſum.l.ſi poſſeſſor.§ bonæfidei.
3 ff.de peti hære.vbi bonæfidei † poſſeſſor non tenetur,niſi inquã-
tum eſt factus locupletior, ſed reſpondetur, ꝙ ideo hic tenetur
ad duplum , quoniam aliud eſt inductum pro eo , videlicet, ꝙ
ille ſit dñs materiæ, tamen ad materiam nõ poteſt ædificantem
conuenire: & ſic in alio grauatur,vt ad duplum teneatur, vt l.
4 eum qui.ff.de iniu. ¶ † No. regulam, ꝙ appellatione tigni,om-
nis materiã ex qua ædificatur , continetur , & per conſequens
calx,& cęmenta,lapides,ligna, & ſimilia.¶ No.rõnẽ,quare non
agitur ad materiam repetendã;uidelicet,ne ædificia deſtruanť ,
& per conſequens ne ciuitas deformetur,& ſic eſt publica utili
tas,ut l.cætera.ff.de leg.1.& l.Senatus.ff.de ꝯhen. emp. ergo per
pactũ priuatorũ non poteſt tolli.Ex quo ẽt ſequitur, ꝙ ſi ędifi-
5 cans † vellet tignum iniunctũ reddere,& deſtruere ędificium,&
pp publicum aſpectũ non audiretur,licèt uelit euitare pęnã,&
ſic tractet de damno euitando,quia publica utilitas præferť pri
uatæ.ar.no.plenè per Bar in l.1.ff.ſol.mat.facit d.l.cętera.§.fi.cũ
l.ſeq. ¶No. ꝙ dirupto ędificio , dñs materię pro tigno agit rei
uẽdi.& per ꝯñs ceſſante rõne cauſę impeditiuę, ceſſat impedi-
mentum.¶ No.ꝙ in actione pęnali de tigno iniuncto ad duplũ,
contineť ſimplũ,concordat.ff.ꝙ me.cau.l.ſi cum exceptione.§.
ſed ſi homo. ¶In gl.ædificauit.ibi.l.in tm̃.dic ſm Ioann. Fab. ꝙ
ibi non ædificauit,nec in alieno, ſed in cõi omnium. ſed regula
6 loquitur,qñ ædificať in ſuo uel alieno.Tu dic,ꝙ † littora maris
quò ad proprietatem in nullius bonis ſunt, ſed ſunt cõia. vnde
ędificãdo occupauit,& per ꝯñs facit ſolũ ſuũ,& cedit ædificio,
ſed diruto ędificio,ſolum recuperat priſtinũ ſtatum,ut d.l.1.tm̃
ſicut dicimus de libero homine , qui in nullius bonis eſt, & in
capto ab hoſtibus,& poſteà reuerſo, ut ſupra eo.§.ſed ſi ab ho-
7 ſtibus.¶ In gl.ad exhi.ibi.§.tignũ.dic, ut ibi plenè no.gl.¶ † In gl.
in uerbo, de tigno.ibi.l.competit.§.fi.Quæro , an ille qui habet
ædificatũ,teneatur a duplum. gl.in illo.§.tignum.dicit, ꝙ non,
per legem.de eo.ff.de donat.inter vir.& vxo.quam gl.ibi ſequiť
Bal.& Bar.quod intelligo verum,quando erat bonæfidei ædifi-
cans,aliàs ſecus,ut arg. ff.de aqua plu.arcen.l.ſi is cum quo.& l.
empto.& aduertas in eo quod gl.dicit,ꝙ uno ſoluente,alter li-
beratur.dic, qđ eſt uerum,ſi ſoluat duplum, ſed ſi ſoluat ſimplũ ,
alter poſſet cõuenire, argum.l.itẽ Mela.§.ſi plures. & qđ ibi no.
& ibi uide Flo.ff.ad l.Aquil. ¶ In ea.glo.in fin.dic ꝙ gl.in d.§.ti-
gnum.dicit,ꝙ una actio quatenus concurrit,tollit aliam actio-
8 nem.Sed Petrus † ꝯ,ut ibi dicit Bald.quia tunc actiones pęnales
inuicem ſe tollunt, quatenus concurrunt, quando habent ſe,ut
genus & ſpecies , ſecus ſi quælibet actio ſit pœnalis , & ha-
beant ſe ut excedentia & exceſſa, ut C.de ſepul.uio.l.qui ſepul-
chra.

chra.& ibi Cy.Bal.& Sal.ſed in l.1.ff.de tigno iniūcto.ſubſtinet
gl.quia dicit, ꝙ actio furti eſt generalis,de tigno iniūcto eſt ſpe-
cialis pro furto tigni,ergo gl.vera.& iſtud ſequit ibi Bal.de quo
vide latè Dy.Bar.Bal,Ang.& Imo.in l.1.§.unde quærit.ff.de pu
blicanis.& per gl. plenè in l.item ait.§.fi.ff.de nau.cau.ſta. ¶In
gl.fi.in fi.dic,ꝙ iſta gl.vr̃ tenuere vnum,quod eſt abſurdum,vi-
9 delicet, ꝙ † ſit melioris conditionis malæfidei poſſeſſor, q̃ bo-
næfidei poſſeſſor, ꝯ l.ſi ſeruus.ff.quod vi aut clam. Nam vt in
gl.bonæfidei poſſeſſor non pōt preſcribere, malęfidei verò ſic.
Sed reſponde,ꝙ hoc procedit ex duabus aliis regulis.Na qñ eſt
bonæfidei ædificans,non pōt agi ꝯ eum ad tignū,vt hic, igiť nō
currit preſcriptio,nec præſcribit.Secunda regula eſt,ꝙ preſcri-
ptio longiſsimi temporis magis æſtimatur ex negligentia non
petētis,ut l.fi.in fi.C.de edic.di.Adr.tol.¶Ex quo ſequitur,ꝙ qñ
mala fide ædificatur,non eſt iſtud quod cauſet occupationem,
ſed negligentia non petentis tignum, qđ petere pōt; quod non
poteſt contingere in eo, qui non poteſt agere contra ædifican-
tem bona fide, igitur non cauſatur præſcriptio.l.1.in fi.C.de
anna.excep.& not.Cyn.& Bal.plenè in l.1.C.de prec.Impe.of-
10 fe.¶†Extra gl.quæro, quid ſi quis non iniunxit tignum alienū,
ſed habet iniunctum.& gl.in l.in rem actio.§.tignum.ff.de rei
uen.dicit,ꝙ nō tenetur,ſi bona fide fiat.quam gl.Bar.ibi,& mul
tùm notant,& inducunt ꝯ illos,qui accuſant operantes in alie-
na domo,vel fundo conductos ab alio,quòd excuſantur,ut nō
teneantur, quod benè notant in practica.& ita ibi Ang.no.qđ
eſt uerum, ſi fuit ignorans, ſi aūt fuit ſciens rem fore alienam,
tenetur,ut not.Sal.in l.non ideo minus.C.de accu.& no.Ange.
& Imo.& Ludo.in l.de pupillo.§.ſi fortè.ff.de no.ope.nun.

S V M M A R I V M.

1 *Aedificans quando ſibi,& quando alijs acquirat.*
2 *Aedificans in ſolo alieno ex ſua materia, an donare videatur.*
3 *Emphyteuta,vel alius habens ius in re, vel cauſam a domino, ali-
quid in ea re ſcienter ædificans,an illud repetat.*

Ex diuerſo. Qui in alterius ſolo de ſuis cęmentis ſciēter
ædificat,perdit dominium,& dñs ædificij ef
ficitur ille,qui eſt dñs ſoli.h.d.¶No.ꝙ eò ipſo,ꝙ quis ſuā mate-
riam imponit in ſolo alieno, vr̃ alienare materiam ſuam,& per
conſequens tali alienatione videretur perdere dominiū.¶No.
ꝙ ædificans in ſolo alieno ſcienter, vr̃ donare:ex quo ſequitur,
ꝙ etiam diruto ædificio non pōt dominium cęmentorum ven-
dicare,qđ vr̃ ex dicta tacita donatione & alienatione perdidiſ-
ſe.¶In gl.non poſſit.in fi.no.& ſigna gl.ſed Cy.in d.l.2.C.de rei
vendi.reaſſumit dicta quatuor mēbra,& plenius dicit. aliqñ.n.
qs facit de ſuo in ſuo; aliqñ de alieno in alieno;aliqñ de alieno
1 in ſuo; aliqñ de ſuo in alieno. Vbi de ſuo†in ſuo facit, totū ſuū
eſt,vbi de alieno,vt ædificans in ſolo Titij de materia Sēpronij,
iſto caſu licet ſolo cedat,tñ agi pōt ad exhibēdū,& vendicabit,
niſi ex depoſitione appareret deformitas ciuitatis ſm Pet.ff.de
rei ven.l.in rē §.item quæcunque. maximè,cum alteri per alie-
nū &c.ut ff.de reg.iur.l.non dēt.Tertio caſu,ubi de alieno in ſuo
facit,tūc cedit ſolo materia, tñ ſi tolli pōt ſine deformitate ciui
tatis, pōt agi rei uē.ut d.l.in rē.§.fi.ff.de tigno iniun.l.1.Quarto
caſu qñ de ſuo in alieno, refert, an bona fide ſp, aut mala fide
ſp,aut a principio fuit bonęfidei poſſeſſor,ſed ex poſtfacto ma
læfidei,vt no.ff.de rei vendic.l.ſi in area. tñ iſto caſu qñ fuit ſem
2 per malęfidei,† aduertendum eſt,dixit Io.ꝙ donare vr̃,& ideo
non repetit.ſed Mar.dicit,ꝙ immo repetit, niſi probeť qđ fece-
rit animo donandi.gl.tenet opi.Io.ſed Cy.dicit ꝙ Mar.dicit ve-
rum.nam aliquis pōt in alieno ædificare ſcienter,& non animo
donandi. pone ꝙ in fundo commodato vel locato mala fide ſe
ci,quia non dñi cogitatione, vt C.de fur.l.cum apud.tñ ſic ædi-
fico, vt plenioré vſum habeam,tunc repetere poſſum, ſic intel-
ligitur d.l.2.in fi.C.de rei ven.ſed vbi ſiue cā poſsideam,non re
petam,quia tunc uideor donare. Et ideo in hoc mēbru,qñ ędifi
cat mala fide;diſtingueť, aut habuit aliquam cām poſsidēdi, aut
non habuit. ſi non habuit,tunc non repetit, ut hic.& d.l.2.in fi.
ſi cām habuit,& tunc a dño repetit,niſi appareat, ꝙ animo do-
nandi fecerit,vt ff.de don.l.ſi cum aurum.& dic vt no.Bal.in d.
l.2.Tu dicas aliter & latius, ut poſuit Bart.in l.in fundo.ff.de rei
3 vendi.& dicam plenè.ī.§.proxi. † Ex hoc deciditur, ꝙ emphy-
teuta,vel alius habens ius in re, vel cām a dño, vt commodata-
rius, vel inquilinus,ſiue colonus, ſi aliquid ædificet, eā ſcienter
in re aliena,tñ repetit,ut patet per pdicta.& no.Cy.Bal.& Saly.
in d.l.2.C.de rei ven.& plenè Raph.in l.Senatus.§.1.ff.de leg.1.
& ibi Bal.Ang.& Imo.& Bal.in l.fi.§.fi.C.commu.de leg.& eſt

text.& ibi Bald.in c.1.§.ſi vaſallus.in ti.hic finitur lex, deinde
incipiunt conſue.regni.vide tñ Bar.in l.1.§.quod aūt.ff.de ſupſ.
qui videtur velle ꝯrium, ſed ſm primas authoritates aliàs con-
ſuluit Io.de Imo.& do.Io.de Ana.& ego Mantuæ.

S V M M A R I V M.

1 *Intellectus ad l.hæreditas.§.1.ff.de peti.hære.*
2 *Expenſę quę,& per quos deducantur.& nu.3.& 4.*
5 *Officium iudicis,& exceptio deductionis expenſarū, an ante vel poſt
ſententiam opponi poſſit.*
6 *Dominus vt excuſetur a reſtitutione expenſarum in re factarum,
requiritur ipſum eſſe pauperem.*
7 *Expenſarum genera,quot ſint.*
8 *Sumptus facti in re aliena, an ſint reſtituendi, & quo iure ſint
repetendi.*

Certè illud. ¶Poſsidens alienum fundū in quo bona fide
ędificauit,pōt expēſas ædificij ope exceptio
nis retinere.h.d. ¶No.ꝙ quis multa conſequitur per retentio-
nem & exceptionem,quę non conſequeretur per actionem,
facit l.ſi in area.ff.de condi.inde.& quod ibi no.& l.ꝙ exceptio
nem.§.ſi pars.eo.ti.¶No.ꝙ per retentionem ædificans bona fi-
de in alieno ſolo, non tñ pretium ſoę materię, ſed & mercedē
fabrorum pōt conſequi. ¶No ꝙ ędificans in ſolo alieno ſcien-
ter,nil pōt conſequi ēt per retentionem, quia vr̃ donare, quod
intellige, vt dixi ſ.§.pręceden. ¶In gl.bona fide.in fi.dic de hoc
vt plenè dixi ſ.§.præceden. ¶In gl.ædificauit.dum allegat.l.hæ-
reditas.eo.ti.dic,ꝙ ideo datur actio impendenti, quia hæres po
1 terat†cogi impendere authoritate Principis vel Pontificis,ideo
quia factum eſt negotium ſuum,ad quod faciendū poterat co-
gi,datur ꝯ eum actio,vt ibi. hic verò cū ſimilibus, loquitur, qñ
ſta, & nõ uitioſa. & p ꝯñs nõ oĩs poſſeſſio ſufficit ad vſucapio-
nẽ, qđ no. facit l. iuſtè poſſidet. & l. Pomp. §. cũ qs. & §. ex facto.
cũ ſim. ff. de acq. poſſ. ¶No. ibi, dñium rerũ &c. ꝙ pſcriptione 10.
1 vel 20. an qrit dñium, qđ tñ intellige ut i gl. i ver. dñiũ. ¶†In gl.
qui bona. ibi, l. verius. dic, idem no. gl. in l. ſuper longi temporis.
C. de præſc. lon. tem. & ibi uide Ang. & Bal. & Flor. in l. emptor.
eo. ti. C. de præſc. longi temp. 10. vel 20. an. in l. pe. C. de euict. &
no. plenè Bar. in l. Celſus. ff. eo. & gl. & Bart. in l. cum quærebat.
C. unde ui. & qa hoc dependet a conſcientia præſcribentis, ſtabi
tur iuramẽto ſuo, ut no. gl. in §. ſunt & aliæ. & §. ſed & iſtę. j. de
ac. dic, ut ibi dixi. de quo ẽt dixi s. de re. diu. §. ſi quis a non do-
mino. dic, ẽt ut ibi. & dic, ſecundum Io. Fab. ꝙ hoc eſt verũ, ſm
Canoniſ. ſi habeat titulum, aliàs non. ex de in inte. reſt. c. cũ ve-
niſſent. p Inn. de præſc. c. uigilanti. & idem ſi non habet titulum,
dummodò utatur iure communi. extra de priui. cũ perſonæ. de
pſc. c. j. in 6. & hoc in reb. corporalib. Incorporalib. verò uř qđ
nõ præſcribatur, ſed ꝙ oporteat probari bonã fidem, ut ff. de iti.
2 act. pri. l. j. §. 2. & ibi Bar. dicit, ꝙ † non ſufficit ꝓbare vſum, q ha-
beat ꝓ titulo i iurib. incorporalib. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui.
uen. niſi probetur aliquid pp qđ motus fuerit ad credendũ ſi-
bi deberi ſeruitutẽ, ut l. j. §. ſed ſi iure. ff. de aqua quo. & æſti. quo
probato, alteri parti incumbit onus probandi, qđ fuerit uſus vi,
aut clã, vel precario. l. 5. in princ. & §. j. ff. de iti. act. pri. de quo in
3 §. æquè. j. de act. & ibi dicã. ¶†In ea glo. ibi, in aliis contractib. in
tẽpore traditionis. dic, ꝙ ſpeciale eſt in contractu emptionis, &
venditionis, vbi duob. temporibus exigit bona fides propter fre
quentiã dicti cõtractus, ut no. in l. 2. ff. de vſuca. pro empto. ¶In
ea. gl. ibi, nec nocet poſterior ſcientia &c. dic, hoc uerũ de iure
4 ciuili, ut l. j. C. de uſuc. transfor. ſecus † de iure canonico, qa om-
ni tpe exigitur bona fides, ut e. ſi. & ibi no. de præſcr. & in regu-
5 la, poſſeſſor malæfidei. de reg. iur. i 6. †¶Quid ſi a principio ha-
buit bonã fidem, medio verò tempore malam, poſteà etiam ſu-
pueniat bona fides, an de iure canonico ſufficiat? & Inn. in d. ca.
ſi. dicit, ꝙ ſic, qa illa mala fides medio tempore ſuperueniẽs, cũ
in ea non perſeuerauerit, non nocet, qđ ſequitur Bar. in l. natu-
6 raliter. ff. de vſufr. in uer. item ad unum &c. ¶†Quid ſi poſt bonã
fidẽ incipit dubitare, utrum res fuerit tradentis, vel nõ, an inter-
rumpat uſuca. & Inn. in d. c. ſi. nř uelle, ꝙ nõ, quia uerum eſt di-
cere, ꝙ licèt dubitet, non tñ ſuperuenit mala fides, quod vř re-
quiri in d. c. ſi. ita dicit Bar. in d. l. naturaliter. in uer. quæro, utrũ
ſupueniens defectus bonæfidei &c. ſed Ant. de But. in d. c. fin. di-
cit, ꝙ licèt opi. Inn. & Bar. poſſit defenſari a d. c. malę fidei poſ
ſeſſor. qa dubius, verum eſt dicere, ꝙ nõ eſt malæfidei, qa inter
bonam & malam fidem eſt dare mediũ, ut no. in l. 1. C. de acq.
poſ. & in l. 3. §. pe. ff. de acq. poſ. tñ non poteſt defendi a d. c. ſi. dũ
dicit, ꝙ abſq; bona fide, nulla procedit uſucapio, ſiue pręſcri-
ptio, & ſic vř requirere bonã fidem, non aũt ſimpliciter, ꝙ ſit
malæfidei. ſed do. Io. de Imo. in d. l. naturaliter. in ver. uẽ adde
dictis Bar. inquantũ &c. dicit, ꝙ in d. c. ſi. nõ dř continuò requi
ri bonam fidẽ, & iõ a principio ſufficit, ꝙ ſit bonę fidei, ex quo
ea poſtfacto non efficit malæfidei, & ſic in dubio in hoc caſu
nõ vř correctum ius ciuile, & pręſertim cum neceſſariò nõ in-
cludat peccatum, ea quo verè nõ habet conſcientiã rei alienę,
qđ no. quia pp authoritatẽ opi. Inn. Bar. & Io. de Imo. ſeruaret
in practica, licèt in dubio ſnĩa ꝓ ſaluanda conſcientia & ſic ꝓ
7 aĩa, ſit amplectanda & ſerẽda, ut c. iuuenis. extra de ſpõſ. † Quid
ſi poſt completã, & perfectã uſucapionẽ, uel pſcriptionem, ſu-
pueniat mala fides, & ſcia rei alienę? dic, ꝙ q pręſcribit, poteſt
ẽt de iu. cano. rẽ retinere, ẽt ſine peccato, vt no. extra, de pręſc.
c. uigilanti. & p gl. & p Inn. de iu. pa. c. paſto. in antiquis. ¶Et ad
uertas ꝙ de iure can. (cui ſtãdũ eſt in materia peccati, ut no. gl.
in §. pe. j. de gra. & ff. de gra. l. iuriſconſultus. § j) requirit omni
tẽpore, vſq; ad momentũ perfectę pręſcriptionis, bona fides,
ut d. c. ſi. de pręſc. ¶In ca. glo. ibi, ſecus in petitione hęredita. in
telligas gl. quo ad hoc ut cõpetat petitio hęreditatis, quaſi non
ſit titulus. ſed non ſecus, ſi ad uſucapionẽ, & pręſcriptionẽ, qa
hæreditas nõ præſcribit, ſed res ſingularis, & illo ca in pręſcri-
bitur actio in 30. ann. ut C. de pe. hęr. l. hęreditatis petitio. C. in
q. cau. ceſ. lon. temp. pręſc. l. hæreditatis. in qua pſcriptione nõ
8 requirit ꝙ nõ ſit mala fides ẽt ab initio. †Sed in caſibus, in qb.
dat hæreditatis petitio contra titulo poſſidentes, dicit Ioan.
Fab. ꝙ ſufficit bona fides ab initio, quo ad præſcriptionẽ, vel
qñ res eſt, ꝓ modico diſtracta, vel emptor nõ cõparet, vel emit
a fiſco, tunc. n. idem iudicabit de hæreditatis petitione, ſicut in
aliis actionibus realibus. i. vt tollatur 10. ann. ut l. ſi. §. ſi. & ibi
9 gl. & doc. C. de edi. di. Adr. tol. ¶†In gl. dñs nõ erat. requirit er-
gò in præſcriptione habilitas rei, ita ꝙ ſi ſit res quæ nõ põt uſu
capi, nõ currit præſcriptio, ut eſt res ſacra, uel furtiua, ut j. eo.
§. furtiuæ. ſi autẽ a principio res erat ꝓphana, & habilis ad pręſ
ſcribendũ, & poſteà efficiatur ſacra, vel furtiua, interrumpitur
vſucapio, vt l. pe. ff. de do. & l. q vniuerſas. ff. de acq. poſ. & not.
10 Bar. in d. l. naturaliter. in ver. quæro an defectus rei. ¶†In glo. alia,
in fi. No. ꝙ ẽt requiritur tituli habilitas, nã ille titulus requirit
in præſcriptione, qui eſſet ſufficiens ad trãsferendũ dominiũ,
& ille transfert uſucapiendi conditionẽ, ut l. clauibus. ff. de cõ-
trahen. emp. cõiuncta l. 1. 2. 3. & 4. ff. de publ. Si aũt defectus ti.
ſuperueniat, an interrumpatur uſucapio? & Bar. in d. l. natura-
liter. in ver. quæro ergo, &c. concludit, ſi extinguat titulus, iñ
dominiũ ipſo iure in alium non transfertur, & nõ interrumpit
vſucapio, ut l. ſi hominem. ff. de uſuca. ſi aũt dominiũ ipſo iure
transfertur, & tunc in præiudicium illius, in quẽ transfert do
miniũ, interrumpitur præſcriptio, ut l. quæſitũ. ff. de acq. re. do.
in præiudicium alterius non interrumpitur, qđ patet, quia dat
acceſſio, ut l. Pomponius. §. ſed & legatatio. ff. de acq. poſſ. ſed
Ang. & Imo. in d. l. naturaliter, circa prin. concludunt, ꝙ qñ qs
deſinit habere titulũ, e a eo, quia debet res reuerti ad ſuũ autho
rem, vel quia habens titulũ, rẽ transfert ad ſucceſſorem, & tũc
uſucapio nõ interrumpitur. immo ſucceſſor finito ti. uſucapit
ad cõmodũ autoris, & econtrà, ut d. l. ſi hominem. & d. l. Pomp.
§. cum quis. ſecus eſſet ſi ad autorem, vel ſucceſſorem nõ debe-
rent transferri, ut l. pe. ff. pro dona. ¶In gl. ne rerum dominia. in
ſi. dic, ꝙ iſtæ rationes, q̃ fuerunt introductæ, proceſſerunt pro-
11 pter bonum publicum, ut dicit tex. in l. 1. ff. de vſuc. ¶†Quod ſa
a cit, ꝙ per pactũ non poteſt renunciari præſcriptioni, [a] qa cùm
ſit introducta pro bono publico, ergo non poteſt pacto priua-
torũ tolli, ut l. ius publicũ. ff. de pa. Vnde Butrig. in l. 1. ff. eo. di-
cit, ꝙ præſcriptioni 10. anno. nõ põt renũtiari, qa p indirectũ
præſcribens haberet malã fidẽ. ¶Item pręſcriptio 30. ann. cum
ſit introducta merè principaliter in odiũ nõ petẽtis, ut d. l. ſi. &
ibi no. C. de edi. di. Adr. toll. ergo non poteſt renuntiari, ut ar. l.
tametſi. ff. ad Maced. ſi autem eſſet pręſcriptio introducta me-
rè in fauorẽ pręſcribentis, tunc illi poteſt renuntiari, ut l. qđ ſi
12 nolit. §. ſi qs ita. ff. de ędi. edic. ¶†Ex quo infertur, ꝙ ſi ſtatuto di
cat, ꝙ ſi creditor q ſteterit p 10. ann. ꝙ nõ petierit ſibi debitũ,
b ꝙ nõ audiatur, [b] ꝙ tali ſtatuto & pręſcriptioni non poteſt renũ
tiari,

ADDITIONES.

a Præſcriptioni. Ro. conſi. 202. dicit quod præſcriptioni iam completæ renun-
tiari poteſt, non futurę.
b Audiatur. Quod tale ſtatutum non valeat tenet Pet. de Anch. conſi. 264. &
Rom. conſi. 202.

tiari, quia fuit introductũ in odium non petentis. ita dicit Bar.
in d.l.1. ff.eo.& uide Bar. Bal.& Imo.in l.nemo poteſt.ff.de le.
13 1.¶†Sed ꝙ poſsit renuntiari præſcriptioni in omni caſu, tenet
Dyn.in d.l.nemo poteſt.vbi dicit, ꝙ poteſt ꝑ pactũ præſcriptio
interrũpi.l.cũ notiſsimi. C.de præſcrip.30.ann.ergo multò ma
gis põt impediri pacto ne incipiat.ff de vſucap.l.acceptã.& l.ſi
a ſe.& l.patre furioſo.ff.de his q ſunt ſui uel alie. iur. ſed hanc
opi. Dyn. in præſcriptionibus fauorabilibus, aut in mistis, aut
ſui natura currentibus tenent Bal.& Ang.in d.l.nemo põt. ꝑ l.
qđ ſi nolit.ff.de ædil.edic.§.ſi qs ita.in ver.ſin autẽ & tẽpore.&
ꝓ hoc facit gl.in Auct.quas actiones. C.de ſac.ſan.eccl. vbi põt
cõcedi eccleſiæ, ꝙ nõ curat certi temporis præſcriptio, non aũt
poteſt concedi, ꝙ in perpetuũ non currat, vt l.2.cum glo. ff.de
concuſ.& l.1.& l.ſi mulier.§.1.ff.qđ met.cau. vbi dr̃, ꝙ geſtum
metu prætor nullo tempore ratum habet, tñ non includitur tẽ
pus longiſsimum.l.ſicut.& l.omnes.C.de præſcrip.30.anno.&
ideo opi.Bar. procedit, qñ præſcriptio odio creditoris induci-
tur. Nec ob.ꝙ præſcriptio introducta eſt ea bono publico, qa
illud bonum fuit inuentum principaliter in fauorem priuato-
rum, non ipſius reipub.ideo poteſt renuntiari, vt l.pactũ. cum
gl.ff.de pſc. Sed do.Io.in d.l.nemo. damnat iſtam rationem, q s
ex quo ꝑꝑ utilitatem publicam dr̃ introducta, licèt principali
ter, reſpiciat utilitatem priuatorum, & ſecundariò reipub.non
vr̃ poſſe renuntiari, ut patet in Falcidia iure iſto, vt l. quod de
bonis.§.1.ff.ad leg.Fal. Secundò, patet in tempore inſtantiæ, ut
l.properandum.in princ.C.de iud.Tertiò, patet in pacto, de do
te, vlteriori die reddẽda, vt l.Attilicious.ff.de pac.dotal.de quo
latè per Bar.in l.1.ff.ſol.mat. Sed tu aduertas, qa ſupradicta nõ
eſt opi.Bald.& Ang.originaliter, ſed fuit (vt dixi) originaliter
opin.Bar.in d.l.prima.ff.e.& iſta eſt cõmunis opin.nã licèt præ
ſcriptio nõ poſsit renuntiari, tñ poteſt renuntiari exceptioni
talis præſcriptionis quæſitæ.& hoc uoluit ſentire Bar.in l.cum
notiſsimi.§.ſed & ſi qs.C.de præſc.30.ann. & ꝓ hoc facit l.em-
ptor.C.de præſc.longi temp. vbi tacitè renuntiaſ, ſi non oppo-
14 naſ ante ſententiã.¶†Aduertas tñ, ꝙ tale ſtatutũ vr̃ ꝙ non va-
leat, videlicet, qñ dr̃, ꝙ ſi creditor non petierit debitũ intra 30.
an.cadat a iure ſuo, qa ꝑ ſtatutũ non vr̃ tolli poſſe ius alterius;
ſecus, ſi dicat, ꝙ non audiatur poſt 10.anno. quia tunc licèt ꝑ
iudicem ſæcularem non audiatur, audietur tñ per eccleſiaſticũ,
ut no.Bar.in l.omnes pop. ff.de iuſt.& iu.& facit quod no.Bar.
in l.ſequitur.§.ſi uiam.circa ſi.ff.eo.allegat cap.noui. cũ ibi no.
de iudic.ꝑ Inno.Io.And.& doc.& no.Bar.in extrauag.ad repre
hendum.in ver.& ꝑ denũtiationẽ.dic ut ibi. Secus ſi ſtatutum
dicat, ꝙ elapſis 10.annis contractus præſumitur fictus, & ſimu
latus, qm̃ tunc ſtatutum diſponit ſuper materia, ſuper qua di-
ſponere põt, uidelicet, ſuper præſumptione, ut in cap. afferte.de
præſump.& l.unica.§.accedat.C.de rei vxo.ac. & etiam ſup fi-
ctione, ut l.poſtliminiũ.& l.retro.ff.de ca.& poſtli.re.& no.Bar.
in l.ſi is q ꝓ emptore.ff.eo.Sed tu aduertas in primo ſtatuto, ui-
delicet, quando in eo dicit, ꝙ cadat a iure ſuo, quia immo vr̃, ꝙ
valeat, qa ſtatutum & lex ex cauſa poſſunt tollere ius unius, &
dari alteri, ut l.Lucius.ff.de euic.& no.Bar.in proœ.ff.i prin.alle
gat ſing.tex.in l.ſi priuatus.ff.qui & a q.& l.uenditor.§.ſi cõſtat.
ff.com.præ.& ibi Flo.& Bar.in l.toties.§.1.ff.de pollic.& l.An-
tiochenſium.ff.de pri.cre. & in d.l.omnes pop.ff.de iuſt.& iur.
Nec ẽt ſecundò placet, qđ Bar.dicit, ꝙ valet ſtatutũ, qñ ſtatuit,
ꝙ cõtractus habeatur fictus, & ſimulatus, qs ſm Rayn. in rep.
d.l.omnes pop.concederetur per unã viam, quod ꝑ aliã dene-
garet, nã faciliter poſſet fieri frans legi, qa ſtatutũ ita fingat, igiẽ
&c.facit l.cũ fraus.ff.de legib.& non dubium.C.de legi.¶ Vnũ
tñ tene menti perpetuò ſecundum Bar. in d.l.nemo poteſt. ui-
delicet, ꝙ remediũ eſt, ꝙ interim nõ currat aliqua præſcriptio.
iſto modo uidelicet, quod licèt 10.vel 30.ann. obligatio vel ex
ſtatuto, vel iure cõi finiatur, vel impediatur, vel ob.eace.iuata
tex.no.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de ac.& obl.tñ finito di
cto tempore, dicta obligatio conſenſu partium renaſcitur, &
reuiuiſcit, ut l.ſicut in annos.ff.qui.mo. vſusfru.amit.qđ nun-
quã excat mentem tuam. ¶In gl.mobiles.in fi.dic, bene facit l.
in ſeruorum. C. in qui.cau.ceſ.lon. temp.præſcri.& qđ ibi no.
15 ¶†In gl. ꝑ triennium.ibi, l.nunquam.§.1. qualiter aũt probaſ
continuatio poſſeſsionis.dic, ꝙ Cy.& doc.in l.pe.C.de præſcr.
long.tẽp.& Bar.in l.Celſus.ff.de uſuc.dicũt, ꝙ ius preſumit cõ-
a tinuationẽ poſſeſsionis,[a] qa qui ſemel poſsidet, cũ de ſuo com-
modo tractet, ſi ſe aſſerit poſsidere, ſemper præſumiſ poſside-
re, niſi contrariũ ꝓbeſ, ut l.ſiue poſsideris. C.de ꝓb. de quo tñ
dic, vt latè ſcripſi infra de act.§.ſic itaque.in ver.2.aduertas ad
gl.quæ dicit. Vnde in practica ſatis eſt, ꝙ ꝓbet ſe poſsidere iã
ſunt 10.an.&; dicat, ꝙ dicto tꝑe, & citra, ſemper poſſedit, præſu
miſ ita eſſe, unde q vult dicere, ꝙ nõ fuit cõtinuata poſſeſsio,
debet probare, qđ no.& tene menti. Quæro ergo, quomodo de-
bet ꝓbari iſta cõtinuatio poſſeſsionis? dic, ꝙ præſcribens debet
articulare, ꝙ a tali anno, & menſe, & citra per 10.ann.& ultra
poſſedit, finito tali tempore, ita ꝙ includat tempus ante iudiciũ
inchoatũ, aliàs interrupta eſſet præſcriptio, ut in capit.ueniens.
ex̃ de vſu.& c.licet cauſam.de prob.& ibi Io.And.vel articulet,
ꝙ poſſedit a 10.annis & citra, & per ipſum tempus, vel poſſedit
ꝑ 10.ann.ſpatium proximè præteritorũ, quia dictio, ꝑ, ſignificat
perfectionem temporis, ut l.vrbana prædia.§.pernoctare.ff.de
uer.ſig.aliàs autem licèt teſtes deponerent, ꝙ uiderunt eũ poſſi
dere ꝑ 10.ann.& non conſtaret, qui ſint illi 10.ann.non proba-
rent, qa poſſet eſſe, ꝙ unus intellexerit de unico tẽpore 10.ann.
& alius de aliis 10.ann. Itẽ poſſet eſſe, ꝙ intellexerit de illis, q
tempore depoſitionis eſſent finiti, igiẽ non probarent, quia eſt
probatio dubia. c. in præſentia. ex̃ de prob. ita dicit Bart.in d.l.
Celſus.¶In ea.gl.in fin.conclude, ꝙ quædã eſt præſcriptio merè
fauorabilis, vt vſucapio triennii in reb.mobilib.& ſe mouenti
bus, ut ſ.gl.prox.& qđ ibi dixi, q̃ cauſatur titulo, & bona fide, &
iuſta poſſeſsione præſcribẽtis, ut hic. Quædã eſt ꝑſcriptio mix-
ta, ut eſt præſcriptio.10.vel 20.ann. q̃ cauſaſ partim fauore, vi-
delicet, titulo, & bona fide, & iuſta poſſeſsione ꝑſcribẽtis, & ſic
partim odio, ſ.negligentia non petentis. Quædã eſt præſcriptio
merè odioſa, quæ tantũ cauſatur ea negligentia nõ petentis, ut
ꝑſcriptio 30.vel.40.ann.vt l.ſi.i fi.& ibi no. C.de edic.diui Adr.
tol.& no.Dy.in reg.2.de reg.iu.in 6.& Bar.in d.l.naturaliter.cir
ca princ. ¶In gl.longum tẽpus.ibi.§.nõ autem.quãdo dicaſ lon
gum tempus ſm diuerſas materias. uide glo.& doc.in l.j. C. de
fidei.& regulariter diffinitur officio iudicis, ut l.ſi finita.§.nõ au
tẽ.& ibi gl.& Bar.ff.de dam.infec. ¶In gl.præſentes, in fi.quæro,
16 quid in hac materia†cõtineaſ appellatione ꝓuinciæ, ut cogno
ſcamus, quando dicaſ inter præſentes, & quando inter abſentes.
Cy.& alii in d.l.ſi.C.de præſc.long.temp. dicit ſecundũ commu
nẽ vulgi opi.ut Lombardia, Tuſcia, Romãdiola &c. vt l.annicu
lus.ff.de uerb.ſig. ſed Sal.in d.l.ſi.dicit, ꝙ i iſta materia ꝑſcriptio
nis, ſi clericus poſsideat rem alienã, quã aſſerit ſe præſcripſiſſe,
ꝙ totus Archiepiſcopatus in quo degit, dr̃ ſua ꝓuincia, v.g.po-
ne, ꝙ clericus poſsideat in Bononia rem immobilẽ alicuius Mu
tinenſis, certè dicenſ ambo in eadẽ prouincia, quia ſub epiſco-
patu Rauẽnenſi, ſub quo ambæ prædictæ ciuitates ſubſunt, licèt
ſecundũ vulgus, Mutina ſit in Lombardia, & Bononia in pro-
uincia Romandiolæ. Et eſt ratio, quia i curia Archiepiſcopi ille
clericus põt conueniri, ut l.omnes qui vbiq;.C.de epiſ.& cle.&
ſic in eadẽ prouincia ſunt ambo, & coram eodẽ iudice poſſunt
ambo præſcriptionẽ interrumpere, & hoc uidetur conſideraſſe
d.l.ſi.Et ideo ſi clericus Rheginus poſsidet rẽ immobilem alicu
ius Parmen.licèt ciuitates ſint cõuicinæ, & ſecundum vulgus in
eadem prouincia, qa in Lombardia, quia tamen nõ ſunt ſub eo-
dẽ Archiepiſcopatu, quia ciuitas Rhegii eſt ſub Rauen.& Par-
ma ſub Mediol. eſt dicendũ quò ad noſtram materiam, ꝙ am-
bo nõ degunt ſub eadem prouincia, qa ſunt ſub diuerſis Archie
piſcopatibus, & quia clericus conueniendus non eſt ſub cõmu-
ni Præſide. Et idem diceretur, ſi laicus rẽ laici poſsideret, nã tũc
ſi poſſeſſor degat ſub eodem Præſide laico, ſub quo degit, & do
minus rei, in eadem prouincia dicẽtur ambo habere domiciliũ,
& eſſe inter præſentes, ſecus ſi non ſub cõmuni Preſide. v.g.Mu
tina ciuitas eſt de prouincia Lombardiæ, & idẽ in ciuitate Rhe
* gii[*] ſupponamus, ꝙ nõ regantur ſub eodẽ Præſide, ut ſit hodie,
quia ſub domino Marchione Ferrar.ſed diuerſo Præſide. ideo ſi
Mutinenſis poſsideat rem aliquã immobilem alicuius de Rhe-
gio, & ibi domiciliũ habentis, non dicitur eſſe inter præſentes,
quia non ſunt ſub communi Præſide. Non obſt.quòd ſunt in eo
dem Archiepiſcopatu, quia in laicis hoc non conſideratur, &
hanc rationẽ & differentiam preſentit glo.in d.l.ſi.quæ dicit, ꝙ
quælibet ciuitas habet ſua regimina, ideò de qualibet ciuitate
iudicandum eſt hodie, ut olim de qualibet prouincia. Quod
dicit Salyc.procedere inter laicos præſidem prouinciæ nõ reco
gnoſcentes. Sed inter clericum & clericum, & laicum dominũ,
& clericum poſſeſſorẽ, nihil eſt immutatũ, quæ omnia not.facit
in Auct.de hæret.& ſal.§.ſi.qđ no.extra de elec.c.corã dilecto.
†Et

ADDITIONES.

a Poſſeſſionis. Continuatio poſſeſſionis an præſumatur de præterito, ad præ-ſens. ex dictis Bar.l.Celſus. de vſuc.in Pand. colligitur ꝙ ſic. Nam qui ſemel poſſedit, cum de ſuo commodo tractatur, ſi ſe aſſerit poſſidere, ſemper præſumitur poſſediſſe, & poſſidere, & dicens contrarium tenetur probare. Bar.in l.ſiue poſsidetis.C.de prob.quod declarat & limitat Franc.Balb.in repet.d.l.Celſus.in 4.par.in uer.3.conclu.nu.6.7.& 8.ut ibi per eum. Ant.Cal.

* Vetus exemplum habet Aretij, ſed male, quia Aretium eſt in Tuſcia, non autem in Lombardia.

17 †Et aduertas, prout voluit d.l.fi.& ibi Bald.ꝙ abſentiã indici
mus,aliàs iudicamus a domicilio,nõ aũt a perſona habitãtis.
¶Ex quo infertur,ꝙ ſi hęres,contra quẽ pręſcribit,habitet in
prouincia pręſcribentis, ſi tñ domiciliũ non in prouincia pręſcribentis habeat, ſed habet in alia prouincia diſtincta,& ſepa
rata,non præſcribitur ꝯ eum,tanquã ꝯ pręſentem,ſpatio decẽ
ann.qa in hoc articulo,& præſentes, & abſentes cõſideramus,
ſm indemnitatẽ, & diſtantiã domicilij vtriuſque,vt d.l.fin.ex
quo infert,ꝙ tali abſenti ſic conſiderato nũquã ex abſentia tã
quam læſo conceditẽ reſtitutio? ita intelligatur d.l.fi.Alia abſen
tia cõſideratur rõne perſonæ,vt ſi ponas vtrũq; eſſe eiuſdẽ do-
micilii, vel ẽt diuerſorũ, tñ pp talẽ abſentiam factam a domi-
cilio p alterum ipſorũ ex iuſta cã, petitur ꝯ quem ſcriptũ eſt
in int reſt.& tunc reſtitutio habet locum, & de hac abſentia lo
quitẽ l.2.& l.fi ab hoſtib.ff.ex quib.cau.ma.& de iſta reſtitutio-
ne vide fin. Bar.in l.1.§. ſi qs aũt pp.ff.de itin. actuq; priua.&
Ang.& Sal.in d.l.fi.& gl.ſing.in l. ſicut. ff.quemad.ſer.amit.&
18 not.Spe.in ti.de pręſc.§.fi.ver.pone colonus.¶ †In gl.dominia
rerũ, in fi. No. bene illã gl. quę dicit,ꝙ p vſucaptionẽ quæritẽ
a dominiũ directũ,ª ſed p pręſcriptionẽ decem,vel viginti ann.
quęritur vtile dominium,& in pręſcriptione 30.vel 40.anno.
ſi habuit bonã fidem,& non alias,ut no.gl.& Cy.& Bar.& alii
in auc.niſi tricennalis.C.de bo.ma.& Dy.in reg.2.de reg.iu.in
6.& Bar.in l.3.ff.de vſuc.& l.1. in fi.ff.de aqua plu.arc. per illũ
tex. de quo vide latiſſimè Sal.in l.traditionib.C.de pac.Et ꝙ p
pręſcriptionẽ quęratẽ utile dominiũ,voluit ẽt Ray.in d.aut.ni-
ſi tricennalis,& alleg.p caſu l.ſi duo. §.Iulianus. ff.de iureiur.
ſed ille non eſt ſuus tex. ſed ipſum alleg.gl.hic,& iſta doctrina
communiter tenetur, licèt Bal.in d.auc.niſi tricennalis. dicat,
Aut qs pręſcribit rem meam me ſciente, & patiente,& tunc p
dictam præſcriptionẽ acquirat directũ dominium,qa vr̃ habe
re cõſenſum meum qui ſum dñs directæ rei, & ita intelligatur
opin.Mar.Aut præſcribit me ignorante, & acquirit vtile:& ita
intelligatẽ opi.Bal.& iſta cõſideratio ſatis placet.Sed prima eſt
cõmunis opi.de quo plenè per Io.And.in reg.poſſeſſor.de reg.
jur.in 6.in 4.art.& ibi Pet.de Anch.de quo ẽt dixi in l. ſi finita.
§.Iul.ff.de dam.infe.¶In gl.fi.in fi.dic, vt dicam in §.error.j.eo.

A D D I T I O.

a Dominium directum. Et ꝙ vſucapione dominium directum acquiratur. Sed inducend o vltra Ange hic hoc probatur,appella.enim dominij venit directum.l.1.& 2. ſi ager vect.vel emphy.pe. ff & vſucapio nihil aliud eſt quam acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis. & l. diffini.ita diffinit Iuriſconſ.in l.3.de vſuc.ff. uide glo.in ca.ius quiritum. 1.diſt. idem vult tex.in l.traditionibus,C.de pac.ſic ſi vſucapio ſit dominii acquiſitio, ergo directi.

S V M M A R I V M.

1 *Adſcriptitius liber pręſcribitur.*
2 *Ciuilis tantum poſſeſſio impedit vſucapionem.*
3 *Poſſeſſiones ciuilis multiplex effectus.*
4 *Ciuilis poſſeſſio an perdi poſſit in ſeruo fugitiuo.*

Sed aliquando. ¶Homo liber, res ſacra vel religioſa,&
ſeruus fugitiuus nõ poteſt vſucapi.h.d.
¶No.ꝙ aliqñ titulus,& bona fides, & poſſeſſio patrocinanẽ ad
vſucap.qñ res phibita eſt vſucapi.¶No.ibi,tempore vllo.cõiun
cta gl.ꝙ illa verba important pluralitatem diuerſorũ temporũ.
¶No.ꝙ ſeruus fugitiuus ẽt cum ti.& bona fide,non põt vſuc.fa
1 cit l.j.cum materia.C.de ſer.fug. ¶No.ꝙ liber † hõ licèt retinea
tur bona fide,vt ſeruitus,etiam per 40.ann. tñ nõ pręſcribitur,
ut hic.& l.fin.C.de præſc.long.temp.q̃ pro lib.datur, niſi ſit ad-
ſcriptitius, q licèt ſit homo liber,tñ qa eſt adſcripsius glebę, po
teſt unà cũ fundo pręſcribi,ut l.cum ſatis.§.eſt autem.C.de agri.
& cenſi.lib.11.¶In gl.ſacra.in fi.dic ſecundũ Io. Fab. hęc nõ uẽ
bona fallentia,quia ſi definit eſſe ſacra, nihil tamen agit de pręſcriptione rei ſacrę.Et aduertas,ꝙ id qđ dicitur de re ſacra, intel
ligitur de tali re ſacra,quę in nullius bonis,vel dominio eccleſię
præſcribi poteſt, in auct.quas actiones, cum ibi no.C.de ſacroſ.
eccl.licèt p 40.ann.pręſcribatur,& uide no.ff.de mor.infe.aliàs
de relig.l.loca.¶In gl.fugitiuũ,ibi.l.j.dic, & eſt rõ,ut ibi, videli-
cet, ne fuga ſeruorũ dominis ſuis ex quacũque cã poſſit eſſe dã
2 noſa.¶ †In ea.gl.ibi,non currit pręſcriptio poſſidẽti.No.& tene
menti, ꝙ ad impediendum vſucapionem ſufficit etiam, ꝙ qs ci
uiliter tantum poſſideat,qm̃ alius(quamuis titulum,& bonã fi-
dẽ, & poſſeſſionẽ naturalẽ habeat) non tamen pręſcribit con-
tra dñm, q ẽi ciuiliter tantummodò poſſidet.facit l.clam poſſi-
dere.§.q ad nundinas. & no.in l.j.in prin.ff.de acq.poſ.coniun-
cto eo qđ no.per glo. & doc.in l.3.§. ex contractu.ff. acq.poſ.
& in l.1.C.de ſer.fug.& l.qui fundũ.§.ſeruus.ff.de vſuca.p emp.
3 Quãdoq; † ſola ciuilis poſſeſſio eſt apta ad vſucapionẽ parãdã,
vt d.l.q fundum.in prin. & ibi gl.& Bar. ergo multò fortius dẽt
potens eſſe ad uſucapionem contra ſe impediendã,argu.l.patre
furioſo.ff.de his q ſunt ſui vel alie.iur.ac etiã ciuilis poſſeſſio eſt
apta nata ad acquiſitionẽ fructuum, vt no.gl. Dy.Bar.& doc.in
d.l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.poſ.& uidetur text. in l.qui ſcit.
§.alieno.ff.de vſur. ¶Tertiò q̃ habet ciuilẽ, poteſt intentare, vel
uti poſſidetis,ne turbetur ab eo qui habet naturalẽ,vel etiã po-
teſt agere interdicto,vnde vi, vel interdicto,ꝙ ui,aut clã, vel p̃-
cario,a dicto poſſeſſore ciuiliter,ut no.gl.& Bar.& doc.i d.l.clã
poſſidere.§.fi.i ũ l.ſeq.ff.de acq.poſ.¶Quartò,ꝙ habẽs ciuilẽ po
teſt conueniri,& agere rei vend.ut no.gl.in d.l.clã. §.fi. cũ l.ſeq.
& gl. Bar.& doc.in l.Pomponius.§.ſi is qui precario, eo.tit.con
4 iuncta l.officiũ.ff.de rei uen. ¶†In ea.gl.in fin. no.duos caſus,in
quib.perditẽ ciuilis poſſeſſio in ſeruo fugitiuo, uidelicet, quãdo
ab alio occupatẽ ſeruus,& quando diu fleuit. Adde quod dicit gl.
in l.ſi is qui.§.ſi ſeruus.ff.eo.dic, ꝙ iſte ſecundus caſus non pce-
dit,quatuor concurrentib.videlicet, quando gerit ſe p libero,
item ſi diu ſe geſſit pro libero , itẽ bona fide, item ꝙ paratus ſit
ſubire iudicium liberale.Sed gl.in l. ꝙ autem.ff.de lib.cau.videẽ
velle ſecundum unam ſolutionem. Aut geſſit ſe p libero bona
fide, & tunc ſtatim dñs eſt priuatus poſſeſſione, ſecus ſi mala fi
de,quia tunc bene requirit,ꝙ diu moratus fuerit.Et hoc ſequi-
tur Inn.in c.de ſeruorũ, extra de ſer.non ord. Sed prima opi.eſt
verior,videlicet, ꝙ ſiue bona fide, ſiue mala fide, ſeruus ſe pro
libero gerat, nunquam dominus perdat poſſeſſionem,niſi poſt
10.ann. quia tunc elapſis decem ann.præſumitur , & inducitur
a obliuio,ª & ideo cauſatur ex tunc,ꝙ deſinit poſſidere,ut no.gl.
& docto.in l.j. C.de ſer.fug.& in l.ſi id quod.in prin. ff. de acq.
poſ.& in §. ꝙ autem. j. eo. & ibi dicam. Et iſtam opi. ſequitur
Bar.& Ioã.de Imo.in l.j.§.per ſeruum.ff.de acq. poſ. facit quod
habetur in l.3 §.ſi ſeruus quem.eo.tit.&c.

A D D I T I O.

a Obliuio.Idem Ang.in § ſic itaque,col.3.j.de actio. Purpura.

S V M M A R I V M.

1 *Furtiua res an vſucapi poſſit.*
2 *Res vt afficiatur vitio realis uiolentia, quid concurrere debeat.*
3 *Vitium reale, vel perſonale,quid ſit.*
4 *Vitia an & qua nocеant ſucceſſoribus,& quibus.*
5 *Excipi an de uitio auctoris poſſit cõtra ſucceſſorem in iudicio agenteẽ.*
6 *Auct. malæfidei C.de pręſc.long.temp.intellectus & limitatio.*

Furtiuæ. ¶Res furtiua,vel ui expulſiua poſſeſſa,non poteſt
vſucapi, vel præſcribi , ẽt per bonæfidei poſſeſſo-
rem,& emptorẽ.Et uendens rem alterius ſciẽter,committit fur
tum.h.d.¶No ꝙ nõ tantũ in libero homine & aliis rebus ſupra
proa §.cõtentis,cũ titulo,& bona fide,& longa poſſeſſione nõ
procedit uſucapio,ſed nec ẽt in re furtiua,vel ui ablata.¶Not.
ibi,inhibet , ꝙ lex prohibet rem furtiuã,vel ui ablatã uſucapi:
& ſic lex reſiſtit uſucapioni.¶Not.ꝙ licèt fur, vel raptor poſſi
deat,tñ dicuntur mala fide poſſidere,& cũ vitio.¶No.ꝙ emptor
bona fide,a fure,vel raptore, & ſic q habet authorẽ uitioſum,
non præſcribit.¶No. ꝙ eo ipſo,ꝙ quis rem alienã mobilẽ ſciẽ
ter vendit,cõmittit furtum, & per conſequens afficiẽ uitio fur
tiuitatis, vt no.gl.in l.uitia.C.de acq.poſ.& ideo efficiẽ inuſuca
pibilis.¶In gl.ꝙ vi.in fi.no.illã l.ſi ui vel metu,ꝙ dominus em-
ptor facta emptione de uoluntate domini,licèt coacta,tñ præ-
ſcribit.contra l.ſequiẽ.§.lana.ff.eod.Sed dic, ꝙ ẽt dominus præ
ſcribit iuri,quod ſibi deficit,ut ibi no.per gl. & doct. & ſic non
præſcribit domino, qa dominus eſt,ſed iuri, quod ſibi deficit.
1 ¶In gl.prædict.in fi.non tantum † ab emprore 30. ann.præſcri-
a bitur, ſed ẽt ab ipſo raptore, ut d.l.omnes.ª qđ verũ de iure ci-
uili, de iure verò canonico non præſcriberetur in æternũ, qa
eſt malæ fidei , ut c.fin.de præſcrip. ſed emptor ab eo q fuit bo-
næ fidei pręſcribit 30.ann. ut in auct.malæ fidei.C.de præſcrip.
long. tẽp. de intellectu illius auct.& de multiplici illius limita
tione, vide quæ plenè ſcripſi j.de act.§ ſed iſtæ, ver. quæro ab
extra,cũ §. vidimus. dic omnò ut ibi.& j.dicã in iſto §.in gl.cõ-
petunt.¶In gl. poſſunt, in fi.dic, ut plenè no. & ibi plenè dicã,
vbi melius cadit. ¶In gl.vi poſſeſſarũ.in fi.no.bene illũ §.ꝙ ad
2 hoc ut res afficiatur vitio † realis uiolentiæ,oportet vt duo cõ-
currant in uiolentum,videlicet,quòd expellat vi,& ipſe intret
poſſeſ-

A D D I T I O.

a Dicta l.omnes.Adde ea quæ no.in l.ſicut.eo.ti.& vide gl.in l.fi.C.vnde vi.& ea quæ no.in l.a.ff.quod met.cau.

poſſeſsionem: ſi aũt alius bona fide intret poſſeſsionẽ, licèt poſ-
ſeſſor fuerit, ab alio deiectus per violentiã, non afficitur res vi-
tio violẽtię. Et aduertas ibi, ꝙ dicto vitio violẽtiæ res afficitur,
ẽt ſi ille q̃ ſit expulſus, erat ẽt prædo, & violator, & nõ dñs rei,
quia rẽ & violentiam commiſſam in re, & non perſona cõſide
ramus, facit l.1.§.qui vi a me poſsidebat, cũ ibi no. in glo. & per
Bar.ff.de vi & vi ar. qđ no.¶ In gl. alia rõne, in fi. dic ad ɔ̃riũ, ꝙ
ſi ratio gñalis & ſpecialis a lege procedunt, tñ habet locũ iſte
tex. ſecus ſi gñalis a lege, & ſpecialis ab hoĩe, quia tunc agit per
ſpecialẽ, vt in ɔ̃rio.¶ In gl. vnde & in rebus. ibi, quę ex delicto
naſcuntur.§.1. dic, vt ibi dicam.¶ In gl. cõpetunt, ibi l. Pomp.§.
3 ſi. dic, ꝙ vitium † reale eſt furtũ; & vis expulſiua, & ablatiua vt
hic, non compulſiua, vt l.3.C. qđ met. cau. & l.1.C.eo. Item res
data præſidi, vt l.pe.ff. ad l. Iul. rep. quaſi reale eſt, vt qñ potius
fauore perſonę quã rei impedit vſucapio, vt in reb. pupilli, vt
ff. de acq. re. do. l. bonæ fidei, & in re fiſci, vt j. eo.§. res fiſci. Pre-
cariũ aũt dr̃ vitium perſonale, quia hẽt ſcientiam rei alienæ, iõ
non vſucapit, vt ff. de pub. l. quęcunq;.§.1. idẽ in clãdeſtina poſ-
ſeſsione. l. furtũ.§.ſi. cum l. ſeq. ff. eo. vitium autem litigioſi dr̃
quaſi reale, vt l.1.C. de præſc. lon. tẽp. vitia aũt perſonalia ſunt
dolus, mala fides, ſcia rei alienæ, ita dicit glo. & doc. in l. vitia. C.
de acq. poſ. & gl. Bar. Ang. & alij in l. Pomponius.§. cũ quis. ff. de
acq. poſ.¶ Quæro ergo, viſo quę ſunt realia, & quę ꝑſonalia vi-
tia, videamus an, & quę noceãt ſucceſſoribus, & quibus. Et dic,
4 ꝙ ſi eſt vitium † reale, ita ꝙ res ſit vitio affecta, tunc ẽt ſingula-
ri ſucceſſori nocet, vt hic. ſi verò ſit vitiũ perſonale, diſtingue,
an eſt ſucceſſor ſingularis, & tũc aut vult vti acceſsione ſui au-
thoris, & ei nocet, vt l. Pomponius.§.1. & §. ſi. ff. de acq. poſſ. aut
nõ vult vti tali adminiculo, ſed vult incipere vſucapionẽ a ſe,
& ẽt de iure antiquo, & nouo, & põt, vt l. an vitiũ. & qđ ibi not.
ff. de diuer. & temp. præſc. hodie non põt, vt C. eo. ti. auct. malæ
fidei. de cuius intellectu ſtatim dicã, aut eſt ſucceſſor vniuerſa-
lis, & tũc ſiue ſit de ſuis, vt l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. ſiue extra-
neus, ei nocet, vt l. ſi. C. de vſuc. ꝓ hęr. maximè hodie, vt d. auct.
5 malę fidei.¶ † Quęro, an de vitio authoris poſsit excipi ɔ̃ ſucceſ
ſorẽ in iudicio agentem? dic, aut eſt vniuerſalis, & põt, quia eſt
eadem perſona cum defuncto, aut eſt ſingularis, & tunc, aut ha
bet cãm lucratiuã, vel quaſi, & nocet, aut oneroſam, & tunc ſi
vtitur adminiculo ſui authoris, ei nocet, aut non vtit̃ & tũc, aut
res reuerſa eſt ad doloſum, & nocet, & excipi põt, aut non eſt
ad eũ reuerſa, & non nocet, vt l. apud Celſum.§. de authori. &
§. ſi quis. & §. licẽtia. & ibi Bar. ff. de exce. doli. de quo ꝑ gl. in d.
l. vitia. & ibi Dy. & Bart. & doc. & Imo. in l. doli. ff. de noua. de
6 quo dic, vt dicã j. de exce. in prin.¶ † In ea gl. in fi. dic, ꝙ d. auc.
malę fidei. & §. rurſus. in Auc. vt ſponſ. lar. vnde ſumit̃, habet lo-
cũ in pręſcriptione, non aũt in vſucapione rerũ mobiliũ, & ſic
non eſt extendenda; ita cõiter dr̃ per Bart. in d. l. Pompo.§. cum
quis. ff. de acq. poſ. ſed Irnerius qui fecit d. auct. malę fidei, po-
ſuit ẽt de vſucapione, ꝙ ibi Saly ꝑ plures rationes probat. dic,
a vt ibi.¶ Secundò [a] loquitur, qñ uerus dñs rei pręſcribendæ eſt
ignorans, ergo non haberet locũ eo ſciente; dic, vt ibi per Bar.
b & Sal.¶ Tertiò [b] loquit̃ in primo emptore, qui emit a malę fidei
poſſeſſore. Non aũt loquitur de ſecundo emptore mediato, &
ſic illa auct. iſtam materiã præſcriptionis determinat, & nõ cor
rigit, ita dicit Bar. in d.§. cum quis. & doc. in d. auct. malęfidei.
¶ Quartò, illa auct. loquit̃ in pręſcriptione longi temp. ſed non
longiſsimi, ꝙ apparet qa ipſimet malæ fidei poſſeſſori nõ nocet
mala fides ſua ad ꝑſcriptionẽ longiſsimi tẽp.¶ Quintò, illa auc.
habet locũ in alienatione voluntaria, ſecus in neceſſaria, vt no.
in l. Põponius.§. ſi iuſſu. de acq. poſ.¶ Sextò, dicit Bar. in l. rem
q̃ nobis. ff. de acq. poſ. in ver. ſed volendo ſubſtinere gl. & Inno.
ꝙ ſicut ille qui hẽt cãm a malæ fidei poſſeſſore tñ, non præſcri
bit, ita nec habet publicianã, vt l. eum qui. in princ. ff. de pub. &
de hoc eſt gl. in d. l. eũ qui.§. prætor. & §. in hac, in fi. de publ. ſed
hoc eſt falſum, vt no. Bal. & Ang. in d. l. eũ qui.§. prætor. ff. de pu
bli. & no. Iac. & Cy. in d. auct. malæ fidei, & no Bal. in l. ancillæ.
C. de fur. & dic, vt dicam j. de actio.§. ſed iſtę, in verb. quæro ab
c eo̅ videamus.§.¶ Septimò, [c] Ang. in l. q̃ rẽ. ff. eo. dicit, ꝙ illa auc.
debet intelligi de habente cãm ab eo, qui habebat malã fidem a
principio poſſeſsionis; ſecus ſi poſtea ſuperueniſſet mala fides,
per gl. in l. itẽ ſi res, de alie. iu. mu. cã. Et eſt ratio, qa de iure no-
ſtro mala fides ſuperueniẽs nõ nocet ipſi malæ fidei poſſeſſori,
d multò minus alteri.¶ Octauò, [d] quęro, obligo tibi oĩa mea bo-
na, poſteà ſciẽter alieno fundũ, an emptor poterit præſcribere
ɔ̃ creditorem? & dicit Ange. quod ſic; quia illa auct. habet locũ
in præſcriptione dominij, non autem pignoris.¶ Nonò, nõ hẽt
locum quando tractatur ſolummodò de acquiſitione fructuũ,
quia ibi loquitur tãtũmodò de acquiſitione rei, ita not. doct. in
l. vitia. & ibi Flo. C. de acq. poſ.¶ Decimò, nõ habet locũ, vbi ad
pręſcriptionẽ ſufficit bona fides ſine titulo, vt in ſeruitutib. vt
l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. ven. ita vult Io. And. in c.1. de pręſcri.
in 6.¶ Vndecimò, non habet locũ in pręſcribẽre actionem, qa
in illo nõ loquit̃, ita dicit ibi Iac. & Cy.¶ Duodecimò, illa auct.
ſolummodo habet locum, qñ agitur de mala fide vera, & non
de ficta, & ideò vbi agitur de mala fide pręſumpta, contra veri
tatẽ nihil innouat, vide Bal. & Ang. & quod ibi habetur in d. l.
eum q.§. ait pretor. & §. i publiciana. ff. de publicia. quæ oĩa no.

ADDITIONES.

a Secundò. Adde Ang. has omnes limitationes repetentem, in §. ſed iſte, col. 2. infra de act. Purp.
b Tertiò. Adde Io. Fab. in §. quod autem, in fi. inſ. eo. Purp.
c Septimò. Adde Chriſto. in §. ſed aliquando. 2. col. in gl. longa. ſupra eo. vbi de aliis requiſitis. Purp.
d Octauò. Adde Io. Fab. in §. item Seruiana. conſi. 9. vbi Ang. & Iaſ. infra de ac. Purpur.

SVMMARIVM.

1 *Error iuris excuſat a furto.*
2 *Hæres an præſcribere poſſit a defuncto mala fide poſſeſſa.*
3 *Mala fides ciuitatis, vel collegij occupantis rem aliquam, purgatur mortuis his, qui ab initio fuerunt.*

Sed tamen id. ¶ Hæres alienando rem alienã inuentam
in hęreditate, non cõmittit furtum, & in
ea procedit vſucapio. Idẽ in fructuario ancillę alienante partũ
ipſius, quem ad ſe ſpectare putabat. h. d.¶ No. ꝙ error in facto,
qa putabat rẽ depoſitã penès defunctũ fore hęreditariã, excu-
ſat a furto, & ꝑ conſequens facit ꝙ res non afficiatur vitio fur
tiuitatis, & qđ accipiens eam ex quolibet contractu lucratiuo,
vel oneroſo, pro, vel nõ pro, vſucapit.¶ No. ꝙ alienãs rẽ alienã
1 bona fide poſſeſſam, non cõmittit furtum.¶ † No. in ver. itẽ ſi is
ad quem. qđ error iuris excuſat a furto, licèt error iuris nõ ſit
excuſabilis, immo punibilis, ut l. latæ. & l. lata. ff. de verb. ſig. Et
a eſt rõ [a] vt hic dr̃, qa furtũ ſine dolo non cõmittitur, & quęlibet
leuis excuſatio ẽt iniuſta excuſat a dolo, vt l.1. in fi. ff. de abig.
& l. plagij. la 2. cũ gl. C. de plagiar. & no. Bar. in l. iuſtè, in fi. ff. de
acq. poſ. & in l. pe. ff. de adul. & l.1.§.1. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe ius
ſue. & eſt tex. in l. igit̃.§.1. ff. de lib. cau. igitur &c.¶ No. ꝙ error
iuris in tradente nõ impedit uſucapionẽ in accipiente bona fi-
2 de.¶ † In gl. accipienti. ibi, ꝙ eſt falſum. & qđ hic tenet gl. forti-
fica per plures leges, & primò ꝑ l.1. & ꝑ gl. in l. nihil. C. de vſu-
ca. pro hęrede, qđ eſt uerũ de iure ciuili, ſecundum Dy. ſed con
trarium verũ eſt de æquitate canonica, vt no. Dy. in c. poſſeſſor
malæ fidei, in pen. q. extra de reg. iur. in 6. & Bar. in d. l. cũ hęres.
ff. de diuer. & temp. præſcr. dicit, ꝙ hæres poteſt præſcribere nõ
b obſtante mala fide [b] defuncti, ſi hæres velit inchoare pręſcriptio
nem in ꝑſonam ſui. Et etiam hoc ſequitur Bal. in l. eum q.§. in
hac. ff. de pub. & Io. de Imo. in l. ſequitur.§. ſi hęres. ff. eodem. &
Raph. in l. Pomponius.§ j. de acq. poſ. & ibi dixi.¶ Aduertas tñ,
ꝙ licèt hæres poſſit inchoare pręſcriptionẽ in perſonam ſuã,
& vſucapere, tamen tenet̃ exonerare conſcientiam defuncti,
& trahere

ADDITIONES.

a Et eſt ratio. Adde Ang. limitantem in §. pœnales. 2. col. in fi. j. de ac. & Ale. in auct. ſi quis in aliquo. col. 3. C. de eden. Iaſ. in l. ſi quis maior. j. col. C. de tran ſac. & in l. ſi quis id q. 2. no. ff. de iuriſd. om. iud. Purp.
b Mala fide. Communis opi. ſirmat contra Dyn. indiſtinctè, quod mala fides defuncti nocet hęredi, ſiue hæres uelit uti acceſſione defuncti, ſiue uelit præſcriptionem inchoari in perſona ſua, eò quia hæres eſt obligatus exonerare conſcientiam defuncti. c. ſi. extra de ſepul. Bot. Pan. & Fel. in ca. ſi diligenti. extra de for. comp. & in hanc ſententiam iuit Alex. conſi. 84. col. 2. uol. j. & ad idem conſi. 4. uidetur. col. ſi. & conſi. 29. uiſo puncto. col. 3. ac conſil. 213. uiſo. col. pe. li. 2. & Rom. conſi. 237. pro deciſ. & Pan. conſi. 9. mitor in præſenti. & hanc etiam exclamat communem Bal. de præſcr. in 2. parte tertiæ. ver. breuiter. nu. 22. & in ver ſed propterea. eo. nu. circa ſi. dicit ab hac opi. tanquam cõmuni, non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, qui ibidem limitat hanc concluſionem non procedere in quatuor caſib. ibidem per eundem notatis, vbi dicit opi. Dy. & ſequacium procedere. Et ita intelligo Arc. hic, qui Dy. ſequitur, quod eſt no. ſed quid eſt mala fides? ad quod reſpondeo, ꝙ eſt conſcientia rei alienæ. in c. ſi uirgo. 34. q. j. & notauit Pan. in c. conſultationib. extra de iurepat. & Bald. in l. Celſus. in 3. parte. col. pen. nu. 21. Et eſt duplex vera, & propria, quando quis ſcit rem eſſe alienam. Et fictam, quando ex perſona ſui authoris quis præſumitur eſſe in mala fide. Bal. de præſc. in 2. parte tertiæ partis. verſic. tertio quæro. num. 1. probatur mala fides poſſeſſionis, ſi fuerit ſibi denuntiatum, item ſi coram teſtib. dixerit ſe ſcire rem alienam. 3. ſi fama erat in uicinia, & ipſe erat vicinus. Bar. in l. Celſus, verſi. ſed qualiter. no. 18. de vſucap. in Pan. & quò ad ultimum conſuluit Cae. conſi. 38. primo rationes. col. j. dicens, quòd fama & cõmunis opi. ſeu notorium malam fidem inducant, quod no. nam vicinus præſumitur ſcire facta vicini. c. quanto. extra, de præſump. quod declara, & limita per ſcrib. poſt Bar. in l. j. de reb. cred. in Pand. & ibi dixi. Ant. Ca.

& trahere animam ipſius defuncti de peccato, & ſic rem reſti-
tuere. ita dicit ſing. Ant. de But. in c. ſi diligenti, de præſcri. & Io.
de Imo. in c. ſi. in eo. tit. ¶ In ea gl. in ſi. dic plenius, qñ hēt locum
pro hærede, vt no. glo. pleuè in rub. ff. de vſucap. pro hæred. ¶ In
gl. item non committit, in ſi. dic tñ, ꝙ prodeſt error iuris ad præ
ſcribendum ipſi erranti, vt l. ꝯria. ſed alii ſic. & eſt ratio, quia res
nõ eſt furtiua, ergo vſucapibilis. ita dicit Bar. in l. poteſt plurib.
ff. eo. Ex quo infert, ꝙ in perſona hæredis, purgatur mala fides
3 defuncti. ¶ Sed quærit ibi Bar. quid † ſi ciuitas vel collegium oc
cupauit aliquam rem mala fide, quando hæc mala fides purga-
tur? Et rñd. ꝙ mortuis omnibus his, qui a principio ſciuerunt,
arg. dictæ l. põ:. & no. ex̃ de iure pa. cap. cura paſtoralis, q đ per-
petuò no. Et materiam erroris, iuris, vel facti, an impediat vſu-
capionem, vide tex. & gl. & Bar. in l. ſi uir. ff. pro don.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſidens titulo & bona fide, poſſeſſione ſua priuari non debet.*
2 *Poſſeſſio quibus modis amittatur.*
3 *Res vacantis, an ſiat furtum.*

Quod autem. Malæfidei poſſeſſor transfert in bonæfi-
dei poſſeſſorem, rem non vi poſſeſſam,
cum vſucapiendi conditione. Item in rebus ſoli non committit
furtum, ſed illi qui poſſidet cum titulo & bona fide principali-
bus conſtõnibus ſubuenitur. h. d. No. ꝙ qñq; poſſeſsio fundi po
teſt eſſe vacans, vel ꝑꝑ abſentiam, vel ꝑꝑ negligentiam, vel ꝑꝑ
iniuriam dñi, vel etiam ſi ſine hærede deceſſerit. No. ꝙ quis põt
ingredi, etiam ſcienter, rem alienam, & tñ non efficitur vitioſa,
vt ſi eſt res vacans. ¶ No. ꝙ intrans poſſeſsionem mala fide, tñ ſi
ſine violentia, ut quia erat vacans transfert in accipientē vſu-
capiendi conditionem. ¶ No. ꝙ furtum non põt committi in re
1 bus ſoli. ¶ † No. ꝙ leges prohibent aliquem priuari ſua antiqua
poſſeſsione, quod intellige, qñ poſſedit titulo & bona fide, vt s̄.
eo. in prin. Item hoc verũ, ſi res erat vſucapibilis, vt s̄. eo. § ſed
aliqñ. item ꝙ non ſit res furtiua, vel vi abrepta, vt s̄. eo. §. furti-
uæ. ¶ In gl. vacãti, in ſi. adde l. 2. §. vacuam, cum l. ſeq. & quod ibi
no. ff. de act. emp. ¶ In gl. per abſentiam. ibi, dummodò longum
2 ſit. † No. gl. ad hoc enim vt perdatur poſſeſsio, requiritur, ꝙ ſue
rit negligens per tp̃s arbitrio iudicis, dummodò non ſit in iure,
& ſit longum, & obliuionem inducat. Sed gl. Cyn. & Vltramon.
in l. 1. C. de ſer. fug. dicunt ſimpliciter de decem ann. & idem gl.
in l. ſi id quod, in prin. ff. de acq. poſſ. dicit, ꝙ ſi neſcis te poſſide
re ex longinquitate tp̃is, ſed ea obliuione. Sed gl. in d. l. furtum.
§. 1. intelligit, ꝙ lõgum tp̃s dr̃, ſm ꝙ iudici videbitur, per quod
obliuio inducatur, non autem longum 10. vel 20. ann. & ſic vi-
des quam variè loquuntur gl. & uide gl. in l. cum quærebat. C.
vnde ui. & in l. licèt. C. de acq. poſſeſ. dicit, qñque ſcio naturalē
poſſeſsionem meam vacantem, occupatam per alium, ſi negli-
go per modicum tp̃s perdo ciuilem, quia videor ſuſpicari me
poſſe repelli, ar. l. quod meo, in ſi. ibi, ſciuero, & l. quamuis. ff. de
acquir. poſſ. facit l. 3. §. cum igitur, cum ibi no. ff. de vi & vi arm.
Si verò ignoro ab alieno occupatam, vel ſcio uacantem, tunc
aduerte, qñ quis negligit naturalem tanta negligentia, ꝙ quaſi
res perit ea hac negligentia, tunc perdit etiam ciuilem poſſeſ-
ſionem ex ſola negligentia. d. §. ſi fortè. Qñque non adhibet tan
tam negligentiam, ꝙ quaſi tota res perit, ſed ſolummodò non
uadit ad eandem, & tunc non perdit ciuilem, niſi ea curſu lõgi
tp̃is, e a quo obliuio inducitur, vt d. l. ſi id quod, cum gl. & hanc
opin. in hoc articulo ſequitur Ang. in d. §. ſi fortè. ſed Raph. totũ
reliquit arbitrio, uel religioni iudicantis, qui ea facti qualitate
debet dictam negligentiam conſiderare. arg. l. uoluntatis. C. de
fideic. De quibus coniecturis hr̃ in l. Fulcinius. §. quid ſit latita-
re. ff. qui. ea cau. in poſſ. ea. & in l. apud Celſum. ff. de do. eace. Et
hoc vr̃ tenere Inno. in cap. querelam. ex̃ de elec. & ibi per oẽs
poterit arbitrari lõgum, & etiam minus, nam abſurdum vr̃ ſm
eum cum in perdendo dominium ſufficit negligentia decē an.
vt l. ſi. C. de lon. temp. præſcrip. ꝙ tm̃ tempus in perdendo poſ-
ſeſsionem, quæ eſt utilis, requiratur, ut l. ſi rem aliquam. ff. de ac
quir. poſſeſ. & facilius perditur, ut l. ſi quis vi. §. differentia. eod.
titu. & ſic etiam decem anni ſufficiunt, quod placet ei Ioan. de
Imo. in d. §. ſi fortè. licèt etiam aliud addat, uidelicet, quod for-
tè non eſſet inconueniens, ſi arbitraretur quod per biennium
perdatur, quoniam tp̃e antiquo, dominium, quod eſt maius ꝑ-
debatur, vt ſupra eod. in princ. ac etiam quia tanto tempore in
tributariis, & dominium, & poſſeſsio perdebatur, ut l. q agros.
C. de omni agro deſer. lib. 11. igitur &c. et hoc magis placet mi-
hi, dic, ut ibi per Imo. ¶ In gl. longa poſſeſsione. ibi, præſumitur
hodie talis poſſeſſio uiolenta. Sed glo. in d. l. cum quærebatur.
dicit, quod hoc eſt uerum, quò ad pœnam inuaſoris, non ꝙ res
efficiatur uitioſa, & hoc ſequitur ibi Cyn. & cõiter docto. ſed
ibi Bar. dicit aliter ſaluando ambas glo. uide licet, cum etiã illa
3 lex æquiparet prouiſionem illius legis ad actionem furti. ¶ † An
autem res uacans efficiatur furtiua? leges volunt, ꝙ ſi res nun-
quam a domino fuit poſſeſſa, ut quia hæreditaria, tunc in ea nõ
committitur furtum, ut l. hæreditariæ rei. ff. de fur. ſi verò a dño
fuit poſſeſſa, licèt tp̃e cõtrectationis non poſſidebatur, tunc cõ
mittitur furtum, vt ſupra de rer. diui. §. ſi. & ibi di at. ita in pro-
poſito ſi res immobilis fuit occupata, quæ tamen antea fuerat
poſſeſſa per dominum, efficitur vitioſa vitio quaſi violentiæ,
& ita intelligatur d. l. cum quærebatur. & gl. hic, ſecus ſi a domi
no nunquam fuerit poſſeſſa, & ita intelligatur glo. ibi, qđ mul-
tum mihi placet. ¶ In ea gl. ibi, ab vtraque parte. dic, ut dixit gl.
& ibi dixi ſupra eod. §. furtiuæ, in ſi. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Res pignorata ſurrepta a domino, an vſucapi poſſit.*
2 *Res ſurrepta vſufructuario quando ſit præſcriptibilis.*
3 *Res bonæfidei emptori ſi eſt ſurrepta, quoad vſucapionem, neceſſe eſt, quod in poteſtatem domini reuertatur.*
4 *Res quandoque a domino iuſtè auferetur.*

Aliquando. ¶ Furtiua & vi poſſeſſa pñt vſucapi vitio
purgato. h. d. ¶ No. modum purgãdi vitium
a furtiuitatis, videlicet, ꝙ res reuertatur ad manus dñi.[a] No. ꝙ re
mota cã impeditiua, remouetur impedimentum, & eius effe-
ctus. ¶ In gl. domini, in ſi. dic, idem no. glo. in d. §. ſi rem. ſed ibi
Bar. dicit ꝯrium, quoniam quis non poteſt obligare rem alie-
nam. ff. de pigno. act. l. aliena res, in princ. Vnde dicit, aut quæri-
1 tur, an ſi res pignorata † ſurrepta a dño poſſit vſucapi i. ſit effe-
cta vſucapibilis reſpectu proprietatis, & dicit ꝙ ſic, qñ reuerſa
eſt in domini ptãtem, ut d. §. ſi rem pignori. aut quæritur, an ſit
effecta vſucapibilis reſpectu iuris, quod habet creditor in ea, &
dico, ꝙ non. ſed ego credo, ꝙ gl. ſit vera, quia res aliena poteſt
pignorari cũ voluntate domini. vt d. l. ſi aliena res. & huc vult
glo. in l. cùm ſit probatum. C. de vſucap. pro empt. & ibi glo. di-
ſtinguit, aut debitor rem alienam obligat de domini volunta-
te, aut ſuam rem. ſi alienam & ipſe debitor ſurripiat, quia diſtra
hit, tunc non poteſt vſucapi, niſi redeat in poteſtatem credito-
ris, ut l. ſi. ff. pro ſolu. ſin autem debitor obligauit rem propriã,
& ſurripiat eam, tunc committit furtum, & datur ꝯ eum actio
furti, tamen poteſt res vſucapi, vt ff. de fur. l. cum hæres. §. s. &
d. l. ſequitur. §. ſi rem. ſi autem extraneus ſurripiat rem creditori
a dño obligatam, tunc non uſucapitur, niſi in dñi poteſtatē re-
2 uertatur, vt d. l. cum ſit probatũ. ¶ Quid † ſi res ſurrepta eſt vſu-
fructuario? dic, ꝙ ad præſcribendum proprietatem, requiritur,
ꝙ redeat in ptãtem domini, quò ad præſcribendũ ius vſusfru-
ctus, requiritur, ꝙ redeat in poteſtatem vſufructuarij, vt l. inter
3 omnes. §. hæc actio. ff. de fur. ¶ † Quid ſi ſurrepta fuit bonæfidei
emptori? dic, ꝙ eſt neceſſe, ꝙ non in dictum emptorem, ſed in
domini poteſtatem redeat, vt eſt caſus ſm intellectum gl. in d.
l. cum ſit probatum. quod no. ita dicit Bart. in d. §. ſi rem. & ibi
gl. recolligit, ꝙ quandoque ſit furtum, & oritur actio furti, &
res efficitur furtiua, ut ſupra eod. §. furtiuæ. Quandoque ſit fur-
tum, & res efficitur furtiua, non tamen oritur actio furti, vt j.
de oblig. quæ ex deli. §. hi qui. quandoque res non efficitur fur-
tiua, & committitur furtum, & datur actio furti, ut d. §. ſi rem.
cui adde, ꝙ quandoque habet locum actio, non tñ ſit furtum,
nec res efficitur furtiua, ut l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Qñque fur-
tum ſit, nõ tñ efficitur res furtiua, nec oritur actio furti, ſi filius
ſurripit rem aduẽtitii peculii, vt l. ſerui, & filii. ff. de fur. de quo
per Cyn. in d. l. 1. C. de ſer. fugiti. & per Bar. in d. §. ſi rem. ¶ In gl.
reuerſa. ibi. ff. de fur. l. quamuis. dic, ut ff. eo. l. ſequitur. §. tunc in
poteſtate domini &c. Et de iſta ficta reuerſione in poteſtate do
mini, vide gl. & doct. in l. ſi abducta. C. de fur. in ver. reuertatur.
¶ In ea gl. in fin. dic, ꝙ requiritur, ꝙ etiam ſit reuerſa tanquam
4 poſſeſſio ſuæ rei. Ex † quo ſequitur, ꝙ ſi dominus per vim ea in-
teruallo poſt furtum ei factum abſtuliſſet, ꝙ tunc poſſet ab eo
iuſtè auferri, per l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. & ff. de vi & vi ar.
l. ſi quis a me. & ibi no. ſi dicam rem ei ſubtractam nõ emiſſe, vt
alienã, non põt tunc vſucapi, vt no. in d. §. nunc. dic, vt ibi &c.

A D D I T I O.

a Ad manus domini. Dic idem eſt ſi reuertatur in poteſtatem quaſi domini, putà tutoris, vel alterius adminiſtratoris, l. 4. § quod autem. ff. eo. tit.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Res & iura fiſci, an præſcribi poſſint.*
2 *Res ciuitatis, caſtrorum et villarum quanto tempore præſcribantur.*
3 *Res eccleſiaſticę quandiu pręſcribantur.*
4 *Vſus publicarum rerum nullo tempore pręſcribitur.*
5 *Vſucapio an currat in rebus pupilli.*
6 *Aduenticia bona quando ſint præſcriptibilia.*
7 *Dotalis fundus an præſcribatur.*

Res fiſci. ¶Res fiſci vſucapi nõ poſſunt, ante tñ q̃ fiſco de
nuntiatę fuerint, vſucapiunt.h.d. ¶No. fiſcũ ha-
bere priuilegium, ꝙ res ſua non vſucapiatur. ¶Not. ꝙ licèt res
debeat incorporari in fiſcum, tñ non habet priuilegium contra
præſcriptionem antequam res ſit fiſco denuntiata. ¶Not. ꝙ de
denuntiatione facta in fiſcum, tunc fiſcus incipit habere ius.
¶In glo. non poteſt. ibi, ne rei domi. vel temp. dic, ꝙ immo illa
eſt contraria. quia ibi dr̃, ꝙ nullo tempore. Sed reſponde, ꝙ ibi
ſpecialem caſum obtinet, vt ibi not. ¶In ead glo. ibi, de ſac. ſan.
eccl. l. fi. dic, vt ibi plenè per gl. & doct. & vide Dy. in reg. poſſeſ
ſor. de reg. iur. in 6. In ea. gl. ibi. ff. de via pub. l. viam. dic, vt ibi ꝑ
Cy. & doct. in l. 1. C. de quadr. pręſcr. vel latius ſm Bar. in l. quã-
uis. ff. eo. & in l. in omnibus. ff. de di. & tempo. præſcrip. aut quę-
1 ris de rebus Imperatoris, vel de rebus † in patrimonio fiſci in
corporatis, & præſcribuntur ſpatio 30. an. vt l. oẽs. C. de pręſcr.
30. ann. fallit in quatuor caſibus poſitis in l. fi. C. de ſacroſan. ec-
cleſ. & C. de fun. pa. l. penul. & l. fi. & ibi vide Bar. omninò, & de
iſto vide l. omnes. C. de pręſcrip. 30. ann. Aut loquimur de rebus
incorporandis in fiſcum. & tunc ſi ſunt delatæ in fiſcum ꝑꝑ ve-
ctigal non ſolutum, & ſufficit quadriẽnium, vt l. 2. C. de vect. &
cum aut ſunt delatæ ꝑꝑ aliquam cauſam, & tunc aut ſunt nun-
tiatę fiſco, & ſpatio quatuor annorũ pręſcribũtur, vt l. inter qua
tuor. ff. de di. & tem. præſcr. & l. 1. §. diuus. & ibi Bar. ff. de iure
fiſci. aut non ſunt nuntiatæ fiſco, & tunc ſi poſſidet cũ tit. & tũc
ſufficit 10. vel 20. ann. ſpatiũ, vt d. l. quamuis. ff. eo. aut poſſidet
ſine titulo, & tũc nõ ſufficit 10 vel 20. ann. ſpatiũ, vt d. l. in om-
nibus. Adde, ꝙ iuribus concernentibus ſtatum Imperij, vel ſu-
perioritatem, vel ẽt tributorum præſtationem, non currit præ-
ſcriptio tẽporis cuiuſcũque. vt C. de præſcrip. 20. vel 40. ann. l.
competit. & qđ ibi no. glo. & doct. exemplum de præſcrip. cap.
de acq. hær. & ꝑ Ang. latẽ & Ioan. de Imo. in l. ſi paterfa. & in l.
q̃ ſoluẽdo. ff. eo. & Bal. in l. ſi. §. 1. C. de bonis quæ libe. & Ange.
& Imo. in l. liber homo. ff. eod. & Bal. & Imo. in l. is qui hæres. §.
ſi. ff. de acquir. hęred. & Ioan. And. & canoni. in cap. in ꝓ̃ſentia,
extra

ADDITIONES.

a Coactus. ſupple ad Ang. nunquid monaſterium poſſit adire hæreditatem, & adeundo illam ſibi aquirere excluſo uulgariter ſubſtituto. hanc quæſtionem diſputauit Gul. Bene d. in c. Ray. de uulg. ſubſt. char. 410. col. 2. uer. 3. ex his datis. nu. 80. & col. 4. uer. ueniendo nunc ad qõnẽ. & ibi refert duas opi. contrarias. & tandem nu. 85. concludit, monaſterium adeundo hæreditatem per monachum repudiatam, ſibi poſſe acquirere. hanc qõnem mouit Steph. Bertra. conſi. 116. exordiente, quamuis per monachatum. col. j. & ſeq. uerſi. ſed ſi ponimus. nu. 4. uol. 3. ubi refert doc. contrarios, & tandem nihil firmauit S. Nazarius in l. 1. col. 25. uer. 5. dubitatur. nu. 150. de uul. & pup in Pan. refert duas opi. contrarias. Prima fuit Barto. dicentis, monacho repudiante monaſterium poſſe adire, & ſubſtitutum excludere, eò quia quando monachus inſtituitur, hæreditas immediate ſine facto monachi monaſterio acquiritur, ſecundum Inn. Io. An. Anto. Car. Panor. & cõiter doc. iuris cano. in c. in præſentia. extra de proba. & tunc nõ habet dubium, ſecundum eos. Alia fuit opin. per legiſtas, ſeu iur. ciu. ſcriptores cõiter recepta, ꝙ hæreditas deferatur monacho, & ex perſona monachi acquiritur monaſterio per l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. & tunc ſuboritur difficultas, cui æquiparetur monachus, an ſeruo, uel filiofa. Si quidem æquiparetur ſeruo ſubſtitutus excludit monaſterium, per tex. in l. cum proponas. de hære. inſt. C. & ꝙ comparetur ſeruo, probat tex. in l. ſin. C. de epiſ. & cler. Alij uerò dicunt, quòd æquiparatur filio, & hanc approbat Bar. & doc. cõiter in d. l. 1. & tandem cõcluditur, ꝙ monaſteriũ excludat ſubſtitutum, eo q̃a monachus religionẽ profitendo uelle, omnia bona ſua præſentia & futura tranſtulit in monaſteriũ. c. cũ monaſteriũ. extra de ſtatu mona. & in canone, uidua 20. q. j. in canone, non dicatis. 12. q. 2. Præterea monachus eſt unus de conuentu, & ſic pars monaſterij. i. ſicut qđ cuiuſq; uni. in Pan. quaſi monaſterium hęreditatẽ adeũdo uł & monachus adiuiſſe ꝑ monaſterium, ſiue procuratorem in rẽ ſuã. Bal. in l. bonorũ. ad ſi. C. qui admit. Nec obſt. monachi diſſenſus, cũ uelle tranſtulerit in monaſterium, & ſit pars monaſterij. & latius per dictum Sanctonazarium, ubi ſupra. Ant. Cauſ.

b Neq; nolle. Et ceniebat mortuus. Panor. in c. ſicut. el 2. de homicid.

extra de prob.& Bal.] l.Deo nobis.in prin.C.de epiſ.& cle.& la
tè ꝑ Bal.in d.l.j.C.q admit.ad bon.poſ.in ner.quo ad decimũ &
ultimum capitulũ de monacho &c. ¶No.& tene menti has re-
miſſiones,quia ſunt optimæ. ¶In gl.noui domini.ibi, ſed in le-
gato ſpectat &c.dic,ſi bene cogites,eſt idẽ in utroque,quia am-
bo cedunt,& acquirũtur à tempore ceſſionis. nam legatum ce-
dit a die mortis,& hæreditas ab adita hæreditate,igitur &c.ut l.
unica.§.j.coniuncto §.in nouiſſimo.C.de cadu.tol.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitui an poſſint,qui non ſunt in rerum natura.*
2 *Hæreditas quem & quando repræſentet.*
3 *Eccleſia carens rectore,an hæreditati iacenti æquiparetur.*

Seruus etiam. Seruus alienus pōt inſtitui ẽt poſt mortẽ
dñi ſui, & ẽt ſeruus hæreditarius uel eius,
q eſt in utero.h.d. ¶No.ꝙ ſeruus hæreditarius hæreditate iacen
te pōt hęres inſtitui.¶No.ꝙ hæreditas iacens nõ hæredis,ſed de
1 functi perſonã repræſentat.¶No.† ꝙ ſeruus uentris pōt hęres in
ſtitui;& ſic ille, qui nondum eſt in rerũ natura, ſed eſſe ſperaẽ.
ſic illi ẽt relinqui poteſt,ut l.ſi duob.in prin.ff.de le.j.Et cũ gñali
ter loquaẽ iſte tex.de quolibet poſthumo, uidetur ꝑ hoc limita
ri notata ĩ l.Gallus §.fi.ff.de lib. & poſthu ubi uetaẽ poſthumus
alienus hęres inſtitui,non tamen uetaẽ inſtitui ſeruus poſthumi
alieni,ut hic.& l.eius.& qđ ibi Bar.& Ang.dñi mei.ff.e. Et ꝑ p̄-
dicta dicit Bal.in l.non minus.ff.eo. ꝙ ſi relinquitur fratri, uel
monacho,nõ inſpicię incapacitas monachi,ſed ſui monaſterii,
& ideo ſi relinquitur uni fratri S.Franciſci, non capiet, q̃a ſuus
ordo & regula non eſt capax,niſi quò ad alimenta,dũmodò nõ
2 ſint annua,ᵃ ut cle.exiui de Paradiſo.de uer.ſig.& no.Bar.ĩ l.ſi ſer
uos.ff.de ali.& ciba.leg.& dixi ſup.ꝑ quas perſona nobis acqui.
§.item acquiritur uobis.¶In gl.factio.in fi.dic,& eſt rõ quã ſin-
gulariter hic ponit gl.in uerb.defuncti. Sed ob. l.nouatio.ff.de
no.& l.oĩs hæreditas.& l.oĩa ferè.ff.de regu.iur. & l.ſi mihi Ti-
2 tio.§.1.ff.de leg.2.in quib.dr̃,ꝙ hæreditas repræſentat † perſonã
hæredis;ſed ſimpliciter iacente hęreditate, & dũ eſt iacens re-
præſentat perſonã defuncti,ut hic.ſed ea adita, retro fingitur re
pręſentaſſe ꝑſonã hęredis,ut l.hæres qñq;.ff.de acq.hęr. & no.
j.eo.§.hæres. q̃ fictio nõ habet locũ,niſi pro ea parte ꝑ qua pōt
ſuccedere,ut d.l.ſi mihi & Titio.§.1.ita dicit ibi Bar. ¶Et aduer-
tas,ꝙ illud quod dixi, iacente hęreditate, repręſentat perſonã
defuncti, & acquiritur hæreditati;fallit in vſufructu quẽ ſeruus
hęreditarius acquirere non poteſt hæreditati neq; hæredi futu-
ro.quia vſusfructus nõ debetur hæreditati, quæ repręſentat ꝑ-
ſonam defuncti. Ratio,quia non debetur vſusfructus illo caſu
quo finiri debet,uidelicet,illo defuncto,vt l.ſi Titio,cum morie
tur.ff.de vſufr.leg. ita dicit Bart.in d.l.vſufructus.de ſtipu.ſer.
3 ¶† In gl.nondum.in fi.quęrit Bar.in l.non minus.ff.e.an eccleſia
carens rectore ęquiparetur hęreditati iacenti? & dicit,ꝙ non,
quia ſaltem omnes clerici eam poſſident. & alleg.Inno.in c.cũ
ſuper.extra,de cau.poſ.& proprie.& tu allega quod no.Bart.in
l.1.in fin.ff.de acquir.poſſ.& ibi Ang.& Mod.

A D D I T I O.

a Annua.Quando poſſit capere legata annua,uide Abb.conſi.63.2.lib.

S V M M A R I V M.

1 *Domini, aut ſerui capacitas quando ſit ſpectanda. & nu.2.*

Seruus autem plurium. Seruus plurium ab extra-
neo inſtitutus, acquirit
vnicuique pro parte dominica.h.d.¶No.ibi, teſtamenti factio
eſt,ꝙ capacitas vel incapacitas ſerui,inſpicię ex capacitate vel
incapacitate dñi ſui, de quo ſtatim infra dicam.¶Not.ꝙ ſeruus
pluriũ inſtitutus nõ acquirit oĩbus dñis,ſed iubentibus tm̃.¶In
gl.1.in fi.dic melius, vt dictum fuit ſup.eo.§.proprius.in illo ar
ticulo, an ex incapacitate ſerui inſpici debeat capacitas dñi.
1 Concludet ꝙ ſi non pōt legari mere ꝑꝑ conditionẽ,& tũc pro-
cedit iſta regula,aut non pōt legari miſta cõſideratione eius &
rei legatę.& tunc nõ procedit regula;quia legari poterit ſeruo
eius, ẽt reſpectu dñi ſui,vt l.ſi maximè.ff.de ſer.leg. & l.ſi debi-
tor.§.fi.ff.de leg.2.& dic,vt ibi per Bar.Sed aduerte,ꝙ primum
dictum non procedit indiſtinctè,ſed dic, aut legaẽ ſeruo cõtẽ-
platione dñi, & tunc inſpicitur perſona dñi.Et ratio eſt, quia ſi
ſeruus alienetur, oportet vt legatum dño reſtituatur, vt arg.l.
2 quidam cum filium.ff.eo.igitur capacitas ſua conſideraẽ.Si † ve
rò contemplatione ſui ipſe ſeruus inſtituatur,tunc non inſpicię
capacitas domini, ita pōt intelligi l.ſi ſeruus eius.ff.de acq.hær.
& ibi Bart. & latè Imo.in l.ſi deportati ſeruo.ff.de leg.3.& ibi
Bar.& rõ eſt,q̃a ſi miles ſeruus eſſet alienatus,non teneret dño
reſtituere,cùm non domini contemplatione eſſet inſtitutus.ita
dicit Bar.in d.l.ſi ſeruus eius. quod ſequitur Imo.in l.ſi mihi &
tibi.in § regula.ff.de leg.1.igię &c.licẽt Iac.& Bal.ibi aliter di-
cant. & p̄dicta procedunt in regula permiſſiua. quid in regula
negatiua? vt qđ non pōt relinqui dño, nõ poſſit relinqui ſeruo
eius,& vr̃ ꝙ ſic.per l.nec ſeruos.C.eo.ſed ꝯ vr̃.d.l.ſi deportati.
Vnde dic,ꝙ ſi non prohibeę legari, ſed ꝓhibetur effectus acci-
piẽdi,tũc bñ valet legatũ;quia ſeruus pōt manumitti,& manu-
miſſus ꝓ ſe capiet.¶Ex quo Bal.in d.§.regula.dicit,ꝙ ſicut ꝓhi-
beę legari altari S.Frãciſci,ita ẽt prohibeę eius miniſtro, qđ no.
Ex his poſſet decidi an, & qñ relinquię ſeruo deportati, & ho-
die relictũ ſeruo banniti noſtri tp̃is, an valeat, & qs capiet, an
ipſe ſeruus ꝓ ſe liber effectus,vel ꝓ bãnito,vel pro fiſco?de quo
in d.l.ſi deportati ſeruo. ꝑ Bar.& latiùs ꝑ Ang. & Imo.in d.l.ſi
ſeruus eiꝰ.& dicatis vt ibi,q̃a ꝑ p̄dicta ſatis apparet deciſio &c.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio omnium hominum de mundo, an valeat, & qui inſtitui poſſunt.nu.3.*
2 *Stipulatio vbique dari,qualiter accipienda.*

Et vnum. Quis poteſt vnum,& plures hęredes facere.h.d.
¶ In gl.1.in fi.no.gl.ſingularem ꝙ valet inſtitu-
1 tio facta ab vno teſtatore dicẽte:Ego inſtituo † omnes hoĩes mũ
di,quod teſtm̃ valet,quia habet ſua eſſentialia, vt hic in tex.ibi,
in infinitũ.& ẽt dicit gl.vtrum autem poſſit aditione confirma
ri,vel non.dicit gl.ꝙ nõ, licèt Pe.hic dicit,ꝙ nõ valet talis inſti
tutio,immo dicit eſſe quaſi deriſoriã,arg.l.cũ poſt.§ gener.ff.de
iur.dot.& pro hoc ẽt facit, quia hęres debet noĩatim ꝑ nomen
& agnomẽ exprimi,vt l.iubemus. C.de teſta.igię &c.Prætereà
incertę ꝑſonę legari nõ pōt,vt j.de leg.§.incertę q̃uo ergo pñt
inſtitui incerti niſi fauore pię cauſæ, quia tũc incerti (puta pau-
peres) pñt inſtitui? vt l.id ꝙ pauperib.& l.ſi quis ad declinandã.
C.de epiſ.& cle.in c.1.de teſt.in 6.ſed glo.dicit verum,ꝙ immo
teſtm̃ valet,vt hic in tex.ibi,in infinitũ &c.quãtũ ad incõueniẽs
de adeunda hęreditate,dic,ꝙ immo aliqui poterũt adire,& par
tes non adeuntiũ eis accreſcunt,vt l.liber homo.§.ſi Titius.ff.e.
ſm̃ Io.Fab.¶Tu adde ꝙ verũ eſt,ꝙ interim adiens habet partes
oẽs,ſed quoties alius adibit,& alius adibit,facient ſibi partes ꝑ
concurſum,& diminuetur de parte primi; arg.no.ꝑ gl.in l.2.ff.
ſi pars hęre.pet.& ꝑ gl.& doc.in l.planè.§.ſi coniunctim.ff.de le
ga.1.& ſic iſte tex.pōt ſaluari, & ẽt ꝙ ſtatim dixi de aditione fa
cienda ꝑ vnũ,vel ꝑ aliquos ꝑ id qđ diximus in ꝯtũ, qñ ꝓmiſ-
to ſoluere decẽ hic Florẽtię,Aretii,Ferrarię,& generaliter vbi-
2 que locorũ,† quia ꝑꝑ infinitatẽ locorum, vr̃,ꝙ nõ valeat, quia
ſi illa decẽ promiſſa diuidunẽ in oĩb.locis, quaſi nulla pars (ẽt
minima) tãgere poterit vnũquenq; locũ, vt l.2.§.ſi quis Epheſi.
ff.de eo ꝙ cer.loco.ne ergo dicta ſtipulatio dicatur inutilis, in-
telligitur,ꝙ quolibet loco videatur inſolidũ pecuniã promiſiſ-
ſe.facit tex.1.no.in l.Lucius Titius Sempronio.ff.depo.ita deter-
minat Bar.in d.§.ſi quis Epheſi. & in l.Titiũ aut Mæuiũ.in prin.
ff.de admin.tut.& in l.pe.C.de pac.de quo dic, vt latè dixi j.de
act.in §.prætereà quaſdam. in ver.itẽ in libello promiſi ſoluere
in ciuitate Aretii, &c.& in ver.ad hoc ergo vt poſſit ẽt aliis lo-
3 cis &c.Ita in caſu noſtro,ne dictũ teſtm̃ & inſtitutio poſſit vi-
tiari,ex nõ aditione,dicendũ eſt,ꝙ quicunque ẽt ſi vnus tm̃, de
oĩb.hoĩb. mundi inſtitutus adiens fuerit, ſtatim confirmatũ eſt
totũ teſtamentum, vt l.nemo.ff.de teſt.tu.l.apud Iulia.§.idẽ Iul.
ff.ad Treb.& interim adiens totũ habebit,ſed poſteà aliis adeũ-
tibus faciet primò adeunti partẽ, donec ſupererit aliquid hæ-
reditarium, aliàs ſi poſteà alii venirent, ſibi debet imputari, q̃a
nil amplius in hęreditate ſupereſt,quod poſſit eis aſſignari,arg.
l.pupillus.& quod ibi Bar.ff.quæ in frau.cred.No.iſta &c.

S V M M A R I V M.

1 *Partes qualiter peti debeant.*
2 *Pars quatenus accipiatur.*
3 *Pars partis petita quomodo intelligatur.*
4 *Decedere an quis poſſit partim teſtatus,& partim inteſtatus.*

Hæreditas. Hæreditas propriè diuiditur in duodecim vn
cias,ſiue partes, quarum quælibet ſuo pro-
prio nomine nuncupatur.Poteſt tamen diuidi in pauciores,vel
in plures, prout voluntas extiterit teſtatoris. hoc dicit.¶Not.
quòd tot vnciæ ſiue partes faciunt aſſem,& ſic totam hęredita-
tem cõſtituunt,quot teſtator voluerit,& ſic poteſt in plures &
pauciores ſi vult teſtator, quàm in duodecim partes diuidere
hęre-

hęreditatẽ.¶No.ꝙ licèt teſtator dicat, inſtituo te in ſemiſſem,
tamen alio nõ dato cohęrede vniuerſali,eſt hęres inſolidũ, vt l.
j.§ ſi ex fundo. & ibi latè Ang.& Imo.ff.eo.¶No.ꝙ nullus paga-
nus põt decedere ꝓ parte teſtatus,& ꝓ parte inteſtatus.¶No.ꝙ
ex priuilegio particulari milit.ſub.cõceſſum eſt, vt ſi velint, poſ-
ſint ꝓ parte decedere teſtati,& pro parte inteſtati. ¶No.ꝙ in te
ſtamento militis,ſola voluntas ſpectat̃,de quo ſup.de teſt.mil.§.
planè.& ibi dixi. ¶In gl.ſextanx.in ſi.no. & ſigna iſtam glo. ¶In
gl. totus.ibi, l. interdũ.§. j. ſis tñ cautus in libellis & ſententijs,
2 vt ſis † petiturus duas partes totius rei, ſi.n. peteres duas partes
ſimpliciter, in dubio intelligeret̃ duas partes de 12. ut hic, q̃a
quælibet res diuidit̃ iſto modo in 12. partes, vt l.cum quæſtio.
C.de legat.ita dicit Bar.in d.l.interdũ.ſed ibi Ang.hoc diſplicet,
quia appellatio portionis refert̃ ad dimidiam, vt l.nomen filia-
rũ §.portionis.ff. de ver. ſig. Sed Raph. & Imo.dicunt ꝙ Bar.ad
hoc poſſet ſaluari, quia Bar. impropriè loquit̃, cùm dicit duas
partes, ſecus ſi ſimpliciter dixiſſet peto partem; q̃a tũc intelligi
tur,de dimidia, vt d.§.portionis.ſed Raph.ibi alleg.contra Bar.
tex.in l.ſi ita.§.j.& l.q̃ non militabat.§.1.ff.eo.vbi appllatio par-
tis non uidet̃ referri ad vncias. Bar.in d.l.ſi ita.§.ſi.dicit,ꝙ regu
lariter ꝓcedit,ꝙ dictum eſt. Fallit, ſi quibuſdã, teſtator vſus eſt
appellatione partiũ,& ſic intelligit̃ diuerſimodè. Sed Raph.di-
cit ꝙ non habet rationem. ¶Aduertendum tñ eſt ſm Bar. in l.
a codicillis.in ſin.ff.de vſufr.leg.ꝙ iſta procedunt, qñ ſapponun-
tur partes ſub deſignatione numeri, ſed vbi dicit ꝑ modũ quo-
tæ,tunc clara eſt ſignificatio, vt ibi.,tandẽ Rap.tenet opi.Angel.
quia qñ exprimitur pars ſimpliciter, intelligit̃ dimidia: ſi verò
dicatur duæ partes, intelligunt̃ de tribus: ſi dicatur tres partes,
refertur ad quatuor: ſed ſi diceretur quatuor, debet intelligi de
12.& ita propriè loqtur d.l.ſi ita.§.1.& d.l. q̃ nõ militabat.§.1.
Et iſta eſt ueritas, licèt Imo.in d.l.interdum . ſimpliciter ſequat̃
3 opi.Bar.ibi.†Quid ſi petat̃ pars partis? dic ſm Bar.in l.1.C.qñ &
quib.quarta pars deb.li.10.ꝙ intelligat̃ de dimidia dimidiæ,ſm
Io.de Pla.Tu adde tex.gl.& Bar. & alios doc. in d.l.plures.ff.de
dam.infe. vbi in illa materia ſic dicit; aut adiectio partis refert̃
ad partem damni, & intelligitur de dimidia; aut ad dãnũ ſim-
pliciter, & intelligitur de toto; aut adiectio partis refertur ad
domum,& tunc aut ad domum ſimpliciter,& continet totã do
mum ſtipulantis, vt l.vxori.ff.de lega.3. aut ad partẽ domus, &
tunc aut ad partem ꝓ diuiſo, & cõtinet dimidiam dimidiæ, aut
ad partem pro indiuiſo, & idem tã reſpectu domus, q̃ reſpectu
rerum. & iſta colliguntur ea gl.in d.l. plures. ¶In ea.gl.ibi, idẽ
quoque præſumitur in milite &c. No. gl. qđ in dubio miles vi-
det̃ velle vti iure cõi, & ſic licèt in quota vel in re certa vnum
inſtituat,tamen habebit totam. & ꝓ hoc uidetur caſus in l. 3.C.
de teſta.mili. & ita cõmuniter tenet̃, & vide latè Bal.& Sal.in l.
j.C.de teſt.mil.Sed Io.de Imo.in l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hær.inſti.
ſuper ſi.gl.tenet contrarium,ꝑ caſum.l.ſi miles vnũ ex fundo.ff.
de teſt.mil.ibi,creditur,quia exponit̃.i.præſumitur,& ſic in du-
bio,præſumit̃ in reſiduo inteſtatus deceſſiſſe. ¶Non ob.d.l.3.q̃a
aliquando mens & ſignificatũ verbi conuenire poſſunt,ꝙ intel
ligatur teſtatum fuiſſe de iure cõmuni,& tunc loquitur contra-
rium,q̃a ibi inſtituit vnum in vncia, alium in duabus: nam põt
intelligi de vncijs partium cõprehenſis in.12. vt hic. & poteſt in-
telligi de vncijs groſſis ita,ꝙ totam hęreditatem dicat̃ diuiſiſſe
in tribus vncijs, & tunc non eſt mirum ſi in totum dicat̃ teſta-
tus, vt ibi.facit tex.j.proxi.§ aut mens, & ſignificatũ verbi non
adaptatur ꝙ de iure communi videat̃ teſtatus,& tunc intelligi-
a tur teſtatus iure ſpeciali,[a] ita intelligit̃ d.l.ſi miles vnũ. & iſtud
credo de iure verius,licèt alia opi.ſit cõmunis, & tenenda.¶In
gl.decedere.ibi.l. cum duobus.dic ſm Io. Fab. qđ immo videt̃,
4 ꝙ nec ex poſtfacto quis paganus poſſit ꝓ † parte decedere inte
ſtatus.l.ſi ego.ff.de inoffi.teſt. vnde concludit, ꝙ nec ab initio,
nec ex poſtfacto, paganus põt decedere ꝓ parte inteſtatus, vt l.
ius noſtrũ.ff.de regu.iur.& hic quo ad hoc vt hæreditas, & iure
teſtamenti, & ab inteſta.debeatur. ſed bene põt teſtamentũ pro
parte rumpi, & pro parte tenere, iura tñ ſolida deferuntur iu-
re teſtamenti,ut patet ff.de inu.teſt.l.3.§.ſi.facit l.ſi pars.& l.cir
ca.ff.de inof.teſt. ¶In ea.gl.ibi.§.adeò.& §.ſeq.dic, ꝙ quãdo eſt
eadem ratio in parte reſpectu partis, q̃ eſt in toto reſpectu to-
tius,tũc eſt eadem rõ in parte quo ad partẽ,ſicut in toto quo ad
totũ,aliàs ſecus,ut ff.de pe.hære.l.ſed & ſi l.§.adeò. cùm ibi no.
¶In ea.glo.in ſi. dic, melius facit d.l. ius noſtrum. Quid autem
ſi teſtator dicat,inſtituo Titiũ in ſemiſſe,vt hic, & in reſiduo vo
lo decedere inteſtatus. dic,ꝙ immo totum habebit,nõ obſtante
prohibitione teſtantis,q̃a cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inte-
ſtati, vt l.hæreditas ex die.& l.pe. ff.eo.ſecundũ Io. Fab. & hoc
videt̃ ſequi Ang.in l.quoties.§.ſi duo.ff.eo.ſecus ſi inſtituiſſet in
re certa, & prohibuiſſet plus capere,q̃a locũ habebit. Sed Dy.
in l.1.§.ſi ex fundo.ff.eo.(vt ibi refert Imo. & in d.§.ſi duo. vbi
latè hoc diſputat)tenet ſimpliciter,ꝙ totum habebit inſtitutus,
vel in quota,vel in re certa. per l.ſi quis ita inſtitutus fuerit, ex-
b cepto fundo. ff. eod. Et iſta eſt veritas.[b] licèt Bar. in d.§.ſi duo.
dicat, qñ eſt vnicus inſtitutus in re certa,cũ ꝓhibitione ne plus
capiat, videtur teſtatorem illud feciſſe fauore venientium ab
inteſtato,facit l. Paulo Callimacho.§.1.ff.de leg.3. quia hoc nõ
eſt verum; non enim poteſt facere teſtator, ne leges habeant
locum in teſtamento, vt l.codicillis.§.ſi.ff.de lega.2.&c.

ADDITIONES.

a Speciali. Huic opi. aduerſatur quod voluit Bal.in l.precibus.in 9.opp.C. de imp. & alijs ſubſti. vbi vult,ꝙ miles præſumitur vſus iure communi,& non priuilegio militari fauore matris,ergo deficiente matre,præſumetur vti iure militari,l.ꝙ verò contra rationem iuris. de leg. & ſenatuſcon. in Prooe.ſed hoc non obſtante mihi placet opin.Ang. Nec obſt.dictum Bald.in d.l.precibus.col.7. verſi.non oppono. nu.26. dum vult,ꝙ fauore matris præſumatur vti iure communi, & non priuilegio militis, quoniam reſpondeo hoc non eſſe verum, quoniam regula eſt ꝙ pupillaris expreſſa comprehẽdat vulgarẽ præſumptam. l.ſi.& ibi no.de inſt.& ſubſti.C.vnde cùm in dubio miles præſumatur vti iure communi, ideo regula procedit in ſubſtitutione pupillari facta à milite,quemadmodum a pagano.A. C.

b Veritas. Adde Bal.conſi.21.5.lib.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas cui commiſſa eſt cauſa, & dominis Ancianis, an in iuriſdictione tantùm ſolus poſſit quantum omnes Anciani.*

2 *Papa ſi conferat beneficium quod vacare credebat per mortẽ, quòd ſi vacet per reſignationem, vel alio modo, valeat collatio.*

3 *Inſtitutis pluribus, qualiter partes fiant.*

Si plures. Qui plures vult hęredes inſtituere diſpariter,ne
ceſſitatem habet per partes hæreditatem diſtri-
buere,non ſi vult æqualiter eſſe hęredes,quibuſdam tñ inſtitu-
tis in partibus, q̃ ſine partibus inſtitutus eſt, habebit reliquum
hęreditatis,ſiue ſit vnus,ſiue plures,ſi verò totus as fuerit ꝑ te-
ſtatorẽ diſtributus,q̃ ſine parte inſtitutus eſt,habebit ſemiſſem
totius hęreditatis.h.d.¶No.ꝙ inſtitutio facta de pluribus ſim-
pliciter,intelligit̃ æquis partibus. ¶No. ꝙ ſi vnus eſt inſtitutus
in aliqua parte,& alius nõ facta mentione alicuius partis,intel
ligit̃ inſtitutus in illa parte, quæ deficit ad aſſem, ſiue ſit vnus,
ſiue ſint plures ſine parte inſtituti.¶No.ꝙ ſi vnus eſt inſtitutus
in tota hęreditate, & vnus ſiue plures ſine partiũ diſtributio-
ne,illi q̃ ſunt adſcripti ſine partibus habebunt dimidiã totius
hæreditatis,aliã dimidiã habebit inſtitutus in aſſe.¶No. ibi, ex
a ęquis partibus.facit iſte tex.ſi cõmittit̃ Prætori & dominis Ancia
nis,ꝙ in iuriſdictione tñ poterit Poteſtas ſolus,quantum om-
nes Anciani, ita determinari poteſt ex dictis Bar. in l.interdũ.
in princ.ff.eo.Sed ibi Rap. dicit fore ſuper hoc dubitandũ, per
no.ꝑ Bar.in l.hęredes. §. ſi.ff. ad Treb. vbi facit dñã inter ele-
ctionem,& delegationem.dic, vt ibi per Bar.Ang.& Imol.& ꝑ
Bar.& do.in l.ſi fundum ſub condit.§.his verbis.ff.de lega.1.&
facit l.non diſtinguemus. §.cùm in plures. de arb.¶In gl.hęres
ſit.ibi,ſi teſtator non ignorat.dic.ſ.aſſem non eſſe completum,
aliàs ſi diceret eſſe cõpletũ,vocaret̃ qui ſine parte eſt inſtitutus
in alium aſſem; nam ſemper ſequit̃ id ꝙ teſtator credebat,vt l.
a Titius.ff.de lib.& poſth. †facit,ſecundũ Ioan. Fab.ſi Papa cõfe-
rat beneficium ꝙ vacare credebat ꝑ mortẽ,ꝙ et ſi vacet per re
ſignationem vel alio modo, ꝙ valet collatio.ſed hoc falſum,ꝑ
3 c.ſuſceptum.de reſcri. in 6. ¶ † In glo.dimidia.in ſi.in materia
huius §.conclude,qñq; teſtator inſtituit duos vel plures ex di-
uerſis partib. quæ omnes partes non aſcendunt in aſſem, tũc
qđ ſupereſt vltra portiones aſſignatas inſtitutis proportionis
accreſcit aſſignatis, vt l.interdum.§.1.in 2.reſ.ff.eo. Quandoq;
vnum in totum, alium in parte tñ, & tunc conſtat qñq; ꝙ te-
ſtator voluit excedere aſſem; vt q̃a dicit, Inſtituo Titiũ in 12.
vncias,& Seium in alijs ſex vncijs, quia dicendo in alijs, appa-
ruit ꝙ voluit ponere in diuerſis à principio, & tũc Titius habe
bit duas de tribus partis, & Seius vnã,vt d.l.interdum. §.1.ver.
ſed ſi exceſſerit.aut non apparet ꝙ teſtator voluerit tranſcẽde-
re aſſem,q̃a non dicit in alijs,ſed ſimpliciter dicit, Titiũ in 12.
vncias,Seium in ſex vncias hęredes inſtituo,tunc vr̃ facta ſecũ
da inſtitutio, vt adimat a prima, & ſic vterque habebit dimi-
diã.Iſte eſt caſus proprius in l. cùm quęſtio.C.de leg.in princi.
Qñq; ecõtrariò primò inſtituit vnũ in parte, poſtea aliũ in to-
to,tũc nõ põt dici,ꝙ inſtituendo ſm, videat̃ adimere a primo,
q̃a totũ nõ põt adimi de parte.& per conſequens dicit Rap. in
d.l.interdum.§. 1.ꝙ teſtator videtur diuidere ſecundum, quod
concurrit vltra aſſem, vt ibi,& ita poteſt et colligi ex d.l. cùm

queſtio.C.de leg Quãdoq; inſtituit vnũ in toto, & alium in to
to,& tunc ęqualiter veniunt, vt ibi quandoq; inſtituit vnum in
toto,& alium ſine parte, vnum vel plures,& inſtitutus ſine par
te habebit dimidiam ,ille inſtitutus in aſſe aliam dimidiam, qñ-
que inſtituit vnum in parte, alios ſine parte qui ſunt ſine parte
habebunt reſiduum vſque ad aſſe, vt hic.

S V M M A R I V M.

1 *Repudiatum ab vno ex inſtitutis cui accreſcat.*
2 *Intellectus ad l triplici.ff.de verb.ſignif.*

Videamus. Pars hęreditatis per teſtatorem non diſtribu-
ta, accreſcit hæredibus pro portionibus hære
ditariis. Idem econtra, ſi teſtator plus diſtribuit, q̃ ſit in hęredi-
tate, tunc cuilibet hęredum decreſcit pro rata. h.d.primò. & ſi
plures vnciæ, q̃ duodecim ſint diſtributæ, & alius ſit inſtitutus
ſine parte, tranſit ad dupondiũ.h.d. ¶ No.ꝙ pars hęreditatis va
cans,& non diſtributa expreſsè, vř tacitè aſsignata, & ſcriptis
hæredib.diſtributa pro portionibus hęreditatis, ne pro illa par
te nõ diſtributa teſtator dicat̃ ꝓ parte inteſtatus. ¶ No.ꝙ teſta-
tor põt non tm̃ in 12.vncias diuidere hæreditatẽ ſuã, vt ſup.eo.
• § hęreditas, ſed & in 24. * & ſic põt ad dupondiũ tranſire, & ẽt
ad tripondium, vt hic: & ſic de ſingulis. ¶ No.ꝙ ſicut inſtituen
do vnũ in parte, habet tm̃ quantũ deficit ad aſſem, ita ſi quis eſt
inſtitutus in eo qđ deficit ad dopondiũ. ¶ In gl. idemq;. ibi, in
1 vacantẽ partẽ vocat̃. † Quid ſi vnus ex illis partibus inſtitutus
repudiat, an conſocio, vel omnibus accreſcat? vř ꝙ omnibus
hæredibus, vt l.idem ꝙ Sabinus.ff.eo.ſed in contrariũ vř ꝙ im-
mo conſocio inſtituto ẽt ſine parte, vt l. triplici. ff. de verb.ſi-
gni.& l.ſi ita qs hæredes.ff eo de quo per Bar.in d.l. idẽ qđ Sa-
binus.& ibi Ang. Bal Ray.& Raph.& latè per Imo.& finaliter
tenetur ibi opi.gl.ſm Ray.ꝙ non ſint coniuncti, neque re, ne-
que verbis, ſed coniuncti ſint tantùm coniũctione legalis, ideo
inter eos nõ eſt locus iuri accreſcẽdi, vt l.& Proculo.ff.de lega.
2 s.ſed ꝓ hoc nõ reſpondetur ad d.l.triplici. † Vnde dicit Rapha.
ꝙ ibi debet neceſſariò intelligi qñ erant coniuncti verbis,& ꝑ
conſequens re. Sed ob.d.l.ſi quis hęres.ſed licèt Imo.multa [illegible]
fundat, tu dic, ꝙ immo apparet ibi de mente teſtatoris, ꝙ non
voluit eos coniungere, ſed celeriter loqui, vt ibi dicit text.aper
tè, procedit ergo ille tex q̃a conſtat de mente teſtãtis, aliàs au-
tem in dubio loquit̃. d.l. item quod Sabinus. vide multas opin.
relatas ibi ꝑ Imol. ſed ego poſui veram, & communem opin.

A D D I T I O.

• Verus exempl.in 4.ſed rectius, le 24.legas ob verbum, dupondium.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres quando conditione reiecta purus ſit.*
2 *Spurius an poſſit hæres ſub conditione, vel ad certũ tempus inſtitui.*
3 *L.in tempus ff de hære.inſtit intellectus.*
4 *Hęres an quis poſſit inſtitui cum ipſe teſtator morietur, vel cum ipſe*
inſtitutus morietur, aut cum morietur Seius.
5 *Vxor an poſſit inſtitui in uſufr. in vita & poſt eius mortem alius.*
6 *Eccleſia inſtituta poſt mortem alicuius, an ſtatim ſit hæres.*
7 *Inſtitutio facta de aliquo vſque ad paſcha, & nullo modo vlterius*
poſſit eſſe hæres, an valeat.

Hæres. Hæres põt inſtitui purè,& ſub conditione, non au-
tem ex certo tempore, vel ad certum tempus, ſi tñ
ſic inſtituatur valet inſtitutio tanquã pura, vitiata tali adiectio
ne.h.d. ¶ No.ꝙ hæres magis poteſt inſtitui ſub conditione q̃ ad
1 diem. ¶ † No.ꝙ ſi teſtator apponat diem ſub conditione, tñ tol-
litur de medio dies,& non in diem, vt voluit teſtator, ſed purè
erit hęres, q̃a nõ poteſt facere quin leges habeãt locum in ſuo
teſtamento, vt l. nemo poteſt ff.de leg.1. & eſt rõ dĩuæ, quare
magis ſub conditione poteſt inſtitui, quàm ad tempus, vel ex
tempore, q̃a primo caſu omni tẽpore reperitur teſtatus. Secũ-
do autem caſu, vř pro parte temporis inteſtatus, vt l.miles ita.
ff.de teſt.mi. ¶ In gl.1.ibi, cum ipſe capere poterit ex teſtamen-
2 to.& per hoc dicit Ang.in d.l.in tempus.in princ.ff.eo. † ꝙ eſt
cõſiliũ.ꝙ quis inſtituat ſpurium cũ capere poterit, & erit val-
de vtilis inſtitutio ſm eum, q̃a poterit ſe dari facere curatorem
hęreditati iacenti.ꝑ l.ſi qs inſtituatur ff.eo & ſic adminiſtrabit
bona vt ſimplex adminiſtrator, & poſtea faciat ſe legitimare.
Et iſtud tenuit ẽt Iaco.de Are.in d.l.ſi qs ita inſtituat̃. Sed Raph.
ibi cõtra. & Io.de Imo.q̃a talis datio curatoris de ſpurio, videt̃
facta in fraudem. lex nanque vult ꝙ ſpurius nõ poſſit ſe immi-
ſcere in bonis patris, ut l.1.2.& 3.C.de natu.lib.& iſto modo ſe
ꝑ indirectũ immiſcere, igitur &c. pro hoc facit qđ habet̃ in ſi-
mili in c.auaritiæ.de elec.in 6.ubi electus nondum confirmatus,
non põt adminiſtrare. An poterit dari economus, vel procura-
3 tor, vt adminiſtret, & dicitur ꝙ nõ. † Tu ẽt dic, ſm Rapha.in d.l.
in tempus.quod Bal.in l.eam quam. C.de fideicom.non putat
ſpurium tali caſu inſtitui poſſe, & ſic Bal. ibi videt̃ uelle, ꝙ d.l.
in tempus. procedat quando erat incapacitas ſolũ reſpectu hæ-
redis, ut in deportato, ſed quãdo eſſet incapacitas mixta cõſide
ratione teſtantis,& inſtituti, ut in ſpurio, tũc nõ ualet inſtitutio
ẽt collata in tempus capacitatis. Nam teſtator inhabilis non po-
teſt condere teſtamentum ſuum in caſu habilitatis, quo poterit
teſtari, per l.1 §.exigit ff.de contrah.& l.ſi minor.& quod ibi ha
betur. ff.de ter.eſpor. quia tempore teſtamenti requiritur om-
nis habilitas in perſona teſtantis.& iſtud eſt tenendũ, licèt in nõ
nullis teſtamentis videamus ſpurio interim dari curatorẽ, ſm
a opi.Iac.de Are.& Ang. ¶ An aũt' ſit aliquis modus relinquendi
ſpurio.uide Bar.in l.ſi.in s.col. ff.de his quibus ut indi.& Bal.in
b d.l.eam quam.& Bar.in auc.ex complexu.ᵇ C.de ince.nup. &
4 Flo.in l.q teſtamentũ.ff.de proba. ¶ † In ea.ibi, vel cũ ipſe morie
tur.tu dic tres caſus, aliquando dicit̃ ſic, inſtituo Titium cũ mo-
riar; & tunc eſt clarũ ꝙ valet, q̃a à tempore mortis meę, & nõ
primò erit, & eſſe poteſt hęres, ut l.2.§.ſi dubitetur. ff.quemad.
teſta.aper. Aliquando dico, inſtituo Titiũ cũ ipſe morietur, vel
ſi ipſe morietur,& tunc, q̃a iſte Titius eſt inſtitutus ſub cõditio
ne omninò extitura, q̃a quilibet homo natus de muliere morit̃,
vt l.nam & ſi cum moriar.ff.de condi. indeb. & ideo habet̃ pro
pura, ut l.ſi pupillus.§.1.ff.de noua. & ꝑ conſequens, ut inſtitu-
tus habeat aliquod commodũ de dicta hæreditate, talis condi-
tio reijcit̃ de medio,& ſtatim & purè hęres erit. Iſte eſt caſus ſe
cundũ vnum intellectum in l.extraneum.el 1.& ibi doc.& ma-
ximè Bal.& Sal.C.eo. aliquando dico, inſtituo Titiũ poſt mor-
tem Seij & tunc erit in conditionẽ inſtitutus, quia dictus Titius
poterit ꝑmori, deinde Seius, ut l.hęres meus.in prin. ff.de con-
5 di.& dem. ¶ † Et iſta faciunt ad illam vulgatã quęſtionem, lego,
vel relinquo vxori meę uſum fru.omniũ bonorũ, & poſt mor-
tem eius inſtituo fratrem meũ, an interim vxor habebit vſum-
fru. videtur ꝙ non, q̃a dies legati vſusfru. nõ cedit, niſi ab adita
hęreditate, ut l.1.§.in nouiſſimo. C.de cad.toll. licèt in caſu nřo
per fratrem non poteſt adiri hęreditas vxore viuente, igit̃ &c.
Iſtam q.format Bal. in d.l.id qđ pauperibus, in 14. q.C.de epiſ.
& cle. Bal.& Sal.in d.l.extraneũ.C.de hęr.inſti.Io.And. in Spec.
de pię.§.1. ver.porrò.& Bar.in l.ſi.ff.de vſufr.le. & Bal. & latius
Io.de Imo.ꝑ gl.ibi i l.filius a patre.ff.de lib.& poſth. & ibi Ang.
In hac quęſtione cõcludẽdo dic, ſecũdũ Io.de Imo. Aliquando
teſtator relinquit vxori vſumfructũ ſuorum bonorũ, & poſt
eius mortẽ inſtituit fratrem, aliqñ inſtituit vxorẽ in vſufru. &
poſt eius mortẽ alium inſtituit, aliquãdo vxorem in uita ſim-
pliciter,& poſt eius mortẽ inſtituit fratrẽ. Primo caſu, vř ꝙ ta-
le relictum uſufru. ſit nullũ, cùm hęreditas non poſſit adiri in
vita vxoris (vt dictum eſt) facit l.Titio cum morietur.ff.de vſuf.Et
ſibi imputet teſtator, q̃ tali modo relinquit.arg.l.Titius. ff.eo.&
hoc vult Io. An.in d.additione.i ver.porro uſufructarius.quẽ ſe
quit̃ Io. de Imo i d.l.filius Sed Bal. i d.l.id ꝙ pauperib. in 14 q.
in ſi. & Sal.i d.l.extraneũ. dicũt ꝙ licèt de rigore iuris nõ poſſit
confirmari tale legatũ, vel relictũ uſusfr.tñ quia res eſt vacans,
q̃a hęres inſtitutus poſt mortẽ vxoris nõ põt nec adire, nec poſ
ſidere, q̃a vxor ꝓpria authoritate capit vſumfr.arg.l.Titia.§.1.ff.
de leg.

A D D I T I O N E S.

a An autem. Adde ad iſtud, Bal.in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orf & quod habetur in l.Paulus, aliàs eam. ff.de ſta.hom. Bal.in c.naturales ſi de feu.fue.contro.in ſi.in vſib.feu.

b Ex complexu. Addo ꝙ ſpurio, ſeu nato ex damnato coitu poteſt aliquid relin qui pro alimentis & dote, reſpecta diſpoſitione canonica.c.cum haberet.& ibi gl.Pan.& do notant.extra, de eo qui dux.in matri. quam pollu per adulterium,& no. B s Bal.& do.in auth.ex cõplexu.de incaſtis nup.C.quod procedit. vbi talis ſpurius nõ haberet vñ ſe alimentaret.ꝑ d.c.cũ haberet. & in pulchro caſu decidit Sta Ber.cõſ 206, eruditè, ſi eſt verũ, per totũ vol.3. In cũ primę vxoris egregij, quondã viri cũ Olmerij Rol.doct.doctiſſimi,& in facul tate cæſarea regentis, qui ſua humanitate inſignia doctoralia mihi contuliſ & regẽtiã lectionis, quã habeo in manib florẽtiſſimi collegij uniuerſitatis noſtrę renunciauit. Si tamen legatum eſſet exceſſiuum in modum alimentorum eſſet reducendum, ut alimenta non poſſent excedere.l. Lucius.de exercitoria ſia. Pande.quum ſã certis finib circũſcripta effectum producendum limitat & reſtringit.l.ſi is qui ſio. ff.de acq.poſſ.nec tranſijt ad hæredes ſpurij X.l.in l.eam quam col.10.ver.pone, dicit decretum.nu.41.& ibi Bar.Bal. & alij de fideicom.C.Aut.Caius.

de leg. 2. coniūcta l. non dubium. cū ibi no. C. de le. & maaimè
implotato offi. iud. vt volun. teſta. ſortiat̄ effectū, vt l. hęreditas.
in prin. ff. de pe. hæ. & in l. Quintus. ff. de ann. le. ego credo ꝙ de
ſubtilitate iuris, verior ſit opi. Io. An. ſed de ęquitate, vt potius
voluntas ſaluet̄, tene opi. Bal. & Sal. &c. cogita, q̄a eſt multùm
dubitabile. Scd̄o principali caſu q̄n vxor eſt inſtituta in vſuſr.
quæ cū ſit hęres, licèt in re certa, & alio dato cohęrede vniuer-
ſali, tñ poteſt propria authoritate ſuam rem, in qua eſt inſtitu-
ta capere, vt no. eleganter Bar. in l. ea facto. ff. eo. igitur pōt con
ſequi iſto caſu dictum vſumfruc. vt hęres. Tertio caſu principa
li, quādo vxor eſt inſtituta in vita ſimpliciter, & poſt eius mor
tē Titius. Dic, ꝙ aut ſumus certi de mente teſtātis, q̄d voluerit
importare ꝑ illa verba, in vita, & ſtabimus voluntati, vt l. in
cōditionibus. ff. de condi. & de m. Aut ſumus in dubio, & tūc vr̄
ꝙ teſtator voluerit, ꝙ ſimpliciter vxor ſit inſolidū hęres in vi-
ta, remoto vitio illius verbi, in vita, de medio, et poſt eius mor
tē tenet̄ reſtituere hæreditatē patri ꝑ fideciom. detracta Tre.
ita voluit Bal. in l. miles ita. ff. de teſt. mil. & Io. de Imo in d. l. fi-
lius à patre. & Bal. in d. l. miles ita. & in l. hęreditas ea die. ff. eo.
& in l. ſi ſeruus cōis. § fi. ff. de vul. & pup. vbi Bal. diuerſimodè
loq̄tur. tu dic, vt ſ. diai. Quartò caſu, q̄n inſtituit vxorē in vita
tm̄, & neminem poſt eius mortem inſtituit, dic, ꝙ ſublato vitio
temporis de medio, vxor purè, & ſimpliciter, & propetuo erit
hęres, vt hic. & l. hęreditas ea die. ff. eo. & ibi vide latè Ioan. de
Imo. in ver. q̄d ſi teſtator dixit, inſtituo vxorem meam in vita
6 ſua tantùm &c. †Quid ſi inſtituatur eccleſia poſt mortem Titii,
an ſtatim ſit hæres? Quidam dicunt, ꝙ ſic, quia ceſſat ratio. l. hę-
res meus. in princ. ff. de condit. & dem. quia non pōt mori eccle
ſia. ſed Bar. in d. l. hæreditas ex die. tenet contrarium, q̄a pręſum
ptio ē, ꝙ ꝑ 30. an. ecc. capite minuatur, vel extinguatur, ut l. hę
reditatum. verſi. deniq; ff. ad l. Falc. Sed ibi Bal. & Ang. damnat
Bar. & tenent primam partē, quia relictum eccleſiæ dicitur relī
ctum Deo immortali, & quia ēt deſtructo monaſterio, eccle-
ſiæ Romanæ debebitur, ut l. j. C. de quadri. præſcri. Sed ſecundū
Io. de Imo. pro Bar. pōt facere. l. cum pater. §. Tuſculanus. ff. de
leg. 3. & ꝙ ibi no. vbi ſi monaſterium deſtruatur antequā dies
legati cedat, extinguit̄ legatum. Et ſic uidetur ceſſare opi. Bal.
& Ang. licèt poſſet illa ſuſtentari in legato annuo, q̄a tūc debet
in aliam piam cauſam commutari, ſecundū Bar. in d. §. Tuſcula
nus. Tu dic latius ꝑ Imo. in d. l. hæreditas ex die. Sed Rapha. te-
net opi. Bal. & Ang. & illa eſt tenēda, ꝑ ea, q̄ no. Bal. in d. l. extra-
7 neum. & ibi ēt uide Sal. ¶†Quid ſi teſtator dicat inſtituo Titiū
vſq; ad paſcha, & nullo modo ulterius poſſit eſſe hæres. Bar. in
d. l. hæreditas ea die. ff. eo. dicit, ꝙ uitiabitur inſtitutio tāquā cō-
tinens repugnātiam. facit q̄d no. Bar. in l. quoties. §. ſi duo. ff. eo.
Sed Bal. & Ang. ibi, & in l. extraneum. C. eo. tenent contrarium,
q̄a cauſa teſtati cæteris partibus ſemꝑ eſt potētior & nobilior,
q̄ cauſa inteſtati, & ideo cauſam inteſtati trahit ad ſe. ſupra de
rer. diui. §. ſi quis ex aliena. ac ēt, quia ſicut hęredi vniuerſali nō
poteſt interdici ius accreſcēdi in re. ff. eo. l. ſi quis inſtituatur. ex
cepto fundo, ita etiam in tempore, ut l. miles ita. ff. de teſt. mi. &
hoc etiā tenet Bald. in d. l. extraneum. de quo latius ꝑ Imol. in
d. l. hęreditas ea die. in verſi. ulterius quæri poteſt. circa ꝑdicta,
vide Sal. in d. l. extraneum. quę omnia no.

S V M M A R I V M.

1 *Impoſſibilium conditionem quot genera ſint: & qui ſint earum effe-*
ctus, & nu. 5. 5. 6. & 7.
3 *Relictum in aliquam cauſam ꝑ iam vel honeſtam, qua impleri non po*
teſt, an in aliam cauſam conuerti poſſit, & quomodo, & cuius au-
ctoritate. & nume. 4.

Impoſſibilis. ¶Conditio impoſſibilis in ultimis nolun-
ta. nō vitiat. h. d. ¶No. ꝙ cōditio impoſſibi
lis adiecta in libertatibus, non uitiat. No. ꝙ in ultimis uolūtati-
bus directis, uel obliquis, & in libertatibus, conditio impoſſibi
lis perinde habet̄, ac ſi non fuiſſet ſcripta, vel nominata. ¶In gl.
2 magna. in fi. †No. & ſigna gl. meliorē de corpore iuris, quę enu
merat quatuor cōditiones impoſſibiles. Prima eſt impoſſibili-
tas de natura. Scd̄a eſt impoſſibilitas de iure. Tertia eſt impoſſi
bilitas, ideſt, imꝑplexitas. Quarta eſt impoſſibilitas de facto. De
vnaquaq; impoſſibilitate circa vnāquanq; diſpoſitionem ꝑ cō
cluſiones uideamus; q̄a mihi placet concluſio do. Io. de Imo. in
l. 1. ff. de condit. inſtit. eam referam. ¶Circa primā impoſſibilita
tē de natura cōclude, ꝙ aut eſt impoſſibilitas de natura in di-
ſpoſitione, aut in cōditione. Si in diſpoſitione, aut circa ſubſtan
tiā eius, de quo quęrit̄, & tunc uitiat, ſiue ſit ultima uoluntas,
vt l. ſi quis inquilinos. §. fi. & l. apud. §. fi. ff. de le. 1. & ſic intellige, ꝙ
aut vitiat ex eo toto, ſi in toto eſt impoſſibilis, ſed ſi pro parte
ſolū, pro parte vitiaret. per id, quod hr̄ in l. 1. C. de ſecū. nup. &
in l. ſi ſeruus cōis ff. de dona. inter vir. & vxo. ſiue ſit contractus,
vt l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obli. ſiue ſit confeſſio.
vt l. in confeſſionibus. ff. de interro. act. & l. Neratius §. fi. cū ibi
no. ff. ad l. Aqui. ſiue ſit ſnīa iudicis, vt l. fi. ff. quę ſen ſine app re-
ſcin. ſiue ſit lex, nam diſpoſitio legis debet eſſe poſſibilis, & ho-
ne. 4. di. erit aūt. Interdū verò impoſſibilitas non eſt circa ſub-
ſtantiam diſpoſitionis, ſed eſt circa aliquod accidens, ſeu circa
executionem, vel exactionem, puta, circa anguſtias tēporis, &
tunc aut talis impoſſibilitas verſatur in vltima volūtate, & vi-
tiat̄, & nō vitiat, vt l. ſi mihi, & tibi. §. ſi q̄s ſeruos. ff. de leg. 1. Aut
verſatur in ꝯ̄ctu, & tunc ſi eſt ꝯ̄ctus bonę fidei, & idem, quia vi-
tiatur, & non vitiat. l. inſulam. § fi. ff. de loc. ſi verò eſt ſtricti iu-
ris vitiat, niſi ꝯ̄ impoſſibilitatem fuerit ꝑ partes prouiſum. vt §.
loca. j. de ver. obl. & l. fi. § fi. ff de ver. obl. interdū verſatur talis
impoſſibilitas in iudicijs, & tunc ſi illa cōtingeret ex poſt facto,
nō eſt dubiū, ꝙ non vitiat, ſed excuſat donec durat. vt l. 2. §. ꝙ di
ximus. ff. ſi quis cau. Aut ab ipſo principio inerat, & tūc ſm̄ Bal.
& Ang. in l. j. ff. de condi. inſti. nō vitiat, q̄a cenſentur eſſe duo ꝑ-
cepta iudicis. arg. l. Celſus. ff. de recep. arbi. Et ſi iudex pręcepit
fieri aliq̄d intra certam diē, & impoſſibile ſit illud intra dictā
diem fieri, dūmodò aliàs id de ſe ſit poſſibile, tenebit pręceptū,
q̄m vr̄ duo præcepiſſe, aliq̄d fieri, & ad diē fieri. ſed Io. de Imo.
tenet in hoc ibi ꝯ̄, per no. in l. 2. & ibi Bar. ff. ſi q̄s in ius voc. non
ie. vbi ſi citatur quis ad diē feriatam, nō valet. Ego ſic dicerem,
aut in præcepto iudicis ex ſui expreſſione ineſt vitiū, quia citat
ad diē feriatam expreſſè, vel aliquid fieri in dicta die manifeſtè
apparet impoſſibile, vt puta, cū eſſes hic Ferrarię, iudex dicit,
hodie te præſentare debeas in vrbe corā ſenatore, & tunc ex ip
ſa expreſſione verborū ineſt vitium, & impoſſibilitas, & nullo
modo ligat, nec valet. aut impoſſibilitas non exprimit̄, vel vi-
tium, & tunc alia die habili debet cōparere, vt ar. no. per Bar. in
l. 2. ff. de temp. appel. Iſta concordia colligit̄ ex dictis Bar. in l. 2.
ff. ſi quis in ius voc. non ier. Secūdo verò caſu principali, q̄n im-
poſſibilitas naturæ apponitur per modum conditionis, con-
clude, ꝙ aut apponitur in ꝯ̄ctibus, aut in vltimis voluntatibus,
aut in iudicijs, aut in arbitrijs. Si in ꝯ̄ctibus, & tunc conditio im
poſſibilis vitiat ꝯ̄ctum, adeo ꝙ nulla oritur obligatio ad ipſum
perficiendum, ſed bene oritur quandoq; conditio ob cauſam
ad reſoluendū, vt patet in l. nō ſolùm ff. de act. & obli. & l. ſi mi-
litem. cū ibi no. C. de condi. ob cau. Fallit, q̄n talis conditio ap-
ponitur in ꝯ̄ctu matrimonij, quia tunc reijcitur ipſius matrimo
nij fauore, vt c. 1. & c. fin. de condi. app. Secundò fallit, q̄n appo
nit̄ in donatione cauſa mortis, q̄a illa ſapit quantū ad hoc natu
rā vltimæ voluntatis. l. quæ ſub conditione §. hoc edictum. ff. de
condi. inſtit. & hoc q̄n apponitur cōditio impoſſibilis. Si aūt eſt
neceſſaria, vt puta, ſi cœlū non tetigeris digito, tunc valet con-
tractus, ac ſi cōditio eſſet pura. l. impoſſibilis. ff. de verb. obl. fa-
cit l. ſi pupillus. §. ſub conditione. ff. de no. Quod intellige, q̄n ꝯ̄-
ctus incipit à præcedenti conditione, ſecus q̄n incipit a præce-
denti diſpoſitione impoſſibili, quia tunc non valet prouiſio fa-
cta ſub tali conditione neceſſaria addita in pœnā præcepti im-
poſſibilis non ſeruati, vt l. ſi homo mortuus. ff. de ver. ob. Si aūt
adijciat̄ impoſſibilis cōditio de natura in vltimis voluntatibus,
illa reijcit̄, & non vitiat diſpoſitionē, vt l. 1. ff. de condi. inſti. &
hoc facit. Si. n. eſſet conditio neceſſaria, clarū eſt, ꝙ valet diſpoſi
tio, q̄n incipit a pręcedenti die neceſſaria, ſecus ſi à præcedenti
præcepto impoſſibili adiecta conditione neceſſaria in pœnā ta
lis pręcepti non ſeruati, quia tunc non valet diſpoſitio, cū pęnā
non mereatur, q̄a non deliquit, vt l. 1. C. de his, quæ pœ. no. Si
verò adijciat̄ in iudicijs, vel in arbitrijs cōditio impoſſibilis, vr̄
ꝙ uitietur ſnīa, cum regula ſit ꝙ non debeat fieri ſub conditio-
ne, licèt dicatur, ꝙ ſi lata ſit ſub conditione, teneat, q̄n conditio
eſt poſſibilis, vt l. 5. §. biduum. ff. quan. app. ſit. & ſic patet, ꝙ q̄n
conditio eſt impoſſibilis, remanemus ſub regula, quod taliter
formari non debuit, & lata non valet, per l. non dubium. C. de
2 legi. ¶†Secunda principalis impoſſibilitas eſt de iure, circa quā
conclude, ꝙ ſi impoſſibilitas verſatur in diſpoſitione, vitiat il-
lam, ſiue ſit ꝯ̄ctus, ſiue vltima uoluntas. Et adde quę dixi ſup. in
pręceden. membr. facit l. generaliter. & l. plagij. ff. de uerb. obli.
ſi autem uerſatur in cōditione, & tunc aut uerſatur in ꝯ̄ctibus,
aut in ultimis uoluntatibus, aut in iudicijs, ſiue arbitrarijs. Si in
contractibus, uitiatur contractus, ut d. l. non ſolùm. & d. l. pla-
gij. & l. generaliter. fallit in matrimonio ipſius fauore, dummo
dò non ſit ꝯ̄ ſubſtantiam matrimonij, ut d. cap. 1. & fi. de condi.
appo. in antiquis. fallit ēt in dona. cauſa mor. cū in hoc accedat

vltimæ voluntati, vt ſup. dixi. Idē ſi ſit cōditio neceſſaria, ex eo,
quia cōtraria conditio ſit impoſsibilis de iure. nā tunc vitiatur
ꝯctus, vt eſt caſus in l. iuriſgētium. §. ſi ob maleficium. ff. de pac.
Et no. Bar. in d. l. non ſolum. & ideo ſi promitto tibi 10. ſi male-
ficium oon feceris, non valet promiſsio, vt habetur in d. §. ſi ob
maleficium. Idē, & multò fortius, ſi ꝯctus incipit á præcedenti
promiſsione turpi. arg. eorū, quæ ſup. dicta ſunt. Sinaūt impoſsi
bilis conditio de iure adijciatur vltimæ voluntati, conclude, ꝙ
rſr conditio vitiatur, & non vitiat, vt hic. Fallit primò, qñ con-
ditio non eſt propriè impoſsibilis, ex eo, quia lex ei non reſiſtit,
ſed potius ei nō aſsiſtit, vt eſt videre in conditione reddente di-
ſpoſitionem captatoriā: nam tunc talis conditio vitiat diſpoſitio
nem pp defectum formæ á iure traditæ. l. illa inſtitutio. ff. eo. qđ
a intellige, niſi in relictis ad pias cauſas,[a] vt no. in c. cum tibi. ex̄ de
teſta. & latè per Bar. in l. 1. C. de ſac. ſan. ecc. & Cy. in l. captato-
rias. C. de teſt. mili. & latè Imo. in l. captatorias. ff. eo. Fallit ſecū
dò, qñ pp adiectionem conditionis impoſsibilis teſtm̄ detegi-
tur peccare in forma ſubſtantiali, vt eſt videre, qñ filius in po-
teſtate inſtituitur ſub conditione impoſsibili, cùm forma ſit da
ta á iure, ꝙ nō poſsit inſtitui, niſi ſub poteſtatiua, vt l. ſuus quo-
que. ff. eo. vnde hoc caſu redditur teſtm̄ nullum, vt ibi. Tertiò fal
lit, qñ talis conditio poteſt impleri de facto, & in implemento
facti non verſatur turpitudo, quia tunc noo reijcitur talis con-
ditio, ſed debet tunc de facto impleri, vt l. Mæuius. & l. qui hære-
di. in prin. ff. de cond. & dem. & l. mulier. §. 1. ff. de condi. inſtit. ſe
cus eſſet, ſi eſſet turpe illā impleri de facto, quia tunc ēt reijce-
retur. Fallit quartò, qñ cōditio reſpicit aliquem honeſtum finē,
quia tunc non ſimpliciter reijcitur, ſed debet impleri in aliam
cām ſimilem, honeſtam tñ. vt l. legatum. ff. de vſufr. le. Et ibi latè
Bar. & Bal. in d. l. 1. ff. de cōdi. inſti. in verſi. & pro hoc ſi teſtator
3 relinquit &c. ¶ † In hoc arti. qñ relinquitur aliquid in aliquam
cām ptam, vel honeſtā, & fieri poteſt, an poſsit conuerti in aliā
b cām, & qūo, & cuius auctoritate.[b] Conclude ſm Ioan. de Imo.
in d. l. 1. ff. de condi. inſtit. videlicet, ꝙ interdum teſtator relin-
quit in cauſam, quæ de iure poteſt impleri in aliquem honeſtū
finem, interdum relinquit in cām, quæ de iure non poteſt im-
pleri. Primo caſu nō debet pecunia remanere penès hæredem,
ſed debet in aliquā cām honeſtam conuerti de auctoritate epi-
ſcopi, & cum cōſenſu hæredis, vt d. l. legatum. & c. nos quidē. &
quod ibi no. ex̄ de teſt. & ſufficit, ſi hæres nō habeat iuſtam cām
ꝯdicendi, vt ibi, & facit l. 2. §. voluntatem. ff. ſol. mat. Secundò
conclude, quod aut quantitas relicta non eſt ſufficiens ad per-
ficiendum id, quod voluit teſtator, & tunc dic idē, quod in præ
cedenti caſu, per ea, quæ habentur in d. c. nos quidem. & d. l. le-
gatū. & ibi Bar. & l. legatū. ff. de admi. rer. ad ci. pert. ſi verò quā-
titas prædicta erat ſufficiens pro perficiendo id, qđ teſtator iuſ-
ſerat fieri in piam cauſam, & tunc conclude, ꝙ iſr voluntas te-
ſtatoris formaliter ſeruanda eſt, nec poteſt fieri alteratio in aliā
cauſam ſine licentia Papæ, vt de elect. c. quia contingit. de relig.
do. adeò ꝙ non ſufficeret licentia legati, ēt de latere, nec epi, vt
ibi no. gl. Fallit primò, qñ non ex toto infringeretur volūtas te-
ſtantis, ſed ſolùm pro tpe non ſeruaref, & immineat alta neceſ-
ſitas eccleſiæ, cui aliter ſubueniri non poſſet. Nam tunc de au-
ctoritate epi poſſet ad tempus conuerti in illam neceſsitatē. fa-
cit quod no. Io. And. in c. ſi. de teſt. & pro hoc vr̄, ꝙ ſi teſtator re
linquit 20. annuatim pro anniuerſario faciēdo alicui eccleſię, q
indiget reparatione, nec ſit aliunde vnde poſsit reparari, ꝙ de
auctoritate epi poſsit dicta pecunia relicta pro anniuerſario
ad tps couerti in ipſam reparationem eccleſiæ. quod no. ¶ Scđò
fallit, ſi teſtator relinquit pecuniam pro faciendo opere nouo
in eccleſia, vbi ſunt multa talia opera, & ad ſufficiētiā, ſed indi-
geret reparatione, cui non poteſt aliter ſubueniri; nam tunc vr̄,
ꝙ auctoritate epi poſsit dicta pecunia conuerti in reparationē
antiquorum. arg. l. pe. quę in hoc eſt ſingularis cum ibi not. per
Bar. ff. de ope. publi. ¶ Et per hoc vr̄ dicendū, ꝙ ſi teſtator relin
quit certam pecuniam pro conſtituēdo capellam in aliqua ec-
cleſia, vbi ſunt multæ capellæ ſm ſufficientiā eccleſię, ſed egent
reparatione ipſæ capellæ, vel eccleſia, & non eſt aliunde vnde
poſsit ſubueniri, ꝙ tunc de auctoritate epi poſſet dicta pecunia
c conuerti[c] in dictam reparationem, qđ eſt ſing. no. debet tñ con-
uerti ibi in reparatione (pp memoriam defuncti conſeruan-
4 dā) quantitas pecuniæ expenſæ in reparatione, vt d. l. pen. ¶ † Et
per hoc etiam vr̄, ꝙ ſi teſtator iuſsit fieri monaſterium, vel no-
uā eccleſiam, vbi ſunt multæ eccleſiæ, quę indigerent reparatio
ne, & non eſt vnde poſsit ſubueniri, ꝙ tunc auctoritate epiſco-
pi poſsit conuerti dicta pecunia pro reparatione dictarum ec
cleſiarū antiquarum. arg. d. l. pe. & no. Io. And. & Inno. in d. c. ſi.
facit l. vnica. C. de capen. Ludo. lib. 11. de quibus vide ēt Ange.
in d. l. 1. ff. de condi. inſti. & Bar. in l. pater filiū. §. Tuſculanus. ff.
de leg. 3. & Pet. de Anch. in d. cle. 2. de rel. do. & Bar. in l. legatū.
in prin. ff. de admi. rer. ad ci. p. & Bar. in l. liberto. §. Lucius. ff. de
an. leg. & Bar. in trac. minoricarum. in q. quę incipit, p quē fier,
& qualiter iſta cōmutatio. & p Bal. in l. 1. C. de his quæ pę. no.
in ver. adde, ꝙ epiſcopus &c. quę omnia perpetuò tene menti,
5 quia valde quotidiana, & lucroſa ſunt. † Redeo nunc ad mate-
riā cōditionis impoſsibilis, & dicendū eſt, ꝙ dicta regula fallit.
Quintò, qñ teſtator putauit conditionem eſſe poſsibilem, nam
tūc nō valebit diſpoſitio, vt eſt caſus ſing. in l. ſeruo manumiſ-
ſo. ff. de condi. indebi. & ibi Bar. & doc. qđ intellige verum, niſi
talis conditio reſpiciat finem, q. dato, qđ ſit ſecundum vnū mo
dum impoſsibilis, p alium tñ modū æquiualētem eſt poſsibi-
lis, vt eſt caſus in l. huiuſmodi. §. ſi ita. & l. ab omnibus. §. 1. ff. de
leg. 1. ſinautem relinquaſ ſub conditione neceſſaria, eò ꝙ con-
traria ſit turpis, & cōſequenter impoſsibilis de iure, diſtingue,
vt ſup. Aut incœpit á conditione, & valet, & tūc in hoc differt
á contractu, vt patet p ſupradicta, aut a pœna turpi, & tūc nō
valet, vt l. 1. in ſi. ff. de his, quæ pœ. no. & infra de leg. §. ſi. & ibi
dicā. Sinautē adijciaſ talis cōditio impoſsibilis de iure in iudi-
cijs, vel arbitrijs, videſ, ꝙ omninò reddat ſententiā nullā, p id
qđ ſ. dixi in præcedenti membro, qñ conditio eſt impoſsibilis
6 de natura. † Tertia eſt impoſsibilitas, id eſt, perplexitas, circa
quam conclude, aut talis perplexitas non ſurgit ex verbis te-
ſtatoris immediatè, ſed extrinſecus habito reſpectu ad aliud,
putà, ad matrimoniū eius, & tunc non vitiat, ſed diſſoluiſ talis
pplexitas, prout melius fieri poterit cōſiderata volūtate teſtā-
tis, vt patet exemplū in l. q. quadringēta. ff. ad l. Falci. Aut con-
tingit ex verbis teſtātis, & tunc aut cadit inter res, quarum vna
eſt digna maiori fauore, quàm alia, & tunc non vitiaſ diſpoſi-
tio totaliter, nam faueſ ei, quæ eſt digna maiori fauore, & in il-
la valet diſpoſitio, vt l. ſi. §. 1. cum ibi no. ff. de vulg. & pupil. aut
verſaſ inter res dignas pari fauore, & tūc aut talis perplexitas
pōt diſſolui p tale implementū facti tēdens ad cōmodū implē
tis, & tūc non vitiat, ſed potius p tale implementū diſſoluitur,
vt l. ſi qs ita. ff. de condi. inſti. & facit qđ no. gl. & Bar. in l. ſi Ti-
tius. eo. tit. Aut non pōt diſſolui p tale implementū, q. dato,
ꝙ de facto impleretur conditio, tñ non tenderet implementū
ad commodum implentis, ſed alterius, & tunc non vitiatur ta-
7 lis diſpoſitio ratione perplexitatis, vt d. l. ſi Titius. † Quarta eſt
impoſsibilitas facti, quæ potius difficultas appellaſ, circa quā
conclude, ꝙ qñque talis impoſsibilitas eſt ſolùm reſpectu cer-
tæ perſonę, cui adijcitur, & non ſimpliciter reſpectu aliorū, &
tunc talis impoſsibilitas, ſiue potius difficultas vitiat diſpoſi-
tionem, ſi non impletur. l. cum hæres. §. 1. ff. de teſtam. lib. ſecus
ſi contingat ipſam impleri auxilio fortè amicorum, vel aliàs
quomodocunque. l. Arethuſa. ad fin. ff. de ſta. ho. & l. Stichū Ti-
tio. §. pen. ff. de ſta. lib. Interdū verò eſt difficultas, ſiue impoſsibi
litas, non tamen reſpectu pſonę legatarii, cui adijcitur dicta cō
ditio, ſed reſpectu omnium (ut eſt illa) ſi montem aureum dede
ris: nam dato, ꝙ de facto p congregationem omnium pecunia-
rum aurearum poſſet liquefiendo fieri mons aureus, tamē hoc
de facto nō facilè ſit, nec ēt eſſet de facto poſsibile alicui perſo-
næ,

ADDITIONES.

pupillaris poſtea fideic.& hoc ſequitur Cy. in addit. in d.l. pre-
cibus.& Io.An.in d.c.ſi pater.de teſt.lib.6.per illum tex.qa dire
cta ſubſtitutio intra pupillarem ætatẽ põt & verbis,& perſonis
conuenire,ergo directa debet cẽſeri,potiſſimè cum dubia ſub-
ſtitutio iudicetur directa, vt not.in l.verbis ciuilibus.ff.eod.Sed
Bal.dicit non eſſe recedendum a cõi opi. legiſtarum , quia vni-
tas ſermonis nõ recipit interpretationem diuerſam. Nec ob. d.
c.ſi pater.quia ibi teſtator appoſuit verbum directũ,& verbum
moriatur,ſecus autem,ſi apponat verbum cõe,ſubſtituo,& hoc
voluit dicere d.cap.ꝙ connexis verbis.ſ. directis. ita reſpondet
Guil.de Cu.ad c.ſi pater.in d.l.precibus.quod no.¶Sed ex præ-
dictis poſſet dubitari quia ĩ.ſtatim dixi ſm doc. ꝙ iſta iudican-
tur a pari, verba directa nõ ciuilia,vt verbum moriatur,& ver-
ba cõia,vt verbũ ſubſtituo.ſi ergo eſt directa,intra pupillarẽ in
verbo moriaẽ,& ſic directo & nõ ciuili,ergo idem deberet eſſe
in verbo cõi ſubſtituo,ſm Bal.cogita. Sed tu de iſta q. vide latè
per do. Io.in d.l.Centurio.in ver.in eadẽ.gl.ibi,habere locum ſi
deic.dic, vt ibi,quia eſſet valde longũ ipſum recitare. Et prædi-
cta procedunt,qñ ſimpliciter dicit teſtator , ſi filius meus de-
15 ceſſerit ſine liberis,ſinaũt addidiſſet,videlicet,ſi filius meus†im
pubes deceſſerit ſine liberis,talem ſubſtituo,dic, aut illud ver-
bũ ĩpubes,adijciẽ verbo diſpoſitiuo,vĩdelicet,ſi dicat,filio meo
impuberi,talẽ ſubſtituo, ſi deceſſerit ſine liberis , & tunc per d.
verba,non vr̃ limitaſſe,ꝙ vltra pupillarem ętatẽ ſubſtitutio nõ
extendaẽ,quia illud verbũ impuberi,vr̃ adiectum cã demõſtra-
tionis,vt d.c.ſi pater.ita dicit Io. And.in c.Ray.extra de reſt. vbi
vr̃ tex.facit l.Mela.in prin.ff.de adim. leg. ſi vero reſpicit verbũ
executiuum, vt ſi filius meus decedat,tunc filio meo impuberi,
ſuccedat talis,vel bona mea deueniant in talem,quia iſta verba
ſunt executiua tunc,licet illud verbum impuberi, demonſtra-
tionis cauſa adiectum ſit,tñ requiritur ꝙ hoc verificetur, vide-
licet,ꝙ ſit impubes qñ ſuccediẽ illi,argu.l.in delictis.§. ſi extra-
neus.ff.de nox.Fallit,ſi apponatur aliud verbum,ꝑꝑ quod appa
reat teſtatorẽ aliud ſenſiſſe, vt quia addidit ſine liberis, qa tunc
vr̃ voluiſſe ſubſtitutionẽ extẽdi poſt tẽpus pubertatis,& ſic põt
intelligi d.c.Ray.quia ſi deceſſiſſet ſine liberis , non decederet
impubes de neceſſitate,& iñ poſtea intelligiẽ, vt illud verbum
impubes,ſit impoſitum cã demõſtrationis,ita no.dicit Bar.in d.
l. Centurio.in ver.ſed quid ſi dixi,ſubſtituo tali filio meo impu
beri.¶Quid ſi nõ tm̃ in filiũ,ſed ẽt in eius filios appoſuit ſubſti-
16 tutionem?†Exemplũ, ſi dixerit , ſi filius meus deceſſerit ſine li-
beris,vel eius filij deceſſerint ſine liberis , bona mea deueniant
in talem.an iſta ſubſtitutio valeat in filios filij? & vr̃ ꝙ non , qa
filijs filij nihil dr̃ relictum,vt l.Luc.la 2.ff.de hær.inſtit. & idẽ,ſi
nominatim ab eis fuerit relictum,vt l.ſi ſic.ff.de leg.3. & ibi vi-
de oĩno Bar.ſed Bar.in d.l. Centurio.in ver.quæro vlterius, qd
ſi teſtator dixit.dicit ꝙ immo ẽt in filijs filiorum,vr̃ valere fidei
commiſſum. Non ob.d.l.ſi ſic.quia negatur ꝙ filij proprij.ſ.mei
filij non ſint grauati,nam ex quo filios filij grauauit,vr̃ teſtator
eis reliquiſſe,vt l.deniq;.§.interdum.ff.de pecu.lega.& pro hoc
vr̃ caſus in l.ſi ita ſtipulatus.ff.de ope.lib.in prin.qđ no. ¶Quæ-
ro,quid ſi teſtator dicat,qñcunq; filius meus ſine liberis deceſ-
17 ſerit,volo,ꝙ bona mea† diſtribuantur inter pauperes. An iſta
ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria , ẽt intra tempora pubertatis?
Rñdeo,aut dixi,per quẽ diſtribuantur,vt qñ dixi,diſtribuantur
per fideicommiſſarios meos,& tũc iſta ſubſtitutio ſm Bar.quẽ
ſequitur Bal.& Ang.in d.l.Centurio. in ver. ſed quid ſi teſtator
dixerit,qñcunq; filius meus deceſſerit ſine liberis,volo ꝙ bona
mea &c.erit directa,quia ſubintelligitur verbum accipiant , in
d.ſubſtitutione,quia antequam vendanẽ bona,vr̃ velle ꝙ fidei-
commiſſarij bona accipiant.arg.l.alio.ff.de alim.& cib. leg.& l.
deniq;.§.interdum.ff.de pec.leg.& l.Proculus.ff. de vſufr. & fa-
cit l.Titia Seio.§.Seia.ff.de leg.2.& eſt ratio , quia fideicommiſ-
ſarij(qñ non eſt datus alius hæres)tenent locum hæredis , vt c.
cum tibi.& ibi Inn.de teſt.& l. ſi quis ad declinandã . cũ ibi no.
per doc.C.de epiſ.& cle.& no.Bar.in l.alio.ff.de alim.& cib.leg.
& idem dicit,ſi teſtator dicat ꝙ vendantur,& diſtribuantur per
fideic.meos,ſecus ſi dicat,ꝙ bona diſtribuãtur inter pauperes,
& non dicat per quẽ,quia tunc non põt intelligi verbum acci-
piant,quia tunc eps eſt executor,ẽt ſi teſtator noluiſſet,vt in Au
then.licet.C.de epiſ.& cle.Et per hoc infertur , ꝙ ſi teſtator di-
xit ꝙ bona mea vendantur,& pretium diſtribuatur inter pau-
peres,quorũ electio ſpectat ad fideic.meos,vel dicat,ꝙ uẽdan-
tur,& pretium diſtribuatur inter pauperes eligendos per fidei-
com.quo caſu ur̃ idem,cũ participium reſoluatur in relatiuũ,
& uerbum,ut no.gl.in cle.1.de præb.Sed Io.de Imo.in d.l. Cẽtu
rio.in uer.ſinaũt eſt facta uerba obliqua.ꝯcludit,ꝙ tunc regula
riter ualet &c.& dicit ꝙ ſibi non placet,ꝙ primo ſit ſubſtitutio
directa qñ eſt facta ꝑ uerba obliqua ꝑꝑ regulã q̃ hẽt, ꝙ ſubſtõ
facta per uerba obliqua,eſt fideicommiſſaria , & certum eſt ꝙ
18 uerbum deẽ,†ſit uerbũ obliquũ,qa ſonat , ꝙ de manu alterius
accipiat,ut l.fundi Trebatiani.ff.de uſufru.leg.nec ẽt ſibi placet,
ꝙ eò ipſo ꝙ quis eſt grauatus,uideaẽ illius ſibi relictum. aliàs
non poſſet habere locũ illa regula.Quem non honoro, nõ one
ro.de quo in l.ab eo.C.de fideic.facit quod no.Bar.in l. hæredi-
tas.ff.de hær.inſti.Nec ob.l.alio.ff.de alim.leg. quia aliqñ graue
tur ille,qui non eſt datus executor in teſtõ , & tunc regulariter
non nr̃ tenere grauamẽ.Qñq; grauatur ille, qui eſt datus execu
19 tor in†teſtõ,& tunc ur̃ relictum ad hærede, ſicut & qñ eſt da-
tus executor filio inſtituto ĩ teſtõ,& grauatur de aliquo dãdo,
nam ur̃ in effectu grauatus ipſe filius inſtitutus,l.peto.§. mater.
ff.de leg.2.& hoc caſu,qñ relinquitur ab executore,ſi eſt relictũ
ad pias cauſas,& tunc põt dici,ꝙ ſubintelligaẽ uerbũ accipiat,
ex eo,quia executor pro relictis ad pias cauſas põt agere, licèt
pro alijs nõ,ut l.id quod pauperibus.cum ibi no.per doc.C. de
epi.& cle.& ſic poteſt intelligi qđ hr̃ in d.l. alio. & hoc ur̃ fuiſ-
ſe de mente gl.& Bar.ibi.Nec ẽt ob. ꝙ habetur in d. l. deniq;.§.
interdũ.quia interdum quis grauaẽ de eo,ꝙ oneratũ ſolet taci-
tè ſequi.& tunc ꝑ tale grauamẽ nr̃ tacitè relinquere, ita loquiẽ
ibi,qa tacitè ur̃ ſequi peculiũ ſeruo,cui daẽ libertas inter uiuos,
ut l.1.C.de pec.eius qui liber.mer.& ideo nõ mirũ,ſi ſequaẽ pe
20 culium in ulti.uolun.qñ grauaẽ aliquid ex peculio dare.† Non
ob.d.l.Proculus. qa ibi præcedebat diſpoſitio quæ ſaltẽ (ſm la-
tam ſignificationẽ)comprehenditur id, de quo inducendo age-
baẽ,ꝑꝑ grauamẽ adiectũ,quia ſibi fuit relictus uſusfructus do-
mus,& interdum appellatione uſusfructus,dñium comprehẽdi
tur,ut l.donationes in concubinam.§.ſpecies.ff.de do. & ita ſen
tit gl.& Bar.in l.cum tale.§.ſi.ff.de cond.& dem.Nec ob. d. l. cũ
tale.§.ſi.quia illud procedit ꝑꝑ uerba enunciatiua expreſsè con
tinentia id de quo inducendo quæritur. Nec ẽt ſibi placet ulti-
mum dictũ Bartoli,quia ex quo teſtator deputauit executores
21 † in teſtamento,uidetur eos deputaſſe generaliter, ad executio
nẽ oium contentorũ in eo.arg.l.de pretio.ff.de pub. coniuncta
l.talis ſcriptura.§.ſi.ff.de lega.1.& ſic ur̃ ꝙ licèt expreſsè ſolum
attribuat electionem pauperum fideicommiſſarijs,& non dicat
expreſsè, per quem debeant uendi bona,& dari pretium, tñ ſa-
tis ur̃ dixiſſe, ꝙ uolebat per eius executores.ita dicit Io.de Imo
la,& licèt de ſubtilitate iuris,iſta ſua opin.ſit tolerata,tamen in
actu practico in conſulendo,& iudicando ſeruaretur opi.Bart.

Bal. & Ang. & ideo illã tene menti. Sed id quod dixi ſup. ſm d.
Io. de Imo. in effectu eſt opi. Sal. in d. l. precib. in ver. quæro nũc
quintò ab extra, pater filium &c. dic vt ibi per eum.

Quibus mod. teſt. infirmentur.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus exhæredari poteſt.*
2 *Teſtamentum quomodo adoptione rumpatur.*
3 *Teſtamentum in quo filius eſt hæres inſtitutus, & ſub conditione exhæredatus an valeat.*
4 *Inſtitutione facta in vno teſtamento, & in alio exhæredatione, an exhæredatio teneat.*
5 *Exhæredari an quis poſſit poſt ius quæſitum.*
6 *Teſtamentum an per ingreſſum religionis rumpatur.*

TEſtamentum. Totus iſte titu. diuiditur in 5.
par. Primò ponit qualiter te-
ſtamẽtũ tollat agnatione ſui hæredis nouiter adopta
ti. Sc̃dò, qualiter p ſm teſtm̃ tollat primum. Tertiò,
qualiter teſtm̃ irritetur capitis diminutione teſtãtis. Quartò, an
volũtas ſolẽnis poſſit tolli nuda volũtate teſtantis. Vltimò q ẽt
Impator nõ capit ex teſtõ imp̃fecto. 2. ibi, in §. poſteriore. 3. ibi,
alio quoq; 4. ibi, ex eo aũt. 5. ibi, in eadẽ orõne. ¶ Et h. d. Teſtm̃
nõ iure factũ nõ valet, & ideo nõ põt rũpi, qđ nõ eſt iure factũ
eius iure vitiato rũpitur viuo teſtatore. vtputà per agnationẽ fi
lij nouiter adoptati vel arrogati. h. d. ¶ No. q teſtm̃ iure factum
durat, donec non fuerit irritũ, vel ruptũ. ¶ No. q aliud eſt rum-
pi teſtm̃, & aliud eſt irritari teſtm̃. facit l. 1. ff. de iniu. teſ. ¶ Not. q
ẽt non mutato ſtatu teſtatoris, & ẽt eo viuo, & non mutato te-
ſtõ, põt teſtm̃ rumpi, ſi adoptauerit aliquem ĩ filiũ. ¶ No. q arro
a gatio [a] ſit Imperatoris authoritate. Adoptio verò põt fieri au-
thoritate iudicis ordinarij. ¶ No. q fictus filius æquiparatur ve-
ro filio, & ſicut verus filius naſcendo rumpit teſtm̃, ita & fictus
cũ primum adoptatus eſt, rũpit teſtm̃. ¶ In gl. cõſtitutionem. in
fi. dic vt habetur in d. l. cũ in adoptiuis. & dixi in d. § hodie. ſup.
de ado. ¶ In gl. rumpitur. dic q tex. intendit facere drĩam inter
ruptum, & irritũ, & determinat quid ſit ruptũ, & illud exami-
nat vſq; ad illum §. adeò ĩ.e. & ibi tractat poſtea de irrito. ¶ In
ea. gl. ibi, nepotẽ. dic ſm Io. Fa. q nõ eſt verũ in nepote, quia in
eo nõ eſt exhæredatio inepta, quinimmo lex cõſuluit exhæreda
re vel inſtituere nepotẽ, vt l. Gallus. per totum. & §. poſthumo-
rũ. ĩ. de exhære. lib. vnde ſi gl. hoc voluiſſet dicere, non eſſet bo-
1 na, ſed fortè gl. voluit dicere, extraneũ accipere † nepotẽ illa ex
traneitate, qua extraneus eſt emãcipatus, vt ſicut ille põt exhæ-
redari, ſic & iſte. nec eſt res inepta. & ſic bene ſequit̃ in gl. alias
fruſtra ſubauditur, ſi eſſet oĩno extraneus. ¶ In ea. gl. in fi. Not. q
2 ſi emãcipatur filius exhr̃datus, † poſteà adoptetur, nõ rũpitur te
ſtm̃, ſecus aũt ſi exhæredet extraneus, & poſteà adoptet̃, qa ex-
hæredatio in iſto extraneo eſt funditus ab initio nulla, vt l. qdã
cũ filiũ. ff. de ver. ob. & ẽt quia cũ ſit nouus filius, rumpit teſtm̃,
vt hic. ſecus eſt in exhæredatione in filio, licet emãcipato, quia
pura naturalitas in eo remanſit, iõ exhæredatio potuit habere
ſubſiſtentiã, ita dicit Bar. in l. filio quẽ pater. ff. de lib. & poſth. &
in l. paterfa. teſtõ. ff. de hære. inſti. & p̃dicta procedunt, qñ exhæ-
3 redatio fit ante teſtm̃. ¶ † Quid ſi in eodẽ teſta. vtputà, filiũ hære
dẽ inſtituit, & in eodẽ teſtõ ſub conditione exhæredauit? dic q
valet, & ſub ꝯ̃ria conditione vr̃ inſtitutus, vt l. aliqñ. ff. de cõd. &
4 dem̃. ¶ Quid ſi in vno teſtõ inſtituo † Titium, in alio ſimpliciter
exhæredo, an valeat talis exhæredatio? Dic q non, vt l. ſi certa-
rum. §. 2. ff. de teſt. mili. & eſt ratio, quia hr̃s ſolus capit hæredi-
tatẽ a ſe, ergo ſibijpſi a ſeipſo admi nõ põt, vt l. ſi quis ſub con-
5 ditione. §. fi. ff. de hær. inſti. ¶ Quid ſi ꝯferatur † exhæredatio, vel
priuatio hr̃ditatis poſt ius quæſitum, putà ſi dicat̃, Titium hære
dem inſtituo, & ſi vxorẽ meã moleſtauerit in tali relicto, priuet̃
mea hæreditate. Priuari aũt aliquẽ hr̃ditate, põt fieri ex iuſta cã,
nõ ex iniuſta, vt l. vxorem. §. hæredes. ff. de leg. 4. & ibi Bar. ſed ſi
indebite moleſtet, tunc ex iuſta cã, igitur, &c. Sed aduertas tñ, q
non priuatur directò, ſed per fideicom. quia qui ſemel eſt hæ-
res &c. vt l. ſi fine. §. ſed quod Papinia. ff. de min. ita ſingulariter
dicit Bar. in d. l. paterfa. teſtõ. in fi. Sed Ang. & Bal. in l. 1. C. de his
quæ pę. nomi. tenent, q immo ſit priuatus ipſo iure, d. l. 1. & ẽt
quia monitio iudicis facit, q propter inobedientiã quis ipſo iu
re priuetur, vt in Auct. hoc amplius. C. de fideic. ergo & fortius
pp inobedientiã teſtatoris, quia mandatũ ſuum eſt lex, vt §. di-
ſponat in Auct. de nup. ſed Imo. in d. l. paterfa. teſtõ. tenet opin.
Bar. quia l. 1. debet intelligi, q transfert de vna perſona in aliam
ante ius quæſitum. Nõ ob. d. Auct. hoc amplius, quia ibi eſt pœ-
na legalis, & lex exequit̃ ipſo iure. Sed teſtator non põt aliquẽ
ipſo iure priuare, poſtq̃ ſemel fuit hæres, vt d. §. ſed quod Papi-
nian. merito & iſtud teneas. vide Ang. & Imo. in d. l. hæreditas
6 ex die. ff. de hæ. inſti. ¶ † Quærit hic Io. Fab. Aliquis fecit teſtm̃, po
ſteà ingreditur religionem, quæritur an teſtm̃ rumpatur, cum
ingreſſus monaſterij habeatur loco filij, vt in Auct. de eccl ti. §.
& hoc de præſenti. immo dicas tu, q habet̃ loco ſuorum hære-
dum, nõ tñ liberorũ, vt no. gl. ſing. in l. ſi ita quis. §. ea. l. ff. de ver.
ob. & dicit aut reliquit monaſterio legitimã, & valet, aliàs non.
allegat gl. in Auct. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. ecc. verius tñ di-
cit eſſe, q oĩno fiat irritum, quia ingrediens monaſterium cadit
in poteſtate abbatis, vt arg. l. ex cauſa. §. pen cum gl. ff. de min. &
c. non dicatis. 12. q. 2. facit §. alio. ĩ. eo. & hoc tenẽt canoniſtæ in
b c. in præſentia. extra de proba. Sed teneas ꝯ̃rium, [b] immo teſtm̃
factum ante ingreſſum non irritatur, vt eſt caſus in Auct. nunc
autem. vbi gl. & Bal. C. de epi. & cle. q no. Regulabitur tñ dictũ
teſtm̃ ſm Auct. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl.

ADDITIONES.

a Arrogatio. Quod no. qa cũ alias qdã diues intra annos nullos haberet liberos, arrogauiſſet quẽdã in filiũ corã notario & teſtib. Et arrogato inde volente venire ad bona dicti quõdã arrogatoris cũ alijs liberis poſt arrogationẽ ſuſceptis, fuit oppoſitũ de nullitate arrogationis, & ſuccubuit, cũ beneficiũ principis abfuiſſet, vt vidi, nec iniuria, cũ non eſſet arrogatio minusq; adoptio. Et qd ſit adoptio, & an mulier aliquo caſu poſſit adoptare, tradit Benedictus in c. Rayn. de ſucceſ. ab inteſ. & vxorẽ nõe Adelaſiã, ver. nã adoptio. nu. 744. cũ ſeq. extra de teſt. vbi multa pulchra habentur ad hoc propoſitum. Ant. Cai.
b Contrarium. Rom. per plura in conſ. 237. tenet q teſtamentum rumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententijs duabus ad idem latis quę præualeat.*
2 *Teſtamentum ſecundũ de iure validum, an & quãdo tollat primũ.*

POſteriore. Teſtm̃ ſm tollit primum, ſi ſm eſt iure per-
fectum, ſiue ex ſecũdo, actualiter adeatur hæ
reditas, ſiue non, dummodò adiri ex eo poſſit h. d. ¶ Not. q eò
ipſo q ſm teſtamentum eſt perfectum, aliàs perfectè fabrica-
a tum, ſtatim tollitur primum, [a] etiam ſi non inſit illa clauſula,
caſſans, irritans omne aliud teſtamentum, quæ hodie commu-
niter ſolet per tabelliones in teſtamentis apponi, quia non põt
paganus decedere, cum duob. teſtamẽtis. ¶ Not. q ad hoc vt ſm
teſtm̃ tollat primũ, eſt neceſſe, vt ex eo poſſit adiri hr̃ditas de iu.
ciui. licẽt non adeat̃, nec poſſibile eſt de pñti, q adeat̃, vt qa hr̃s
añ aditã hr̃ditatẽ mortuus eſt. ¶ No. q ẽt ſi ĩ ſc̃do teſtõ ſit hr̃s in-
ſtitutus ſub cõdõne, tñ ſtatim tollit̃ primũ, & licet ẽt poſteà cõ-
ditio deficiat, tñ primũ teſtm̃ nõ recõualeſcit, immo ab inteſtato
1 ſuccedit̃ tali teſtatori. ¶ In gl. rũpit̃. in fi. No. gl. q in † duab. ſentẽ
tijs latis ad idẽ, valet prima, & nõ ſc̃da. Idẽ vr̃ no. gl. in l. ſi cũ ex
ceptione. §. hæc aũt actio. i fi. gl. magnę. ff. qđ me. cau. Sed ꝯ̃riũ vr̃
no. gl. in l. 1. C. qñ p̃u. nõ eſt neceſ. vbi dr̃, q immo vtraq; valet.
Io. Fab. hic ꝯcordat, qa aut idẽ ꝯtinẽt & valẽt, aut verò diuerſũ,
& tũc ſit vera iſta gl. Sed Bar. in d. l. 1. dicit q aduertendũ eſt, aut
duæ ſñię ſunt latæ in eadẽ inſtãtia, & tũc prima tm̃ valet, non ſe
b cũda, [b] qa illa ſc̃da lata eſt cx̃ inſtantiã. Aut ſunt latę in diuerſis
inſtãtijs, & tũc ſi ſunt ꝯ̃riæ ſñię, valet vltima tm̃, vt l. duob. ff. de
exce. rei iu. Sed Bal. ibi aliter dicit, & aliter ibi Ang. & aliter do.
meus Flo. Tu dic plenè vt ibi dicit Sal. videlicet, cũ q̃rit̃, an ſc̃da
ſñia lata ꝯ̃ primã valeat, dic aut prima ẽ ipſo iure nulla, & ſc̃da
eſt aliqua, & p̃ualet ſc̃da, licet primę ꝯ̃ria, vt l. fi. C. de ſent. q̃ ſine
cer. q̃ti. Aut ꝯ̃, prima ẽ aliqua, & ſc̃da in ſe eſt nulla, & tũc p̃ua
let prima. Aut vtraq; nulla, & tũc vna nõ p̃ualet alteri, ſed ĩ nul
litate p̃manẽt. Aut vtraq; in ſe ipſa reſpectu ſui eſt valida, ſed du
bitat̃, an ſc̃da reddat̃ nulla pp primã. & iſte eſt caſus noſter quo
caſu dic, aut ſc̃da eſt ꝯ̃ria primæ, qa lata eſt ex officio ſine noua
petitione, & noua inſtãtia, & ſc̃da nõ valet, qa p prima ẽ finitũ
officiũ iudicis ĩ eadẽ cã, vt l. iudex. ff. de re iu. & ita põt intelligi
l. 1. C. ſen. reſcin. nõ poſſe. Aut ſc̃da eſt lata ex noua petitione, &
noua inſtãtia, & tũc aut prima fuit ꝯdẽnatoria. ſ. abſolutoria, aut
vtraq; cõdẽnatoria, vel vtraq; abſolutoria. Primò caſu, valet. 2. ꝯ̃
primã, qa q̃ egit ſc̃do, vr̃ renũtiaſſe victoriæ, q̃ obtinuit in prio
iudicio, & iõ dẽt ſibi imputare. facit qđ no. in l. duob. ff. de exce.
rei iud. ſecũdo caſu locũ habet d. l. in quo caſu dic, aut prima eſt
lata ſuper tali re, q nullo tp̃e tranſit in rẽ iudicatã, vt abſoluto-
ria in cauſa matrimoniali, & tunc prima annihilabitur fauore
matrimoniali, & ſecunda illi contraria valet, qa matrimonium
non poteſt ſeparari, vt c. lator. de re iud. Aut prima eſt lata ſu-
per tali re, q̃ ius facit, & in rẽ iudicatã tranſit, & tunc etaſ iam p
prius reſciſſa, q̃ ferret̃ ſecũda, & tũc valet ſecunda ſiue reſciſſio
primæ.

ADDITIONES.

a Primum. Vide Ro. conſi. 235. ubi reprehendit gl. hic.
b Non 2. Opi. Bar. ſequitur Rom. conſi. 45.

primę ſit facta remedio in int.reſt. vt ff. de re iud.l.Imperarores.
ſiue remedio appellationis, vt l.eos.in prin.C.de app.ſiue reme
dio pronuntiationis, & ſnię, qua pronũtiatum eſt negatiuè ſup
primo iudicato, videlicet, iudicatũ nõ fuiſſe, vt l. 1.ff.q̃ ſen. ſine
app.reſcin.aut prima nõ erat prius reſciſſa, q̃ ferret ſecunda. &
tũc aut in hoc ſecundo iudicio nõ fuit oppoſitũ de abſolutoria
lata, & tũc ẽt ualet ſecunda ei ꝯria, & ſibi imputet reus, qui nõ
oppoſuit.l.peremptorias.C.ſen.reſcin. nõ poſ. & eſt caſus in c.
inter monaſteriũ.extra de re iud. Aut in hoc iudicio fuit oppo-
ſitũ de abſolutoria prius lata, ſed nõ probatũ. & tũc idẽ, q̃a pa-
ria ſunt nõ eſſe, vel nõ apparere, vt l.in l.ff.de ꝯhen.emp. & d.c.
inter monaſteriũ. ver.oſtenſa.aut de ea fuit oppoſitũ & proba-
tũ, & iſte eſt caſus no. & ſing.in d.l. 1.C.qñ prouo. nõ eſt neceſ-
a ſe. q tũc ſecũda ſnĩa non ualet, [a] & ideo non eſt neceſſe, q ap-
pelletur ab ea. Tertio caſu, qñ utraq; eſt cõdẽnatoria, uel abſo
lutoria, Aduerte, quia aut una ex ſententijs cõdẽnatorijs eſt ꝑ
uno, & alia pro alio, & quælibet ex diuerſa cã, licèt reſpectu ge
neris poſſit dici eadẽ, tunc utraq; ualet in ſeipſa, quia nõ ſunt
directò ꝯriæ, licèt illa ꝓferaĩ, q̃ eſt lata pro illo q habet potiora
iura, ut l.duobus.ff.de exce.rei iu.ubi eſt caſus & idem dicẽdũ,
ubi abſolutoria una eſſet pro uno, & eadẽ pro eodẽ facto & cã,
& tũc habet locũ quæſtio formata per gl.in d.l. 1. de quo dic ut
ſ.dixi. Addas quod no. Ant.de Bur. in c.cũ contingat. de off.dele.
q ſnĩa ſecũda non valet ꝯria primæ, niſi eſſent dati diuerſi libel
li, vnus per actorẽ, alius ꝑ reũ, ſuper eodẽ; q aliqñ põt cõtinge
re, vt ſi peto ꝓnuntiari rẽ, quã poſſides eſſe meã, tu vetò petis
pronuntiari, eſſe tuã. nã iſto caſu, ſi ferunẽ ſnĩæ ꝯrię, valẽt, per
ea q̃ ſentit Inn.ibidẽ. Etiã aduertas, q intelligendo ẽt q in d.l.1.
fuerit lata ſecunda in diuerſa inſtantia, tñ dicit, q habet locum
altero de tribus modis in alijs caſibus.ſ.qñ pars prima (pro qua
fuit lata) ipſam nõ allegauit, tũc nõ valet ſecũda. & idẽ ſi ſciuit
& tacuit, non tñ ꝑ ꝑ dolũ, ſed bona fide. & idẽ ſi ſciuit, allega-
uit, & ꝓbauit, & nihil ꝑ alterã partẽ fuit replicatũ; his omnib.
caſibus non valet ſecunda, & fuit introductũ ob rigorẽ iuris cõ
ſeruandũ. Si vetò ſciuit, & doloſè tacuit, vel allegauit, & non
probauit, & fuit replicatũ, & his oĩbus valeret ſecunda ꝯ pri-
mã. & ita debet intelligi c.inter monaſteriũ.de re iud. q vĩ con
trariari d.l. 1.quod eſt no.ita dicit do.meus Pau.de Ca.in l. 1.in
fi.prin.& ibi ſcripſi.ff.q̃ ſen.ſine app.reſcin.¶ In gl.ex iſtere.in fi.
dic aut actus nuda & tacita uoluntate tolliẽ, & tũc id q plus ua
let, tolliẽ ꝑ id qđ minus valet, vt legatũ, nõ ſic in actibus ſolẽni
bus, ubi cõcurrit volũtas regularũ, ut d.l.ſi id qđ.de quo ꝑ Dy.
a in regula nõ ꝓſtat impedimẽtũ.de re.iu.in 6.¶ † No. ergo ex tex.
& gl. q ad hoc ut teſtm̃ ſm tollat primũ, neceſſe eſt, quòd ſit ua
b lidũ [b] ſm. Fallit in l.hac cõſultiſſima.§.ſi quis aũt.C.de teſtamẽ-
tis.& in caſibus ibi no.per gl.& doc.& ibi in repetitione quadã
dñs meus Honofr.de Bertolin.de Peruſio doctor ſolẽnis, tenet,
quòd poſſit adiri hr̃ditas de iure ciui. ſecus ergo vr̃ ſi poſſet de
iure ꝓtorio tm̃ adiri, ut l.ſi filius q in poteſtate.ff.de li.& poſth.
cõiuncta l.filio ꝓterito.ff.de iniu.teſt.& ita no.ſing.glo.in l.cũ
in ſecũdo.eo.ti. & in l.ſi quis eũ.§. 1.ff.de vul.& pu. in hoc art.
vide Bar.& doc.in d.l.ſi filius.& in d.l.cũ in ſecundo. vbi latiſ-
ſimè Imo. & Bar. & Imo.in d.l. 1.ff.de vul.& pu.in ver.vlterius
quæro quid ſi filius nõ p̃t adire & c.ut dicit dñs Honofr.Bal. &
alii in d.l.hac cõſultiſſima.§.ſi quis aũt.Et licet Imo. multa con
cludat, placet mihi breuis cõcluſio dñi meus Raph.in l.poſthu
mus.in prin.& in d.l.cũ in ſecũdo.ff.de iniu.teſt. q tria ſunt ui-
3 dẽda.¶ † Primũ eſt, an ſm teſtm̃ validũ de iure ꝓtorio tollat pri-
mũ, quo minus ualeat ẽt de iure ciuili? & dicit q nõ, quia quò
ad ius ciuile, teſtm̃ ſm hr̃ pro nõ facto, nec põt tollere nec dare
4 hr̃ditatẽ directò, vt §.quos aũt.j.de bo.pol.¶ † Secundum eſt, an
primũ corruat de iure ꝓtorio? & dicit quòd ſic, ẽt ſi in ſecundo
filius eſt ꝓteritus, qđ tale ſm teſtm̃, in quo filius eſt ꝓteritus, hẽt
fomẽtũ a iure ꝓtorio, & daĩ ſm tab.licet ſub quadã cõditione,
vt l.ſi qs hr̃s inſtituaĩ.ff.de hær.inſt.& l.2.§. 1.ff.de ſecun.tab. &
l.illud.§.fi.ff.de ꝯra.& ibi dixi in repe.mea.l.ſi duo.ff.de leg.præ
ſtan.¶ Primũ ergo teſtm̃, quò ad ꝓtorẽ, eſt ſublatũ.in d.l.ſi filius
q in p̃tãte. Qđ eſt utile ſi ponamus q in primo eſſet inſtitutus
q ſolũ iure ꝓtorio uocareĩ, uidelicet, poſthumus alienus, tunc
primũ eſſet in totũ ſublatũ, nec haberet locũ d.l.ſi filius qui in
p̃tãte.¶ Tertiũ, eſt utrũ quò ad effectũ tollaĩ primũ, & ita intel-
ligaĩ gl.in d.l.cũ in ſecũdo. Et virtus ſtat in hoc, an valor q eſt i
teſtõ primo iuris ciuilis, ꝓferaĩ valori ſecundi teſti iuris præto-
rii. Et in hoc dat iſtã regulã, q diſtinguimus ex teſtõ, ſicut dici-
mus ab inteſtato, videlicet, an teſtm̃ validũ de iure ꝓtorio ꝓua
leat cãę inteſtati de iu.ciui. vel nõ. Ita dicẽdũ, an ſm teſtm̃ ꝓua-
leat primo teſtõ valido de iu.ciui. an nõ ꝓualeat, ſicut ſe habet
in uno, ita in alio. Intelligiĩ ergo de teſtõ valido de iure ꝓtorio,

purè & ſimpliciter, & a principio, utputà, ſi eſt inſtitutus poſt-
humus alienus, ſm iura ꝓtorũ, ut l.ſi quis poſthumus. in prin.ff.
de inoff.teſt. Vel poſſumus ponere ſi eſſet nouũ ius ꝓtoriũ ꝯtrꝭ-
riũ, utputà, ex cõſtitutione Marchio. Ferra. ut no. Bar.in l. 1.in fi.
ff.de bon.poſ.uel epi.ut no. Bar.in l.5. in prin.ff.de uer.ob. tunc
hoc caſu, ex quo derogat cauſæ inteſtati, ut l.poſthumus. ff. de
iniuſ.teſt.derogat ẽt primo teſtõ. Si autẽ nõ hẽt a principio, ſed
ex poſtfacto, ut q̃a filius eſt ꝓteritus, illud teſtm̃ eſt ualidum ſub
cõdõne, ſi ꝯra.uel unde liberi, uel ab inteſtato cõmittunẽ. & hoc
caſu nõ ꝓualet cã inteſtati de iu. ciui. ut d.l.poſthumus. & ff.de
leg. 1.l.poſthumus. & ſic nõ debet ꝓualere primo teſtõ de iu.ci-
ui. q̃a nõ minus debet fauere venientibus ex teſtõ de iure ciui. ex
volũtate expreſſa teſtãtis, q̃ venientib. ab inteſtato de iu.ciui. ex
tacita mẽte defuncti, vt l.cõficiunẽ.ff.de iu.codi.q̃ oĩa ſunt mul
tũ ſubtilia, & de apicibus & fundamẽtis iuris ciuilis, qđ no.&c.

ADDITIONES.

a Valet. Adde Rom.conſi.410.
b Validum. Adde Ro.cõſ.494. ubi dicit q tñ in ſecũdo teſtõ minus ſolenni po-
teſt declarari q inſtituti in primo ſint indigni, ut ab illis auferat hæreditas

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum in quo inſtitutus eſt hæres in re certa, ita valet ſicut ſi inſtitutus eſſet in uniuerſo.*
2 *Teſtamentum primum per ſecundum perfectum tollitur.*
3 *Sententia an a primo iudice, vel iudice appellationis exequi debeat.*
4 *Præfationes cauſam finalem diſpoſitionis demonſtrãs, & falſa cauſa vitiat diſpoſitionem.*
5 *Intellectus ad l.cum tale §.legato falſam.ff.de condi. & dem.*
6 *Inſtitutus in re certa alio non dato cohærede uniuerſali, an loco uniuerſalis hæredis habeatur. & nu.7.*

Sed & ſi quis priore. Primũ teſtm̃ iure ꝑfectũ tolliẽ
ꝑ ſm ꝑfectũ, ẽt ſi in eo ſit in re
certa hæres inſtitutus, niſi in ſecundo aſſeruerit ſe velle valere
primũ, quo caſu inſtitutus in re certa, oĩa ꝑ fideicõmiſſum re-
1 ſtituet. h.d.¶ † No. q ita valet teſtm̃, in quo ſit inſtitutus hr̃s in re
a certa, ſicut ſi inſtitutus eſſet in uniuerſo, [a] ut l. 1.§.ſi ex fundo. &
ibi latè Ang.& Io.de Imo.ff.de hær.inſt. & Bar. in l.ex facto.ff.
eo.ti. Et gl.& doc.in l.quoties.C.de hær.inſti.facit l.cohr̃di §.ſi.
ff.de vul.& pu.¶ No. q qñ qs eſt inſtitutus in re certa, alio nõ da
to cohr̃de vniuerſali, remoueĩ mẽtio rei, & perinde eſt, ac ſi res
illa expſſa nõ fuiſſet, ſed ſimpliciter fuiſſet dictũ, hr̃ꝭ Titiũ in-
a ſtituo, vt d.§.ſi ex fundo. ¶ † No. q eò ipſo q fit teſtm̃ ſm, licet
b expreſſè dicaĩ in eo q uult primũ valere, nõ p̃t valere, [b] immo
ſtatim ꝑ ſm ꝑfectũ, tolliẽ primũ, vt l.hac ꝯſultiſſima. §. ſi qs aũt.
C. de teſt. vñ ſuis uerbis nõ poterit cõualidare primũ teſtm̃, q̃a
nõ p̃t facere qn leges habeãt locũ in teſtõ ſuo. facit l.codicillis.
§.ſi.ff.de le. 2.& l.nemo.ff.de leg. 1. Sed talis expreſſio volũtatis
facit q inſtituti in ſcđo, videanĩ eſſe grauati de reſtituẽdo hr̃di
taẽ inſtitutis ẽt in primo, vt hic, & l.ſi qs priore. ff.ad Treb. &
gl.ibi no.¶ In gl.priore.i ſi.an aũt agaĩ ex prima vel ſecũda ſnĩas
3 & ſic an iudex primus, † vel ſecũdus.ſ.iudex appellationis mit-
tet ſnĩam executioni, dñi doc.in l.eos.in prin.C.de app.vbi per
oẽs doc.& Sal.& Cy.Bar.Bal.Ang.& Mod.& no.Bar.in l.tale pa
ctũ.§.q ꝓuocauit & ibi alij doc.ff.de pac. & no Bal.in Auc.ſi qs
litigãtiũ.C.de epiſ.au. Vnde dic ſm eũ, aut loquimur i crimina
lib.aut i ciuilib.i. caſu, primus iudex exequiĩ, q̃a ad eũ fit remiſ
ſio, ut in Auc.ut nulli iud.§.ſi qs verò cõprehẽſorũ. & primus ẽ
q retinet i carcere ꝯdẽnatũ, ut l.eos.§.pe.& ibi Bar. & Bal.C.de
app.ſecũdo caſu, & tunc, aut iudex appellationis, primã ſnĩam
corrigit, ferẽdo ꝯriã ſnĩam, & hoc p̃t eẽ dupliciter, vel q̃a prima
fuit abſolutoria, ſecũda ꝯdẽnatoria, & tũc cõdẽnãs exequiĩ, q̃a
ex eiꝰ ſnĩa ius oriĩ.ſ.officiũ eiuſdẽ iudicis. Aut eꝯ, prima fuit ꝯdẽ
natoria, ſecũda abſolutoria, & tũc abſolutio trahit ſecũ execu-
tionẽ, iõ nõ ẽ tractãdũ, qs exequaĩ.facit ex.de app.c.ad hęc qm̃.
& c.ꝓterea requiſiui ſuimus. qñq; iudex appellationis emẽdat. &
tũc idẽ dicit, q̃a prima enũtiatio trahiĩ ad ſecũdã, eũ forma con
teĩ, ar.no.ff.loc.l.cũ in plures.§.lege.facit qđ no.ex de app.c. ad
hęc qm̃.& c.ꝓtereà requiſiti. Qñq; cõfirmaĩ, & tũc qõ eſt dubia,
q̃a ſi ius oriĩ ex cõfirmato, & cõfirmãte, vterq; p̃t exeq, & hoc
vĩ verũ, q̃a in iudicijs non fit nouatio, arg.ff.de re iu.l.4.§. ſi ex
conuentione. Sed ꝯriũ cõiter dicunt doc. quia non debent eſſe
ſuper eodẽ duæ diffinitiuæ, quæ ambæ tranſeant in rẽ iudicatã.
Vnde

ADDITIONES.

a Vniuerſo. Adde Bal.conſi.86.in 5.lib.& Rom.conſi.129.
b Valere. Vide Alex.conſi.146.2.lib. ubi ponit ſi pater facit duo teſtamenta ſo-
lennia, & deinde codicillos in quibus confirmabantur diſpoſita in teſtamẽ
ta pro maiori parte, & ultimo notatis teſtibus quatuor, & notario dicit, quod
uult decedere cum ſecundo teſtamento, quæ uoluntas præualeat.

Vnde prima ſn̄ia extincta eſt per appellationē, ergo ſola ſecun
da ſn̄ia meret̃ executionem, arg. d. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. &
hic & ff. de inſa. l. furti. §. 1. & qđ ibi no. glo. Bar. & Ang. & C. de
appel. l. præcipimus. circa mediū. ibi, dum dr̃ eaecutus &c. & C.
de iud. l. fi. circa medium. Quartus caſus eſt, qn̄ ſn̄ia prima non
confirmat̃ ſecunda, ſed tp̄e firmat̃, vt quia deſerta eſt appella-
tio, iſto caſu dñt doc. quòd primus iudex exequit̃ ſn̄iam in pro-
nunciatis per eum, vt auc. de app. & intra quæ tp̄a. §. 1. & C. de
temp. app. auc. ei qui. qđ dicit Bal. fore verum, q̄a lapſu tp̄is re-
cidit iuriſdictio in primum iudicē ipſo iure, antequā pronun-
ciet̃ appellationem deſertam, vt d. l. eos. in prin. C. de app. quod
eſt valde no. præterea, pronunciatio ſuper deſertione appella-
tionis eſt interlocutoria, vnde non meretur executionē, ſed dif
finitiua lata in primo iudicio, d. §. qui prouocauit. de hoc ēt la-
tè dicit ff. de app. l. ſi expreſſim. in uer. ſubſequenter quæro. quia
4 iudex à quo &c. dic ēt vt ibi dicit, quæ oīa no. ¶ † In glo. expreſ-
a ſum, ibi, remanet primus &c. No. gl. qđ ex præfatione ᵃ colligit̃
cauſa finalis diſpoſitionis, & ideo ſi reperiat̃ falſa, vitiat̃ diſpo-
ſitio, quia cā finalis, vitiat diſpoſitionem, ſi deficiat. l. a. in fi. cū
ibi no. ff. de dona. & idem & clarius dicit gl. in d. l. fi. ff. de hære.
inſti. ¶ An aūt, & qn̄ ex præfatione poſſit argui. no. doc. in d. l. fi.
& Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. facien. in uer. viſis & exa
minatis dictis regulis. Sed ꝯ hoc vr̃ l. cum tale. §. legato falſam.
5 ff. de condi. & dem. vbi dr̃ † quòd cauſa cohærens legato, ſi eſt
falſa vitiat diſpoſitionem. Et dr̃ cohærere, qn̄ eſt cauſa obligato
ria. Ideo dicit ibi Bar. quòd hic non eſt cā cohærens diſpoſitio-
ni, cū non ſit obligatoria. Idē no. Bar. in l. 1. in fi. C. de fal. cauſa
adie. leg. ſed Imo. in d. l. fi. dicit quòd immo hic & ibi ſatis pt̄ di-
ci cauſam cohærere diſpoſitioni, q̄a ex qualitate cauſæ apparet
quòd teſtator faciebat nouā diſpoſitionē loco antiquæ, quā pu
tauit deficere, & ideo dr̃ cohærere diſpoſitioni, & per ꝯñs face-
re cauſam finalē. Sed ubi nō apparet ex qualitate cauſæ, qđ fa-
ceret aīo nouandi diſpoſitionē loco antiquæ, quā putaſſet defi
cere, tūc poſſet procedere dictū Bar. quæ no. quia ſubtilia ſunt.
¶ No. ex iſto tex. tria. Primò, quòd teſtm̄ primum, tollit̃ per ſm̄,
licet in eo non ſit hæres vniuerſalis, ſed in re certa inſtitutus. cō
cordat d. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. Secūdò habes, quòd inſtitu
6 tus † in re certa, alio nō dato cohærede vniuerſali in eodē teſtō,
b licet detur in alio teſtō, hr̃ loco hæredis vniuerſalis, ſecus ᵇ aūt
ſi eſſet datus cohæres ſimpliciter, vel vniuerſalis, vel in quota
in eodem teſtō, q̄a tūc hr̃ loco legatarij, vt l. quoties. C. de hære.
inſti. Quod eſt verum, ſcđm gl. in d. l. ſi quis priore. præterquam
quò ad querelam, quia tunc filius inſtitutus in re certa, ēt dato
cohærede vniuerſali in eodem teſtō, hr̃ loco inſtituti, vt in auc.
vt cum de appel. cogno. §. cæterum. col. 8. Sed illa glo. cōiter re-
probat̃, quia ſi hr̃ loco legatarij, clarum eſt qđ non deberet ha-
bere ius accreſcendi, quia inter legatarium, & hæredē, non dat̃
ius accreſcendi, vt in l. eam quam. C. de fideicom. & clarum eſt
quòd repudiante vniuerſali hærede, tunc inſtitutus in re certa
habebit totū, vt no. Bald. & doc. in d. l. quoties. igit̃ &c. Tu vero
(licet aliter doc. intelligant) dicas ad intellectū dicti §. cæterū.
quod ibi non eſt uerū, quòd fuerat filius inſtitutus in re certa,
ſed fuit inſtitutus ſimpliciter, licet iuſſus fuerit eſſe tacitus, &
contentus, pro parte ſua, certa re. Et quòd hoc ſit verū, patet dū
tex. ibi dicit, cæterū, ſi q̄s ex his fuerit inſtitutus, intelligo ſimpli
citer, vel in quota. Sequit̃ in tex. ēt ſi certis reb. iuſſi fuerint eſſe
conſtituti. intelligo pro ſua inſtitutione iam facta. Sequitur ibi,
teſtm̄ nullatenus ſolui præcipimus &c. & per cōſequens Impe-
rator nihil de nouo inducit. aliás antē (vt ſui moris eſt) per alia
uerba iactātia locutus fuiſſet. qui intellectus eſt notabilis, & eſt
7 tenendus mēti, licet aliter in intelligatur & obſeruetur. ¶ † Ter-
tiò principaliter habes, quòd inſtitutus in re certa, non dato co
hærede vniuerſali, hr̃ ut hæres vniuerſalis, detracta rei mentio-
ne, ut l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſt. quod fallit in pluribus ca-
ſibus, ut ibi per Ang. & do. meum Ioan. in repe. illius §. in prin.

ADDITIONES.

a Præfationes. Nanq; & procemia ſtatutorū demonſtrāt eorundē ſtatutorum cauſam finalē, per tex. meliorē de iure reputatum in l. fi. & ibi Bar. Bal. & Io. Imo. notant. ff. de hær. inſti. ad idē tex. ubi Bar. & Bal. in l. 1. in prin. ff. ad Macedonianum, tex. & ibi Bar. & Bal. in l. cum hi. in prin. de tranſac. in Pand. & tex. in l. ut liberis. in prin. & no. Bal. in 1. notabili. ff. de colla. & tex. notabilis in l. regula. §. & licet. in uerbo, nam initium conſtitutionis generale eſt, demonſtra. de iuris & facti ignorantia. in Pand. & conſuluit do. Iacob. conſi. 1. exordiente Redemptoris noſtri & eius glorioſiſſimæ genitricis. col. 5. uerſic. præfationes autem. nu. 3. circa medium. vo. 1. Quod declaro procedere, quando omnes caſus deciſi in ſtatuto, comprehendi poſſunt ſub rōne proœmiali. alias autem proœmium non dicitur eſſe cauſa finalis, ſed impulſiua, per text. in l. 1. §. tex. oc. er. ff. de orig. iuris. & ita ibi ſingulariter limitat Bald. & probat Bal. in d. conſi. 2. col. 10. uer. non obſt. num. 7. Aul. Caius.

b Secus. Adde quod illa ſubſtitutio in re certa dicitur impropriiſſima. Ange. in § 1. in prin. ſupra de hære. inſti. Purpo.

SVMMARIVM.

1 *Verba in dubio in proprio & vero ſignificatu capi debent.*
2 *Factū nō iure dicitur, quod in ſuo ſalutari & ſubſtātiali peccat, & rūpi, vel irritari dicitur, qđ valuit, licet ex poſt facto annihilatur.*
3 *Filius non redimens patrem captum, vel infirmū non curans, an ipſo iure vel per ſententiam hæreditate priuetur.*
4 *Exhæredari poteſt filius, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad perfectionem, aut alimenta denegat.*
5 *Filius ingratus an & quando hæreditatem capere poſſit.*

Alio quoque. Per capitis diminutionem teſtamentum
propriè fit irritum. & largo modo teſtm̄
ruptum vel iniuſtum dicitur irritum, & econtra, h. d. ¶ Not. ꝙ
quando teſtator capite minuitur, teſtm̄ iam factū irritatur. Et ſic
facit, ꝙ qn̄ aliquis ingreditur religionē, & ſic capite minuitur,
quia tranſit in ptātem abbatis, quod teſtm̄ primò factum irrite-
tur, de quo dic vt ſu. eo. in princi. ¶ No. quod dicit in ſummario.
1 ¶ † No. ibi, ſed quia tanè. quod in dubio verba debēt capi in ve-
ro & proprio ſignificato, facit l. 1. §. 1. ff. ſi ager vecti. vel emphy.
pet. l. 1. §. biduum. cū gl. ff qn̄ appel. ſit, l. 3. §. hæc verba. ff. de neg.
geſt. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exer. de quo dixi plenè ſupra de
2 iure natu. §. 1. ¶ † No. ꝙ propriè loquendo illud dr̃ non iure fa-
ctum, quod peccat in ſuo ſalutari ſubſtantiali, & ſic ab initio nō
valuit; rūpi aūt vel irritari dr̃, quod valuit, ſed ex poſt facto an-
nihilatur. Et ſic no. ꝙ id quod non valet, nō pōt rumpi, vt l. nam
& ſi. §. rūpendo. ff. de iniuſt. teſt. ¶ In gl. diminutus. in fi. Not. iſtos
duos caſus in quibus, quis priuatur hæreditate, ſiue ex teſtō, ſi-
ue ab inteſtato, & legata conſeruantur, videlicet, qn̄ pater eſt ca
ptus, & filius non redimit patrem, vel eſt infirmus, & non cura
tur. Eſt & alius caſus ſimilis his in l. 1. C. de infan. exp. Sed dubiū
3 inſurgit † an ipſo iure, an per ſn̄iam priuatus ſit, & eſt effectus
magnus, quia ſi ipſo iure non ſuccedit, & ſi filius habeat filios,
filij ſuccedent auo, qui non deliquerūt, vt l. 3. §. ſi emancipatus.
ff. de contrata. ſecus ſi aufertur ab eo, tanquā ab indigno, vt l. ſe
quens. ff. ad Sylle. in prin. Secundus effectus eſt, quia ſi eſt priua-
tus ipſo iure, & cōueniat̃ à creditorib. paternis, ēt ſi poſſideat,
pōt opponere, ꝙ eſt priuatus, ſecus ſi requiratur ſn̄ia, vt l. ſi ſer-
uus plurium. §. ſi quis ante ff. de leg. 1. Nec alius ꝯ eum pōt talē
exceptionem opponere, niſi fiſcus, vt ff. fa. erc. l. his ꝯñr. §. 1. cum
gl. & ibi vide Flo. niſi lata ſentētia, vt l. ex facto. §. Iulianus. ff. de
vulg. & pup. & ita dicit Bar. in l. a. ff. de excep. rei iud. Bal. in auc.
ſi captiui. C. de epiſ. & cle. tenet ꝙ requiritur ſn̄ia per l. cum rō.
§. fi. ff. de bon. dā. Adde l. eius qui delatorem. & ibi Bar. ff. de iur.
fiſci. & quod not. Bald. in l. iubemus. §. economus. ver. ſanè. C. de
ſacroſ. eccl. & c. eum ſm̄. de hære. in 6. ¶ Sed aduerte ad id qđ ſu
4 pra dixi, qn̄ † pater eſt infirmus, & non curatur, quia idem ſi cu
ratur non bene, vel ad perfectionem, vt quia aut medicū quem
habere potuit, non conduxit, vel ſi cōduxit, non cōduxit bonū,
cum bonū & peritū medicum habere potuerit, vt l. qđ ſi nolit.
§. mancipium. & § ſeq. ff. de ædi. edi. no. gl. & doc. in l. ſi ab hoſti
bus. §. 1. ff. ſolu. mat. Eſt & alius caſus, ſi alimenta denegat, cū ale
re teneat̃, quia qui alimēta denegat, vr̃ necare, vt l. necare ff. de
lib. agn. Si naūt aliquam aliam cauſam ingratitudinis commiſe-
rit, de illis 14. de quibus ſit mentio in auct. vt cū de app. cogno.
5 §. cauſas. clarum eſt, ꝙ pōt exhæredari, vt ibi. ¶ † Sed an ſi inſti-
tuatur, poſſit capere? dicendum eſt, ꝙ ſi pater ſciuerit filiū cau-
ſam ingratitudinis aduerſus ipſum commiſiſſe, & non obſtante
ꝙ haberet poteſtatem ipſum exhæredandi, tn̄ ipſum inſtituit,
quod tali caſu filius capere poterit, quia pater vr̃ remiſiſſe iniu
riam, vt ar. no. in l. 3. § fi. cum ibi no. per Bart. ff. de adi. leg. ſecus
aūt ſi pater ignorauerit filiū fuiſſe ingratū, quia licèt tūc ipſum
inſtituerit, non vr̃ cauſam ingratitudinis remittere, ar. l. mater.
ff. de inoſ. teſta. l. qui cū tutorib. in prin. ff. de tranſac. & facit qđ
no. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. igitur priuabiē
hæreditate. ar. eius ꝙ no. gl. & doc. in l. ſororem. C. de his qui. vt
indig. & in l. fideicōmiſſum. C. de fideic. & no. gl. & Bar. in l. 1. ff.
de his qui. vt indig. & Bar. in l. licitatio. §. qđ illicitæ. ff. de pub.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum capitis diminutione teſtatoris irritum, an impedimē-
to ceſſante reconualeſcat. & nu. 2.*
3 *Teſtamentum quo iure, & quatenus reconualeſcat.*
4 *Voluntatis declaratio an & quando ad teſtamenti validitatem requiratur, & quos teſtes ſint neceſſarij.*

Non tamen per oīa. Teſtamentum iure factum po-
ſtea irritum capitis diminutio-
ne teſtatoris, reconualeſcit de æquitate prætoris, ſi teſtator tem-
pore mortis fuerit ciuis Romanus, & ſui iuris. h. d. ¶ No. ꝙ recō
ualeſcere pōt, qđ ab initio valuit, ſi impedimētū qđ ſuperueniſ
tollatur.

tollatur. ¶No.ꝙ ad hoc ut bon.poſ ſm tab.detur, eſt neceſſe ꝙ
ſint tales tabulæ, quæ habent 7.teſtiũ ſigna, ut hic & l.cum tabu
lę.ff.de ſecun.tab.¶In gl.& ſuæ pṫatis.in fi. No.gl.ꝙ licet à prin
cipio valuerit teſtm̃, & poſteà factum fuerit irritũ vel neceſſa-
1 ria vel voluntaria capitis† diminutione: Voluntaria, quia dedit
ſe in adoptionem: Neceſſaria, quia fuit deportatus, nõ reconua
leſcit ẽt impedimento ceſſante, niſi aliquo iudicio, nouã volun
tatem retineat, dic, vt dicam in ſeq.glo.ſecus qñ ab initio teſtm̃
non valuit ꝑꝑ defectum teſtantis, tuoc ẽt impedimento ceſſan-
te, & ex noua uoluntate nõ reconualidaꝛ, ut l.1.§.t.& oĩno vi-
de Bar.ff.de le.3.¶In gl.libertatem.in fi.dic ſm Bar.idem ſi fue-
rit per principem reſtitutus, qñ erat deportatus, quia iſta duo
2 æquiparanꝛ, fictio poſtliminij,† & reſtitutio principis, vt l.ſi qs
filio.§.pe.ff.de iniu.te.& ibi Bar.ſed fictio poſtliminij cõnalidat
primum teſtm̃ ipſo iure ſine noua voluntate, vt d.§. pen.& ſu-
pra quibus non eſt permiſ. face. teſt. ita & reſtitutio principis,
vt d.l.ſi quis filio.§.pe.ſecus ſi voluntariæ mutet ſtatũ, quia dat
ſe in arrogationem, vt l. qui ex liberis.§.teſtõ.ff.de ſecun. tab.Et
eſt rõ, quia qñ inuitus quis mutat ſtatum, non vꝛ mutare volun
tatem, ſecus ſi volens, vt l.fideicommiſſa. §.ſi rem.ff.de le.3. Sed
licet docto.tranſeant cum Bar. tñ hoc vꝛ contra iſtum tex.quia
hic iſta duo equiparanꝛ, dare ſe in arrogationem & perdere ci
uitatem, uel libertatem.¶Sed ſuſtinendo opi. Bar.poſſes dicere,
ꝙ hęc æquiparantur, qñ tꝑe mortis adhuc dicta impedimenta
ſunt, ſecus qñ non adeſſent, & tunc loquiꝛ Bar.& iura ſua.¶Sed
3 in his(quæ dixi) ſm Bar.eſt videndum, qm̃ † reconualeſcit hoc
teſtm̃, vtrum iure ciuili, uel prætorio. & hic uꝛ tex.ꝙ iure prę-
torio tm̃, ceſſante impedimento, quia reſtituiꝛ, & ualidaꝛ quo
ad ſecunda tab. Tñ Raph.in d.l.ſi quis filio.§.pe.dicit ꝙ veritas
eſt, qñ impedimentum tolliꝛ per uiam fictionis (vt ibi) non eſt
dubium, ꝙ conualidaꝛ de iure ciuili, idem ſi per uiam reſtitu-
tionis in integ.à principe, quia iſta æquiparanꝛ, vt ibi, & talis
reſtitutio eſt de iure ciuili, quia hoc potuit princeps, iſtud ob-
ſtaculum remouendo, & hoc voluit Bar.ſm aliquos libros in l.
poſthumus.in ver. idem & circa. ff.de iniuſt.teſt.¶Aduertas tñ
ſm Raph. ꝙ iſta reſtitutio licet conualidet teſtm̃, non tñ conua
lidaret inſtitutionem de hmõi damnato factam, nec ẽt relictũ
ſibi factum, vt l.intercidit.ff.de condi.& demon.quia in eo tra-
ctaꝛ de lucro, quod perpetuò tene menti. Qñ uero non interue
nit reſtitutio, ſed ſine reſtitutione ceſſat impedimentum, tunc
non reſuſcitaꝛ teſtm̃ de iure ciuili, quia teſtm̃ ruptum non con
ualidaꝛ, valet tñ de iure prętorio teſtm̃, ſi eſt habilis tꝑe mor-
tis, vt eſt caſus notabilis hic.Ex quo no.& ita ſemper allegaꝛ, ꝙ
in caſu huius §.eſt neceſſaria, ẽt hodiè, bon.poſteſſ.& ſic intra
annum, vel centum dies excluderetꝛ, vt l.1.§.largius.ff.de ſucc.
edi.Sunt aũt plures alij caſus, quos oẽs recollegi ſupra de exhę
red.lib.in princ.dic vt ibi. Sed pone, ꝙ hmõi damnatus non eſt
reſtitutus per principem, ſed ſolummodo ei indulgeꝛ crimen,
& ꝙ illa indulgentia non reſtituit in integrum, & ſic teſtm̃ re-
manet ruptum de iure ciuili, valet tñ de iure prętio.Et etiam da
tur iſto caſu bono.poſ.ſm tab.quia prætor exigit, ꝙ tꝑe mortis
teſtator habeat teſti factionem, & ſint deſcripti ſeptem teſtes,
vt hic, igiꝛ, &c.Quid ſi neque fuit reſtitutus, neq; ſibi fuit indul-
gentia conceſſa, ſed dictum fuit, rebãnimus te, (vt hodie dici ſo
let) dic ꝙ importat acſi in integrũ fuiſſet reſtitutus, & ſic teſtm̃
conualidaꝛ, etiam de iure ciuili, ita eleganter vult Bar.in ſimili
in l.1.§.fin.ff.de quæſtio. & in l.ſi.C.de ſen.pal.& ibi Bald.quod
no.Et eodem modo, qñ teſtator dedit ſe in arrogationem poſt
teſtm̃, & poſteà emãcipaꝛ, ualet teſtm̃ de iure præto. vt hic. Tñ
quia uꝛ mutaſſe voluntatẽ, obſtat exceptio, ideo debet illa ex-
ceptio elidi aliqua probatione. & hoc vult d. l.qui liberis.§.te-
ſtamento.& ibi Bar.tñ ſi eſſent inſtituti venientes ab inteſtato,
non eſſet neceſſaria illa declaratio, vt d.l.poſthumus.uer.idem
& circa.¶Ex his infert Raph.& Bar.qui dixit ꝙ ad ualiditatem
4 teſti, requiriꝛ declaratio † voluntatis, non bene dixit, ſed ad tol
lendam exceptionem quę competeret contra validitatem teſti
de iure præto. (vt dixi) bene requireretꝛ declaratio voluntatis.
Quia ſupra dixi, quod requiritur declaratio voluntatis, quęro
quot teſtes ſunt neceſſarij? dic ꝙ quinq; teſtes requiruntꝛ, corã
quibus dicas, aliàs condidi teſtm̃ &c. vel ſimilia uerba, quia ta-
lia verba generalia non ſunt diſpoſitiua, ſed inducunt iudiciũ,
quod durat in prima uoluntate. Tunc aduertas, aut teſtm̃ pri-
mum ualuit, & confirmaꝛ teſtm̃ de iure prætorio, vt hic, nõ de
iure ciuili, quia requiriꝛ ꝙ exprimat nomen hæredis, ut l.iube-
mus.C.de teſ.ſed codicilli oĩo confirmanꝛ, vt l. 1.§.1. ff.de le.
3.ſi autem à principio non valuit aliquo modo teſtm̃, ẽt de iu
re prętio.confirmaꝛ, ſed requiruntꝛ ſeptem teſtes, vt hic. iſte eſt
caſus in d.l.1.§.1. & ibi omnino vide Bar.in ſi. & ibi Rapha.&
Imo.in l.hæredes palàm.§.ſed ſi notam. ff.de teſ.& vide glo. &
Bar.in d.l.qui liberis.§.teſtamento.C.de teſ. & uide glo.& doc.
in l.1.C.de codi.& glo.& doc.in d.l.2.C.de bon.poſſ.ſm tab.&
glo.Bar.& Bal.in l.cum proponebatur.ff.de leg.2. &c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentũ non dicitur, nec ex eo aliquid debetur, quod a teſtatore morte prǽuento, non fuit completum.*
2 *Condemnatus non dicitur, niſi qui omni perfectione condẽnatus eſt.*
3 *Teſtamentum primum ſolenne an uideatur ſublatum, teſtatore coram ſeptem teſtibus dicente nolle teſtamentum tale ualere.*
4 *Verba nolo teſtamentum meum valere, quid operentur.*
5 *Voluntati teſtatoris mutandæ tres teſtes idonei & rogati ſufficiunt.*
6 *Intellectus ad l.hac conſultiſſima § ſi quis autem.C.de teſt.*
7 *Intellectus ad l.filio præterito. ff de iniuſt. teſt.*
8 *Intellectus ad l.ſi duobus.§ ſi prius.ff.de contratab.*
9 *Teſtamentum an & quando uerbis uel facto reuocari poſſit, & ad quos bona perueniant.*
10 *Teſtamentum an aliquo modo poſſit fieri irreuocabile.*
11 *Teſtamentum ẽt imperfectum ualet inter liberos & ad pias cauſas.*
12 *Teſtatoris voluntas ex cauſa non eſt ſeruanda.*
13 *Teſtamentum quo iure ſit diuiduum.*

Ex eo autem. Per poſterius teſtm̃ imperfectum, uel
aliam vltimam voluntatem non ſolen-
nem, non tolliꝛ primum.h.d. ¶No.ꝙ teſtm̃ iam conditum, &
perfectũ, non põt tolli nuda contraria voluntate, dicendo, non
volo illud teſtm̃ meum per me conditum, manu talis notarij,
& tali die, valere.quod no.facit l.ſi iure.& ꝙ ibi Bar.ff.de leg.3.
1 & l.ſancimus.C.de teſ.¶†No.ꝙ illud non põt dici teſtm̃, nec ex
eo aliquid debeꝛ, ſi incipit teſtm̃, etiam ſolenniter facere, & ali
qua legata iam fecerit, & etiam hæredis inſtitutionem, & ante-
quam habereꝛ pro perfecto, & abſoluto, morte præuentus non
compleuit, quod no.facit l.is qui.cum ibi no.per gl.Bar.& doc.
ff.de teſ. ¶No.regulam ꝙ teſtm̃ primum perfectum, non tolliꝛ
per ſm imperfectum, immo oportet, ꝙ ſit ęquè perfectũ.¶No.
ꝙ teſtm̃ imperfectum eſt funditus nullum, nam ꝙ imperfectũ
eſt, non põt dici, ꝙ ſit aliquod.Nam teſtamentum, quod nõ va-
2 let, abuſiuè dꝛ teſtm̃.vt l.1.§.1.ff.quemad.teſ.ape. † Et condem-
natus ẽt non dꝛ, niſi qui rite & rectè, & omni perfectione con-
dẽnatus ſit, ut l.4.§.condẽnatum. & ibi Bar. & doc.ff.de re iud.
3 ¶In glo.ma.ibi, ꝙ licet † valere & perfectè.No.ꝙ licet teſtator
corã ſeptem teſtib.dicat, non volo tale teſtm̃ meum valere, tñ
a non tolliꝛ,ᵃ & eſt rõ ſm Bar.in l.ſi iure.ff.de le.3.qa iſta uolũtas
non ẽ potens parare viam adeũdi hęreditatem de iure ciuili ali
cui, ideo non põt tollere primum teſtm̃, vt l.cum in ſecundo.ff.
de iniu.teſ.¶Ex quo ẽt inferꝛ, ꝙ ſecunda inſtitutio ſit inualida,
licet in ea ſit illa clauſula, caſſans, irritans, & annullans, &c.ꝙ
primum tñ non tolliꝛ, & dicta clauſula nihil operaꝛ. ¶Ex quo
ſequiꝛ aliud, ꝙ teſtm̃ nuncupatiuum, redactum in ſcripturam,
non põt tolli per teſtatorẽ coram ſeptẽ teſtib. Aduertẽdum eſt
ſm Bar.in d.l.ſi iure.ꝙ ſi hoc faciat, vt veniẽtes ab inteſtato hoc
habeãt, vꝛ quòd primũ ſublatum ſit, qa venientes ab inteſtato
veniunt ex mẽte tacita defuncti, vt l.conficiunꝛ.ff.de iure codi.
ideo vꝛ quòd illi veniẽtes ab inteſtato veniãt de iure ciuili, cũ
ergo veniant ex mẽte defuncti per eorũ aditionem, confirmaꝛ
ademptio primi teſti, ut l.ſi quis ita.ff.de hære. inſti.ſed Bal.in l.
ſancimus.C.de teſ.tenet contra Bar. Nam ſicut teſtator in teſtõ
nuncupatiuo corã ſeptẽ teſtibus põt dare hꝛditatem, ita debet
4 poſſe tollere. Item † quia illa verba, videlicet, non uolo teſtm̃
meũ valere, &c.ſemꝑ intelliguntꝛ eſſe appoſita fauore venien-
tium ab inteſtato, & vt uidebaꝛ decedere inteſtatus, & ſic uitare
venientes ab inteſtato, remoto ſcripto hærede, argum.l.volun
tatis.C.de fideicõ.vnde perinde eſt acſi expreſſiſſet, videlicet,
illa alia verba, qa volo decedere inteſtatus &c. vel ſimilia. Sed
Sal.in d.l.ſancimus. videtur velle, quòd teſtamentum non ſit
ſublatum ipſo iure, & ita intelligatur opin. Bart.ſed ope exce-
ptionis ſic.arg.glo.in l.3.§.ſi.ff.de adi. leg.quod not. ¶Et de iſta
clauſula, caſſans, irritans &c.uide Bar.in d.l.ſi iure. & Bal.Ang.
Raph.& Imo.in l.ſi ſub conditione.§.ſi.ff.de hære.inſti.ſed qui-
dam d.meus do. Honofrius de Bartolinis de Peruſio, doctor ſo
lennis, dum Senis repeteret l.hac conſultiſſima.§.ſi quis aũt.C.
de teſta.in uer.opponitur ulterius, ad idem, & uꝛ ꝙ in eo ꝙ dꝛ
teſtamentum

ADDITIO.

a Tollitur.Sed quid ſi ſubiungat, quia nolo decedere inteſtatus.uide Alex.in conſ.104.in 2.lib.ubi mentionem facit de do. Honofrio infra alleg.

teſtm̃ primũ perfectũ &c.tollaẽ,qñ teſtator faciat contẽplatio-
ne uenientiũ ab inteſtato,tenet cũ Bar.qui & ſi nõ expreſſiſſet,
haberet tñ ea tacita mẽte ſua,vt d.l.conficiunt.Nec obſt l.mili-
tes codicillis.§.veteranos.ff.de teſt.mil.qa ibi non fuit facta re-
uocatio corã ſufficienti numero teſt.ũ. Sed inquantũ dicit Bar.
ꝙ requiriẽ aditio confirmans primũ teſtm̃, iſtud ipſe reprehen
dit,qm̃ ad hoc ut primũ tollaẽ, ſufficit ꝙ uigore ſecundi poſſit
adiri hęreditas ſm̃ teſtatoris uoluntatẽ,ut d.l.ſi qs ita.ff.de hær.
inſti.ergo quãtũ ad tollendũ primũ, non requiriẽ cõfirmatio
aditionis hæreditatis,qa ſufficit potentia adeũdi, ut.ſ.eo.§.po-
ſteriore.& ita tenent Bal. & Raph. in d.l.ſi ſub conditione.§.ſi.
Nec obſtant allegata per Bar,qa ibi loquiẽ de ademptione,quę
non ſolũ requirit potentiã,ſed executionem, & effectũ,ſicut in
oĩ actu qui regulariter ex teſtõ depẽdet , ut l.ſi.ſilũ.ff.de cõtrata.
5 ¶In ea.gl.ibi,non ſola mutatione † dic,ꝙ in caſu d.l ſancimus.
a ſufficiunt tres teſtes qui probent ꝯriam uoluntatẽ[a] cũ curſu de-
cennij,ut dicit ibi tex.oportet ꝙ ſint idonei, ergo rogati, ut ibi
uolũt doc.ſi non ſunt rogati,non ſufficiunt,qđ no.quia uidi de
facto in quodam teſtõ Lazari diuitis auunculi uxoris meę prę-
teritæ. ¶In ea.gl.ibi,ideo facilè potuit rumpi. uel dic,ꝙ ille ca-
ſus non eſt propriè exceptus à regula,quia hic primum erat ua
lidum de iure cõi,ſed ibi primũ erat ualidũ iure ſpeciali,ex pri
uilegio.¶In ea.gl.ibi,de vulg.& pup.l.ſi filius. dic ꝙ in d.l.hac
6 conſultiſſima.§.ſi quis aũt. † teſtm̃ ſm̃ in quo erant inſtituti ue
nientes ab inteſtato,erat imperfectũ rõne defectus triũ teſtium,
ſecus ſi eſſet imperfectum rõne pręteritionis, quia tunc non pẽ
tollere primum,ut uř caſus in l.ſi filius qui in ptãte.ff.de libe.&
poſth.¶Sed ꝯ hoc,uř caſus in l.ſi duob.§.ſi prius.ff.de contrata.
unde Bar.in d.l.ſi filius qui in ptãte. dicit, ꝙ in d.§.ſi prius.erat
pteritus filius emãcipatus,ideo de iure ciuili teſtm̃ erat ualidũ,
& ſic non rumpiẽ ipſo iure,licet poſſit peti per contrata. de iu
re prętõ. unde primum rumpiẽ per ſm̃ ualidum de iure ciuili.
tò,qualiter p Iuſtinianũ oẽs iſti modi legãdi,vel oĩa genera le-
torũ ſunt redacta ad vnã naturã, & legatarijs dat̃ ius ꝓſequẽdi
legata altero de trib.mo.Sextò, remouet dr̃iam q̃ erat inter le-
gata,& fideicõmiſſa,& ea adæquat.Septimò,rñdet cuidã tacitę
obiectioni.2.ibi,ſed olim.3.ibi,& certa q̃dã.4.ibi,ſed ex ꝯſtõni-
bus.5.ibi,nr̃a.6.ibi,ſed non vſque.7. ibi,ſed ne in primis,h.d.in
ſumma. Antiqua ſolẽnitas verborũ,q̃ in legatis obſeruabat̃, eſt
hodie ſublata.& in legatis potius volũtas,q̃ verba ſpectat̃.Itẽ ĩ
oĩb.legatis vna natura imponit̃, habentq; legatarij ius ꝓſequẽ-
di legatũ trib.actionib.Itẽ legata fideicõmiſſa ſunt adęquata.h.
d.¶No.ꝙ tñ importat legatũ,q̃ſi donatio; & ſic legatũ ex me
ra cã lucratiua, & adfert meũ cõmodũ.vt l.ſi hr̃ditatis.ff.man.
¶No.ibi,validiores.ꝙ magis attenditur voluntas, q̃ ſcriptura.
1 ¶†No.ibi,verbis,ꝙ magis mẽs,q̃ verba eſt attẽdẽda, vt l.cũ vi-
rũ.C.de fideic.& l.volũtatis.& ibi Cy.& doc. e.ti. C. de fideic.
& Bar.i l.nõ aliter.ff.de le.3.Ex quo ẽt no.ꝙ lex magis reb.& fa
ctis,q̃ verbis impoſita eẽ credit̃. ꝯcordat l. 2. in ſi.C.cõia de le.
¶No.ꝙ nõ tñ p verbũ lego,vel relinquo,ſed p q̃cũq; verba p̃t
2 fieri legatũ,dũmodo appareat de mẽte legatis. ¶†No.ꝙ ꝓ lega-
to ꝓſequẽdo,cõpetũt legatario tres actiones,videlicet in re hy-
pothecaria,& pſonalis,vt l.cũ filius.§.varijs.ff.de le.2. & l.1.C.
cõia de le. ¶No. ꝙ qñ duo adęquant̃,ꝙ id ꝙ eſt plus in uno,tri-
buet̃ alteri.facit c.1.de immu.ecc.& l.1.ff. de le.1. & ibi Bar. &
oẽs doct.cõiter. In gl.legatũ in ſi.ſupple huic diffinitioni,& ab
hr̃de p̃ſtãda,vt no gl.in l.legatũ.ff.de le.2. ¶In gl.donatio.ibi ſ̃.
de do.§.aliæ.Addes quartã donationem,q̃ dr̃ remuneratio.vt l.
Aquilius.ff.de don.& l.ſi verò nõ remunerãdi,in prin.ff.mã. Eſt
& alia,q̃ nõ eſt ſimpliciter donatio,ſed ob cãm, vt donatio p p
nup.vt ſ.de don.§ ſunt & aliæ.& dic; ut ſ̃.dixi in ti.de don.§.1.
3 ¶†Quęrit hic Io.Fab.ſi in teſtõ dicat teſtator,dono Titio fundũ
p̃nti,& recipiẽti,an ſit donatio inter viuos,& ſic irreuocabilis?
an verò ſit legatũ,qa p verbũ dono,p̃t legari, vt l.2.C.cõia de l.
rñdet,ꝙ erit legatũ, quia verba in dubio ſunt interpretãda ſm
materiã ſubiectã,vt l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauerò.ff.de
iureiu.vñ cũ legatũ dicat̃ donatio, ut hic, & in teſtõ dicat̃; do-
no,intelligit̃ legatũ.pro hoc de ſepul.cle.dudũ in ver.verũ Sed
ego credo,ꝙ immo valeat,vt donatio inter viuos,cũ in vltima
2 voluntate poſſit fieri ꝯctus, ª vt l.hr̃des palã.§.ſi.ff.de teſt. Nec
4 obſt.ꝙ p verbũ dono† poſſit fieri legatum,tñ cũ hoc fiat parte
p̃nte,& dictũ verbũ dono,poſſit adaptari ad ꝓpriã donationẽ,
& ad ipſum legatũ, & in legato nõ requirit̃ partis p̃ntia , vt l.
cũ pater.§.ſurdo.ff.de le.2.in donatione ſic.l.inter mortis.ff.de
do. cã mor. & ſic in p̃ntia partis, ergo magis vr̃ habere requi-
ſita in donatione,q̃ in legato,ergo erit donatio inter viuos , &
nõ legatũ,& ſic nõ põt reuocari,vt no. Bal.& doc. in d.l.hr̃des
palã.§.ſi.& Bar.in l.Luc.§.q̃ſquis.ff.de le. 2.& ĩ l.cũ qs. §.codic.
ff.de le.3.cum ſimil. ¶In ea.ibi,ſine onere ſit.dic,ꝙ regulariter
legatũ eſt ſine onere,vt hic,& l. Imperator.§.1. ff. de le.2. fallit
in caſu qui hr̃ in d.§.1.& qđ ibi no.doc. ¶In glo.verba.in ſi.dic
ſiue ſint directa,ſiue obliqua;& q̃ dicant̃ directa, & q̃ obliqua,
vide in gl.2.in prin. C.cõia de leg. & ego dixi ſ̃.de pu.ſubſt.§.1.
5 ¶†In gl.validiores.in ſi.dic,ꝙ recurrendum eſt ſp ad iudicem,
ꝓ interpretatione voluntatis teſtantis,vt l.volũtatis.& ibi doc.
C.de fideic.q̃ iudex debet retinere hũc ordinẽ, quia primò de-
bet uidere,qđ teſtator ſenſerit, ut l.in conditionib.in prin.ff.de
cõd.& de.ſi nõ apparet, debemus inſpicere qđ eſt veriſimilius,
q̃ veriſimilitudo attẽdit̃ ex multis,vt ff.de leg.1.l. ſi ſeruus plu-
rium.§.ſi.& ſi illud veriſimile nõ apparet, recurritur ad ꝓpriũ
ſignifi-

ADDITIO.

a Contractus. Vide latè Rom.conſ.171.

ſignificatum uerbi,ut l.non aliter.ff.de le.3.vbi Bar.ita dicit. Et
ſi eſſent plures ſignificationes,quatũ una eſſet propria, alia im
propria,ſtaremus propriæ ſignificationi,vt l.1.§.is qui nauem.
ff.de exer.ſed ſi eſſent plures ſignificationes propriæ,tũc debe-
mus inſpicere quod eſt minimũ, vt l.apud Iul.§.Seio.ff.de leg.
1.Adde qñ uerba pñt intelligi per prius,& p poſterius,ſemper
capiuntur pet prius, vt l.2.& ibi Bal.& Ang.C.de ſucceſ.edic.
6 ¶†In gl.verbis,in fi.no. φ lex generaliter loquens recipit reſtri
ctionem de habilitate.concordat gl.in l.1.§.nũciatio. & ibi do-
ctn.ff.de no.ope.nun.& in l.ut gradatim.§.ſed ſi le.ff.de mun.&
hon.& dia i.3.de iure natu.§.1.& dic, vt ibi,& Bar.latè in l.oẽs
7 pop.ff.de iuſt.& iu. ¶†In gl.in rẽ.in fi.dic,φ dñium rei teſtato-
ris legatæ purè nõ ſub cõditione,trãſit in legatariũ fictè a mor
te teſtantis,ſed verè ab adita hæditate,irreuocabiliter tñ,vt l.ſi
tibi hõ.§.cum ſeruus.cũ ibi no.per gl.& doc.ff.de leg.1.Qđ eſt
verũ,ſi acceperat,ut l.ſi quis ita.ff.de cõdi.inſti.ſecus ſi repudiat,
quia hr̃ ac ſi legatum factum non eſſet,ut l.ſeruũ filij.in prin.ff.
8 de leg.1.†Quod eſt vtile ad ſciendũ,an fructus rei legatæ perce
pti poſt mortẽ teſtatoris & ante aditam hereditatẽ ſpectent ad
legatarium,uel non.Nam ſpectant ad hæreditatem.l.φ ſeruus.
cum gl.ff.de leg.2.ſed facta aditione debent legatario reſtitui,
ut no gl.in d.l.quod ſeruus.facit l.huic ſcripturæ.in princ.ff.ad
leg. Aqui.& l.quæſitum.§.pen.ff.de leg.1.& l.ſed ſi ſeruus lega-
tus.ff.de nox.& l.apud Iulia.§ fructus.in fi ff.de leg.1.& hoc ſe-
quitur Bar.in l.ſeruo legato.in prin.ff.de leg.1.Sed ꝯrium tenet
gl.in l.Heren.ff.de vſu.& illam gl.ſequitur Pet. & Cy.in l.fi.C.
de vſu.& vſuf.leg.Sed Bal.in d.l.fi.tenet ẽt illam gl.ultimã,quia
legatum a die mortis teſtantis non eſt in legatariũ plenè trãſla
tum,ſed dependet, vt d.§.cũ ſeruus.& iſtam opi.ſequitur Imo.
& Rapha.in d.l.ſi ſeruo legato.ſed Sal.in d.l.fi. & Flo.in d.l.He
ren.concor.opi.ſequẽdo Dy.in d.§.cum ſeruus. quia aut hæres
fuit in mora adeundi, & tunc fructus percepti ante aditam hæ
reditatem,licèt queranĩ hereditati, vt l.φ ſeruus.tñ quia ſunt
poſt moram quęſiti,ſunt reſtituendi, ut ibi dicit gl.& hæc pro-
bantur per l.vſusfructus legatus.ff.de vſufr.Item quia alias da-
retur occaſio hæredi in adeundo morã faciendi,& pro hoc fa-
cit quod hr̃ per gl.Bar.& doc.de fructib. perceptis ea ſui mora
reſtituendi fideic.in d.l.fideic.ff.ad Treb. & in l.iubemus.C.ad
Treb.Aut non fuit in mora adeandi,& tunc non ueniunt reſti-
tuendi,ut d.l.quod ſeruus.ibi, verè &c.& iſta concordia mihi
9 placet,quod no.¶†Et prædicta procedũt,qñ teſtator legat rem
ſuam,ſi autem legaret rem hęredis, non tranſit dñium in lega-
tarium,nec tacitè,nec expreſsè, niſi facta traditione per hære-
dem,ut no.gl.in l.Papi.ff.de ſer.& j.in tracta.dicam.Et idem φ
non tranſeat dominiũ ſm Bar.eſt in reb.relictis per conſequen
tiã,vt colligitur in l.ſeruũ filij.& ibi Bar.§.fi.ff.de lega.1.& idẽ
voluit Bar.in l.... in eod.ti.in uer.tertia regula eſt &c.Sed doc.
cõiter tenẽt ꝯriũ Bal.Ang.& Mod.quia ſm hoc ſi legetur grex,
uel peculiũ,cum ſingulariter res gregis,uel peculij nõ ſint ſpe-
cificate,φ non tranſit dominiũ, ſed eſt falſum, ut l.gregis.ff.de
leg.1.& l.ſi chorus.in prin.& ibi Bar.ff.de leg.2.igitur,&c.Non
ob.d.l.ſi ſeruũ filij.§.fi.quia ibi loquiĩ, qñ tacitè intelligiẽ lega-
tũ ex quadã ꝯña neceſſaria,ne alias legatũ ſit inutile. Secus qñ
ex vi bonorũ legatorum,licet tacitè intelligaẽ.facit qđ no.Bar.
in l.uxorẽ.§.agri plagã.ff.de leg.3. Aliqñ nec expreſsè,nec taci
tè illa res eſt legata, ſed uenit acceſſoriã per modum cauſæ in
uerbis enunciatiuis, & tunc nulli dubium,φ nõ transfertur do
minium recta via in legatarium. Hic eſt caſus in l.emptor.§.1.
10 cum gl.ff.de rei uen.¶†In gl.hypothecariã. ibi,aliis qui fuerũt
defuncti. No.φ in re teſtatoris legata non cõpetit legatario hy
pothecaria,ſed in aliis rebus teſtatoris,ſic,idem no.gl.in l.1.C.
de le.in ver.de multis,& illas gl.ſequiẽ Cy.& Bar.in uer.oppo.
res ſua nemini &c.& idem ibi Bal.in ver.quæro nunquid ſi te-
ſtator legauit &c.& idem ibi Iac.But.ſed Sal.in ver.nunc quæ-
ro cũ gl.in verbo &c.tenet, φ cũ non uerè dominium verum
ſit penès heredẽ, vt ſ.dixi, φ dicta res ẽt legata ſit hypotheca-
ta,ſed ego tenerẽ cõem opi.quia illud quod dicit Sal.procedit
ante aditã hæreditatem,& tunc nõ eſt opus φ petatur,quia lega-
tum non eſt confirmatũ,& ſic non debeẽ,ut l.ſi nemo.ff.de teſt.
tut.ſed poſtq̃ hæreditas eſt adita, cum verè dominiũ ſit legata-
rii,ut d.§.cum ſeruus.ergo non poteſt eſſe ſibi hypothecata,ut
l.neq; pignus.ff.de reg.iu.igitur &c.Fortè non eſt malũ dicere,
φ ẽt poſt aditã hereditatẽ eadẽ res ſit hypo.quia cũ dominium
ſit de iure ſpeciali,quia ſine traditione transfertur dominium,
ꝯ regulã.l.traditionib.C.de pac.ergo ẽt res propria, poteſt dici
hypothecata,ſicut dicunt doc.iſto arg.quòd actio in rẽ eſt per-
ſonalis.ꝯtrium arg.in l.in bello.§.ſi quis.ff.de capt.Non autẽ res
hęredis ſunt obligatæ pro ſatisfactione legatorũ,ut not.Bar.in
d.l.1.in fi.C.commu.de le.quòd no.q2 in teneris annis meis do
11 ctor nouellus uolui practicare ꝯrium, & ſuccubui. ¶†Aduer-
tas tñ,quòd poſt ſex mẽſes,ſi hæres non ſoluit,põt fieri immiſ-
ſio in reb.hæredis,& ſic cõſtituitur pignus prętorium,ita pro-
priè loquiẽ l.certa.C.ut in poſ.leg.licet gl.in d.l.fi. C.cõia dele.
aliter dicat,& malè, ſm Bar.& doc.¶In ea.gl.ibi.C.cõia dele.l.
12 1.no.& ſigna iſtã gl.dic tñ latius,cũ quæritur,†quot actiones
cõpetant pro re legata.dic ſm Dy.quòd aut legatur ſpecies cer
ta,aut quantitas,aut genus. Primo caſu aut eſt legãtis,aut alie-
na;ſi legantis, competunt tres actiones, vt dicit gl.ſi aliena,tũc
tñ duæ.ſ.ex teſtõ & hypothecaria,non rei uendi.quia non po-
tuit teſtator trãsferre dominiũ,qđ non habebat.Si uerò quan-
titas,& tũc aut legatur vt corpus,& idẽ quòd in ſpecie,vt ff.de
le.1.l.planè §.1.Aut legaẽ vt quãtitas,& tunc nõ cõpetit rei vẽ.
ſed hypote.& ea teſt.Si genus,& tunc electione facta in ſpecie
teſtatoris, ſiue ab hærede, ſiue a legatario,iuxta not.in l.legato
generaliter.ff.de leg.1.& tunc cõpetunt prędictæ tres actiones,
quia poſt electionẽ tranſit dominium in legatariũ, ut l.a. ff.de
opti.leg.ante autẽ electionem, duæ tñ competunt,quia nõ rei
ven. cũ non apparet quæ res ſit legata. ¶Et idẽ in legato alter-
natiuo,quòd in legato generis pp identitatẽ rõnis,ut no.in l.ſi
rem.in prin.ff.de rei uen.ita dicit Saly.in l.1. C.cõia dele. uide
Bar.& alios doc.in l.1.ff.de leg.1.quia cõpetit ante electionem
perſonalis,& hypothecaria, vt l.duob.ff.de uſufru.leg.ita dicit
Bar.in d.l.ſi pluribus.ff.de le.1. ¶In ea.gl.ibi.l.cũ filius.§.uariis.
dic,vt ibi no.gl.& Bar. ¶In ea.gl.in fi.no.iſtã caudã glo.q̃ tollit
13 magnum contrarium,qñ †competit perſonalis legatario,qui
eſt dñs. Reſpondet gl.quòd perſonalis non competit ad rẽ,ſed
ad poſſeſſionem,& ſic perſonali ex teſtõ agitur ad tradendum
non autem ad dandum,regulariter actio perſonalis dari ſolet,
vt j.de act.§.ſic itaque.Vel ſm Cy.in d.l.1.C.comm.de lega. &
Bar.in d.l.1.ff.de leg.1.quòd rei vend.competit reſpectu domi
nii, quod competit de iure ſpeciali, fauore vltimæ uoluntatis.
ꝯ l.traditionibus.C.de pact. & act. perſonalis & hypothecaria
non competunt,etiã de iure cõi;igitur datur concurſus,ut dixi
ſup.vt in l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de cap.& in l.rebus.C.de
iu.do.& uide Bar. & doct.in l.fi.C.de ſac.ſan.eccl.Sed hoc non
placet Raph. & Imo.in d.l.1.ff.de le.2.quia immo legatarius di
rectè,& plenariè eſt dominus,cum acceptauerit,vt l.ſi tibi ho-
mo.§.cùm ſeruus.ff.de leg.1.& dixi ſupra ſecundum Sal.igitur
eſt dñs de iure communi; & per conſequens,nõ ob.d.l.in reb.
quia ibi tranſit tantum vtile dñium,ideo agi poteſt,vt detur di
rectum. Non ob.d.§.ſi quis ſeruum. quia ibi non erat dñs irre-
uocabiliter,quia poſſet antiquus dñs reuocare, pretio oblato;
igiẽ tenent iſtã gl.quã vt ſingularem ſequiẽ Bar.Ang.& Imo.in
d.l.1.ff.de leg.1.ſi quis vellet tenere opi. Cy.Vltramon.& Bar.
dicat,φ quãuis legatarius acceptans, uerè & directè ſit dñs,tñ
negari non poteſt, quòd non ſit dñs de iure ſpeciali, quia ſine
traditione fuit dominium tranſlatum, cõcordat l.traditionib.
C.de pac.igitur non eſt mirum,ſi datur concurſus,vt d.l.in re-
bus,cogitabitis etiam vos.¶In gl.ſtrictè.in fi.no.tex.cũ gl.quod
ſecundum antiquitatem,& ſic de iure digeſtorum plenior erat
natura fideicommiſſorum quã legatorum, nõ aũt loquitur de
iure antiquiori,ante iura digeſtorũ,quia nõ diceret hoc Impe-
rator, quòd neceſſariũ foret illud tollere p ipſum Iuſtinianũ,
cùm eſſet ſublatũ per mediũ ius fforũ,per d.l.1.ff.de le.& quòd
de iure fforũ eſſet pinguior natura fideicõmiſſorum,patet ẽt
in d.l.2. C.com.de leg.licet Bart. & alii in l.1.ff.de leg.1.dicant
ꝯrium.¶In gl.eaequari.ibi,quantũ ad ſnĩam,& tractatũ.ſed vr̃
quòd ẽt de iure ſforũ eſſent adæquata per oĩa,vt l.1.ff. de leg.1.
14 vbi per oĩa legata † ſunt adæquata fideicõmiſsis,& eꝯ quòd fi-
deicõmiſſa ſunt adæquata legatis,colligitur ex.l.ſi res.ff.de le.
3.vr̃ tex.in l.qui aũt.in fi.prin.ff.ſi quis omi.cã te.ibi dicendum
eſt contribui fideicommiſſa debere,quaſi exæquata,etc.& per
ꝯñs,ibi manifeſtè vult legiſlator,φ ſtatuiũ in legatis per l.1.eo.
ti.in prin.trahaẽ ad fideic.& etiam vr̃ caſus in l.fideicommiſſa.
ff.de leg.3.& in l.quæ ſub conditione.§.hoc edictum. ff.de con
dic.inſti.& in l.hæres ab eo.ff.ad Treb. ¶Ex his vr̃ inferri,quòd
cũ iſta eſſent hinc inde per oĩa adæquata, quòd Iuſtinianus hic
& in d.l.2.ſeruierit nobis de vento,& opi.gl.& doct.in d.l.1.ff.
de le.2.Vnde Bar.& doc.in d.l.1.dicunt quòd licèt eſſet de iure
antiquo, nõ tñ ita clare ſicut hic p Iuſtinianũ fuit diſpoſitum,
ſed nec hoc ſaluat Imperatorẽ de mendacio,qm̃ hic dicit,φ de
iure fforũ ita non erat cautũ.Vnde dicit Raph. φ illud φ dr̃ in
d.l.1.ff.de leg.1.fuit additũ a cõpilatorib.noui iuris,ut dicit ibi
gl.& poſitum ſub noĩe Vlpi. & hoc cõprobaẽ ex tex.ualde no.
in l.2.§.tanta.ff.de uet.iu.enu.in hoc nõ eſt multũ inſiſtendum,
Ego credo, quòd de iure fforum legata per oĩa adæquata erãt

ſideic.& ſi aliqoo natura ſideic.erat pinguior,quã natura pro-
pria legatorũ,illud legatis eſſet attributũ, per dictã l.1.ff.de le.
2.& ecõ, ſi in aliquo natura legatorũ fuiſſet pinguior per alias
leges,& diſperſim,& in diuerſis materijs, & iũ nõ multũ clare
per verba impropria,vt ꝑ verbũ, quaſi adequata, vt dicit text.
iti d.l. qui aũt.in ſi.prin.& ẽt licèt reperiantur legata adęquata
erát in caſib.particularibus,& nõ dicebaſ per oĩa. Vnde poſteà
Imperator hic, & in d.l.2.æquiparauit legata ſideic. & ecõ, per
oĩa,facit quod dicit Bart. qñ aliquis efficitur ciuia io oĩbus, &
per oĩa,igitur &c.Et fecit Imperator per modũ regulæ, & pro
hoc vr̃ raſus in ſimili. l.1.§.ſinaũt diſiunctim. C.de cad. tol. ibi
nos aũt &c.& ꝙ dr̃ hic.& in l. 2.ꝙ æquiparanẽ in oĩb.& ꝑ oĩa
15 †facit ꝙ dicit Bar.in ciue,qñ aliquis efficiẽ ciuis in oĩbus,& ꝑ
oĩa,qoia hr̃ pro vero ciue,vt no. Bar.in l.ſi maritus.§.lege Iul.
16 ff.de adul.ut no.Bar.io l.oẽs pop.ff.de iuſ.& iu. ¶†Ex iſta iodu-
cunẽ ad qõnẽ,qua dr̃, ꝙ nobiles de aſinellis æquiparati ſint po
pularibus,quia ſi quid beneficij plus habeant populares quam
17 nobiles,ꝙ intelligiẽ attributum nobilib ✝ de aſinellis.†Ex quo
ẽt infert Bar.in d.l.1.ꝙ ſtatutũ Bononiæ, quo cauetur, ꝙ ſcho-
lares debent tractari vt ciues, & ꝙ ſcholares gauderent bene-
ficiis ciuium,in alio quod eſſet damnoſum, non ſunt tractandi
vt ciues,ſic non potuerunt ſcholares collectari, vt hodie ciues
18 collectantur. ¶†Tu aũt diſtingue ſic,qñ duo adæquantur,quia
aut adequanẽ pariter,& tunc, ꝙ eſt vnius intelligitur ineſſe al-
teri,& ecõ. facit quod no.Bar. Ang.& Imo.de duab. villis,adin-
uicem adæquaus,& vicis,in l.1.§.ſi cohæredi.ff ad leg.Falci. &
Bart.in l.1.in ſi.C.de metropol.lib. 11.& in c.1. ne ſede uacao.
Quod iotelligo verũ in caſibus iq qoibua põt fieri adæquatio,
& non in alijs,vt no.ſingulariter per Bar.in l.1.§.lea Falc.per il
lum tex.ff.ad leg. Fal.pro quo ego allego tex.cum gl.in l.man-
cipia.C.de ſer.fug.in uer.eadem forma. Aliqñ vnum adiungi-
tur alteri,& non econtra (ut dixi de qõne nobilium & plebeio
rum) & tunc beneficium ꝙ habent populares & plebei, intelli
gitur attributum nobilibus de aſinellis,ſed non econtra, vt d.l.
2.ff.de leg.1.facit c.1.ne ſede vacan.cum ibi not.in gl. Aliqñ ſit
per modũ acceſſorij,& ſubmiſſionis, vt qñ vna villa adiungiẽ,
& ſubiicitur cuidam caſtro,& quoddam caſtrum ciuitati, an il
lud adiunctum dicatur idem corpus cum eo cui adiungitur,&
regatur ſtatutis illius loci,cui adiungitur? vel regi debeat dicta
villa ſuis primæuis ſtatutis? no.Cy.& doc. In l.etiam.C.de iure
do.& Guil.Bar. & doc.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pig.ac.
19 dic,vt ibi.¶†In ea.gl.in ſi.dic, ꝙ legata particularia non æqui-
paranẽ fideicõmiſſis vniuerſalibus, nec econtra legata vniuer-
ſalia,fideicommiſſis particularib. ſed particularia particulari-
bus,& vniuerſalia vniuerſalib. vt doc.no.in d.l.1.ff.de leg.1.cæ
tera dic, ut ibi per gl.Bar.& doc.l.1.& 2.C.comm.de leg.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtium res, an & quando, & qua legari poſſint.*
2 *Coniuncta perſona quę dicatur.*
3 *Aliena res an & quando legari poſſit.*
4 *Libellus qualiter ſit formandus per petentem legatum rei alienę.*
5 *Euictio an debeatur re tradita legati cauſa euicta.*

Non ſolum autem. ¶Etiam res aliena põt legari,& hæres tenetur eã redimere ſi põt
ſoluere,alias tenetur æſtimationẽ eius præſtare, & hoc verum
ſi teſtator ſcit eſſe rem alienam, & agenti incumbit onus pro-
bandi.h.d. ¶Not.ꝙ etiã res hæredis,ſicut propria legari poteſt.
¶No. ꝙ ſi legatur res quæ non ſit in commercio noſtro cõmu-
ni,non debetur etiam ęſtimatio.¶No.ꝙ non ualet legatum rei
alienæ ſimpliciter, niſi probetur per legatarium teſtatorem ha
buiſſe notitiam rei alienæ. ¶No.ꝙ agenti incũbit onus proban
di.¶In gl.res.in ſi.dic ꝙ iſtã gl.tenent Dy.& Ray.in d.l.5.§.fin.
licèt ibi gl.velit,ꝙ ſi ſimpliciter legat fundum Seianum,ꝙ non
vr̃ legare totum fundũ, ſed ius ꝙ habet in fundo vr̃ legare, vt
no.gl.in l.cùm alienã.C.eo.& l.vxor patrui.eo.ti.ita dicit Bart.
1 & Bal.in d.§.ſi. ¶†In gl.alienam.in ſi.an autem res hoſtium, &
qñ,& quæ poſſit legari? dic,ꝙ ſub conditione ſi noſtra efficia-
tur,uidelicet,quia ciuilis eſt expectatio, & hoc vult Bar.in l.id
quod apud.ff.de leg.1.¶Sed amplius putat ibi Raph. ꝙ ẽt purè
poſſit legari res hoſtium quãdo ſpes eſt ꝙ ad nos perducatur,
vt ſunt aromata,ita vr̃ tex.in l.ab omnibus.§.etiam. ff.de leg.2.
& idem in ſtipulatione ,ut dixi ĩ.de inutil. ſtipu. in prin.c.licet.
gl.dicat contrarium in l.generaliter.in prin. de fideicomm.lib.
¶In gl.ꝙ redimere.an autem, & quando quis inuitus cogatur
emere,vel vẽdere, plenè dixi ſ.de his qui ſunt ſui, uel alie.iur.
§.ſi.dic,vt ibi.¶In gl.ęſtimatio.in ſi.no.& ſigna gl.& ſimilis eſt
in l.ſed ſi hæres.ff.de leg.1.& ibi vide doc.& gl.in l.multum.ff.
de ver.obl.& ibi Bar.& doc.& in l.mortem.§.1.ff.de le.2.& gl.
& ibi uide quæ ſcripſi ĩ.de inut. ſtip.in prin. ¶In gl.ignorabat.
2 ibi,niſi coniunctæ perſonæ ſit relictum &c.† Quæ autem dica-
tur coniuncta perſona,dic vt in gl.in d.l.cum alienam. Vel dic
ſm Bar.ibi,& melius, ꝙ intelligitur arbitrio iudicis,quod ma-
ximè patet, quia tex.ibi dicit, an ſit talis,cui teſtator veriſimi-
liter reliquiſſet,ſi ſciuiſſet alienam. Et iſta eſt veritas,probatur
ibi in vxore, quæ non eſt coniuncta perſona,vt l.1.& Auten.
ibi poſita.C.vnde vir & vxor. nec etiam dr̃ proxima, ut d.l.cũ
alienam.ibi proximè pſonæ, vel vxori,& ſic eſt diſiũctiua,vel,
3 igiẽ &c. ¶†In ea.ibi,de fideic.lib.l.Paolua.not.ꝙ pro libertate,
& eius fauore, & ſic pro legato pio, vt l.libertas.ff.de regu.iur.
oĩno legatum debetur,non habita dicta diſtinctione, ſi ſciat te
a ſtator rem alienã,uel nõ. Quod no.pro legato ad pias cauſas,[a]
cui libertas æquiparatur,ut no.Bar.in l.cancellauerat.ff.de his
quæ in teſt.delen.ut oĩnò debeaẽ,ẽt ſi teſtator ignorauerit rem
eſſe alienã,facit ff.ad Tre.l.quidã.§.ſi qs filiũ.vbi optimè,& be
nè vide. Vt ergo iſta materia tibi liqueat,an legatum rei alienę
valeat?conclude ſm Sal.in l.cũ alienã.C.eo.videlicet, aut teſta
tor nullũ ius habet in re, vel ad rem, aut aliquod ius habet. Pri
mo caſu, aut eſt hęredis ſui, & indiſtinctè debetur, ut l.vnũ ex
familia.§.ſi rem.ff.de leg.2.Aut eſt alterius, & tunc aut teſtator
ſciebat alienam,& debetur,vt d.l.cũ alienã.in prin. & hic. Aut
ſuã eſſe putauit,& ſic iſte teſtator ignorabat alienã, & ſic regu
la eſt,ꝙ nõ debeaẽ. Fallit, qñ legauit cõiunctæ pſonæ,vel alteri
cui ẽt ſi teſtator ſciuiſſet alienã veriſimile eſt,ꝙ legaſſet,ut d.l.
cũ alienã.aut dubitaẽ utrũ ſciuerit,vel ignorauerit,& tunc aut
poſſidebat rẽ cum titulo , & pręſumitur ꝙ eã putauerit ſuam.
Aut eã poſſidebat ſine titulo , & tunc benignior interpretatio
eligitur,ut l.benignius.ff.de legi.præſumo, ꝙ ſuã putauerit,nè
iniuſtè reperiaẽ alienã rẽ poſſediſſe,ar.l.2. C.ne vxor pro mar.
Ego limitarẽ hoc, niſi notorium eſſet ꝙ penès eũ eſſet depoſi-
ta,vel cõmodata.ar.l.officium.in ſi.ff.de rei ven.Si aũt non ip-
ſe,ſed alius eam poſſidebat , & tunc non p̃ſumo ꝙ ſuã putaue-
rit,ſed alienã.ar.l.ſi.C.vnde vi.Secundo caſu principali,qñ te-
ſtator habet aliqood ius,dic, aut eſt ius cõionis,aut aliud,ſi cõ-
munionis,tunc ſolum partem ſuam legare vr̃. vt ff.de leg.1.l.
ſerui electione.§.ſi.dic,vt dixi ſ.eo.in prin.& l.ſi domus.§.ſi.ff.
de leg.1.niſi dixerit totũ fundum,uel oẽm,quia tunc,licèt eſſe
cõis,tamen totum deberetur, vt l.Iul.ff.de leg.3. Item niſi eſſet
cõis cum hęrede,quia tunc tota res deberetur, vt in tex.ſingu
lari.ff.de leg.2.l.cũ filius.§.dominus.ſaluo ꝙ in iſto caſu adiice
ret pronomen meum,quia tunc reſtringitur ad partem tm̃ a ſe
poſſeſſam,& quam vendicare poſſet,vt l.quãuis. & l.Quintus.
la 2.§.argento.ff.de au.& arg.leg.Et iſto caſu verificatur gl.po-
ſita in d.l.ſerui electione.§.ſi. ſi autem eſſet aliud ius cõionis,
tũc ſolum illud ius legare vr̃, ſiue ſit ius pignoris, de quo uide
l.Senatus. §.ſi.ff.de leg.1. & l.1.ff.de libe.leg.ſiue ſit ius ſuperfi-
ciei,ſiue vtilis dominij, vt d.l.ſi domus.§.fin.ſiue ſit ius vſusfru.
& ſic morte legantis finiatur,& ſic inutile reperiatur legatum,
vt l.ꝙ in rerum.§.1.ff.de leg.1.dic tamen ut ibi per gl. Bar.& la
tiùs per Imo.& Bar.in l.Sticho.ff.de vſufru.leg. Et prædicta ve-
ra,etiam ſi illud ius non ſit in re, ſed ad rem,vt quia emerat,&
nondũ ſibi tradita erat,quia tunc etiã ſolũ ius quod habet,legare
vr̃,ideo & actionem ex empto teneẽ hæres ei cedere, vt l.apud
Iulianũ.§.idem Iul.ff.de lega.1. & pretium ſoluere ſi nondum
erat ſolutum,alias cederet actionem, cui obſtaret exceptio, ut
4 l.Iul.§.offerri.ff.de act.emp. ¶†Quæro quando legatur res alie
na,quid petetur ab hærede, & ſic qualiter formabitur libellus?
Dic ꝙ debet narrari legatũ factũ , & qualiter teſtator habebat
notitiam rei alienæ,vel ſi erat talis legatarius,cui veriſimiliter
teſtator legaſſet, etiã ſi crediſiſſet rem eſſe alienã, illud narre-
tur,& concludaẽ,quare peto, ꝙ hæres condemnetur,vt talem
rẽ mihi legatã redimat,& mihi det,&c.iſta probantur in l.non
dubiũ.§.ſi.ff.de leg.3.ita dicit Bar.in d.l.cũ alienã.uel aliter, ut
ibi per gl.videlicet,ꝙ petaẽ quòd hæres condẽnetur , & coga-
tur redimere,& præſtare,vel ſi non põt præſtare rẽ, ꝙ eius ęſti
5 mationem pręſtet &c.¶†In ea.gl.in ſi.cùm quæritur,an re tra-
dita legati cauſa euicta debeatur euictio?diſtingue, aut res tra-
dita fuit in genere ſuo legata,& tunc debeẽ euictio.ff.de leg.1.
l.ſi a ſubſtituto.§.hæres.aut res tradita erat in ſpẽ, ſeu ſpecificè
legata,& tũc,aut agere volẽs de euictione eſt legatarius,& co
hæres ſimul,aut eſt legatarius tm̃. Primo caſu,aut ei ſoli dimit

tat

ADDITIO.

a Cauſas,Vide pulchrè Rom.conſ.135.

zat ꝑlegatum fuit,& tunc ei nõ debetur euictio, vt l.cũ pater. §.euictis.& ibi Bart.ff.de leg.2.aut non ei ſoli,ſed & aliis coheredib.fuit legatum, & tũc euictio ei non debetur per viã actionis,ſed retẽtionis,vt d.§.euictio.2.rñſo. nec curatur vtrum ſiot filij,vel extranei, cùm non poſsit rõ diuerſitatis aſsignari, licet gl.hic innuat ꝯ̃rium.Secundo caſu,qñ eſt legatarius tantum,ita ꝙ non cohæres.diſtingue,aut res legata erat teſtatoris,aut alterius.Si teſtatoris,aut euincetur rõne pignoris, vel hypothecæ, aut ratione dñij,vel quaſi. Primo caſu, ſi hæres tenebať eam liberam dare,& ſic luere,& tunc contra eum põt agi,alias ſecus, qñ aũt ipſe tenetur luere,habetur in l.prędia.C.de fideicõ.& in l.ſi res obligata.ff.de leg. 1. & dicam ĩ. proxi. §.Secundo caſu,ſi euincitur rõne dñij,vel quaſi,tunc non debetur euictio, quia ſi res eſt teſtatoris,vt præſuppon.tur,non põt euinci,niſi per imprudentiam iudicis, vt l.ſi per imprudẽtiam. ff.de euict.Saluo, ꝙ ſi hæres dediſſet cauſam euictioni, qui inſtrumenta,per quæ legatarius obtinuiſſet,requiſitus non exhibuiſſet, vt C.de fideicom.l.inſtrumenta.Si autem res legata erat legatarij,& non teſtatoris, & tunc, aut legatum de re aliena factum non tenebat, ꝙ eſt,qñ teſtator rem aliená ſuam putauit, & legauit ei, cui nõ fuiſſet legaturus, ſi ſciuiſſet, vt hic, & d.l.cum alienam.& tunc euictio debetur,ut l.is qui.ff.de euic.Aut legatũ,licet de re aliena,tenebat,vt in primo caſu.d.l.cùm alienam.& etiam in ſecundo,qñ ſi ſciuiſſet, fuiſſet eidẽ legaturus.& iſte eſt caſus dubius, in quo dic,aut teſtator putauit rem eſſe certi hominis,tunc prę ſumitur,quòd rem tradi uoluit,& ſi talem,qualis apud venditorem fuit,ideo de euictione non tenetur, nec de ſuo ſoluere tenetur,ſi uult actionem quam habet cõtra uenditorem cedere, per not.in l.in creditore.ff.de euictio.aut incerti hoïs eſſe putauit, & tunc præſumptio eſt, ꝙ rem dari uoluit, & ſic dominiũ transferre.& quomodo cognoſcatur ꝙ certi,uel incerti hominis eſſe putauerit? dic quia inſpicit,an ſciebat poſſeſſorẽ,& prę ſumitur ꝙ crediderit fuiſſe illius, ut no.in l.ſicut. §.ſi quæratur. ff.ſi ſer.uedi. Aut ignorabat poſſeſſorem,uel erat uacans, & tũc incerti hominis eſſe putauit,ut l.ſi.C.unde ui.ita dicit Saly.in d. l.cùm alienam,in ultima quæſtione.

S V M M A R I V M.

2 *Legatum quando an hærede ſit luendum.& nu.2.*
3 *Legatarius an legatum luere teneatur.*
4 *Legatarius directè agere poteſt contra hæredem, & petere ipſum condemnari, vt rem legatam luat.*

Sed,& ſi rem obligatam. ¶Hæres tenetur luere rẽ teſtatoris alteri obligatam,ſi teſtator ſciuit eſſe obligatam,niſi probetur de contraria uoluntate teſtantis.h.d. ¶No.quòd iſta iudicantur a pari,legatũ rei alienæ deberi, & qñ legatũ rei propriæ debetur,& tũc qñ legatur res obligata hẽdi incũbat onus luendi.¶No.quòd in dubio qñ legaťres obligata, pſumiť, ꝙ teſtator uoluerit onus luẽdi ſpectare ad ipſum hẽdẽ,unde qui aliud dicere uult ſibi de
2 contraria uoluntate teſtatoris incumbit onus probandi.¶ In gl. luere.in fi.adde quartum caſum,ubi indiſtinctè hæres luit,quando poſt legatum,teſtator pignorauit,quia enim legatum a principio fuerit perfectũ,hæres tenetur luere, & ſi ſciuerit teſtator, uel non, ut l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg 3.Et prædicta ſunt uera,niſi res eſſet obligata facto legatarij,ut l.licet. 2.reſpõſo.ff. de do.præle.uel niſi ſit legatũ uniuerſitatis,quia tranſit cũ commodo,& incõmodo,ut l.cũ pater.§.menſe.ff.de leg.2.& ibi omninò uide Bar.& prędicta procedunt in debito priuatorũ,ſi autẽ eſſet tributum, dic quòd hæres cogitur ſoluere pro tpe præterito,& pro tpe quo poſsidebit legatarius, ipſum tributum ſoluere tenetur,ut l.apud Iulia. §.ſi hæres. & qđ ibi no.gl.& doct. ff.de leg.1.& idem in collectis, ut l.ſi pendentes. §.ſi quid cloacarij.ff.de uſufru.& l.1.& qđ ibi latè Bar. C.de mul. in quo lo. mune.&c.li.10.& facit l.Imperatores.ff.de pub.& in l.inter debitorẽ.ff.de pac.& facit l.quæro. & ibi Bart.ff.de uſufr.leg. & l.
2 fi.eo.tit.¶†Quid ſi legatur mihi fundus emptus per teſtatorem, & nondum ſoluerat pretiũ,dic ꝙ hæres tenetur ſoluere,& mihi rem pręſtare,ut l.apud Iulianum.§.ſi Titius.ff.de leg. 1.& ibi doc.Fortius dico, quòd ſi teſtator cõducebat fundũ ꝑ quinquẽnium,& legat mihi ius ſuũ,quòd hrs cogitur dño præſtare mercedem dicti fundi, & ego poſſum uti dicto fundo,& non ſoluã penſionem,ut eſt caſus in l.qui concubinam. §.qui hortos.ff.de leg.3.& ibi Bar.& doc.quòd ſingulariter no.Et eſt rõ,quia uř legaſſe nomen debitoris, ergo hæres tenetur illud dare, ita quòd nõ ob.exceptio,ut l.ſi nomen.ff.de hær.uel actio.uend.& eſt bonus tex.in l.his uerbis.§.alieno.ff.de leg.3. ubi ſi teſtator mãdat hæredi,vt præſtet mihi militiã, ꝙ onera & introitus militię ab hærede ſint præſtanda. ¶Et aduerte ſm Bart.in l.ſi res obligata. ff.de leg.1.& de l.quæro.ꝙ ſi hæres obligatur pro debito nõ hæreditario,vel ipſius hęredis,tunc indiſtinctè hæres tenetur luere,vt ff.de leg.1.l.apud Iul. §.hęres. nam aut illa res erat ſolum obligata,aut ẽt pignori tradita; ſi obligata,hæres tenetur eã tradere legatario,ſed ꝯ̃ legatarium,non poterit creditor agere hypothecaria,niſi prius monito,& cõuento debitore,& eo morã faciente,poterit ꝯ̃ legatarium hypothecariam intẽtare, vt C.de pig.l.debitores. & tunc ex culpa hęredis moroſi rem auocabit, ergo cùm tunc euictio committatur tñ ex culpa hæredis,indiſtinctè debet teneri,alleg.gl.in l.qui ſolidũ.§.ſi.ff.de leg.2.ſecus ſi pro alieno debito eſſet obligata,quia illi denuntiare debet, & ſic hæredi non põt culpa imputari. Sed hoc ab oĩbus doc.reprehẽditur,videlicet Bal.Ang.Raph.& Imo.in d. l.ſi res. & ita Bal. in l.prædia.C.de fideicom. vbi Sal.dicit,ꝙ legatarius hæredi imputare non põt,niſi qñ luere ſibi tenebatur,alias legatarius imputet ſibi,cur nõ luit.& Bal.in d.§.ſi hæres.dicit ꝙ dictum Bar. eſt ꝯ̃ d.l.ſi res.in ſi.vbi dř legatario cedendas actiones cõtra hæredem: nam hoc fieri nõ poſſet, qñ eſſet pro debito extranei.Et ad l.apud Iuli.§.hřs.alle.per Bar. rňde, quòd ibi loquiť de obligatione legali,ideo præſumiť illius habere notitiã, cùm diſpoſitio legalis ſit notoria,vt c. veſtra.de coha.cle. & mulie.ſed hic procedit ex facto hoïs caſuali, & ſic probabiliter ignoratur, vt l.ſi.ff.pro ſuo.& ſic iſte §.habet locum in debito hæreditario,& hæredis extranei,ſm diſtinctionem huius §.& d.l.ſi res.Nec ob. d.l.debitores.quia ibi non imponit neceſsitatem,ſed conſilium interpellandi,vt dicit ibi gl.& oĩnò videas,quę ſcripſi.ĩ.de act. §.ſic itaq. an debitor ſit de neceſsitate extra iudiciũ prius amicabiliter requirẽdus,antequam ꝯ̃ eum in iudicio agatur?& per põs debeat diſtingui,ſi ſciuerit,vel ignorauerit, & an eſſet cõiũcta perſona uel nõ,ſi eſſet relicturus,vel nõ,iuxta no ſ̃.§.proxi. ¶Vltimò,addas caſum ſingularẽ.l.qui habebat. ff.de leg.3.Nam
3 in caſu quo onus luendi ſpectaret†ad legatariũ, intelligitur qñ eſſet obligata pro tanta quantitate,ꝙ aliquid eſſet ſuperflui cõmodi,ſecus ſi pro tanta quãtitate, quòd abſorberet valorẽ rei, quia tũc ſi legatarius cogeretur luere,nullũ commodũ ex legato ꝯſequeretur,idõ ut cõſequatur, hæres cogiť luere,qđ no. Vnũ ad
4 das in practica,† ꝙ legatarius põt directè agere ꝯ̃ hæredem, & petere ipſum condẽnari,ut talem rem mihi legatam luat, ut eſt tex.& ibi Bar.in l.ſi tibi homo.in prin.ff.de leg. 1.& eſt tex.infra eo.§.ſi rem ſuam,in ver. & ideo legatarium cum hærede, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Libellus qualiter formetur per petẽtẽ rẽ legatã, quæ præſtari nõ põt.*
2 *Cauſa dotis,an oneroſa, vel lucratiua dicatur.*
3 *Dos data per patrem filiæ ſpuriæ,an poſſit per dotantis conſanguineos,poſtquam reuerſa eſt ad filium reuocari.*
4 *Cauſæ duæ lucratiuæ an in eodẽ hoïe,& in eadẽ re cõcurrere poſſint.*

Si res aliena legata. ¶Si legatarius factus fuerit dñs res legatæ ex cauſa lucratiua,non debetur legatũ,ſecus ſi ex cauſa oneroſa.h.d. ¶Not. quòd ſi antequã teſtator moriatur, & ſic antequã dies legati cedat, legatarius adeptus fuerit dñium ex cã oneroſa, agere debet actione ex teſtõ contra hæredem,ut conſequatur dictæ rei æſtimationem,non obſtante quòd ipſe rẽ habeat. ¶No.regulam,quòd in eodẽ hoïe,& in eadẽ re,nõ pñt duę cauſæ lucratiuæ cõcurrere. ¶No. quòd id qđ debetur ex cã teſtamentaria, dř deberi ex cã lucratiua,& ſic facit,quòd hæres,uel legatarius qui ueniunt ex cã teſtamentaria, dñr habere titulum lucratiuũ. facit l.1. cũ ibi no.C.de impo.luc.deſcrip.li.10.& ibi no. ¶No.ꝙ nõ eſt prohibitum primo habere æſtimationem rei, & poſtea ipſam rem,ẽt ex cauſis lucratiuis: ſecus ſi primò rem fuerit ex cã lucratiua conſequutus, quia poſteà etiã ex cã lucratiua rem conſequi nõ põt,nec etiã eius æſtimationem,qđ no.¶No.regulã,ꝙ duæ cauſę lucratiuæ in eodem hoïe, & in eadem re concurrere nõ pñt.
1 ¶†In gl.cõſequi.ibi.§.ſed utrum.in ſi.no.ꝙ in obligationib.dandi,res ipſa petenda eſt,licet non poſsit præſtari,ſed executio ſit in æſtimatione,ut l.ſi ſeruum.§.ſi.ff.de uerb.ob.ubi Bar.dicit,ꝙ procedit libellus, peto hæredem cõdemnari ad talẽ ſpetiẽ mihi legatam,ut conſequar æſtimationẽ, ut l.Iul.§.1.& ibi Bart.ff. de uer.ob.Vel tertiò peto ęſtimationẽ talis rei mihi legatę,cum ipſa res præſtari mihi non poſsit,ut l.3. ff.de cõfeſſ.Vel quartò, procedit libellus, peto hoïem mihi legatum, & caſu quo mihi præſtari non poſsit,eum mihi condemnetis in æſtimationẽ,per d.l.3.Vel quintò procedit libellus, ſi ſimpliciter petatur homo legatus nulla facta mentione,ꝙ præſtari non poſsit,& ſi poſteà in pro-

in proceſſu apparet quòd pſtari non poſſit, iudex aut in re, aut
in æſtimatione faciet ſuã condẽnationẽ, vt d.l.3.ita dicit Bar.in
d.l.ſi ſeruũ.§.fi.& in ſimili in l.ſtipulationes non diuiduntur.in
prin.ff.de ver.ob.in ver. nonò quæro. & ſic modo reſtat videre
practicã.¶In ea.gl.in fi.no. & ſigna iſtã gl. in fi.vbi no.caſus,in
quib.etiã id quòd habeo peto pp ius qđ mihi deficit,vide Bar.
in l.3.§.ſi reddita.ff.cõmo.& in d.l.Iulia. §.1. & in l.etiam. ff.de
ſol.& ego dixi infra quib.mod.re con. obli. §.item is cui.dic vt
2 ibi. ¶In gl.ex alia.in fi.no. quòd † cã dotis, dr̃ cã oneroſa,quod
eſt verum reſpectu viri, ſed ex parte mulieris dr̃ lucratiua, vt
eſt tex.vbi hoc no.Bar.in l.fi.ff.quæ in frau.cre. quod eſt verũ in
dubio.Si quis autem volẽs donare vxori, promittat viro quòd
legat,non tm̃ dicitur cauſa lucratiua reſpectu mulieris,ſed etiã
reſpectu viri,quia ſi ſequatur matrimoniũ,repetitur, vt l.ſi ex-
traneus. ff.de condit.ob cau.& ſic non ſolum reſpectu mulieris
donauit,ſed etiam reſpectu viri,& pro dicto matrimonio cõi,
ita dicit Raph.Cu.in d.l.Neſennius.in prin.ff.de re iudi. Ex quo
ſequitur etiam tali caſu,ſi poſteà ſequatur matrimonium,purè
ex parte viri diceretur ex titulo oneroſo,quia per dictam dotẽ ſu
ſtinet onera matrimonij. l.inſulam. in prin.ff.ſol.ma. & d.l.fi.ff.
quæ in frau.cre. Et eſt aduertendum, quòd non tm̃ maritus dr̃
habere dotẽ ex cã oneroſa,ſed etiam eius filij nati ex dicto ma-
trimonio,ita dicit Bar.ff.ſol.ma.l.ſi conſtante.in prin.in ver.ſed
nunquid poſſit nomine eorũ, vel eorũ matris &c.ſed iñ quòd
reſpectu mulieris dicatur ex cauſa lucratiua, ſequitur ſm̃ Bart.
3 in d.l.fi.§.1.quæ in frau.cre. † quòd ſi ſacerdos dotat filiã ſuam
ſpuriã,quòd põt p c.cũ haberet,de eo qui duxit in ma.quã pol.
per adul. & quòd licet,conſtante matrimonio,venientes ab in-
teſtato dicto ſacerdoti,dictã dotẽ reuocare nõ pñt,tñ ſol.ma.ſi
dos redeat ad mulierẽ, & tunc ſuccedentes ab inteſtato dicto
ſacerdoti reuocabunt dictã dotẽ,vt l.1.cũ ibi notatis.per Iac.&
Bar.C.de nat.lib.dimiſſis alimentis,vt d.c.cũ haberet.qđ ſingu-
4 lariter no.¶†In gl.nõ poſſe.in fi.vt ergo colligas iſtam materiã
ſub quadam diſtinctione, ſcias quòd vna regola eſt, quòd duæ
cauſæ non lucratiuæ poſſunt cõcurrere, vt l.non eſt nouũ.ff.de
actio.emp.Alia regula eſt, quòd una cã lucratiua,& alia onero
ſa poſſunt ẽt cõcurrere,ut l.ex promiſſione.ff.de acti.& ob.Ter
tia regula eſt, quòd duæ cauſæ lucratiuæ, nõ poſſunt cõcurrere
vt hic.Iſta itaq; regula ſm̃ diuerſos terminos operat̃ diuerſum
effectũ, nã qñ debet̃ genus,operatur effectũ impediendæ ſolu-
tionis in eadẽ re.ut l.Maximus.§.duobus.in uer.nõ idẽ. ff.de le.2.
Sed qñ debetur ſpecies,operatur effectũ tollendæ obligationis.
nam per ſolutionem factã ea una cã tollitur obligatio ex alia,
ut hic,& l.oẽs.ff.de act.& ob.Aut ergo quæris,qñ regula habeat
locum quantũ ad primum effectum impediendæ ſolutionis,&
tunc aut debetur genus, & dic, aut debetur tale genus,quòd in
ſuo genere recipit functionem,quia in his conſiſtit mutuum,vt
infra quib. mo. re contra. ob.in prin. & tunc regula non habet
locum,ut ff.de ſo.l.ſi quis duos.§.fi.& hoc no.Aut eſt tale genus
quod non recipit functionem, & tunc res ſoluta põt ad oculũ
demõſtrari, & hẽt locũ regula, ut d.§.duobus.uer.ſed ſi pars.&
uer.ſed neq; eum. Si uerò quæris de ſecũdo effectu obligatio-
nis tollendæ,qñ debetur ſpecies, & tũc, aut illæ cauſæ concur-
runt diuerſo tpe,& nõ habet locũ regula,ut l.exiſtimo.in prin.
& ibi Bar.& doc.ff.de uer.ob.aut eodem tpe,& tunc aut ex una
cauſa fit ſolutio eiuſdem rei fictè,puta, quia ſoluitur pretiũ, &
tunc,aut ille cauſæ lucratiuæ deſcẽdebant ex teſtõ unius rei,uel
duarum,quæ hñt loco unius,aut ex teſtõ prorſus diuerſorũ.Pri
mo caſu habet locũ regula, ut ff.de leg.1. l.hmõi.§.1. & hoc re-
linquitur ab eodem,ſecus ſi a diuerſis,ut l.quidã.ff.de leg.2.& l.
quid ergo.§.1.ff.de le.1.Secũdo caſu,qñ ex teſtamento prorſus
diuerſorum,& tunc non habet locum regula. ut j.eod. §.ſi res.
ff.de leg.1.l.planè.§.ſi duos. aut ſoluitur eadem ſpecies uerè,&
tunc,aut ab initio habuit originem in perſonã diuerſorum,aut
unius.Primo caſu,aut ambo uocabãtur ad ſolidam exactionẽ,
& non habet locum regula.ff.de acti. & obl.l.ſi is qui.aut ſibi fa
ciebant partem concurſo,& habet locum regula,ut ff.de leg.1.
l.ſi mihi. in prin. Secundo caſu qñ habuit originem in perſona
unius,& tũc aut una illarum cauſarum ſm̃ quid,& non ſimpli-
citer eſt oneroſa,& procedit concurſus alterius,ut ff.de leg.1.l.
planè.§.quod ſi rem.2.reſp.aut omninò eſt lucratiua,& tũc aut
eſt res ex una cauſa ſoluta reuocabiliter,& non procedit regu-
la,quia poteſt agi ex alia uel ſtatim, uel expectato euentu, ut l.
non quocũq;.§.1.in prin.ff.de leg.1.aut eſt ſoluta irreuocabili-
ter,et procedit, quia ſemper liberatio fit ex aliqua cauſa nõ di-
ſtincto,utrũ poſſit ad oculum demõſtrari, uel non,ut d.§.duo-
bus.in prin. et d.l.non quocunq;. §.fundus. et hic.Iſta ſunt uer-
ba Bar.in d.§.duob. in uer. ut igitur illam totã materiam colli-
gas &c.dic vt ibi.Cætera quæ ſpectant ad materiam duarũ cau
ſarũ lucratiuarum,vide in d §.duob. per Bar. in ſolenni ſua re-
peti.& ibi vide doct.quia eſſet longum, decreui me vlterius nõ
extendere,ſufficit remiſſio. Ange.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus promiſſi,quando dandi ſint.*
2 *Dies ſtipulationi ineſt.*
3 *Legatum fructuum futurorum an ſit conditionale.*
4 *Relatiuũ quis vel qui, iunctũ verbo futuri tẽporis facit cõditionẽ.*

Ea quoq; res. ¶Etiam res futura (quæ tñ eſſe ſperatur)
legari põt.h.d. ¶No. ꝙ illud, ꝙ non eſt in
rerum natura,nec eſſe ſperatur,non poteſt legari. ¶Not.ꝙ fru-
ctus futuri,vel partus futuri legari poſſunt. ¶In glo.ſi modò.in
fi.dic plenius,& ordinatius per gl.d.l.cum ſeruus.& ibi Bart.&
doc.ff.de leg.1.& per gl.in l.ſi quis ſeruo. ff.de leg.2. & adde qđ
no.gl.& doc.in l.quod legatur. ff.de iud. ¶In gl.natũ.in fi.ſimi-
lis gl.eſt in d.l.interdũ.in ver.incipit. Ex quo no.ꝙ in iſtis obli-
1 gationibus † promitto fructus futuros,interim eſt nata obliga-
tio,& actio,ſed executio eſt dilata in natiuitatẽ fructuum. Sed
ſm̃ Bar.& doc.ibi iſte gl. malè dicunt in iſto caſu, quia ꝯ d.l.in-
terdum.non violando tex.vnde in exemplis hic poſitis,cũ non
naſcat̃ obligatio ante diẽ, multò minus actio, quia tale legatũ
eſt conditionale,vt l.1.§.1.ff.de condi.& dem. Idem vr̃ in ſtipu
latione operarũ, quia illa etiã vr̃ conditionalis, nam habet ta-
2 citã conditionẽ,ſi opere indicãtur.l.quoties.ff.de ope.lib.In†ſti
pulatione verò dari Romę,vr̃ dicẽdum,ꝙ dies tacita quæ ineſt
.ſ.cum poterit peruenire Romam, licet non impediat natiuita-
tem obligationis, tñ impedit natiuitatem actionis, niſi ex legis
diſpoſitione inſit, non ex hoĩs conuentione. l.ſi tutor reipu.cã.
§.fi.cũ l.ſeq.ff.de tu.& ra.diſt.vbi vr̃ caſus. pro hoc alle. Ange.l.
ſed ſi alia.coniuncta gl.ff.de bo.dam. vbi maritus recepta dote,
ſtatim obligatur ad dotis reſtitutionẽ,ſed quia dies tacitè ineſt,
non naſcitur actio,niſi ſoluto ma.ſicut in actione pro ſocio.l.in
terdũ.C.ꝓ ſoc.& illã materiã, vide per Bar.& doc.in d.l.inter-
dũ.& latius per Bar.in l.ſtipulatio iſta.in 2.q.prin.ff.de ver.obl.
3 dic vt ibi.†Cũ q̃rit̃, an legatũ fructuũ futurorũ ſit cõditionale,
vel nõ,dic,aut adijcitur relatiuũ quis vel qui,vt legato fructus,
q naſcent̃ in tali fundo,& legatũ eſt conditionale, vt d.l.1.ff.de
4 condi.& dem.rõ,quia relatiuũ†quis vel qui,iũctũ verbo futuri
tpis,facit cõditionẽ, vt l.Stichũ qui meus erit.ff.de leg.1.quę tñ
cõditio intelligitur de prima vice.l.boues. §.hoc ſermone.ff.de
ver.ſig. & oĩnò illo primo anno deficiente, nõ debet̃ vlterius,
ſecus ſi lego,vel promitto decem amphoras vini ex tali fundo,
quia tunc diſpoſitio non eſt conditionalis,quia ceſſat ratio præ
dicta,ſinautem quantitas non eſſet expreſſa,vt quia ſimpliciter
promittantur,vel legãtur fructus naſcituri ex tali fundo, diſpo
ſitio eſt conditionalis,vt l.2.in fi.ff.de cond. & dem.Item aduer
tas,quia vbi dixi diſpoſitionem cõditionalem, fallit primò, vbi
certus locus eſt adiectus cauſa deſignationis, nõ cauſa taxatio-
nis, ſeu conditionis, ꝙ apparet,quia certus locus fuit adiectus
in executione,nõ ĩ obligatione.l.Lucius.ff.de ali. & ci.le.l.qui-
dam teſtõ.in princ.& qđ ibi no. ff.de le.1. Itẽ ſecundo fallit,qñ
non eſt vnica pręſtatio,ſed ſunt plures annuę.l.legatum.§.vini
Falerni. ff. de ann. leg.ſm̃ Bar. Ang.& Imo.in l.inter ſtipulantẽ.
§.ſacram.ff.de verb.ob. ¶Ad vnum tñ aduertas, ꝙ id quod dixi
fore conditionale, intelligas quo ad natiuitatem obligationis,
non aũt quò ad tranſmiſſionem, quia licet legatarius interim
moriatur,tñ ad eius hæredẽ tranſmittit legatum,vt no.glo.in l.
Stichũ qui meus erit.ff.de leg.1.& l.itẽ quia.ff.de pact.dic vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti qui dicantur, & qui disiuncti.& nu.5.*
2 *Legatarius coniunctus re tantum, pariter admittitur cum coniun-
cto verbis tantum.*
3 *Intellectus ad l.planè.§.ſi duob. ff de leg.1.*
4 *Partem an & quando faciat, qui ad partem non admittitur.*
5 *Ius non decreſcendi an inter coniũctos re tantũ locũ habeat.& nu.7.*

Si eadem res. ¶Si vna res ab eodem duobus legatur cõ-
iunctim,vel diſiunctim, ſi ambo cõcurrũt
ad legatum,medietas datur vni, & medietas alteri,ſed deficien
te legato in perſona vnius, totum ad collegatarium datur.h.d.
1 ¶1No.qui dicantur coniuncti, quia illi dicũtur, qui vnica ora-
tione ſunt vocati, & diſiuncti dicuntur, qui vocantur diuerſis
orationibus,etiam ſi dicatur in ſecunda oratione, eandem rem
lego Seio, ꝙ tamen intellige vt in gl. vt ibi dicam. ¶Not. ꝙ li-
cet

cet pluri b.eadem res legetur, vt videatur vnuſquiſq; inuitatus
ad integram rem, tñ dicta res diuiditur æqualiter inter eos, &
concurſu faciunt ſibi partem.¶ No.ꝙ qui repudixt legatum,fa-
cit ꝙ per ius,aut non decreſcendi,aut per ius accreſcendi,totũ
ad legatariũ pertineat. No.ꝙ qñ vnus ex legatariis moritur vi-
uo teſtatore,pars illius mortui, non apud hæredẽ teſtantis,ſed
apud collegatariũ remanet.¶ In glo.duob.in fi.dic,ꝙ gl.in d.l.ſi
Titio aut Seio. tenet ꝯtrium, quia ibi illud procedit propter ele-
ctionẽ datam hæredi, ſinaũt legaſſet ſimpliciter, vt dicit gl.tunc
dicta diſiũctiua poſita inter perſonas oneratas reſolueretur in
coniunctã, vt l.pe.C.de ver.& re.ſig. & qđ ibi no.per gl.& doc.
& iſtud teneas.& dic, vt per doc.in d.l.ſi Titio.¶ In gl.coniũcti,
2 in fi.no.& tene menti illã l.ſi ita quis. la 2.vbi eſt caſus,†ꝙ con-
iunctus re tm̃, pariter admittatur cũ coniuncto verbis tãtũ,ſm
cõem intellectũ,vel ſm Raph.ſũt illi penitus ſeparati,patet ibi
non tm̃ cõiunxiſſe,q̃ celeriter dixiſſe videatur &c. vnde cũ ſint
penitus ſeparati, & portio vnius deficiat, accreſcit portio ſuæ
hæreditatis oĩb.ẽt illi,primo Titio, pro portionib.hæreditariis.
qđ not.¶ In gl.ſcinditur.in fi.intellige gl.1.ſm l.interdũ.in prin.
q̃ allegat,videlicet,iſtud ꝙ dicit gl.eſt verum,niſi appoſita fue-
rit dictio æqua,vel æqualiter, vel æquis portionib.quia tunc ẽt
illi plures ſimul noiati, vt Titius & fratres mei æquæ hæredes
ſunto,quilibet ex hæredib. meis erit hæres pro virili,vt ibi.¶ In
3 gl.deficit.ibi.l.planè.†§.ſi duob. dic ꝙ Bar.ibi intelligit illũ tex.
qñ hæres & legatarius erant cõiuncti re, vel re & verbis, ita ꝙ
inter eos eſſet locus iuri nõ decreſcendi, vt l.re coniuncti.ff.de
leg.3.alias aũt ſi eſſet cõiuncti verbis tm̃,ita ꝙ teſtator vnicuiq;
aſsignaſſet partem ſuã,legatarius non poſſet petere niſi partem
ſuam,aliam aũt põt hæres retinere. vt eo.l.§.fi.l.Lucius.in prin.
ff.ad Tre.Sed hæc limitatio nõ placet ibi Io. de Imo.cũ ille tex.
loquatur indiſtinctè,& quia ſtat rõ ibi poſita indifferenter. Nã
ex quo inutiliter eſt legatũ, & ſic deficit portio, debet ſpectare
ad collegatarium,ex quo aliquo modo eſt cõiunctus,per regu-
lam,d.l.re coniuncti.nec ob.all.per Bar.quia ponũt caſum val-
4 de diuerſum, & iſtud credo verius, & ita ẽt ibi tenuit Bal.¶†In
ea.gl.in fi.an aũt, & qñ,qui nõ admittitur ad partẽ,faciat partẽ,
vide plures gl.& Dy.Bar.& oẽs doc.ff.de le.1.l.hmõi.§.ſi Titio.
In quo cõclude duas regulas,vna eſt, ꝙ qui nõ admittĩ ad par-
tem,nec admitti ſperatur aliquo iure actionis, retentionis,vel al
terius æquitatis,per ſe,vel per aliũ,iſte nõ facit partẽ,ita loquiĩ
caſus poſitus in 1.parte gl.in d. §.ſi Titio. Secunda regula eſt,ꝙ
ille qui aliquo de prædictis modis admittitur ad legatum, facit
partem,ita loquitur ſcđa pars prædictæ gl. & eſt rõ in euidẽti,
quia ex eo ꝙ aliquo modo admittĩ, aufert mihi partẽ,cum ea-
dem res plurium eſſe non potuerit, vt l. ſi vt certo. §.ſi duobus
vehiculum.ff.cõmo. nam qñ legatum valet omni iure,tũc non
eſt dubium,ꝙ facit partẽ,vt l.ſi plurib.ff.de leg.1. Tertius caſus
eſt,ꝙ non admittitur, ſed admitti ſperaĩ, vt l.ſi duob.in prin.ff.
de leg.1.Quartus caſus eſt,qñ legatur mihi,& nõ capaci,ſed ca-
pit pro alio,vt l.ſi Titio.ff.de leg.2.Quintus eſt qñ iure retentio
nis,vt d.§.ſi Titio.Sextus eſt,ſi legaĩ mihi,& hæredi,vel res alie
na,vel res ipſius hæredis,vel aliquid hæreditarium,qđ conſiſtat
in gñe,vel in quãtitate,tunc, quia de manu hæredis capere de-
bet,hæres faciet partem iure retentionis, vt d.§.ſi Titio.ſecus ſi
eſſet legatum corpus hæreditarium, vt l.planè. §. ſi duob.ff.de
leg.1.ita dicit Bar.in d.§.ſi Titio. Sed in d.§.ſi duob.& ĩ d.§.ſi Ti
tio.Dy.Ray. Bal.Ang.Raph.& Imo.tenent ꝯtrium,quia nunquã
ius retentionis prouenit hæredi,niſi ſit iure legati, vt d.§.ſi Titio.
ſed in caſu nrõ,eo.tpe quo legatum,oritur dictum ius retentio
nis,igitur &c.& cum caſus iſto anno contingeret, dicebã iſtam
opi.fore tenẽdam. alij tenebant opi.Bar.pp eius authoritatem,
propter rem dubiam redacti ſunt ad concordiam: ego tñ ſemꝑ
tenerem iſtã opi. quia firmatur maiorib. authoritatib. Et demũ
§.ſi duob.cum loquatur vniuerſaliter, non patitur reſtrictionẽ
quã facit Bar.& doc.in d.§.ſi Titio. reliqua dic vt per Bart.in d.
§.ſi Titio.¶ In gl.diſiuncti in fi.no.& ſigna iſtã gl. quæ ponit do-
5 ctrinam,†quis dicatur cõiunctus, & quis non,& quis verbis,&
quis re,& quis verbis, & re ſimul, & gl.ſimilis eſt in l.1.§.fin.ff.
6 de vſufr.acc. Conclude,†ꝙ inter coniunctos re tm̃,locus eſt iu
ri non decreſcendi regulariter, vt l.vnica.§.ſinaũt ad deficien-
tis.C.de cad.toll.inter cõiunctos verò tm̃ verbis regulariter eſt
ẽt locus iuri accreſcendi, vt d.l.re coniuncti.Fallit qñ ſunt om-
ninò re diſiuncti, vt Titio & Mæuio lego ſingulis ſingulares ſer
uos, vt eſt tex.no.in l.hmõi.§.quib. ff.de leg.1.in cõiunctis verò
re & verbis regulariter eſt locus iuri nõ decreſcendi , vt in iſto
§.Sinaũt ſunt cõiuncti cõiunctione legali tm̃ , aut ſunt omninò
diſiuncti,& tunc in hæreditatib.eſt locus iuri accreſcendi in te-
ſtamẽto pagani,qui decedat pro parte teſtatus , & pro parte in-
teſtatus,in legatis nõ eſt locus iuri accreſcẽdi, ſed pars deficiẽs
accreſcit hæredi teſtantis, vt l.Proculo. & qđ ibi no. ff.de leg 2.
& in l.ſi ſeruus cõis ab extero. & qđ ibi no.gl. & doc.ff.de le.2.
& in l.ſi ſeruus.ff.de acq.hære.& vide Bar.in d.l.re coniuncti.in
ver.1. igitur quæro, nunquid inter cõiunctos re tm̃ &c. cũ ver.
ſeq. Sinaũt ille cuius portio deficit , habet vnum coniunctũ re
tm̃,alium coniunctum verbis tm̃, quis præferetur? In hoc ſunt
opi.gl.doc.iſi Io.& Azo tenent,ꝙ pariter admittãtur. Et ẽt hoc
ſequitur Bar.in d.l.re coniuncti.in ver.2.quæro,qñ plures ha-
bentes &c.pro quo alleg.caſum in l.ſi ita quis.ff.de hær.inſt.ſed
ibi Raph.dicit,ꝙ ille tex.hoc non probat, vt dixi hic circa prin.
§. Et eſt magna vtilitas, vtrum quis habeat partem deficientem
7 per ius accreſcendi,vel per ius non decreſcendi.¶†Nam primo
caſu,accreſcit ſine onere, vt d.§.ſinautem ad deficientis.Secun-
do caſu,diſtinguitur vt in §.1 & in §.pro ſecũdo. C.de cad.toll.
de quo vide Bar.& Imo.in l.ſi duobus.§.ſi hæres. & l.ciuitatib.
§.Lucius.ff.de leg.1. & Bar.in d.l.re coniuncti. in ver.2.dubita-
tur, qualiter, verum cum onere. & in l.quæ conditio. in prin.&
ibi latè Imo.qui in aliquibus diſcrepat a Bart.ff. de condi.& de.
& p gl. & doc.in l.Celſus.§.pe. & fin. ff.de leg.2.dic vt in dictis
locis,quia eſſet longum recitare longam , & ſolennem repeti-
tionem Bar.in d.l.re coniuncti.ff.de leg.3.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus an ſit dominij pars.*

Si cui fundus. Si ad legatarium peruenerit proprietas
fundi eidẽ legati ex cã onerosa , & vſufr.
ex cauſa lucratiua, põt peti totus fundus, tñ officio iudicis,æſti
matio proprietatis tm̃ debetur.h. d. ¶ No.ꝙ quando vſufru.pe-
tiĩ,& redit ad proprietatem,dr̃ haberi ex cauſa lucratiua ¶.No.
ꝙ ſæpe vnum petitur,videlicet fundus, & aliud in conductio-
ne deducitur,videlicet æſtimatio. ¶ No. ꝙ vſusf.aliquando ha-
bet vim ſeruitutis realis.¶ No.ſm Io.Fab.ꝙ non videtur acqui-
ſita illo iure ſine titulo,quo res cui conſolidatur.quod no.con-
cordat.l.non quocunq; .§.ſi fundus. ff.de leg. 1.¶ In glo.petitio-
1 ne.in fi.†an autem vſusfructus ſit pars dominij.Dic ſm Placen.
ꝙ eſt pars dñij,& nõ eſt diſtincta vtriq;,ſm dialecticos eſt pars
dominij legalis,nõ eſt pars dñij prædicatiua, ſiue ſubiectiua, vt
poſita ſpetie,ponatur genus, vt homo,ergo aial;nam non ſequi
tur,eſt fructus,ergo dñium;vel eſt proprietas,ergo plenum do
miniũ eſt,ſed eſt legalis,id eſt,integralis qui ſimul cõiũcti,pro-
prietas & fructus,faciunt dominium.ſ.plenum.ita no.dicit glo.
in l.rectè dicimus.ff.de verb.ſign. & ſic gl.melius loquitur in l.
qui vſumfructum.ff.de verb.oblig. & etiam quæ in alibi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei propria legatarij an valeat.*
2 *Legatum rei debita legatario an ſit validum.*

Sed ſi rem legatarij. ¶Legatũ rei propriæ legatarij
1. & in l. liber homo. ff. de uerbo. obl. ubi res hoſtium, quæ nũꝗ̃
fuit noſtra, non ſimpliciter, ſed ſub cõditione, ſi noſtra fiat, põt
ſtipulari. cogita, alias in iſto tit. fortè plenius dicam. Et uide laiè
dñm meum Flori. in d. l. fi. ff. commu. prædi. &c. an contractus
pendeat, & qñ. ¶ In glo. ſimiliter. in fi. ſed contra. ff. de leg. 3. l. ſi
chorus. §. fi. ſed ibi erat ſeruus quo tp̃e potuit legari: hic erat li-
ber tp̃e ſtipulationis. Et tñ ſi tẽpore ſeruitutis ſtipularet ipſum,
& poſteà efficeretur liber, & interim ſeruus, nõ conualeſcit ſti-
pulatio, uide ff. de ſol. l. qui res. §. aream. ſecundum Io. Fab. ¶ Vl-
timò, tex. iſte facit ad id, quod not. Bar. in d. l. liber homo. & in l.
7 Iulianus. ff. de leg. 1. uidelicet, an res infidelium, & ſic quæ † non
ſunt in cõmercio noſtro, poſſumus ſtipulari. Et dic ſi ſemel fue-
runt noſtræ, ſed hodie ſunt occupatæ, poſſunt ſtipulari. c. abba-
tè. de re iud. lib. 6. item ſecundò, ſi promittatur ut cum iſta cõdi-
tione, ſi ad manus noſtras peruenirent, etiam tunc res hoſtium
poſſumus ſtipulari, ut ibi. ſed ſimpliciter non poſſumus, quia
non ſunt in commercio noſtro, ſecus ſi eſſent in commercio, ut
ſunt aromata, quæ poſſunt uendi & emi, tunc licèt ſemper ſue-
rint hoſtium, tamẽ poſſunt legari & ſtipulari, & iſte eſt propriè
tex. ſm Raph. in l. ab omnibus. §. etiam. ff. de leg. 1. quod no.

ADDITIO.

a Forenſis. Vide pulchre Rom. conſ. 509.

SVMMARIVM.

1 *Factum alienum an, & quo caſu ſtipulari poſſit.*

Si quis alium. Factum alienum, non poteſt in ſtipula-
tionem deduci. h. d. ¶ No. quòd promiſſio
facti alieni non obligat; ſed promiſſio facti proprij bene obli-
gat, licèt ſit ꝙ alius faciat, quia principaliter deducitur factum
promiſſoris, qui promittit facere, & curare, & ita & taliter cũ
effectu quòd Titius fabricabit domum. ¶ In gl. magna, ibi, quo-
ties quis. dic, immo ibi eſt ſtipulatio prætoria. ut infra dicam,
igitur &c. ¶ In ea. gl. ibi, ſtipulatio iſta. 1. reſp. dic, ꝙ immo ideo
tenetur, quia præceſſit cõtractus emptionis, cuius natura tenet
1 de euictione, ut ibi no. Bar. ¶ In ea. l. gl. in fi. no. & ſigna glo. ma-
giſtram, ꝙ regula riter factum alienum promitti non põt, quod
fallit in certis caſibus, ut in gl. Tu dic, ſm Ang. & Imo. in d. l. ſti-
pulatio iſta. in princ. ꝙ regulariter factum alienũ promitti non
põt, ut hic; fallit in pluribus caſibus. Primò, qñ ſe facturũ & cu-
raturũ promittit, ꝙ Titius faciet, ut hic. 1. reſp. & ff. de fideiuſſ.
l. ſi ſtipulatus es opus. & l. ſicut reus. eo. titu. & d. l. quoties quis.
C. de dona. quæ ſub mod. ſed hæc non eſt propriè fallẽtia, quia
promittit principaliter factum ſuũ, ut d. l. quoties. Secundò fal-
lit in ſtipulatione prætoria. ubi etiam ſi nõ promittat ſe curatu
rum, tñ tenetur. ut d. l. quoties quis. hr̃ cum ſimilibus. Tertiò fal
lit, ubi præcedit ꝯctus, ex cuius natura promiſſor tenetur ex fa-
cto oium, etiã extraneorum, ut in emptione, ut l. emptorem. §.
quamuis. ff. de act. emp. & l. inter ſtipulantem. in prin. cũ ibi no.
ff. de uerb. obl. Quartò fallit qñ quis promittit factum alienum,
non ut perſonæ, ſed ut rei in contractum deductæ, & ita intelli
gatur. l. ſi ita quis. ff. de euic. ſm Pet. & Cy. in l. 1. in 7. q. C. de ꝑc.
Sed ad unum ſingulariter aduertas, ꝙ qñ quis uel ex ſtipulatio-
ne, uel ex natura ꝯctus tenetur curare, ut per alterũ fiat, uel nõ
fiat, non debes in tuo libello concludere, quaſi tibi nõ liceat ha
bere per factum, uel non factum alterius, quia nõ in facto illius
qui tenetur, ſed in facto, uel non facto alieno concluderes: ſed
debes concludere quaſi per promiſſorem non caretur, ut alius
faciat, uel nõ faciat, ita eleganter dixit Bar. in d. l. inter ſtipulan-
tem. in prin. in uerſi. quarta ſolutio eſt. ff. de uerb. obli. quod ſin-
gulariter no. in practica. Quintò fallit ubi quis promittit alium
dare, uel facere, ad quod promiſſor tenebatur, quia intelligitur
promittere ſe curaturum, ut eſt caſus ſingularis in l. qui autem.
§. ſed ſi quis. ff. de cõſti. pecu. Sextò fallit ſi iurauit, quia iurãdo
etiam ſuper facto alieno, intelligitur promiſiſſe omni meliori
modo quo poteſt, ut l. cum pater. §. filius. ff. de leg. 2. & per con-
ſequens uidetur promiſiſſe ſe facturum & curaturum. Septimò
fallit ubi adijcitur pœna, quia tunc in conditionis euentum ex
facto alieno committitur ſtipulatio iſta, ut d. l. ſtipulatio iſta. in
fi. prin. alias extra iſtos caſus ſtipulatio in facto alieno nõ cõmit
titur, quia inter ſtipulantem, & promittentem, negotium nõ ge
ritur, ut d. l. inter ſtipulantem. ideo nulla obligatio in iudicium
deducib. oritur. Iſta ſunt uerba Ang. partim in d. l. inter ſtipulan
tem. excepto eo quod dixi in practica ſupra. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non ſtipulatur pro domino, nec ciuis pro ciuitate ſua.*
2 *Alteri paciſci vel ſtipulari ex quibus cauſis liceat.*

Si quis alij. Alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi ei, cuius po-
teſtati ſit ſubiectus, extraneus uerò poteſt ſo-
lutioni eſſe adiectus. h. d. ¶ No, ibi, nihil agit. ꝙ ex tali ſtipulatio-
ne facta pro altero, cum nihil agatur, nõ oritur nec ciuilis, nec
naturalis obligatio: facit l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & quod ibi gl.
& doc. ff. de uerb. obl. ¶ No. quòd pater per filium, dominus per
ſeruum ſtipulari poteſt, & quòd ex ſtipulatione filij uel ſerui
acquiritur, patri uel domino acquiritur. ¶ No. quòd adijciendo
aliquem ad ſolutionem, non quæritur adiecto obligatio, ſed tã-
tummodò ſtipulanti. ¶ Not. quòd etiam inuito ſtipulatore, põt
ſolui adiecto. ¶ No. quòd ex ſolutione facta etiam adiecto, & ẽt
inuito ſtipulatore, ipſo iure contingit liberatio. ¶ Not. caſum, ꝙ
adiectus ad ſolutionem, recipiens ſolutionem tenetur actione
mandati ſtipulatori ad reſtituendum pecuniam. ¶ In glo. inri. in
fi. no. iſtam gl. quòd regulariter nemo põt pro alio ſtipulari. fal-
lit in eo, qui eſt alteri ſubiectus, vel rõne reuerẽtiæ dñi, vel obe
diẽtiæ, ut monachus, uel filius, uel uſufructuarius, uel uſuarius:
1 ſecus in alio iure, unde † uaſallus non ſtipulatur pro dño, nec
ciuis pro ciuitate ſua, ut l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uer. ob. ut
dicit ibi Ang. ¶ In gl. mag. in fi. no. & ſigna gl. ꝙ regulariter ne-
2 mo põt alteri paciſci, uel ſtipulari. † Fallit in caſibus in iſta glo.
ſpecificatis. quã gl. Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uer.
obl. declarat iſto modo, uidelicet, ꝙ ſex modis pñt cõcipi uer-
ba ſtipulationis. ¶ Primo, ꝙ uerba ſtipulationis conferantur in
alterum, ut promittis Titio, & non ualet, ut hic. & l. quæcũq;. ff.
de act. & obl. Fallit in tutore, & curatore, & actore ciuitatis, &
filio, & ſeruo, qui pñt conferre uerba promiſſionis in perſonã
pupilli, adulti, patris, & dñi. ¶ Secũdò, ꝙ uerba promiſſionis cõ
ferantur in perſonam ſtipulãtis, executiua in perſonã alterius,
ut promittis mihi ꝙ dabis Titio, tunc ualet ſi mea intereſt, aliàs
ſecus, & illi Titio non datur actio niſi in perſonam tutoris, uel
actoris. l. cum qui. §. ſi actori. ff. de conſti. pecu. uel ſi procurator
dicat, promittis mihi ꝙ dabis dño meo, ut l. pen. C. ad exhiben.
¶ Tertio mõ ꝙ uerba obligatiua ex parte ſtipulãtis ſint imper-
ſonalia, ſine tñ expreſſione perſonę, & uerba executiua ſint ad
alium directa, ut promittis quòd dabis Titio, & tũc nõ ualet, qa
ei non

ei non vř ſtipulatus, cui ſolutio facienda eſt. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uer. obl. ¶ Quarto mō, cū utrunq; ueniet in pſonā ſtipulātis, & hoc clarū, ꝙ ualet ſtipulatio, niſi in caſu l. 2. cū ibi no. per Ang. Bar. & Imo. ff. de ſtipu. ſeruo. ubi ſeruus ſeipſum ſibi ſtipulari non pōt, quia non eſt differentia inter ſtipulātem, & rē in ſtipulatione deductam. ¶ Quinto modo, ꝙ utrūq; uerbum, & pmiſsionis, & exequutionis impersonaliter proferatur, tunc ēt ualet, quia ſubintelligitur perſona ſtipulātis, ut d. §. ſtipulatio. ¶ Sexto modo, ut utrūq; uerbū in perſona alterius conferatur, ut promittis mihi dare nomine Titij, & iſta ualet in procuratore & negotiorum geſtore, ut no. gl. in l. huiuſmodi. §. 1. & ibi doc. ff. de leg. 1. De quo uide latius p Bar. in d. §. ſi ſtipuler. ubi Io. de Imo. aliqd conaē addere, inepte tñ; ideo nō curo referre, uide ibi p eū, quia ſufficit doctrina Bar. quæ eſt bona & clara. ¶ In gl. mādati. in ſi. no. bene iſtā gl. qua actione teneatur, & iſta ſunt uera, niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi, ut d. l. in ſtatus. §. 1. & ibi Bar. ff. de uerb. obl. In dubio autem nō uidetur adiectus animo donandi, ut l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio.

S V M M A R I V M.

1 *Vtile, an per inutile vitietur.*
2 *Indiuiduum quot modis dicatur.*
3 *Ingreſſus religionis retentis aliquibus bonis, an valeat.*

Quod ſi quis. ¶ Si quis ſibi uel alteri copulatiuē ſtipulatur, dimidia tm̄ ſtipulatori debetur. h. d.
a ¶ No. ꝙ utile[a] per inutile nō uitiatur. ¶ No. ꝙ ille qui ſtipulatur
a ſibi & illi, cuius iuri ſubiectus eſt, acquirit totum. ¶ † In gl. ualebit. in ſi. In hoc aūt Brocardo, an utile per inutile uitietur? dic ſm gl. in l. pecuniæ. ff. de uſur. quia ut loquimur in indiuiduis & non ſeparabilib. & utile per inutile uitiatur, & ita loquitur cōtrarium alleg. in glo. Aut loquimur in ſeparabilibus & diuiduis de natura, & de iure, & non uitiatur, ut l. 1. §. illud. & §. Trebatius. ff. de aqua quoti. & æſti. ut hic. ¶ Indiuiduū aūt dř altero de
2 quatuor modis. † Quoddā eſt indiuiduum, hoc eſt inſeparabile de natura, ut d. §. illud. & l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obl. Quoddā eſt indiuiduum rōne depēdentiæ, ut principale, & acceſſorium, ut l. cum inutile. ff. de pen. leg. Quoddā eſt indiuiduū rōne formæ traditæ a iure, ut l. Græce. §. illud. ff. de fideiuſſ. & ibi uide Bart. cuius iſta ſunt uerba. ſm Iac. But. quem ad litteram ibi ſequitur Ange. & Imo. & uide Angel. & Imo. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. ff. de
3 uerb. obl. ¶ † Et prædicta inducuntur ibi per Ang. ad queſtionē, ſi quis intret religionem retentis aliquibus bonis, ꝙ ualet ingreſſus, & retentio uitiatur, cum ſit p ſe quid potentius. allegat Ang. gl. in l. per ſeruum. ff. de uſu. & habi. Sed glo. ibi no. ꝯrium, ſed in auct. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccle. bene tenet quod dicit Ang. ſed Bar. uult, ꝙ teneat ingreſſus, & monachus retinebit bona conniuentibus oculis abbatis, ut l. 4. ff. de manumiſſ. §. 1. Io. And. & alij doc. in c. ſi. de condi. appo. tenent, ꝙ ualet ingreſsus ut potentior, dic ut ibi, & per doc. in d. auc. ingreſsi. & per Imo. in d. §. ſed & ſi mihi. ſed multò latius uide per Imo. de iſta q. in l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.

A D D I T I O.

a Vtile. Adde Panor. in c. dilectus. de præben. Rom. conſi. 412. Purpu.

S V M M A R I V M.

1 *Vox patris quatenus filij ſit.*
2 *Dos filię acquiritur.*
3 *Pater ſtipulatus filio in caſtrenſi vel quaſi, an ſibi vel filio quærat.*
4 *Pater an, & quę ſtipulari poſſit filijs, & nu. 5.*
6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica accepta pro ſe & filiis, acquiritur filiis, ut filiis, non ut hæredibus.*

Ei verò qui. Si pater ſtipulatur filio, acquiritur ſibi. h. d. ¶ No. ꝙ qñ pater ſtipulatur filio, nō filio, ſed
1 ſibi acquirit. ¶ † No. ꝙ uox patris dř uox filij, & ecōtra, quia cenſetur eadem perſona, ut l. ſi. C. de impub. & aliis ſubſtit. & intelligo iſtum tex. qñ pater ſtipulatur aliquid ipſi filio, quod ſit iuris, ſecus ſi ſit aliquid facti per filium explicandum, quia tunc non quæritur patri, ſed filio, ut l. quod dř. & quod ibi Bart. ff. de uerb. obl. facit ſ. de ſtipu. ſer. §. ſed cū factum, qñ autē filius ſtipulatur patri, ſiue factum, ſiue ius, acquiritur patri, ut d. l. quod
2 dř. ¶ In gl. poſſet. in ſi. ſecus in his quæ filio † acquiri tantummodo poſſunt, ut dos; quia etiam illo tēpore digeſtorum filia erat capax dotis, ut l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. erci. & quod ibi not. coniuncta l. uxorem. §. teſtamento. ff. de leg. 3. & ibi not.

3 ¶ Quid in † peculio caſtrenſi vel quaſi, qñ pater ſtipulatur? Iſtā quæſtionem format gl. in d. l. quod dicitur. ff. de verb. obl. & in l. dominus ſeruo. eo. tit. & in l. quodcunque. eo. tit. & Ang. in d. l. quod dicitur. & concludit, ꝙ pater ſtipulando filio, ſiue in aduentitiis, ſiue in caſtrenſi, vel quaſi, non ǭritur filio aliquid, q̄a vř ſtipulari vt extraneo, vt no. gl. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pac. ergo non valet, vt in §. alteri. ī. eo. ſed Io. de Imo. ibi tenet contrarium, ꝙ in aduētitiis filio quæratur proprietas, & patri vſuſfru. vt volunt ſupradictæ gl. Et idem ſi ſtipuletur in caſtrēſi vel quaſi, quæritur in totum filio. Ratio, quia pater poteſt ſtipulari pro filio emācipato, vt ipſi filio quæratur vſus, vt no. in l. quodcunque. §. 1. ff. de verb. obl. ergo eadē ratione debet poſſe quærere filio in poteſtate in caſtrēſi vel quaſi, quia plus iuris habet pater in caſtrenſi, quia occupat iure peculij, vt l. 2. ff. de caſtren. pecu. ꝙ non facit in rebus filij emancipati. ſm Io. Fab. Tu allega bonum textum in l. ſeruum filij. in prin. & ꝙ ibi no. ff. de leg. 1. Non obſt. l. genero. ff. de iur. do. quia directa non quæritur emācipato, vt ibi, ſed vtilis ſic, vt dixi per gl. in d. l. quodcunq;. coniuncta l. in tempus. ff. de hęr. inſti. ¶ Pro declaratione iſtius mate
4 rię vidēda ſunt plura. Primò, † an pater poſsit ſtipulari filio, ita ꝙ effectus conferatur in vitā? diſtingue, Aut ſtipulatur pater filio id, ꝙ p filiū patri acquirať, & valet ſtipulatio, & patri quæritur, vt hic, aut ſtipulatur ꝙ filio pōt acquiri, & tunc ſi ſtipulaē aliquid dari, & tunc aut filio, & valet ſtipulatio, & filio quæriē. ut d. §. teſtō. Aut ſtipulatur ut legitimus adminiſtrator, & poteſt quærere utilē exēplo tutoris, ut d. l. legati. ff. de pign. Aut ſtipulatur, ut extraneo, & non ualet, ut d. l. ſi tibi. §. pactus. ff. de pact. Aut ſtipulatur factū, & tunc aut eſt tale factū ꝙ perſonæ filij nō cohæret, & tūc eſt idem ꝙ in obligatione dādi, vt ſ. de ſtipu. ſer. §. ſed cū factum. Aut cohæret pſonæ filij, & tūc aut quęritur, an ualeat quò ad filiū, & ualet, & ſibi ǭritur utilis. l. ſi qs operas. ff. de operis liberto. ſi uerò ǭritur, an ualeat quò ad patrē, & tunc nō ualet, ut d. l. ꝙ dř. 2. reſpon. niſi ſua, ut extranei pecuniariter
5 interſit, ut l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uer. obl. ¶ † Quid autem ſi cōferatur ſtipulatio in tēpus exiſtentiæ ſui iuris; & tunc aut ſtipulatur filio ut hæredi, tūc ſi hæres eſt, acquiritur directa. ut l. auus. ff. de pac. dotal. Aut ſtipulaē filio ut filio, & ſibi acquirit utilem, ſiue ad excipiendum, ſiue ad agendū. d. l. quodcunq;. §. 1. ſi ſtipulatur ut extraneo, non ualet, ut d. l. ſi tibi. §. ſi pactus. ſi uerò eſt dubiū an ut hæredi, uel ut filio, & tunc dicit gl. ſi nec ex uerbis, nec ex aliqua coniectura id perpenditur, præſumitur ut hæredi. quod declara ſm Bar. ibi, & in d. l. quod dicię. ſi pater ſtipulatur filio illud, ꝙ ad eum nō poteſt pertinere, niſi tanquā ad hæredem, & loquitur tunc. l. auus. cum materia. ff. de pac. dota. ꝙ ut hæredi uidetur ſtipulatus. Quandoq; non poteſt pertinere ad filium, niſi ut filium, & non ut hæredem, ut operæ libertorum, quæ non tranſeunt ad hæredes extraneos, & tūc ut filio uidetur ſtipulari, nec inſpicitur ex qua parte ſit hæres, ut l. ut iuriſiurandi. § ſi liberi. ff. de ope. liber. Quandoq; poteſt pertinere ad filium, ut filium, aut ut hæredem, & tunc in dubio, ut hęredi uidetur ſtipulatus, & ita dicit gl. & eſt caſus in l. auus. ff. de pac. dota. Et aduerte, ſm Ang. & Imo. in d. l. quod dicitur. ꝙ licet pater legitimus & naturalis, aut legitimus tantùm iuxta tamen l. pen. C. de adop. & §. ſed hodie. & ibi dixi ſ. de adopt. poſsit filio ſtipulari; tamen ſecus eſt in patre naturali tantum, in quo etiam ceſſat ratio huius §. & d. l. quod dř. quia p talem filium, non pōt quæri patri. Pro hoc facit l. uxorem. § př naturalis. cum ibi no. ff. de leg. 3. Et quia mř quæ non habet filium in ptāte, non pōt ſtipulari filio, ut l. debitor. in ſi. ff. ad Treb. Et no. Bar. in d. l. quod
6 dř. in uerſi. quæro, an mater poſsit. ¶ † Et prædicta inducunť ad quæſtionem. Př recepit emphyteuſim ab eccleſia pro ſe & pro filiis, ꝙ uē paciſci pro filiis, ut filiis, nō filiis ut hæredibus, quia de natura emphyteuſis eccleſię eſt, ꝙ non tranſeat ad hæredem extraneum, ut in Auc. de nō alienan. §. emphyteuſim. colla. 9. & ideo ſi př inſtituat filios ex diſparibus partibus, tamen emphyteuſis diuidetur æqualiter, & etiam ſi repudiarēt hæreditatem paternam, tamen emphyteuſim debēt habere. Et hoc tenet Iac. de Bel. in u. an agna. uel cogna. tam hæres. c. t. Ita dicit Bar. in d. §. ſi pactus. Et de hac quæſtione & pluribus aliis ſimilibus, uide Bar. & ibi latiſsimè Ange. et Imo. in d. l. quod dicitur. ff. de uerb. obl. & uide Bar. in d. l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. & Cy. & Bal. & Sal. in auct. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccl. & Bald. & Sal. in l. Caius. ff. ſolut. mat. & ibi Imo. & Ludo.

S V M M A R I V M.

1 *Principis placitum ad narrata refertur.*
2 *Reſpondens poſitioni per verbum, credit, intelligitur dictam poſitionem cum omnibus qualitatibus confiteri.*

Confitens

3 *Confitens inquiſitionem, videtur confiteri delictum principaliter deductum, & omnes circunſtantias & qualitates.*
4 *Teſtes dicentes contenta in articulo vera eſſe, intelliguntur de omnibus, & quæ ſunt per modum qualitatis vel acceſſoriè teſtificati.*
5 *Diuerſitas inter reſponſionem & interrogationem, inducens diuerſitatem in re & qualitatem obligationis vitiat ſtipulationem.*
6 *Error præſumitur cum aliter quid factum eſt, quam ſit in præfationibus dictum.*
7 *Simulatus contractus qualiter probetur.*

Præterea. ¶Diuerſitas in quantitate inter interrogationē & reſponſionem, vitiat ſtipulationem quatenus
diſcordant. Sed diuerſitas in qualitate, vitiat in totum, & re-
ſponſio ſimplex intelligitur qualis præceſsit interrogatio. h. d.
¶No. quòd ſtipulanti purè, non poteſt reſponderi ſub conditione,
vel in diem, nec econtra. ¶Not. in verſic. nam ſi hoc ſolum. ad
1 id quod † quotidie contingit in ſignaturis ſupplicationum,ᵃ
a quia ſi Princeps reſcribat, placet, vel fiat vt petitur, vel quid ſi-
mile, videtur ad omnia ſupra narrata reſpondiſſe, & reſcripſiſ-
ſe, ſecus autem ſi in ſpecie ad ſpecificata reſpondeat, quia tan-
tummodò ad illud refertur, vide quòd no. plenè Bal. in l. 2. C. ſi
2 contra ius vel vtilitatē publica, quòd not. ¶†Facit etiam, quòd
ſi quis ſimpliciter reſpondeat poſitionibus per verbum, credit,
intelligitur confiteri dictam poſitionem, cum omnibus quali-
tatibus. facit quod no. in l. 2. §. ſed quòd obſeruari. C. de iura. calum.
3 ¶†Item facit ſi quis confitetur inquiſitionem, videtur confiteri
delictum, quod principaliter deducitur, & omnes circunſtan-
tias & qualitates, ita dicit Bart. & Bald. in l. ſi cui. §. 1. ff. de lega.
4 2. & ibi Rapha. & Imol. ¶†Item facit, ſi teſtes dicant contenta
in articulo vera eſſe &c. intelligitur de omnibus, & quæ ſunt
per modum qualitatis vel acceſſoriè teſtificati, vt hic. ¶In glo.
5 magna. in fi. diſtingue, aut in qualitate † obligationis eſt diuer-
ſitas, aut in re quæ deducitur in obligatione. Primo caſu, vitia-
tur ſtipulatio, vt hic, & l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.
niſi diuerſitas reſpōſionis illicò placuerit, vt d. §. cùm adiicitur.
in l. 1. ff. de ver. obl. Si verò ſit diuerſitas in re, & tūc aut interro-
gatio continet rem vnam, & reſpōſio aliam penitus diuerſam.
Aut interrogatio continet totum, & reſponſio partem, vel ecō
tra, vel ſtipulatio continet vnam rem, & reſponſio aliam cum
adiectione alterius rei. Primo caſu, ſtipulatio eſt nulla, vt in §.
ſi de alia. infra eo. Secundo caſu, quando continet ſtipulatio to-
tum, reſponſio partem, & tunc aut loquimur de toto, & parte
numerali, & tunc aut eſt actum quòd nō valeat ſtipulatio niſi ſub
toto, & non valet, vt hic, ſecundum vnam ſolu. in l. 1. §. ſi ſtipu-
lanti. ff. de verbo. oblig. aut nihil eſt dictum, & tunc aut ſi ſtipu-
latio valet, noceret ſtipulanti, & non valet, vt l. ſi decem. ff. loca.
aut non nocet, & valet, vt d. §. ſi ſtipulanti. Aut ſtipulatio non
continet totum numerale, & tunc, aut illa pars eſt impropriè,
ſed ad commoditatem, & tunc vitiat, vt l. per iuſiurandum. 2.
reſpon. ff. de accepti. quia videtur eſſe alia res. Si verò eſt pars
propriè, & tunc præcedit oratio generalis, vt cum dico, omnes
ſeruos meos, & ſequitur reſponſio generalis, cum exceptione,
vel particularis, & tunc valet reſponſio, quia non inducitur di-
uerſitas ſtipulationis, vt d. §. ſi ſtipulanti. Quandoque præcedit
oratio vniuerſalis, ſiue indefinita, & quādo apponitur aliquod
nomē collectiuū, vt grex, uel homo, & tunc ſi oratio vniuerſa-
lis erat reſoluēda in ſolutionem particularem, vt promittis mi-
hi hominem. Et iſto caſu promittendo partem hominis in ge-
nere, valet ſtipulatio, ratio, quia non inducitur diuerſitas obli-
gationis, vt l. 2. §. ſi tamen hominem. ff. de ver. obl. aut promitto
partem certi hominis, quando præcedit interrogatio de homi-
ne in genere, & ſtipulatio nō valet, quia inducit diuerſitas obli
gationis, vt l. inter ſtipulantem. §. ſed ſi ſtipulanti. ff. de verbor.
oblig. Si verò præcedit interrogatio vniuerſalis, quæ requirit
vniuerſalē ſolutionē, vt promittis gregem, vel promittis ouē,
& tunc iſto caſu ſubdiſtingue. Aut reſponſio continet partē to-
tam, aut dimidiam, vel tertiam pro indiuiſo, & valet, & non in-
ducitur diuerſitas obligationis, vt d. §. ſi ſtipulanti. ſi verò cōti-
net partem indiuiduam, vel talem ouem albam, & non valet,
quia alia res eſt, vt l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de rei vend. ſi verò præ-
cedit interrogatio indiuidui, vt Stichi, & ſequitur reſpōſio par-
tis, valet ſtipulatio, vt l. ſi ſtipulatus. ff. de ſolu. Tertio caſu, quan
do ſequitur reſponſio quę cōtinet eandem rem cum adiectio-
ne, vel econtra, & tunc aut adiicitur alia res copulatiuè, & va-
let. vt ff. de verbo. oblig. l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum. aut alter-
natiuè, & tunc aut inter ſpecies, & non valet, vt d. l. inter ſtipu-
lantem. §. ſi ſtipulanti. verum vbi dixi non valere, intellige niſi
diuerſitas illicò complacuerit, vt in d. §. cum adiicitur. Conclu-
de igitur in duobus verbis omnia prædicta, quòd quando diuerſi-
tas inter reſponſionem & interrogationē, inducit diuerſitatem
in re, & qualitate obligationis, vitiatur ſtipulatio, ita dicit Bar.
6 in l. 1. §. fin. ff. de verb. obl. quod not. ¶†In glo. expreſſerit. in fin.
Nam eo ipſo, quòd aliud factum eſt, quā fuerit dictum in præfationi-
bus, præſumitur error. vt l. ſi mihi liberum. ff. de actio. emptio.
Quicunque vult ergo probare aliquid inter partes fuiſſe actum,
debet probare id in præfationibus dictum eſſe. Item, contractū
intra modicum tempus celebratum eſſe, ut l. Titia. §. idem reſpō
dit. ff. de uerb. oblig. aliàs non cōcluderet neceſſariò, quod ſing.
no. in practica. Ita dicit Barto. in d. §. idem reſpondit. facit quod
no. Iac. But. & Bar. & Bald. in l. pacta nouiſsima. C. de pac. quod
probatur etiam ex eleganti doctrina Iac. But. Bart. Bald. & alio-
7 rum in l. pacta nouiſsima. C. de pac. ¶Quando uolo † probare
ſimulationem contractus, quòd ſit in ueritate pignus, licèt inſtru-
mentum dicat de emptione, quia debeo probare, quòd actum fuit
inter te & me, quòd in ueritate eſſet pignus, licèt aliter fiat inſtru-
mentum, & quòd poſteà incontinenti fuerit confectum inſtru
mentum de uenditione, aliàs autem ſi non probares de incon-
tinenti, ſed poſteà ex interuallo, non eſt probata fictio ex dicta
præfatione, quod ſing. tene menti, ut ſcias in fictione articula-
re, & probare, & facit quod habetur in l. cum plures. §. locator
horrei. ff. loc. & quod habetur in c. illo uos. extra, de pig.

ADDITIO.

a Supplicationum Quod procedit, vbi Princeps ſubſcriberet ſupplicationem, vel commiſſionem per verbum, placet, vel fiet, vel conceſſum, vt petitur, de quibus per glo. in regula cancellariæ Innocentij octaui, reg. 15. Sed quid ſi aliquis petat a Principe cauſam committi ſummariè de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti ueritate inſpecta, & Princeps ſubſcribendo dicat, audiat talis, ſummariè procedat &c. dubitatur, quid importent illa uerba ſummariè &c. Rota deciſ. 278. exordiente, notat. quòd ſi petitur, dicit omnia in corpore precum contenta, per talem ſignaturam eſſe conceſſa, ſi nihil fuerit cancellatum, & hoc in antiquis. Idem Rota deciſ. 77. exordiente, ſi petitur cōmitti cauſa, in nouis. Ant. Ca.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias alteri, quàm patri obligari poteſt. & num. 4.*
2 *Lis, & contractus inter patrem. & filium emancipatum eſſe poſſunt.*
3 *Filius ſine patre an, & qualiter litigare poſſit.*
4 *Filiusfamilias an, & quando ex voto obligetur.*

Item inutilis. ¶Inter dominum & ſeruum, patrem, & filium non contrahitur ſtipulatio. hoc dicit.
¶No. quòd pater non poteſt ſtipulari a filio, nec filius a patre.
¶Not. quòd ſeruus non tantum domino, ſed nec alteri poteſt
1 obligari. ¶†No. quòd filiusfam. licèt patri obligari non poſsit,
tamen cuicunque alteri obligari poteſt, tam ex contractu, quā ex
delicto generaliter, præterquam in mutuo, & uoto, ut l. tam ex
contractibus. cum ibi not. ff. de iudic. l. 4. §. ſed utrum. ff. de min.
2 ¶†No. ibi, iuri ſubiectus eſt &c. quia ſecus cum filio emancipa-
to, quia poteſt eſſe lis cum eo, ut l. lis nulla. & quod ibi no. ff. de
iudic. & ſimiliter contractus. ut l. fi. C. de in ius uoc. Aduertas ta
men, quòd opus eſt, quando uult patrem in ius uocare, quòd pe
tat ueniam, ut d. l. fin. etiam ſi ſit filius emancipatus, & miles, ut
eſt glo. ſingularis in l. cogi. §. ſi pater. ff. ad Trebell. de iſta peti-
tione ueniæ, uide quæ plenè habentur. & ibi latè ſcripſi infra
de actio. §. pœnales. ¶In glo. item inutilis. ibi. l. ſi id. quod. dic,
ut ibi no. maximè per Bart. ¶In ea. glo. ibi. l. frater a fratre. dic
ut ibi per glo. & latè per Bart. in repetitione. l. frater a fratre. ff.
de condit. indeb. ¶In ead. glo. in fin. dic, quòd etiam ſunt aliqui
alij caſus, in quibus inter patrem, & filium in poteſtate poteſt
eſſe iudicium, quos notanter dicit glo. in d. l. lis nulla. dic, ut ibi
no. ¶In glo. obligari. ibi, & conueniri in ſolidum. dic, & ſi nō ſol
uendo ſit, incarcerabitur, ut d. l. 3. §. ſed utrum, & ibi glo. & per
Bar. niſi ceſſent bonis, ut d. l. pe. C. qui bonis ce. poſſ. de quo dic,
ut dixi infra de actio. §. fi. ¶In ea. glo. ibi. l. cum non ſolùm. §. 1.
dic, ut plenè dixi per glo. Bart. & omnes docto. ubi glo. & doct.
dicunt, quòd cogeretur pater conſentire captis pignoribus.
3 ¶Quærit ibi glo. † quid ſi nullo modo pater uult conſentire?
tunc licèt glo. non determinet, dic ſecundum Bart. & doct. ibi,
aut filius agit, aut conuenitur. Primo caſu, aut pater eſt præ-
ſens, & filius repellitur a iudicio, quia primò debuit ſuam per-
ſonam legitimare, ut l. ſi quæramus. ff. de teſta. ſi eſt abſens lon
ga abſentia, & filius ſine conſenſu patris admittitur, ut l. ſi lon
gius, & quod ibi no. ff. de iudic. Secundo caſu ſufficit, quòd pa-
ter interpelletur, ſiue præſtet cōſenſum, ſiue non, & ualet iudi-
cium in eo caſu, quia nō ueniendo uidetur repudiare ius quod
habet, ut l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig. uide quæ ſcripſi infra
de actio. §. actiones aūt. in uerſ. ſi. ¶In ea. gl. in fi. dic, contrarium

uidetur

videtur no.gl.in d.§.ſi rem. & in l.ſi ex cauſa. §.Pöponius. alias
4 incipit Papioianus. ff. de minoribus. quia † immo vř, ꝙ etiam
filiusfa. vouendo obligetur, facit l.ſi.§.1.C.de epiſc.& cler.& in
Auc.de ſan.epiſc.§.interdicimus.coll.9. dic plenè ſm Io.Fa.aut
filiusfa. facit votum perſonale.i.a ſua perſona faciēdū, aut rea-
le, ideſt, rerum præſtatione. Primo caſu, aut intrat religionē, &
votū ibi promiſsionis emittit, & obligatur, vt d.§.1.& d.§.in-
terdicimus. Aut non intrat religionē, & non obligatur in præ-
iudiciū patris, niſi in voto, vel etiā matrimonio, vel niſi ex ne-
ceſsitate, vt quia iniecit manus violētas in clericū, ſed in præiu-
dicium ſui ſic, vnde ſi placet patri, debet cōpelli, ꝙ ſatisfaciat,
& tunc erit liberatus. ſi autem vouet res, dic, aut intrat religio-
nem, & tūc quò ad res, caſtrenſis peculij, & quaſi aduentitij de-
ducantur ſaluo iure patris, vt vſufru. Si verò nō vouet, ſed aliàs
intrat, tunc in caſtrenſibus vel quaſi, & in aduentitiis, in quibus
nō habet vſumfructum tenet, in aliis non, cū non poſsit aliena-
re, & ideo dicit, ꝙ non poſsit vouere res peculij profectitij, nec
de eis eleemoſynā facere ſine cōſenſu patris, & iſta no.in c.ſcri
pturæ.de voto.per Innoc.& doc.& plenius per Hoſt.in ſumma
eo.tit. per §.qui vouere. verſi.ſed nunquid filiusfa.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Mutus, quos contractus facere poſſit.*
2 *Mutus an teſtificari valeat.*
3 *Differentia inter furioſum, & prodigum.*
4 *Mutus, & ſurdus, qualiter poſſint alium contractum præter ſtipulationem facere.*

Mutum. Mutus, & ſurdus omninò, non poſſunt ſtipula-
tionem contrahere, neque furioſus ſtipulari, aut
aliquem contractum celebrare.h.d. ¶No. ꝙ mutus non poteſt
concipere ſtipulationem, quia in eius fabricatione requiruntur
verba, quæ non cadunt in muto, cum careat loquela, vt l.diſcre
tis. C.qui teſt.face.poſ. ¶No. ꝙ non tantum verba ſunt de ſub-
ſtantia, ſed ēt requiritur ꝙ ꝯhentes verba proferentis intelligāt,
& audiant. ¶No. ꝙ ille qui tardius exaudit, pōt concipere ſtipu
lationem. ¶No. ꝙ furioſus non tantum non ſtipulari, ſed nec
a aliquem alium contractum celebrare pōt.* ¶Et ſic no. ꝙ mutus
1 aut ſurdus licèt poſsint concipere ſtipulationem, poſſunt † tñ
alios cōtractus celebrare, facit l.mutum.ff.de acq.hære. & l.mu
tus.ff.de iure dot.& extra, de ſponſ.ca.cum apud. nam pōt mu-
tus cōtrahere matrimonium, vt ibi, licèt in matrimonio requi-
rantur verba. vt in c.pe.extra, de ſpon. ꝙ eſt verum in valētibus
loqui, aliàs in his qui loqui non pñt, ſufficit conſenſus de pñti
ſignis demonſtratus, vt eſt gl.ſing.in l.eum notiſsimi, in prin.C.
de præſcr.30.ann. Sed ff.eo.l.1.in prin. dat cautela, qualiter mu
tus pōt ſtipulari, vt adhibeat ſeruum proprium, vel adeat ſeruū
publicum, videlicet tabellionē, qui ſtipulatur, quia per iſtos ac
quiritur muto ea ſtipulatione, vt ibi hř, & in l.non aliter.ff.de
2 adop. ¶Inducitur † iſte tex.per Io. Fab. ꝙ mutus non pōt eſſe te-
ſtis, cum teſtes verbo deponere debeāt, vt ſupra de teſt.§.teſtes.
Sed nō credo hoc verum, quia ſatis eſt, ꝙ deponat de eo, ꝙ ſen-
ſu corporeo perceperit, vt l.qui teſtō.§.ſi.ff.de teſt.ita ꝙ intelli-
gatur ꝙ mutus dř intelligi ſignis, per illos qui habent notā con
uerſationē dicti muti, vt no. Bart.in l.mutum. ff.de acq.hær.igi-
3 tur &c. ¶† In gl. nullum negotium.ibi.l.is qui.dic, ꝙ iſta æquipa
ratio debet intelligi, vt ex ſtipulatione obligentur, quia neq; fu
rioſus, neq; prodigus cui eſt bonis interdictū obligatur. Sed in
alio differunt, quia furioſus non pōt ſtipulationem cōcipere vt
ſibi acquirat, ſecus in prodigo, vt ibi. vbi plenè vide Bar. & in l.
Marcellus.ff.de fideiuſſor. ¶In ea.gl.in ſi. intellige de menteca-
pto, qui oīno nihil rōnis ſapit, vt hic in furioſo, aliàs ſecus, facit
l.eo.§.ſed quod diximus. Addas idem in fatuo. vt ff.de poſt.l.1.
§.ſi.& l.ſe.& ff.de priuil.credi.l.dabimusq;.§.ſi. & l.ſeq.& ſupra
qui.licet face.teſt.§.præterea.& vide, quę ibi ſcripſi.& vide in l.
furioſi.C.de nup.& vide l.obligationum ferè. §. idē Pōponius.
ff.de act.& ob.& l.ſi.§.ſi.C.de edic.diui Adri.toll.& l.ſi quis cu
rator habens. C.de in inte.reſti.min. & l.Fulcinius.§.adeò.in ſi.
4 ff.ex quib. cau. in poſ. eatur. ¶† Qualiter autem mutus, vel ſur-
dus poteſt alium contractum præter ſtipulationem facere. Dic
ꝙ debent adhiberi amici noti, & cōiuncti muti, & ſurdi, & ipſe
mutus faciat talia ſigna, ꝙ velit vendere, vel emere, & tunc illi
noti muto dicant, ꝙ ipſi intelligunt ex talibus ſignis, ꝙ vult mu
tus vendere librum pro decem, & ita ſcribat notarius, & valet
contractus. facit l.mutu, cum ibi no.ff.de lega.3.& l.1.§.1. cū ibi
no.ff.de verb.ob.ita dicit Bart.in d.l.mutum. ff.de acq.hære. qđ
no. Et pro hoc facit, quod no. Bar. & doc.de interprete. Et quan-
do iudex, vel notarius ſcit idioma Theutonicum, & Theutoni-
cus eſt in teſtem inductus, vt no. Barto.in d.l.1.in ſi.ff.de verbo-
oblig.de quo dixi ſupra de verbo. oblig.§.1.

A D D I T I O.

a Celebrare poteſt. Et de furioſo an poſſit contrahere matrimonium, & dic ꝙ
nō, in l.patre furioſo. ff. de his quæ ſunt ſui, vel alie. iur. in c.dilectus, de ſpon.
extra 32.q.6.c.nec furioſus.gl.in c.ex eo.de ele.in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillus ſine tutore obligari non poteſt.*
2 *Pubertati proximus quis dicatur.*
3 *Pupillorum quis, & qualiter obligetur.*
4 *Pupillus quatenus mora ſit obligabilis.*
5 *Authoritas patris, vel curatoris, an exigatur, cum filiusfamilias minor eſt in iudicio.*
6 *Curator dandus filiofamilias, an detur ſibi, vel liti, & cauſa.*
7 *Pater ſolus, an poſſit cōſtituere procuratorē pro filio ad exercēdā litē.*
8 *Infans, an ad ſui vtilitatem ſtipulari poſſit.*

Pupillus. Pupillus maior infante pōt alium ſibi obligare,
etiam ſine tutoris authoritate, ſed ipſe alij non
obligatur, niſi ſit proximus pubertati, & tutoris authoritas in-
terueniat, filij verò famil.in ætate pupillari non obligantur, ēt
a cum conſenſu patris.h.d. ¶No. ꝙ pupillus maior infante* pōt
omnem contractum celebrare. ¶No.ibi, adhibeatur, ꝙ quando
ad aliquem actum perficiendum aliqua requiruntur, illa de-
bent adeſſe, aliàs autem qñ actui deficiunt ſubſtantialia, actus
funditus eſt nullus, vt l.pacta. cū ibi plenè no.per gl.ff.de ꝯtrhen.
emp. ¶No. ꝙ etiam pupillo permiſſum eſt facere ſuam cōditio-
nem meliorem, ſed non deteriorē. ¶No. ꝙ pupillus proximus
pubertati, præſumitur ꝙ habeat aliquē intellectū, quia dř eſſe
doli capax, vt l.impuberem.ff.de fur. & l.auxilium.§.1.ff.de mi.
¶No. ꝙ illud ꝙ dř in l.Fulcinius. §.adeò. in ſi. ff.ex quib. cau. in
poſ.ea. videlicet, ꝙ furioſus, & pupillus æquiparātur, intelligē
de pupillo infante, vel proximo infantiæ, non aūt æquiparatur
pupillo proximo pubertati, quia iſte habet aliquem intellectū,
vt ſupra dixi, igit &c. quod not. ¶No. quod infans, & proximus
infantiæ, nullō dicitur habere intellectū, quia quicquid videt,
ignorat, vt l.1.in ſi.C.de ſal.mo. ¶No. ꝙ ex benignitate, & ſic ex
gratia, & per ꝯñs ex extenſione, nō autem de ſcripto iure, pro-
ximus infantiæ pōt acquirere, & ſtipulari, vt proximus puber-
tati, qđ forte nō hēt locū in ſtatutis, vbi de ſtricta* rōne iuris
proceditur, vt l.quicquid aſtringendæ. in princ. ff.de verb.obli.
1 ¶No. ꝙ licèt pupillus proximus † pubertati ſui iuris, cū autho-
ritate ſui tutoris poſsit obligari, tñ ꝓximus pubertati filiusfa-
milias ēt cum conſenſu, & authoritate ſui patris nō obligatur.
Ex quo vř quòd maior eſt authoritas tutoris in obligando ſuū
pupillum, q̃ patris obligando filium. quod no. dicam cū gl. ¶In
gl. proximus. in ſi.no. & ſigna iſtā gl. quis dicatur proximus in-
2 fantiæ, & quis dicatur † proximus pubertati, & ſimilis gl.eſt in l.
pupillum.ff.de reg.iur. Et iſta gl. cōiter tenentur, vt no. Bart.in l.
1.ff.de noua. quod intelligo verū, niſi malitia ſuppleret ætatē,
quia tunc etiam ſi ſit minor decem annis cum dimidio, dř ꝓxi
mus pubertati, quia eſt doli capax, & tenet, facit l.3. C. ſi mi.ſe
3 maio.dix.& c.a nobis.& c.de illis. extra, de deſpon.impub. ¶† In
gl. proxi.in ſi.in hac materia diſtingue plenè. Aut pupillus eſt in
fans, & non obligatur ciuiliter, nec naturaliter, niſi ad eum ali-
quid peruenerit, quia tenetur illud reſtituere cōditione ſine cā,
vt l.3.ff.commo.& idē in proximo infantiæ, vt hic, & eſt ratio,
quia nullum intellectum habet, ut hic. Si uerò eſt proximus pu
bertati, tūc ſi promittit ſuo tutori, nec ciuiliter, nec naturaliter
obligatur. ut l.pupillus.ff.de autho.tut. Ratio eſt, quia prohibitus
eſt tutor talem obligationem recipere, immo punitur, ut l.non
licet.ff.de contrahen.emp. Vnde cùm lex reſiſtat, etiam natura-
lis obligatio non oritur, ut l.ſi non ſortem, in princ.ff.de condi.
inde. Et quod dixi, quòd nō obliget tutori, eſt uerum, niſi ſit fa-
ctus locupletior. ut d.l.3. ff. commo. Aut ꝓmittit alij ſine tuto-
ris authoritate, & tunc obligatur naturaliter. ut l.1. ff.de noua.
quod

A D D I T I O N E S.

a Maior infante. Pupillus dicitur minor. 7. vel 14. ann. reſpectiuè, morte patris, vel emancipatione, ſui iuris effectus. l.pupillus, in princ. ff. de verb.ſigni. vbi Alciatus dicit, ꝙ pupillus a pupo dictus, quod pupus idem eſt, ꝙ pupillus, & hac ratione inſcripta eſt rub. ſupra de pupil. ſubſtit. habēdo reſpectum ad tēpus mortis teſtatoris. Impubes verò dicitur minor duodecim, uel quatuordecim ann. reſpectiuè, qui eſt in pñte patris. d.l.pupillus. in princ. & hoc reſpectu inſcriptus fuit tit. de impuberum. C. habendo reſpectum ad tempus cōditi teſtamenti, & hoc propter, licet hæc duo nomina promiſcue accipiantur a ſcribentibus in d. rub. C. & ibi dixi ver. dein dicit, de impube.nu.30.An.Ca.
* Stipulari, in uet.exempl.

quod intellige indiſtinctè verum,ſi ſit locupletior,vel cùm ha-
bet tutorẽ,vel nõ. vt ff.de iureiu.l.fi. & ſi eſſet locupletior ob-
ligaretur etiam ciuiliter,vt dicit gl.in d.l.1. ff de nou. Sinautem
promiſit cum tutoris auctoritate, tunc obligaretur ciuiliter,&
naturaliter,intellige,niſi promiſsio ſit facta de re eius aliena-
tio eſt interdicta,quia tũc nec ciuiliter, nec naturaliter obligaẽ
ſine decreto,vt l.ſi ad reſoluendũ. C.de præd.mi. In adulto au-
tem dic,ꝙ licèt habeat curatorẽ, tñ obligatur, quia per datio-
nem tutoris,vel curatoris,nõ interdicitur alicui adminiſtratio,
& poteſtas adminiſtrandi,quam habet de iure naturali,ſed tol-
litur fomentum quod datur a iure ciuili, & ideo obligatur eo
modo,quo pupillus proximus pubertati,qñ habet curatorem,
aliàs obligatur ciuiliter,& naturaliter, vt no.in l.ſi curatorẽ ha
bens.C.de in integ.reſti.mi. Iſta ſunt in effectu dicta Bar.in d.l.
1.de noua. ¶In gl.patre. in fi.dic ſimilis gl. eſt in l.fi. §.1.ff.eo.li-
cèt non ita clara.quas gl.no.& ſigna. Pro concluſione verò dic,
4 quãdoq; † tractaẽ de pupillo obligãdo merè,& auctoritas pr̃is
non ſufficit,vt hic.Quandoq; tractatur de mera vtilitate,& tũc
poteſt,etiam ſine patre,vt ſupra de auto.tuto.in ptin. Quãdoq;
tractatur de actu,in quo poteſt eſſe vtilitas,& damnum, & tũc
patris authoritas ſufficit,vt l.ſi infanti.C.de iure delib.& eſt rõ,
quia iura noua faciunt patrem legitimum adminiſtratorem in
illis rebus,in quib.patri quærẽ viusfructus, vt l.1.C.de bo.ma.
in aliis nõ,vt ibi. Modò cũ pupillus obligatur ſimpliciter, quid
habet facere authoritas patris in illa, qđ no.quia ſæpe vidi ob-
ſeruare contrarium. Sinaũt tractetur de alienatione fundi ma-
terni,in quo pater habet vſumfructum, tunc bene ſufficeret au
thoritas patris.vt l.cum nõ ſolum.§.filij aũt. C.de bon.quæ lib.
Ex quo ſequiẽ, ꝙ in obligatione perſonali filij, pater nihil de-
5 bet agere.¶ †Ex his habes practicam,filiusfamilias minor eſt in
iudicio,an patris,vel curatoris authoritas exigatur?& ex prędi
ctis colligitur deciſio,quia ſi eſt ſuper re, in qua poteſt patri ali
quid quæri,vel haberi vſumfruc.& tunc patris ſufficit authori-
tas,ſed ſi eſt conuentus ſuper re quæ nõ pertinet ad patrem, vt
in obligatione pſonali, vel criminali, tũc patris authoritas non
ſufficeret,& daretur curator.Primum probatur in l.1. C.de bo.
ma.Secũdum probatur in c.fi.extra, de iudi.in 6. & hoc vltimũ
eſt uerũ,quãdo filiusfa.accuſet,ſiue accuſeẽ,ut l.inter liberas.§.
1.de adulte.& ibi Bar.& l.quoties.de noxa. Vnum ſingulariter
tene menti, ꝙ quando requiriẽ conſenſus patris (ut in caſib. in
quib.q̃riẽ uſusfructus)ſi in eodẽ inſtr̃o pater, & filius ꝯhani,&
pariter ſe obligent, licèt non dicatur, talis filius cum conſenſu
dicti ſui patris,tamẽ illud ſubintelligitur, & ualet obligatio,&
contractus.ita dicit Bar.in d.l.cum pater.§.libertis.in pe.q.ff.de
leg.2.Et Ang.& Imo.in l.is qui hæres.§.fi.ff.de acq.hære.¶Quę
6 ro†quãdo dabiẽ curator filiofam.an dabitur ſibi,uel liti,& cau
ſæ?Et dic,ꝙ debet dari liti,uel cauſæ,uel bonis,& non perſonę,
ut eſt tex.in l.fi.§.ſinaũt in 2.C.de bo.q̃ libe. Suſtentabitur tamẽ
datio curæ,ſi dicatur, talis iudex dat Titium in curatorem tali
filiofa.ad authorandum eum in tali cã &c. Ita dicit Bar.in d.§.
ſinautem in ſecunda.quod no. Et pro hoc facit,qđ notat Bar.in
l.1.C.de neg.geſt.quãdo iudex dicit tutori legitimo, uel matri,
te tutorẽ do. ꝙ ualet, & intelligiẽ.ſ.datũ a l.uel a teſtatore, de-
claro, &c. Quando autẽ pater non eſt legitimus adminiſtrator
filij, & quia nõ quæriẽ ſibi filiusf. in illis bonis, an ſi pater uult
poteſt dicta bona,ut ſi filius eſt minor,adminiſtrare, uel an da-
biẽ curator? dic, ꝙ pater (ſi uult adminiſtrare dicta bona filij)
poteſt,patre aũt nolente res filij adminiſtrare, ſiue gubernare,
pp cauſæ neceſsitatem,uel infantiam filij dabitur per iudicẽ cu
rator dictis bonis.ita ad literam dicit tex.in d.l.fi. §.ſinaũt in ſe-
cunda.in ſecundo caſu.C.de bo.quæ lib.& ita no.ibi Sal.qđ no.
quia ut plurimum diceretur contrarium per no. in l.fi.§.1.ff.de
7 uer.ob.¶Quæro,†quo caſu pater ſit legitimus adminiſtrator fi-
lij,& uult facere procuratorem ad exercẽdam litem, an poſsit
ſolus?dicit An.in d.l.fin.§.1. ꝙ ſic.tex.eſt in l.1.C.de bo.ma.Sed
contrarium tenet Imo.in c.accedens.extra,de procur.vbi vult,
ꝙ ſi filius eſt maior infante,requiratur etiã conſenſus ſuus,pro
quo vr̃ caſus apertus in d.l.fi.§.vbi autẽ. C. de bon. quæ lib.Sed
Io.de Imo.in d.l.fi.§.1.ff.de verb.obli.dicit ꝙ cõis opi. legiſtarũ.
Bar.& aliorum eſt in d.l.1.C.de bo.ma. ꝙ pater ſolus põt cõſti-
tuere procuratorem. Sed Raine. de For. vt refert Bal.in d.§.vbi
autem. dicit ꝙ licèt. l.1.C.de bo.ma. dicat ꝙ pater ſolus põt cõ
ſtituere procuratorẽ, ſuppleẽ per d. §. vbi aũt.videlicet,dũmo-
dò conſenſus filij interueniat.Sed hoc reprehendit ibi Bal. & di
cit,ꝙ non eſt verum,ꝙ in conſtitutione procuratoris requiraẽ
etiam conſenſus filij in iudicio,qñ procurator conteſtabiẽ litẽ,
vt ff.ſol.ma.l.ſi cum dotem. §.eo autem tpe. & hoc placet,quia
eſt tex.in d.§. vbi aũt. ego autem ſemper ſolitus ſum dicere pro
opi.euitandis,qñ pater conſtituit procuratorem, & etiam quã-
do procurator in iudicio experitur litem conteſtatã,& ſic vtro
que tpe ꝙ filius cõſentit,& ita tu obſerua, & nõ errabis,& iſta
8 no.quia in veritate vidi plures errare. ¶Vltimò aduertas, quia
allega. iſte tex.in ver.ſed quod diximus. quòd proximus infan
tiæ põt ſtipulari in eius vtilitatem,licèt nullum intellectum ha
beat.Sed infans ſtipulari etiam pro ſui vtilitate nõ põt,quia di-
cendo de proximo infantiæ,denegat de infante,& ꝙ infans ſti
pulari,etiam ad ſui utilitatem,nõ poſſit,eſt tex.in l.1.in prin.ff.
eod.ibi,neq; infans.& in l.mulier.eo.tit. ibi,infanti. coniuncto
fine.Et ſm iſtum tex.poteſt & debet intelligi l.ſeruum.ff.rẽ pu.
ſal.ſo.nam ſeruus pro pupillo,qui fari nõ põt. Sinautẽ fari poſ
ſit,licèt non intelligat qd agat,quod eſt, qñ eſt proximus infan
tiæ,vt hic,tunc põt ipſe ſtipulari & agere,vt ibi. & pro hoc eſt
tex.in l.1.§.pe.ff.de act.& obl.nam ibi dr̃,ꝙ licèt aliquis ſit eius
ætatis,vt nondum intelligat,quid agat, quod eſt, vt dixi, etiam
qñ eſt proximus infantiæ, quia talis ætas quicquid videt,igno-
rat.vt l.1.in fi.C.de fal.mo.tñ ad ſui vtilitatẽ ſtipulari poteſt.Ex
quo concludo, ꝙ aut eſt infans,& licèt loquatur, tñ quia iure,
talis loquela nõ hr̃ pro idonea,immo dr̃,qđ eſt infans.vt l.ſi in
fanti.C. de iur.deli. & ſic vſq; ad ſeptẽ annos, & tunc ſtipulari
regulariter non põt,vt d.l.mulier. niſi in caſu l.donatarũ. C.de
de acq.poſ.& ſic in iocalib. vel ſimilibus,ſm doc.ibi.Vel poſſes
tu dicere, ꝙ ẽt loquitur in infanti proximus infantiæ, quia ẽt
proximus infantiæ,dr̃ non habere intellectũ,vt hic; & ideo cũ
ibi dicatur,licèt animi plenus affectus non fuiſſet &c. poteſt,vt
dixi,intelligi de proximo infantiæ, vt hic. Si verò fuit pximus
infantiæ,tunc ẽt ſtipulari ad ſuam vtilitatem põt, vt hic, & d.l.
ſeruum.& d.l.1.§.furioſum. & acquirere poſſeſſionem, quę ẽt
ſuo corpore æquali animo acquiritur,vt d.l. donatarũ. Sinaũt
antequam fari poſſet, vellet ẽt ex donatione acquirere fundũ,
per ſe non poſſet, ſed per ſeruũ ſuum, vt eſt caſus in l.ſi quis in
emãcipatione.C.de do. quæ alleg. p ꝯrio gl.fi. in d.l.donatarũ.
de quo dixi in l.quamuis.§. ſi infans.& l.1.§.1.ff.de acq.poſ.

S V M M A R I V M.

1 *Intellectus ad l non ſolum ff.de act.& oblig.*
2 *Conditio impoſſibilis an,& qualiter vitiet.& nu.4.5.6.& 8*
3 *Intellectus ad l dedi.§.ſi liber homo ff de cond.cau.da.cau.non ſecu.*
7 *Conditio partim poſſibilis,& partim impoſſibilis,an vitietur.*
9 *Difficultas an, & qualiter vitiet ſtipulationem.*

a **Si impoſſibilis.** Conditio impoſſibilis [a] vitiat ſtipula-
tionem. conditio verò neceſſaria facit
eam haberi pro pura.h.d. ¶No.ibi,nihil valet, ꝙ conditio im-
poſſibilis facit,ꝙ nec ciuilis, nec naturalis obligatio naſcatur.
¶No.ꝙ impoſſibilis cõditio de ſui natura, vitiat contractum,&
non vitiatur. ¶No.ꝙ conditio,quæ neceſſaria eſt, ita ꝙ ꝯtrium
eſſe non poſſit,dr̃ pura,& ſtatim facit oriri obligationẽ.¶In gl.
1 obligationibus.ibi,l.non ſolum. † no.ſingulariter illam legem,
qa apertè vult,ꝙ impoſſibilis conditio non tantùm ſtipulatio-
nem,vt hic, vitiet, ſed vnumquemq; cõtractum,etiam bonę fi-
dei.& ratio ibi ponitur,quia videntur contrahentes apponẽdo
talem conditionem,quam impoſſibilem eſſe ſciũt,ꝙ ipſi exiſti
menẽ,& nihil velint agere.¶Et aduertas,ꝙ id quod dr̃,ꝙ cõdi-
2 tio † impoſſibilis vitiat, debet intelligi de impoſſibili de natu-
ra,vel de iure,cui ius reſiſtit,quia turpis: ſecus ſi ius ei non reſi
ſtit,quia tunc ſaltem de facto debet impleri,ne pœna commit-
tatur,vt putà,quia de iure nõ poteſt tractari vt filius, qui filius
non eſt,de facto ergo debet vt filius tractari,ne incidat in pęnã.
Et ita contrahentes intellexerunt,ita dicit Dy.& Bar. per illum
tex.in l.quidam cùm filium.ff.de verb.obl.in verſi.venio ad vl-
timum dubium,& opponitur &c.& no.Bar. in l.s.ff. de condi.
inſt.Bal.& Imo.in d.l.impoſſibilis.ff.eo.quod bene no.pro limi
tatione huius §.¶Extra glo.opp.de l.dedi.§.ſi liber homo.ff. de
3 condi.cau.da.can. non ſec.Sol.qñ ex† euentu conditionis debet
de committi obligatio,loquitur hic,ſed qñ ex defectu conditio
nis debet committi,contrarium loquitur:& eſt ratio, quia con
ditionis defectus eſt neceſſarius.¶Secũdò opp.de l.iurisgenuũ.
§.ſi ob maleficium.& quod ibi no.ff.de pac.Solu.ibi impoſſibili
tas iuris quæ etiã negatiuè concepta vitiat; ratio,quia tunc cõ-
tinet

A D D I T I O.

a Conditio impoſſibilis. Addo eſſe differentiã inter conditionẽ habentẽ c,an-
te t,& ſine c,nã primo caſu cõditio dicitur à cõdico cõdicis.& ſignificat actio
nẽ in perſonã.§.ſic itaq; diſcretis.inſt. de act.conditio verò ſine c,ante t,ſigni
ficat conuentionẽ gl.& ſcrib.in l.legem quam dixiſti.in verbo.cõditio.C.de
pact.& ibi ſcripſi.in vers.& ex doctrina ſua colligitur.nu.3.Ant.Cam.

tinẽt turpitudinem, qm̃ turpe eſt me accipere, ne maleficiũ cõ-
4 mittam, ita dicit Bar. in l. impoſsibilis. ff. de verb. obl. ¶ † In ea gl.
in fi. no. ꝙ cõditio impoſsibilis appoſita in contractibus vitiat,
vt hic, non in vltimis volunt. de quo dic, vt plenè dixi in d. §. pe.
ſ. de hær. inſtit. & Bar. & Io. de Imo. larè in l. 1. ff. de cond. inſt. &
5 Dy. in d. c. nemo pôt. de reg. iur. in 6. ¶ † Quæro, quid ſi conditio
impoſsibilis adiiciatur diſtractui, & pôt eſſe dubium cui æqui-
paretur, an vltimæ voluntati, vel contractui. Exemplum, libero
te, vt Titiũ occidas & liberos ſuos &c. & Ang. & Imo. in d. l. im-
poſsibilis. ff. de verb. obl. dicunt ꝙ aut eſt diſpoſitio conditiona-
lis, & eſt ipſo iure nulla ipſa liberatio, ſicut contractus; aut eſt
modalis, & eſt aliqua, quia ante modum implendum, diſpoſitio
habet ſuum eſſe perfectum, vnde agens ad implemẽtum facti,
ex poſt facto exceptione repellitur, vt eſt gl. fin. in l. cum dona-
6 tionis. C. de tran. quod no. ¶ † Quid in donatione cau. mor. quæ
ſapit naturam vltimæ volunt. & ẽt cõtractus? vt dixi plenè ſ. de
do. §. 1. & dic ſm Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in d. l. impoſsibi
lis. ꝙ æquiparatur in hoc vltimæ volun. & per conſequens cõ-
a ditio vitiatur, & non vitiat, vt l. quæ ſub conditione. poſt prin.[a]
7 ff. de condi. inſti. ¶ † Quid aũt ſi conditio ſit pro parte poſsibilis,
& pro parte impoſsibilis, dic ſm Ang. & Imo. in d. l. impoſsibi-
lis. ꝙ pro parte poſsibilis, & in cõtractibus, & in vltima volun.
valet. In parte impoſsibilis in contractu non valet, ſecus in vlti.
volun. vt l. 1. C. de ſecun. nup. & l. ſi ſeruus communis. ff. de don.
8 inter vir. & vxor. ¶ † Quid ſi diſpoſitum in totum poſsibile, ſed
adiecta ſit conditio poſsibilis, & impoſsibilis? poſſes dicere, ꝙ
ſi apponitur alternatiuè, non vitiatur diſpoſitio, vt in c. in alter
natiuis. de reg. iu. in 6. Sin autem copulatiuè, & tunc contractus
videtur vitiari per hunc §. cum ſimili. ſecus autẽ in vltima vo-
lun. quia multò minus debet vitiare, quia etiam tota impoſsibi-
lis, non vitiat, ergo &c. & ad materiam vide hic Ioan. Fab. ¶ In
glo. cui natura. in fi. dic vt no. Barto. in d. l. ſi Titius. ff. eo. & in d.
l. 1. ff. de condi. inſt. & ibi Imo. & ego dixi in §. pen. ſ. de hær. inſt.
¶ In glo. purè. in fi. dic vt no. glo. & Bart. in l. in illa ſtipulatione.
& eſt ratio, quia ſublato principali, videlicet, ſi digito cœlũ nõ
tetigeris, tollitur acceſſorium, videlicet dies, vt in regula acceſ-
ſorium. de reg. iur. in 6. ¶ Op. ſm Bal. in l. 2. §. ea his. ff. de verbo.
obligat. Rñ. ibi loquitur in difficultate, hic de impoſsibilitate.
¶ Sed tunc inſtatur quomodo cognoſcam difficultatem, & im-
poſsibilitatem? Reſpondet, ꝙ hoc dicit tex. in l. continuus. §. il-
lud. ff. eo. dicens, ꝙ impoſsibilitas naturæ, vel iuris eſt, quando
quid nõ poteſt fieri impedimento naturæ, vel iuris. Difficultas
9 verò, quando quid fieri nõ poteſt perſonæ impedimẽto. ¶ † Sed
etiam opponitur ꝙ difficultas vitiet ſtipulationem, vt ſ. de ver.
oblig. §. loca. & l. 2. §. ſi quis ita. ff. de eo quod cer. loc. ſol. aut dif-
ficultas eſt expreſſa in ſtipulatione, & tunc vitiat, vt ibi, aut nõ
eſt expreſſa, & tunc non vitiat, vt d. l. 2. §. ea his. & d. l. cõtinuus.
§. illud. & l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruum. ff. de leg. 1. quia im-
poſsibile erat adiici poſt mortem intra triduum. igitur &c. Nec
obſt. prædicta l. inſulam. §. fi. ff. loca. vt dixi in d. §. loca. dic vt ibi.
¶ Opp. de d. l. continuus. §. cum his. vbi difficultas vitiat ſtipu-
lationem. Sol. aut eſt tanta difficultas quæ reputatur impoſsi-
bilitas, vt putà, in id quod fieri non poteſt, niſi per Principem,
nam hoc reputatur de iure impoſsibile, ſecus ſi per multos
poſſet explicari. vt l. apud Iulianum. §. ſi. cum l. ſeq. & ibi Bar. &
doct. ff. de leg. 1.

ADDITIO.

a Poſt principium. Et eſt in §. hoc edictum. verſi. mortis cauſa. & eſt ſin. ille tex.
com.rei vend.in prin. dicit, ꝙ periculũ peremptionis pertinet
ad venditorem, ſed deteriorationis ad emptorem. Sed doc.hoc
reprehendunt in d.l.1. & dicunt indiſtinctè pertinere ad venditorẽ, donec fuerit menſuratum, per d.l.conuenit. niſi emptor eſſet in mora recipiendi, vt ibi. Tertio caſu, qñ vinum uẽditur in
ſpecie, & tunc eſt clarum ꝙ uenditio eſt perfecta ante menſurationẽ, & ſic pertinet periculum ad emptorẽ, ut d.l.1. in prin.
7 & d.l.quod ſæpè §.is qui uina. †Sed quæritur, quid in deguſtatione, an ſit neceſſaria ad hoc ut perficiatur, & ſic periculũ contingens ante deguſtationem pertineat ad emptorem? & in hoc
ſunt uariæ gl.hic, & in d.l.1.in prin. tu tene quòd periculũ ſpectat ad emptorem, quia ſicut menſuratio non eſt neceſſaria ad
eius perfectionem ut dixi, ita nec deguſtatio, hoc probatur per
d.l.1.in pluribus partibus. Primò in principio, ubi indiſtinctè dicitur, quòd periculũ pertinet ad emptorẽ, nec dicit poſt deguſtationẽ uel ante. Secundò in uerſi.quòd ſi uẽditor, ubi dicitur,
quòd qñ uenditor ſuſcepit in ſe periculum, tale pactum habet
in ſe rigorem uſque ad deguſtationem, & tunc eſt neceſſaria
deguſtatio, cùm pactum ſit appoſitum, aliàs non eſt neceſſaria,
quia ſi eſſet neceſſaria, pactum eſſet ſuperfluum, cum periculũ
ſine pacto pertineat ad uẽditorem ante deguſtationem. Tertiò
hoc probatur ibi.in uerſic.pleniſſimè. nam ut dixi ante deguſtationem, emptio eſt perfecta, licet nõ pleniſſime. Et hoc ſufficit
ad hoc, ut periculum pertineat ad emptorem, ut d.l.neceſſariò.
& eſt caſus in l.ſi quis uina.in §. ſi aduerſione.ff.de commo. &
peri.rei uend. & prædicta procedunt, niſi fuerit actum, ut deguſtetur, quo caſu, uenditio erat perfecta. Ex quo uenditur in ſpecie tamen, per hoc actũ, quòd ante deguſtationẽ omne periculum pertineat ad uẽditorem. Et iſte caſus eſt in d. l.ſi quis uina.
in prin. Aduertas tamen quòd quando eſt appoſitum tẽpus ad
menſurandum, & emptor fuit in mora, poteſt uẽditor facta tñ
ipſius noua interpellatione, ſi etiam fuerit negligens emptor in
menſurando, effundere dictum uinum, & tamen conſequi totũ
pretium, & ſi effundere non uult, põt ab illo die in antea petere
penſionem uaſi quatenus ſua intererſit. ſinautem nõ fuerit tẽpus
appoſitum, debet uinũ conſeruare, donec uaſa fuerint ſibi neceſſariũ. Iſte eſt caſus no.in d.l.1.§.licet aũt. Et prædicta procedunt in uino, non aũt in oleo, frumẽto, & alijs rebus, quia licèt
nõ menſuret̃ oleum, uel frumentũ, non tñ poterit propter hoc
uenditor effundere, ut eſt glo. ſingularis in d.l.1.in princ.in gl.
8 magna in uerſi.immo etiam ipſe Bulgarus. ¶†Vnũ addas, quòd
quando uinũ uenditur in ſpecie, licèt pactum ſit, quòd menſuretur, tamen per hoc pactum non alteratur cõtractus, ut eſt caſus contingens ante menſurationem, qui pertineat ad uenditorem,

rem,vt l.1.§ ſed & cuſtodiam.ff.de peri.& com.rei uend.& ibi
glo.ſecus ſi agatur,vt deguſtetur,nam licèt venditio ſit pura,ta
men hoc pactum operatur, vt periculum ante deguſtationẽ ſit
venditoris,vt d.l.ſi quis vina.in prin.& ita debet intelligi l.ſi in
9 emptione.§.alia eſt cẽ.ff.eo.¶ † In gl.ſuſceperit. i ſi.Tu tene opi.
lo.ꝗ non tenetur de caſu fortuito ſine aliqua culpa, ſaltem le-
uiſſima contingente, nam quando aliquis ſuſceperit in ſe peri
culum,vnum addit ſuę obligationi,quia ſi primò tenebatur de
dolo,& lata culpa,tũc tenebitur de leui,ſi ẽt tenebatur de leui,
tenebitur tunc ẽt de leuiſſima , vt in cõmodato celebrato gra-
tia recipientis tantùm iuxta l.ſi vt certo.§.nũc videndũ.ff.cõm.
Et tunc dictum pactũ ꝗ in ſe recipit periculum,importat,vt te
neatur de caſu fortuito.Iſte eſt caſus.& ibi gl.& doc.in l.ſi quis
nec cãm.in prin.ff.ſi cer.pet.Et nõ mireris de iſta diſtinctione ,
qa idẽ dicimus in ſimili in æſtimatione,qñ Roncinus concedit̃
ad vecturam æſtimatus,nã æſtimatio facit, ꝗ ſi quis tenebatͬ in
vno plus,ꝙ de natura dicti ꝯctus teneretur, vt eſt gl.ordinaria
in d.l.ſi vt certo.in §.cõmodato.in verb. periculum. & ibi doc;
& Bar.latè in l.1.ff.de æſtim.ac quod perpetuò not. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus,quando conditionalis dicatur.*
2 *Emptio collata in voluntate contrahentis,an & quando valeat.*
3 *Subſtantialia contractus in diſpoſitionem alterius ex contrahenti-*
bus apponi non poſſunt.

Emptio. ¶ Etiam ſub conditione poteſt emptio celebra
ri , & accidentia contractus poſſunt in alte-
rutrum ex contrahentibus conferri,h.d.¶ No.quòd quando ra
mittitur in arbitrium etiam alterius ex contrahentibus , dici-
1 tur† contractus conditionalis,quod eſt verum,ſi conditionali-
ter proferatur per dictionem,ſi,vt hic,aliàs ſecus,quia in arbi-
trium boni viri non eſt dies,vel conditio, iuxta l.1.ff. de leg.1,
dic tñ vt no.in l.ſi.C.de contrahen.empt.& dixi ſ̃.eo.§. pretiũ.
2 ¶ In gl.1.ibi,vt dictis legibus contrarijs.† facit ergo differẽtiam
iſtam,an res,vel pretium apponatur in voluntate contrahẽtis,
& valet.aut commercium,& nõ valet,vt hic.ſed Cyn.in d.l.in
ementis.C.eo.reprehendit gl.ꝗ ſiue res,ſiue pretium,ſiue com
mercium conferatur in voluntatem alterius ex contrahẽtibus,
non valet,quia ſubſtãtia contractus omittitur,vt in l.cõtraria.
Sinautem conferatur qualitas,ſiue accidẽs,vt ſi tibi placuit,vel
diſplicuit intra mẽſem,ſit empta vel inempta,& poteſt fieri,vt
hic no.glo.in d.l.in ementis.in verſi. accidentia verò. & facit l.
3 hæc venditio. in princ.ff.eo. & l.3.ff.eo. ¶ † Aduertas tamen ad
vnum, ꝗ aliquid de ſubſtantialibus cõtractus non poteſt appo
ni in diſpoſitionem alterius ex cõtrahentibus , ſiue interponatͬ
in meram voluntatem ſuam , ſiue per verba importantia arbi-
trium boni viri,vt eſt tex.no.in l.quod ſępe.§.1.ff.eo. ibi, quãti
velis.& ſic in voluntate.& ibi quanti ęquum putaueris. & ibi,
quanti ęquum æſtimaueris,&c.quia omnia iſta importãt arbi-
trium boni viri,iuxta not.per Bar. plenè in extrauag. quomo.
in læſę maieſt.crimi.proce.c.ad reprimendum. in verſi.videbi-
tur.& in l.ſi ſic.ff.de lega.1.in prin.

S V M M A R I V M.

1 *Liber homo quatenus in commercio ſit.*
2 *Stipulatio habere licere, quando commiſſa dicatur.*
3 *Venditor promittens emptorem defendere de iure , & de facto , ab*
omni perſona &c ad quid teneatur.
4 *Emptori antequam agat de euictione quæ incumbant.*
5 *Litis denuntiatio,quando per emptorem venditori fieri debeat.*
6 *Euictionis promiſſio quid importet.*
7 *Emptor & omnes illi qui ſunt condemnati ſuo nomine ad vtilita-*
tem,vel damnum in defectum alienum , tenentur vſque ad finem
proſequi appellationem.

Loca ſacra. ¶ Emens ignorãter rem,quæ non eſt in com
mercio , habet contra vẽditorem actionem
ex empto ad intereſſe,h.d.¶ No.ibi deceptus a venditore,quòd
venditor ſciens tenetur , ſecus ſi fuerit etiam ignorans. ¶ Not.
ibi,non habere ei liceat, quòd emptor agit cõtra venditorem,
quando eidem non licet habere rem emptam , & ſic ipſa res ,
vel alius mouet quęſtionem emptori,vt l.ſtipulatio iſta habere
licere.in prin.& §.1.& ibi gl.Bar.Ang.& alij.ff.de verb.obli. &
l.habere licere.ff.de euic. ¶ No.ꝗ per dictam actionem conſe-
1 quitur emptor ſuum intereſſe. ¶ † No.ꝗ liber homo non eſt in
cõmercio noſtro.quod intellige quò ad hoc vt res dicatur ven
dita,ſed quò ad præiudicium venditoris,ſi ſcienter vẽdat tenet
emptio,vt hic,& l.qui officij.§.1.ff.eo.ꝗ intellige,vt no.glo.&
ibi dixi ſ̃.de inut.ſtip.in prin.& intellige emptore ignorante,a-
liàs aũt ſi eſſet etiam ipſe ſciens, non ageret, vt l.ſi fundũ.C. de
euic.ſed licèt emptor ſciens non poſſit agere de euictione, vel
ad intereſſe,an ſaltem poſſit repetere pretium ſolutum?& vide
tur ꝗ ſic,vt no.in d.l.ſi fundum.facit l.emptore.§.pen.ff.de act.
empt.In contrarium videtur l.ſi.cum materia.C.de litigio.Sed
credo primam partem veriorem per dicta iuta, quia ẽt quãdo
ſcientes ſunt emptor,& venditor ſuper re prohibita alienari,a
contra partium cõtrahitur obligatio,vt eſt tex.in l.ſi in emptio
ne.§.itẽ ſi & emptor.in prin.ff.eo.& intellige illum §. vt decla-
rat Bar.in l.continuus.§.cùm quis.ff.de verb.obl. & in l. cũ vir.
ff.de iure dot.& in l.nõ dubium.C.de legi.& ibi Bal. Flo.& Sal.
in l.1.C.de vſucap.pro emp.non obſt.l.ſi.C.de litig.qa ibi emit
rem,de qua eſt lis cum alio,& ſic damnificat illum tertium,igi
a tur non recuperat pretium. [a] ¶ † Quæro, quia hic dicitur, non
2 habere ei liceat &c.quid ſi promittat venditor emptori habere
licere in cuius facto talis ſtipulatio committatur? dic, aut quis
promittit pro ſe tantùm,& committitur ex facto ſuo, & ſuorũ
ſucceſſorum,vt d.l.ſtipulatio iſta.in princ.in ver.ſed ſi ſe.De fa
cto verò extranei,non tenetur niſi quatenus ex natura præcedẽ
tis cõtractus videatur,vt l.emptorem.in §.cùm autem.ff.de act.
emp.& l.inter ſtipulantem.in prin.ff.de verb.oblig.aut quis de
extraneo promiſit, & tunc aut promiſit ſe facturũ,ꝗ alius &c.
& tunc cõmittitur, vt l.quoties quis.ff.de verb.obl.aut nõ pro-
miſit ſe facturum, & tunc aut præcedit ꝯctus , de cuius natura
tenetur de euictione de facto ſucceſſorum & extranei, & tunc
tenetͬ,vt d.l.emptorẽ.§.cùm aũt.aut non ꝓceſſit,& tunc non te
netͬ,vt d.l.ſtipulatio iſta. ver. ſed ſi quis. ſed ſi eſſet pęnalis ſtipu
latio interpoſita,vt quotidie ſit in inſtrumentis,tunc metu pœ
næ de facto alterius tenetͬ,vt d.l.ſtipulatio iſta.in prin.in ver.at
ſi qs venit.Si verò ſtipulatio fuit interpoſita ſimpliciter, & tũc
aut ꝓcedit natura ꝯctus ex qua tenetͬ de euictione,& tunc de fa
cto extranei tenetͬ,vt d.l.inter ſtipulantẽ. aut talis ꝯctus nõ præ
ceſſit, & tunc non tenetͬ niſi de facto ſuo, & ſucceſſorum,quos
potuit ꝓhibere, vt d.l.ſtipulatio iſta. verſi. ſed quoties. ita dicit
3 Bar.in d. l.ſtipulatio iſta. ¶ † Quid ſi in inſtr̃o emptionis dr̃, ꝗ
b promiſit emptorẽ defendere de iure,& de facto [b] ab omni per-
ſona &c.qd importãt dicta verba? Bar.in d. l.ſtipulatio.in prin.
& idem per omnia ſequitur poſteà Bal.& Sal.in d.l.ſi.C.de act.
empt.dicit ꝗ venditor non cogitur ipſum cum armis defende
re, vel ẽt ſi per vim compellatur,& ſic de facto,& non de iure,
ꝗ vẽditor non tenetur de euictione,vt eſt caſus no.in d.l.ſi. &
ſi dicas,quid ergo importãt illa verba,& de facto? &c. Rñdeo,
intelliguntur ſi de facto mouentur lis in iudicio,& de iure, vel
ſi non euincatur,tunc venditor tenetur, vt l.pater.in prin.ff. de
do.præ.Secundò poteſt intelligi de facto,vt in iudicio faciat ea
quæ facti ſunt, vt aſſiſtere apud tribunal,producere teſtes,& fa
cere expenſas,& alia,vt arg.C.de euic.l.ſi parentes.& iſtis mo
dis intelligitur , non autem ꝗ defendere debeat armata manu.
4 ¶ † Quæro,quid incumbit emptori antequàm agat de euictio-
ne? Reſpondeo,vt in forma denuntiet venditori litem fore mo
tam,& quod veniat ad ſuſcipiendum litem in ſe, & ipſum em-
ptorem ad defendendum,vt l.1. & ibi Bar.& Bald.C.de peri.&
com.rei ven.& debet copiam libelli,& actorum ſibi factorum
in publicam formam tranſmittere in ipſa denũtiatione ipſi uẽ-
ditori,ut l.empti.& ibi Bar.C. de euic. & hoc ſiue ſit uenditor
maior,ſiue minor,quia ẽt pupillo põt & debet denuntiari ſi nõ
habet adminiſtratorem,ut l.ſi dictum.§.pe.& ibi no.ff.de euic.
Et etiam,ſi uenditor eſt abſens a domo,& uicinis,& amicis, &
procuratori uẽditoris eſt denuntiandum, ut no. gl.in l.aut qui
c aliter.§.ſed ſi fortè.ff.quod ui aut clam. nec ſufficit, [c] ꝗ uendi-
tor ſciat litem fore motam,quia habendo ſcientiam bene po-
teſt ſimul uenire ad defenſam , etiam ſi non ſit facta ei denun-
tiatio, ut eſt caſus in l.ſi parentes. C. de euic.non tamen ꝗ em-
ptor habeat regreſſum de euictione,niſi faciat ſupradictam de-
nuntiationẽ,ut l.qui abſentem.& ibi Bar.Ang.& Bal.ff.de ꝓcu.
& no.Bar.in l.denuntiaſſe.in prin.ff.de adul.& in l.non ſolum ,
& ibi Imo.ff.ſol.mat.etiam Bald.in c.1.ſi de feu.fue.cõtro.inter
5 do.& ua. & dñs eum defendere noluit. † Et eſt aduertendum ,
quod non omni tempore poteſt dictam denuntiationem face-
re,ſed eo tẽpore,quo defenſiones ſunt ſaluę ipſi uenditori,ut l.
ſi rem.

ADDITIONES.

a Precium. Idem tenet Alex.conſ.69.2. lib. & an teneatur præciſè venditor ad
tradendum,& ſi non tradet teneatur ad intereſſe.
b De Iure & de facto.vide Pet,de Anch.conſ.86.
c Nec ſufficit.Vide Io.And.in addi.ad Spec. in § ſi. in ti.de empt. & vend. &
Alex.latè in d.§.ſi.ſol.matr.

ſi rem.§.ſi.cum ibi no.ff.de euic. & dicta denuntiationem face-
re cogitur, etiam ſi notorium ſit euincentem ius facere, vt eſt
gl.ſingularis in l.emptorem.in prin.ff.de act.empt. debet etiam
aliud facere,ꝙ donec venditor veniat ad defenſam, neceſſe eſt
quod procuratores,defenſores, & aduocatos conducat pro de
fendendo, & non quēlibet conducat, ſed aduocatū bonū, alias
ſi nō aduocatū conduceret,tūc de euictione regreſſum non ha-
beret,vt eſt gl.ſingularis in l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.ff. de
ædil.edi.& vide Bal.in l.1.C.de peri.& commo.rei ven.Requi-
ritur & aliud quod ritè, & rectè, & iuſtitia mediante & per ſen-
a tentiā [a] iudicis res ſit euicta,alias ſi iniuſtitia eſſet ſibi facta,vel
per imprudentiam iudicis,vel alio modo,non præiudicat ven-
ditori,vt l.ſi per imprudentiam.in prin.ff.de euic.& l. exceptio
nem.& ibi latè Bar.ff.de fideiuſſ.& per iudicis ſniam,vt l.nō tñ.
ff.de euict.alias autem,ſi per compromiſſum, vel tranſactionē,
vel alio modo res fuerit euicta,non habet regreſſum de euictio
ne ꝯ venditorem, vt eſt caſus no.in l.ſi dictum.§. ſi compromi-
ſero.ff.de euict.& ibi no. quod intellige verū ſi fuerit ꝓmiſſum
qđ vult teneri ad defenſam quomodocūq;, & qualitercūq; res
fuerit euicta,qa tunc ēt ſi per arbitros fuerit ſniatum,tenet ven
ditor de euictione,vt eſt gl. ſing.in l.cùm pœna.ff.de arbi. & ibi
6 dñs meus Flor. ¶ Duo addas,vnū,ꝙ quamuis aliquis † expreſ-
ſè dicat in inſtrumento venditionis,ꝙ nō vult teneri de euictio
ne,ſi tñ res fuerit legitimè euicta ſm ſupradicta,tenet tñ ad re-
ſtitutionē pretij recepti, vt eſt tex.no.in l.emptorē.§. pen.ff. de
act.emp. Aliud addas, qđ ſi emptori mouet lis & iniuſtè, ita vt
ſe legitimè defendat,ꝙ nihilominus repetit ſumptus quos fecit
ab ipſo vēditore,ſi nō pōt recuperare ab illo, q egit ſecū,quā-
b uis clariſſimū ſit,ꝙ venditor vendit rē propria, [b] vt l.vendito-
res,& ibi gl. Bar.& doct.ff.de verb.obl. ¶ Vltimò no.quod licèt
ſimplex procurator,q reportauit ſniam ꝯtrariam,ſatis eſt ꝙ appel
let,nec cogit appellationē proſequi,vt l.mutus.cū materia.C.
7 de proc.tñ emptor, & oēs illi q ſunt condēnati ſuo nomine ad
vtilitatē,vel damnū,in defectum alienū,non tm debent appel-
lare,ſed ēt proſeq appellationē vſq; ad finē, vt habeat regreſſū
ꝯ vēditorē.ita notabiliter dicit Bar.in l.ſi procuratorē.§.ſi igno
rantes.in ſi.ff.man.Et prædicta procedūt de iure.Debes tñ ſem-
per animaduertere ad inſtrumentū venditionis, qa cauti nota-
rij multa in eorū inſtrumētis ponunt, ut iſta ceſſare faciant; &
ꝯtus ex cōuentione partiū legem accipiunt,ut l.1.§.conuenit.
ff.depoſi.No.tñ ea,quę dixi,quia ſunt bona,& utilia.Sed pleniſſ
ſimè materiam contractus emptionis, & ipſius inſtrumenti, &
uerborum,& clauſularum interpretationem poſui multum la
tè infra de act.§.actionum autē.circa princi.in materia emptio
nis & uenditionis,dic omninò ut ibi,ubi pleniſſimè uidebis. Et
in iſto ti.multa omiſi,quæ ibi poſui.

ADDITIONES.

a Per ſententiam.vide Alex.conſi.43.lib. Ang.conſi.176.& conſi.177.
b Rem propriam.vide Io.de Ana.conſi.31.

De locatione & conductione.

¶ Textus cōtinuat rubricam,quia locatio eſt ſimilis emptioni,
ut in tex. ff. eod. l.1.igitur poſt emptionem ſequitur uidere de
locatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *L.2.C.de reſcin.vend.in quibus contractibus locum habeat.*
2 *Conductor quis propriè dicatur, & quis locati teneatur, & quis ex conducto agat.*
3 *Actione qua agi debeat contra colonos.*
4 *Locare verbum quid importet.*
5 *Colonorum quot genera ſint, & differentia.*
6 *Conceſſio facta mercede declaranda, non eſt locatio, ſed contractus innominatus.*

LOcatio. ¶ Totus iſte ti.diuidit in 5.partes.Primò,
ponit, ꝙ iſte ꝯtus habet ſimilitudinem
cū ꝯtu emptionis.Secundò,illud per exēpla decla-
rat.Tertiò,quid veniat in iſto ꝯtu. Quartò,ad quid
teneatur conductor.Quintò,an iſte ꝯtus tranſeat in hæredē. 2.
ibi,nam vt emptio.3.ibi,in §.conductor.4.ibi,q pro vſu.5.in ſi.
ibi,mortuo &c.Et h.d.in ſumma.locatio perficitur cōſenſu,eò
ipſo quod de mercede conuenit, & in voluntatē tertij merces
conferri poteſt,quemadmodum in emptione, & ſm eius natu-
ram,qua per omnia locatio regulatur: incerto vero pretio con
ſtituto,ꝯtus innominatus efficitur,h.d. ¶ No.ꝙ locatio & em-
ptio fraterniżant,& ſtatutum in vno,intelligitur in reliquo, vt
§.ti.1.pretium.in ſi.& ibi dixi.¶ No.ꝙ locatio perficitur conſen
ſu,re,& mercede,dummodò ſit certa,& in pecunia numerata,
vt l.1.§.item ſi quis ſeruum.ff.depo.¶ No.ꝙ ſi trado fulloni pan
num,vel fulloni veſtē vt apiet,vel purget, & ꝙ iuſtum erit da-
bo ei,non eſt locatio,ſed contractus innominatus,& ideo præ
ſcriptis verbis agi debet. ¶ In gl.proxima.in ſi.dic, † intantum
ſunt ſimiles,ꝙ l.2.C.de reſcin. vē.habet ēt locum in locatione,
vt no.gl.in l.ſi olei.C.eo.& de vſu.l.ſi ea.C.& nō eſt mirū,qa d.
l.2.habet locū in omni ꝯtu bonę fidei,vt eſt gl.in l.maiorib.C.
com.veri.iud.facit gl.no.& ibi Dy.Bar.Ang.& Imo.in l.Lucius.
a §.ſi.ff.ad Treb. quę vult, ꝙ ēt in tranſactione remedium [a] d.l.2.
locū habeat.dic,vt ibi ꝑ doc.Bal.& Sal.in d.l.2. Quinimmo vř,
ꝙ habeat locū ēt in ꝯtu ſtricti iuris,qñ interuenit ſtipulatio ſu
ꝑ ꝯtu bonęfidei,vt no gl.in l.ſi qs cū aliter.ff.de ver.obl.dic tñ
2 vt ibi per Bar.& doc.¶ † In gl.ſi merces.in ſi.no.& tene mēti, qs
propriè dicatur cōductor,& quis locati teneať,& quis ex con-
ducto agat, videlicet,colonus q colit nummis.Si autem ad par
tem fructuum colit, dř ſocius, vt eſt caſus in l.ſi merces.§. vis
maior.ff.eo.Si autem ad certam quantitatem frumenti, vel alte
rius ſpeciei pro mercede,dř ꝯtus innominatus, vt l.naturalis.
3 §.2.ff.de præſcr.verb.& l.1.§.item ſi quis ſeruum.ff.depo. ¶ † Ex
quo no. qua actione debes agere ꝯ iſtos colonos,an locati, vel
præſcr.verb.Pone ꝙ ꝯ illum qui omni anno dat decem corbes
frumenti,egiſti locati,quia locaſti,vř ꝙ ineptè egeris,quia non
4 eſt locatio,vt dixi.Dic tñ ꝙ illa verba,ꝙ locauit † improprian-
b tur, [b] & exponuntur, id eſt conceſſi pro decem corbibus fru-
menti annuatim,& ſaluabitur libellus.ita dicit Bar.per illū tex.
in d.l.ſi olei.C.eo.facit quod no.Bar.& Bal.& dñi mei in l. pro
hærede.§.ſi in.ff. de acq.hære. & qđ no. Iac. Bu.& Bar.in l. ſed
& ſi poſſeſſori.§.1.ff.de rerem. & Bar.ī l.ſi prius.ff.de nou.ope.
5 nun.de quo vide quæ ſcripſi ꝗ. de actioni.§.1.dic vt ibi. ¶ † Sed
aduertas,quia eſt colonus partiarius,& ſic qui colit ad partem
fructuum,cū non dicať propriè locatio,neceſſariò ſequitur ꝙ
dř inter eos quædā ſocietas in fructibus,vt eſt caſus in l.ſi mer-
ces.§.vis maior.ff.eo.& ideo cū ſit tali caſu ſocius emptor,cogi
tur ſtare tali colono,& ſic limitať quod notatur in l.emptorē.
C.eo.Si autem eſt colonus ad certam quantitatem fructuū pręſ
ſtandam,dř colonus non partiarius,& dř ꝯtus inter eos inno-
minatus, & oritur actio pręſcriptis verbis. Si autem colonus
reſpondet pro mercede in pecunia numerata,propriè dř loca-
tio,vt hic,& ita debetis ſupradicta intelligere. ¶ In gl.præſcri-
ptis verbis.in ſi.tu intelligas ſi erat talis res, quæ erat ſolita lo-
cari,alias ſecus, vt d.l.naturalis.§.at cum do.ff. de pręſcri.verb.
quæ dicatur ſolita locari,& qūo cognoſcat,vide Bar.in d.l.na-
tura-

ADDITIONES.

a Remediū.l.2. Circa hanc quæſtionē,nūquid beneficiū.l.2.C.de reſc.vend.& c.cū dilecti.& c.cū cā.extra de emp & ven. habeat locum in trāſactione, doc. in d.l.2.de reſcin.ven.concludunt,ꝙ ſic,& facit tex.in l.ſi quis cū aliter. §.1. de ver.obl.in Pand.ꝙ procedit non conſiderato verò rei ualore,ut in alijs cō-tractib.ſed reſpecta æſtimatione dubij litis euētus, quæ ſit inſpecto cauſæ & ſtatus periculo, & tūc ſi læſio excedat dimidiā iuſti pretij æſtimationis dicti euentus litis,erit locus huic concluſioni.& opi.hanc approbat Ang.in d.l.2. de reſc.uend.ad idē Bar.Ang.Imo.& Ro.in d.l.ſi quis cū aliter. de ver.obl.gl. Rayner.a Fori. Bartol.Imo. & Pau.a Caſt.in l.Luc.§.ſi.ad ſenat. Tre. in Pand. Franc.Zab.Imo.& Panor. in c.cū cā.extra de emp. & ven. Fabianus Montis Sauini,de emp.q.3.Bap.Caccial.de tranſac.q.12.col.1.& ſeq.Cald. conſi.3.de tranſ.Imo.in cap.Quintaualle.extra de iureiu.& conſi.14.vbi hanc commu nioré eſſe affirmat.Hanc firmauit ēt Phil.Deci.conſi.216.Viſa tranſact.col.2. vol.2.& conſi.979.in controuer.col.3. & conſi.551.pleně & ſubtiliter. col.2. ver.2.reſpondetur.nu.6.vol.4. Quod procedit, quando eſſet læſio in magno & longo exceſſu,ſecus ſi in modico,ſecundū Oct.conſi.166. col.antepe.vol. 3.quod probat Dec.in d.conſil. 216.Viſa tranſac. col.3.ver.& certè.nu.5.vol. 2.& hanc opi.ſequutus ſum in d.l.2.in ver.1.tamen mihi gratior edeſt,nu. 66 1.vbi articulū pleniſſimè ad vtranq; partem examinaui. Quando.n.interuenit enormiſſima, præſumitur tranſactio doloſè inita.arg.l. oēs debitores. §.Lucius Titius,quæ in fraudem creditorum.in Pan.Sed difficultas eſt in demonſtrando dimidiā iuſtæ æſtimationis futuræ litis,& circa traditionē huiuſce practicæ,multū laboraui in d.l.2.ver. concludo beneficio huiuſce legis. nu.58. vbi dixi ſic eſſe æſtimandū: fac, quod tu detineas mihi hereditatem valoris 400.ſcutorū.propter quā traxi te in cauſam, deinde tractantibus nōnullis amicis,tranſegi tecum, & in vim tranſactionis dediſti mihi centum aureos ſolatos,ignorans tamen dictæ hæreditatis uerum valorem,nunc uolo tecum litigare implorando beneficium d.l.2.dicens me eſſe deceptum ultra dimidiā iuſtæ æſtimationis futuræ litis, & pono in facto qualiter dicta hereditas tempore tranſactionis valebat quadringentis ſolatis,ſecundum uerum ualorem rei,& ꝙ non obſtente lite,& illa pendente communiter fuiſſet uēdita 300.ſolatis,& ſic iuſta æſtimatio iuſtę litis eſt 300.ſolatorum, ego uerò ſolum habui 100.ideo ſum læſus ultra dimidiem iuſtę æſtimationis futuræ litis.quod no.quia non reperiſ alibi per aliquem ſic declaratum. debet tamen eſſe læſio in maiori exceſſu.ut ſup. Ant.Ca.

b Improprianturs. Adde Rom.conſi.392.ubi dicit ꝙ procedit libellus in mutuo per uerbum commodauit, & libellus in hypothecaria, cum quis petit ſibi fundum adiudicari & aſſignari.

turalis.§.at cum do.¶Quęro ſi concedo tibi mercede declaran
6 da † nõ eſt locatio, vt hic, ſed eſt contractus innominatus. Et idẽ
ſi dicam, vendo iuſto pretio, vel pro quo conueniemus, vt l. ſi
tibi.ff.de pręſcr.verb.& eſt gl.in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.
el 2.ff.com.& no. Azo.in ſumma.C.de loca.& Bal.in l. contra-
ctus.C.de fi.inſtru.& Lud.in l.ſciẽdũ.ff.de ver.obl.& ibi ſcripſi.
quod no.facit l.ſi merces.in prin.& quod ibi no.ff. eo. & quod
habetur in l.ſi fundus.§.fi.& ibi no.Bar.ff.de pig. & quòd dixi ſ.
ti.1.§.pretium autem.

S V M M A R I V M.

1 *Vſu mutuo an contrahatur locatio.*
2 *Actio de dolo datur in facio vt des.*

Præterea. ¶ Si merces conſiſtit in ſpecie, non locatio, ſed inonominatus contractus naſcitur, ex quo
1 actio præſcr. verb. datur, h. d. ¶ † No. quòd ſi concedis quòd
ego poſſum vti libro tuo,& tu vtaris alio meo,non dr̃ locatio,
ſed cõtractus de per ſe, & ꝯ̃ctus innominatus, non tñ dr̃ permu
tatio,quia iſto caſu non transfertur dominium, vt requirit ipſa
permutatio,vt l.fi.ff.de rerum permu.& l.fi.& ibi no.ff.de con-
di.ob cau.¶No.caſum quotidianum in ruſticis,quia coniungũt
bouem ſuũ cum illo vicini,& alterius diebus vtuntur,& iſte dr̃
ꝯ̃ctus innominatus.¶No.ꝙ cõmodũ debet eſſe gratuitum. No.
ꝙ ea ꝯ̃ctu innominato quis tenet̃ de culpa,& ꝯ̃ eum agitur pręſ
2 ſcriptis verb.¶†In gl.fi.ibi.§.1.2.& 3.dic,ꝙ in facio vt des, dici
tur actio de dolo,& non præſcrip.verb Et quæ ſit ratio differen
tię,dic vt ibi per Bar.& in l.ex placito.C.de rer.permu.Et an in
facio vt des,det̃ actio de dolo.& quomodo.vide ĩ. de act. in §.
actionum autem.in ver.¶In ea.gl.ibi,l.naturalis.§.at cum facio
vt des.dic ut omninò vt ibi ſcripſi.¶In ea.ibi.C.de rer.permu.l.
rebus.dic hoc verum ſi apponatur ſuper accidentalibus,cõtra-
ctus,ſecus ſi ſuper ſubſtãtialibus,vt l.pacta.ff.de ꝯ̃hen.empr.dic
vt ibi.An aũt ex pacto incontinenti appoſito, det̃ actio præſcri
ptis verbis,vel quæ actio,& quõ intelligatur,quod dr̃,ꝙ pactũ
incontinenti appoſitum videt̃ ineſſe: vide quæ pleniſſimè ſcri-
pſi,& materiam permutationis,& materiam actionis præſcrip.
verb.ĩ.de act. in §.actionum autem in ver.in gl.ex permutatio-
ne,ibi,niſi in duobus caſibus,& in ver.quærit hic Io.Fab.&c.&
in verſi.quæritur,an actio bonæfidei informata.& in ver.in ea.
gl.in fi.hanc approbant &c.& in ver.quæro. an pactum appoſi
tum iuxta ꝯ̃ctum pariat &c.cum ver.ſequenti &c. verum, quia
in dicto loco latiſſimè de hoc ſcripſi, ideo hic omitto, dicen-
dum eſt ergo vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta quando retentionem habeat.*
2 *Emphyteuticę rei directus dominus poteſt ius ſuũ in aliũ transferre.*
3 *Emphyteuſis ſi tota pereat, periculum ſpectat ad dominum directũ. alias ſecus.*
4 *Prohibitus alienare, an poſſit ad longum tempus locare.*
5 *Emphyteuſis cõceſſa vſque ad tertiam perſonam, vel generationem, quouſque extendatur.*
6 *Eccleſia an poſſit emphyteuſim in perpetuum concedere.*
7 *Contractus emphyteuticus, an nominatum det aliquam actionem.*
8 *Concedere in emphyteuſim poteſt, qui non habet vtile dominium.*
9 *Emphyteuta, an irrequiſito domino poſſit ſua melioramenta donare.*
10 *L.fi.C.de iure emphy. intellectus.*
11 *Contractus emphyteuticus, an requirat ſcripturam.*
12 *Penſio emphyteuſis, an ob bellum ſit remittenda.*
13 *Emphyteuta propter ſterilitatem non excuſatur ab integra penſione.*
14 *Superficiarius, vel cenſuarius aliquid ſoluens nomine penſionis, an poſſit ſua melioramenta irrequiſito domino vendere.*

Adeo autem. ¶Contractus emphyteuticus, ꝗ perficit̃, cum alicui res cõceditur mercede in pe-
cunia,vel in ſpecie conſtituta, a ꝯ̃ctu locationis,& ab emptio-
ne in aliquibus differt,& multipliciter conuenit cum eis,quia
iure ciuili fuit introductus, & interitus totius rei pertinet ad
dñm & particularis ad emphyteutam,h.d. ¶No.quòd contra-
1 ctus dr̃ emphyteuticus,qñ dat̃ in perpetuũ res vtenda.¶†No.ꝙ
emphyteuta poteſt rem retinere, donec ſoluat penſionem do-
mino, & ſi ſteterit in re priuatæ perſonæ, non ſoluta penſione
per tres annos, ſi dominus vult, poteſt rem auferre, & ſi non
vult auferre, poteſt pẽſionem oẽm repetere, vt l.3. C.de iu.em-
phy.cũ ibi no.Sin autẽ eſt emphyteuſis eccleſię cadit a iure ſuo,
ſi ſtetit per duos annos,quib.non ſoluat, vt auct.ꝗ rẽ.cũ ibi no.
2 C.de ſac.ſan.eccl.¶†No.ꝙ licèt dñs cõcedat fundum in emphy
teuſim,& ſic vtile dñiũ,vt l.1.§.quod ãt.& ibi Bar.ff.de ſuperfi.
& l.1.§.1.ff.ſi ager vec.vel emp.pe.tamen põt ius ſuum,& ſic di
rectum dñium in aliũ transferre.¶No.quod ꝯ̃ctus emphyteuti
a cus non eſt propriè emptio, nec propriè locatio,[a] ſed eſt certũ
genus per ſe.¶No.ꝙ in contractu emphyteutico ſemper inſpi-
b cienda ſunt pacta,[b] quia non dr̃ habere certam & determina-
tam naturã,niſi eam ꝗ partes dare velint,facit l.2.C.de iure em
3 phy. ¶†No.ꝙ periculũ interitus totius rei ſpectat ad dominũ,
ꝗa amplius emphyteuta non põt uti re, ex qua penſionem de-
c bet.Sin autem res ſupereſt,[c] licèt habeat detrimẽtum, tñ cũ res
ſit in rerũ natura ex qua poſſit penſio præſtari, tunc ſpectat pe
riculum ad emphyteutam,concordat l.1.in fi. cum ibi no.p gl.
4 & doc.C.de iure emphy.¶†In gl.virum emptio.in fi.ſupple ad
gl.quod locatio nõ facit &c.uidelicet,ſimplex ad modicum tẽ
pus,aliàs autem ꝗ locat ad lõgiſſimum tẽpus,licèt gl.in l.codi-
cillis.in §.inſtituto.ff.de leg.2.dicat,ꝙ non dr̃ alienare, quia p-
hibitus alienare non dr̃ prohibitus locare,etiam ad centum an
nos,tñ cõiter tenet̃,quòd eſſet alienatio, & ideo filiusfamilias,
ꝗbus eſt inhibita alienatio,ur̃ eſſe prohibitum,ne concedant in
emphyteuſim,ut eſt gl.ord.in l.fi.§.filij autẽ familias. & ibi do-
cto.C.de bn.quæ lib.quod no.Quinimmo prohibitus alienare,
uidetur eſſe prohibitus locare ad longum tempus,& ſic ad 10.
d annos,[d] quia ex tali locatione transfertur ius in re.ut eſt tex.&
ibi Bar.in l.1.§.ꝙ autẽ.ff.de ſuperfi.facit quod no.gl. in l.2.ff.ſi
ager uect.uel emphy.pet.& no.in l.fi.C.de reb.alien.& ibi doc.
e ¶In glo. perpetuò.[e] in fi. multis modis in iure noſtro accipitur
hoc nomẽ,perpetuũ,ut no.gl.in l.1.ff.pro ſocio.dic ut ibi. ¶In
gl.penſio.in fi. no. ꝙ in ꝯ̃ctu emphyteuſis, penſio poteſt eſſe in
una ſpecie,& ſic differt ab emptione,& locatione,ut ſ.e.in prin
ci.& §.pretium, ut ibi dixi ſ. ti.1. unde poſſum promittere pro
5 emphyteuſi dare omni anno vnum equum,&c.¶†In gl.auferre
liceat.ibi,interdum in tertiam perſonam,vel generationem,iſta
glo.propter illam dictionem,vel,poteſt pro & ꝯ̃ allegari,& tñ
eſt dicere concedo in emphytheuſim,quod veniat vſque ad ter
tiam perſonam,acſi diceretur,vſq; ad tertiam generationẽ,ali-
bi,verò gl.in ti.de ijs ꝗ feu.dare poſſ.c.vni.§.hoc quoq; in ver.
gradum,dicit,ꝙ tñ eſt dicere, vſq; ad tertiã generationẽ,id eſt,
vſq; ad tertium gradum. Quæ omnia faciunt, an cõputet̃ reci-
f piens[f] in dictis perſonis? & ſic tranſeat vſq; ad pronepotẽ.Bar.
cõſuluit, aut dr̃ ꝙ conceditur Titio vſq; ad tertiam generationẽ,
& tunc vadit vſq; ad nepotem,quia ſtipes computat̃. Aut dici-
tur vſq; in ipſius tertiam generationem, & tunc non computa
tur, & vadit & trãſit vſq; ad pronepotẽ incluſiuè, ita dicit Bal.
in Auct. ſi quas ruinas.C. de ſac. ſan. eccl.in ver. iuxta hoc ꝗro
qualiter intelligatur &c.quod no.quia gl.hoc nõ alleg. ¶In ea.
6 gl.in fi.an aũt eccleſia poſſit concedere † emphyteuſim in per-
petuum vel non? dic, ꝙ primò eſt attendenda conſuetudo di-
ctæ eccleſiæ,quomodo eſt conſueta cõcedere in emphyteuſim,
& illa conſuetudo eſt ſeruanda,& non prætermittenda,vt in c.
1.de ijs qui feu.da.poſſ.§.1,& ibi Bald.quia ſi eſt conſuetudo ꝙ
concedat in tertiam generationem maſculorum, non poteſt et
concedere ꝙ deueniat in fœminas, nec poſſet etiam concede-
g re in quartam generationẽ.[g] Aut non eſt conſuetudo aliqua,&
tunc aut eſt vtile eccleſiæ,ꝙ in perpetuum concedatur.i.donec
penſio ſoluatur,vt hic,& tunc in perpetuum põt cõcedi,& trã
ſit ẽt ad extraneos hæredes, vt putà, qñ ſterilia conceduntur,vt
d.Auct.ſi quas ruinas.& in Auct.de alien.& emphy.§.licentia.
aut non eſt vtile eccleſiæ, quia res non eſt ſterilis, tunc vſq; ad
tertiam generationem põt concedere, & ſic nõ tranſibit ad ex-
traneos hęredes,vt in Auct.de non alien. aut permu.reb.§. em-
phyteuſim.ita ĩ effectu dicit Bal.in d.auct.ſi quas ruinas.in prin
ci.Sed ſemper mihi viſum fuit,ꝙ ille §.emphyteuſim.dicat con
trarium ibi,videlicet,ſi hoc de vxore & viro expreſſum nomi-
netur &c.quia ſi expreſſit tantùm ꝙ trãſit ad aliquem, licèt nõ
ſit de ſua generatione, vt eſt vir & vxor,vt l.1.C.vñ vir & vxo.
tranſibit vltra id quod dictum eſt de tertiã generatione. & eſt
ibi caſus.Vnde ſemper placuit mihi opi.Raph. Cu.in l.etiam.in
prin.ff.ſolu.ma. videlicet, ꝙ emphyteuſis eccleſiæ, etiam tran-
ſeat ad hæredes extraneos. Probatur in tex.in Auct. de nõ alie.
§.nos autem, vbi prohibet indiſtinctè alienationẽ immobi-
lium.

A D D I T I O N E S.

a Locatio. Eſt tamẽ quaſi locatio. Are.& Iaſ.in §.itẽ ſeruiana, infra de act. Purp.
b Pacta. dic quòd pactum nudum producit obligationem, Ioan. Fab. in §.in perſonam, infra de act. Purpu.
c Supereſt. ſed quid ſi tota res non ſupereſt, ſed pars, an tota penſio debeat ſolui, vide Alex. poſt Bar. in l.interdum.§.1.ff.de acq.poſſ.Pet.de Ancha.conſil.250.Alex.conſi.112.& 7.2.lib.& Rom.conſi.569.
d Ad 10. annos. vide Alex.conſi.117.4.lib.
e Perpetuò. vide Cal.conſi.ulti de verb.[illegible]
f Recipiens. uide Ale.conſ.111.lib.3.
g Quartam generationem. vide Pet.de Anch.conſi.[illegible]

lium eccleſiæ & in §.alienationem.ſubijcit,alienationis autem
verbo vſi ſumus, vt contineatur emphyteuſis perpetua, q̃ non
procul ab alienatione conſiſtit,poſtea in §.emphyteuſim.dicit,
quod licèt ſub ſpecie alienationis prohibeatur emphyteuſis,tñ
permittitur vſq; ad tertiam generationem. Deinde.§.licétiam.
concedit licentiam dandi in emphyteuſim perpetuam,ſeruata
tñ ſolẽnitate de qua ibi:unde ex his claré apparet,ꝙ emphyteu
ſis perpetua eſt ꝓhibita eo modo,quo prohibetur alienatio, &
ſub nomine alienationis temporalis.Aut ſimpliciter eſt permiſ
ſa vſque ad tertiam generationem , ita ꝙ iſta tẽporalis de iure
ciuili vr̃ poſſe fieri ſine ſolennitate, ſed de iure canonico nõ ſo
lùm emphyteuſis , ſed & locatio ad non modicum tempus vr̃
prohibita, niſi ſeruata ſolennitate, quæ exigitur in alienatione
rerum eccl.ut in cle. i.de re.eccl.non alie.licèt autem alienatio
rerum eccleſiæ videatur prohibita de iure ciuili,niſi ſit ſeruata
ſolennitas,auct. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. tñ de
iure canonico al.ę dantur ſolennitates.12.q.2.ſine exceptione.
& in c.i.de reb.eccl. non alie.in 6.& adde bonum tex.in mate-
ria.in c.nulli. & quod ibi gl.& doct.extra de reb.eccl. non alie.
His ſic præmiſſis aduertendum eſt,ſi emphyteuſis eccleſiæ da-
tur ſine ſolennitate, quæ exigitur in alienatione rerũ eccleſiæ,
licèt de iure ciuili teneret,vt d.§.emphyteuſim. vſque ad tertiã
generationem,inſpecto aũt iure canonico(cui ſtãdum eſt in re
bus eccleſię)nõ valet,quia nec locatio valet ad non modicum
tempus. Et ſi fiat cum ſolẽnitate debita,ridiculum vr̃ dubitari,
vtrum poſſit ad oẽs tranſire, cũ pura, & mera alienatio totalis
valet,illa ſolennitate ſeruata. Conclude ergo,ꝙ aut in tali em-
phyteuſi ſolennitas debita non interuenit, & nõ valet vllo mo
do. Aut fuit ſeruata ſolennitas,& tunc ad omnes extraneos trã
a ſibit,& ẽt conſulendo dixi & obtinui.[a] & no.iſta, quia vidẽtur
mihi veriſſima quicquid dixerit Io. de Imo. in l.quod dĉ.ff. de
verb.obl.qui multis ſe inuoluit,de quo vide p Bar.in d. auct. ſi
quas ruinas.& ibi Bar.& alij doc.& per gl.& doct.in d.l.ettam.
& Bar.in d.l.ꝙ dr̃.& in l.iuriſiurãdi.§.ſi liberi.ff.de ope.libe. &
7 per Cyn.& doct.in l.liberti libertęq;.C.de ope.lib.¶ † In gl.pro
pteram.in princ.ibi,ad omnia obſeruanda quæ cõueniunt.tenet
gl.quòd ex iſto ꝯctu non eſt data aliqua nominatim actio , ſed
agitur conditione ex l.1.C.de iur.emphyt. Et hoc vr̃ ibi tenere
gl.& Bar.ſed idem Bar.in l.i.ff.de cond.ex le.in verſ.tertio prin
cipaliter eſt videndum &c. ibi, ſi verò lex inducit obligationẽ
mediante aliquo contractu,tenet expreſsè,ꝙ immo, cum talis
contractus ſit de iure ciuili,vt no. in l.ex hoc iure. ff.de iuſti. &
iur.cum ſit nominatus contractus,facit l.iuregentium, in prin.
ff.de pact.ꝯiuncta l.3.ff.de preſcr.verb. ꝙ immo oritr̃ actio q̃dã
ſpecialis,quæ vocatur actio emphyteuſis,& ſic nominaſ a con
tractu,vt eſt actio ex empto locati,& ſimiles,& de hoc eſt tex.
8 ſm eum,in l.actionum genera. §. ex ꝯctu.ff.de act. & obl. ¶ † In
ea.gl.ibi.§. alienationis. not. ꝙ ille qui non habet vtile dñium,
b põt alteri in emphyteuſim ꝯcedere[b] & trãſferre vtile dñium ,
vide Bar.in l.ſi quis vi.§.differẽtia.circa fi.ff.de acq.poſſ.& Bar.
& Ang.in l.2 ff.de vſuc.& quod no.Bar.& doct.in ſimili,in l.ex
aſſe.ff.ad Treb. & p hoc videtur caſus in l.i.C. de fun.pa.li.11.
9 ¶ † Quæro , qñ emphyteuta donat alicui ſua melioramenta, an
debeat requirere dñm ſicut debet requirere qñ vendit? iuxta l.
fi. C.de iure emphy.& gl.ibi p iſtum tex. dictam l.i. tenet,ꝙ ẽt
irrequiſito dño illud donare poſſit.Sed Bar.ibi ꝯ,qa ille tex. vo
tat gñaliter alienationem,igitur &c.Sed Bal.Sal.& alij in d.l.fi.
tenent cum gl.Et idem tenent Bal.Raph.Ang.& Imo.in l.ſi do-
mus.§.fi.ff.de leg.1.Et hoc tenet Io.And.in c.potuit.ſuper 3.gl.
extra eo.& Spec.in ti.de loca.§.nunc aliqua.verſi.7. & ibi Ioã.
10 And.in addi.† Nec obſt.l.fi.C.de iure emph. q̃ vult,ꝙ non poſ-
ſit alienari irrequiſito dño,quia illa loquitur in venditione,&
maximè cùm illa dicat de pretio,igitur &c.vt l.fi.C.de pręd.de
cur.li.10.& ẽt quia non eſt eadem rõ in donatione,ſicut in vẽ-
ditione,nã in vẽditione habetur reſpectus ad pretium, & ideo
nõ intereſt,emphyteuta a quo habeat a dño vel ab emphyteu-
ta.Sed donatio fit ob merita & beneuolentiam.Poteſt.n.eſſe,ꝙ
nõ ita diligit dñm,ſicut donatarium,igitur &c.Et prędicta pro
cedũt in emphyteuſi priuata,ſed in eccleſia Bar. i d.l.ſi domus.
§.fi.tenet,ꝙ vendere nõ poſſit, vel donare irrequiſita eccleſia,
aliàs cadit a iure ſuo,vt l.2.C.ne rei do.vel templo.ſed Io.And.
in c.potuit.de loca.& doct.in d.l.ſi domus.§ fi.dicunt,ꝙ idẽ in
eccleſijs,ſicut in priuato.Non obſt.d.l.2.quia ibi vendit in frau
dem,vt rem propriam, volendo priuare eccleſiam iure ſuo. Se
cus ſi vendat ſaluo iure eccleſiæ,& ſic tãquam emphyteuticã,
quia p̃t,& facit.l.i.& fi.C.de fun.reipu.lib.11.Et de his q. vide
Bar.in l.1.§.pe.ff.de ſuperfi.& in l.in conuentionalib.ff. de ver.
obl.Et per Bal.in auct.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl. & per
gl.& Bar.in l.fi.C.de fun.pa.lib.11. Aduertas tñ, ꝙ qñ ſecũdus
emphyteuta vult poſſeſſionem, & non põt eam cõſequi,niſi a
dño,tunc dño promittit de penſione, & alijs; vt d.l.fin.ita dicit
Imo.in d.l.ſi domus.§.fi.¶ In ea.ibi.ff ſi ager vec. l.1.& 2. & dic
vt no.Bar.in d.l.ſi qs vi.§ i.circa fi.& d.l.2. C.de vſucap.& d.l.
ex aſſe.per gl.& Bar.& doct. ¶ In ea.in fi.no.ꝙ primus emphy-
teuta concedendo ſecundo,aliquid ſibi reſeruat,quia põt,ſi nõ
ſoluat canonem,ab eo vẽdicare,facit quod no.in d.l.ex aſſe.q̃a
primus emphyteuta non eſt liberatus a dño,igitur &c.niſi ſecũ
do datum fuerit in emphyteuſim,volente primo dño directo,
& accipiẽdo ſecundum emphyteutam loco primi,vt d. l.fi. cũ
11 ibi no.C.de iure emphy. ¶ † In gl.neque ad locationẽ. in fi.dic
no.& ſigna gl. quæ ponit, in quibus differt iſte contractus a lo-
catione,idẽ no.gl. Bar.& doct.in l.i.C. de iure emphy. Ad vnũ
tamen aduertas,ꝙ in eo ꝙ gl.dicit, quòd eſt ꝯctus qui debet in
ſcriptis celebrari,qa Bar.in d.l.i.alle.ibi gl.in ver.ſcriptura, ꝙ
etiam ſine ſcriptura fieri poſſit.Et iſtud dicit,ꝙ cõſuetudine ap
probatur. Sed (vt infert Sal.in d.l.i. in ver.oppo.tertiò,ꝙ ſcri-
ptura.) aliq tenent gl.ꝙ in iſto cõtractu ſit ſpeciale,ꝙ requira-
tur ſcriptura, & poteſt eſſe ratio, quia datur res in emphyteu-
ſim,vt perpetuò ſit apud accipientem,quem de facili accipiẽs,
vel etiam eius hæredes poſſunt dicere ſuam,facit l.2.C.de præ-
ſcrip.30.ann.Et memoria hominis tam dantis,q̃ teſtium eſt la-
bilis,igitur fuit introductum, vt ſcriptura deberet interuenire,
vt l.fi.C.de iure emphy.Et ita dicit,ꝙ cõiter tenetur,& hoc mi
c hi placet,& ita vidi ſemper obſeruari.[c] licèt Bar.dicat contra-
rium.¶ In gl.neque ad venditionem,in fi.no.& ſigna iſtam gl in
quo differt iſte ꝯctus a cõtractu vẽditionis.facit quòd no. Bar.
in l.cotẽ ferro.§.qui maximos.ff.de pub.& ibi Ang.& Imo.¶ In
gl.naturalis.in fi.dic, ꝙ iſte cõtractus fuit inuẽtus a iure ciuili,
ita no.gl.& doct.in l.ex hoc iuregentium.ff.de iuſt.& iure.dic,
vt ibi. ¶ In gl.particularis.in fi.no. ꝙ etiam ſi pars remanet, rei
damnum ſpectat ad emphyteutam.Quid ſi res nõ perijt,ſed eſt
in loco,quo propter guerram non põt laborari,vtrum debeat
ſolui penſio? Iſtam q.format Cy.& Vltram.& oẽs doc.in l.1.C.
de iure emphy.& varię ſunt opi.doc.nam Iac.de Are. vt refert
12 Cy.in d.l.i.dicit † ꝙ ſi fundus emphyteuticarius pp guerras nõ
põt laborari, vr̃ deperditus,qm̃ occupari ab hoſtibus,& eſſe p-
ditũ æquiparanſ,vt l.cùm vnus.§.fi.cum l.ſeq. & ibi vide Bar.
ff.de bono.aut.iudi.poſ. Sed quando fundus emphyteuticus eſt
deperditus,dicitur damnũ ſpectare ad dñm, & emphyteuta li-
beraſ a præſtatione canonis,vt d.l.1.in fi.C.de iure emphy.igiſ
&c. Et iſtam ſententiã poſuit Azo. gloſſator antiquus in d. l.i.
& eandem poſteà ad literam ſequiſ Bar.in d.l.i.in fi. allègat ꝓ
hoc l.interdum.§.qui ex naufragio.ff. de acq. poſſ. & ibi ẽt idẽ
tenuit Bar.& ẽt ibi alle.l.forma.§.1.ff.de cẽſi.Bal.aũt in d.l.1.in
ver.quęro an pp ſterilitatem amittaſ. recitat primò dictã opi.
Iac.& Cyn.qñ propter guerram nõ potuit coli fundus,vel nõ
potuit percipi de fructibus,ꝙ damnum ſpectat ad dñm, nõ ad
emphyteutam in pẽſione,ꝙ tñ intelligit verum fore ſi erat ceo
ſus & notabilis quantitatis,ſecus ſi paruæ,& nihil allegat.facit
l.Seio.ff.de in integ.reſt.Sed Sal.in d.l.i.in verſic.quæro,quid ſi
propter guerram &c.dicit dictam opi. Iac.& Cy.fore multum
ęquam,& eam tãdem ſequiſ.Sed contrariam ſententiã ſequitur
Ang.in d.l.i.in verſi. ſinautem res data in emphyteuſim ꝓpter
guerram coli non potuit &c.dicens,ꝙ non credit Iac.& Cy.de
tali guerra ſenſiſſe,de qua quotidie loquimur, ſed tantummo-
do de illa in qua capti efficiuntur ſerui hoſtium,& fundi occu
pati efficiuntur occupãtium,tunc enim res bene dicitur deper
dita,ex quo eſt tranſlata in dñium hoſtium. Ex quo ſequitur,ꝙ
vbi guerra non mouetur per Principem,vel Papam,tunc occu
pata non efficiuntur occupantium, nec capti efficiuntur ſerui
hoſtium.Pro quo tu allega quod no. Bar.in l.qui a latronibus.
ff.de teſt. & per conſequẽs res non dicitur perdita, & ideo tale
damnum nõ reſpicit dñm,quia particulare pertinet ad emphy
teutã,& ideo ꝯſuluit,ꝙ ſemper durãte guerra,emphyteuta ſol
uat canonẽ,licèt nihil de redditib.reciperet,alias caderet a iure
ſuo.Ant.autẽ de But.in c.pp ſterilitatem.extra eo.in verſi.quæ
ro, quid ſi emphyteuta, an habeat poteſtatem &c. dicit quòd
opi.

ADDITIONES.

a Obtinui. Hãc opi.habuit Abb.cõſ.74.D.Io.An.quẽ ſequitur Petr.de Ancha.
in conſ.313. dicit qđ emphyteuſis perpetuo ab eccleſia põt concedi quo ad
deſcendentes,non quo ad extraneos.& hanc opi. habuit Cal. conſ.6. de lo-
ca.Alex.in quàm plurib.conſ.And Sicu.late cõſ.60.in 2.vol.vbi refert quàm
plures ſic conſuluiſſe,vbi vide reſponſum ad motiua Aug.hic.

b Concedere. Poteſt etiam in re emphyteutica alicui vſumfructum conſtitue
re,ut uoluit Bal.in l.1.ff.quemad.uſusfr.amitt.

c Obſeruari. Contrarium dicit Rom.conſ.17.alle.Spe.verſi.5.ibi uide.

opi.Iac.Cy.& Bar.ꝗ fiat remiſſio mercedis propter guerrã po
teſt eſſe vera,ſi non modico tempore eſſet duratura, alias tunc
forte ſi triennio,non poſſet petere remiſſionem, ſicut nec pro-
pter ſterilitatem fructuũ,vt c.propter ſterilitatem.eo. ti. Repe-
rio dominum meum Raph.Cu.in d.l.interdum.§. quod ex nau
fragio.ff.de acq.poſſ.in gl. dicentem,ꝗ Alb. de Ro. poſt Ricar.
a Malum.[a] in d.l. 1.tenet,ꝗ immo non fiat remiſſio mercedis,im
mo quòd teneaſ ad integrá penſionem.quam opi.putat verio-
rem.Et arguit ſic,qñ propter guerram poteſt poſſeſſio coli, nó
ꝑditur dñium eius,immo nec poſſeſſio, vt l.licet.C.de acq.poſ.
quomodo ergo poteſt dici, quòd iſta res dicaſ perépta vel de-
perdita,cuius retinetur dominium & poſſeſſio?ſed clarum eſt,
qñ res non eſt deperdita,quòd emphyteuta teneſ ad integrá pé
ſionem,vt d.l. 1.igitur &c. Vnde opi.Iac.& Cy.& ſequaciũ po
teſt intelligi,qñ fundus fuit occupatus per hoſtes,& ſic poſſeſ-
ſio deperdita,vt voluit ſ̃ Ang.& hoc probat,quòd ſm oẽs doc.
13 †propter ſterilitatem non excuſaſ emphyteuta ab integra pé-
ſione.l.quicunque.C.de fundo patr.& ibi Bar.lib. 1 1.& ibi pro
pter guerram eſt quædam ſterilitas,vt l.ex códucto.§. 1.ff.loca.
& l.ſi merces.§.vis maior.eo.ti.igitur nó liberatur,& hoc pro-
batur in auct.de non alie.§.dudum.& §.quia verò Leonis.col-
lat. 2.vbi permiſſum eſt eccleſiæ remittere ſextam partem ſoli-
tæ mercedis propter caſus fortuitos,ꝗ caſus fortuiti imminent
periculo emphyteutæ. Vnde debet emphyteuta dictum caſum
fortuitũ recognoſcere, vbi notabilis interitus ſpectat ad domi-
num,ſed particularis ad emphyteutam:ſed hoc eſt particulare,
igitur ad emphyteutam ſpectat , & quòd ꝑꝑ ſterilitatem non
excuſetur emphyteuta a tota mercede illius anni,vult etiá Cy.
in d.l. 1.in ver.7. quæro quid de periculo ſterilitatis, & idẽ ibi,
Bal.& idem Ang.in verſi.an autem periculum ſterilitatis.& di
cunt,ꝗ de hoc eſt caſus in Auct de non alie. colla. 1.§. emphy-
teuſim.& facit l.priuatę.C.de excu.mun.lib. 10.& hoc etiam ſe
quitur Sal.in d.l. 1.in verſi quęro, an periculum ſterilitatis ꝑti-
neat. ſubdens,quòd iſta eſt cõis ſententia, & iſtud etiam ſequiſ
Ant.de Butr.in d.c.propter ſterilitatem.Ego aũt teneo iſtam vl
timam partem, videlicet, quòd ꝑꝑ guerram quæ non ſit lóga,
vt dixit Ant.de But.non fiat remiſſio mercedis,nec damnũ ſpe
ctat ad dñm,ſed ad emphyteutã: quia ſi aliquis alijs annis plus
ſolito percepiſſet,nó daret plus de penſione,quam cõuenerit:
& quia idẽ eſt in ſterilitate,vt dixi per rationes Ang.& domini
mei Raph.et pro hoc optimè facit tex.in l.ſi vno.in prin.ff.eo.
ꝗ omnia no.quia dictas opiniones in hac materia bene diſper-
14 ſas,recollegi conſulendo. ¶ Vnum†addas,ꝗ ſicut emphyteuta
non ꝑt vendere ſua melioramenta irrequiſito dño, aliás cadit
a iure ſuo,ita nec ẽt ſuperficiarius,vel cenſuarius qui ſoluit ali
quid nomine penſionis,ita eleganter Bar.in l. 1.§.pen.ff. de ſu-
perfici.et facit quod no. Bar.in l. 1.C.de fund.patr.et in l.in có-
uentionalibus.ff.de verb.oblig.quod no. quia ſemel hoc habui
de facto in ſuperficiario,et cenſuali eccleſiæ ſancti Proculi.

ADDITIO.

a Ric.Malumb.uide ſupra in prima no.in uerſ.ſupereſt.

SVMMARIVM.

1 *Emptio vel locatio ex quibus deprehendatur, & nu.2.*

Item quæritur. ¶ Cùm dñium rei conceſſæ tranſit pecunia pro mercede conſtituta,em-
1 ptio,non locatio dſ,h.d. ¶ † No.quòd quoties aliquid facio fa-
bricare de materia aliena et ſoluo pecuniam, dſ emptio, ſi aũt
de materia mea,& ſoluo pecuniá dſ locatio.Ex quo no. ꝗ qñ
in contractu venit principaliter véditio, ex qua debeat, ſequiſ
tranſlatio dominij,vel vſucapiẽdi conditio pro pretio,tunc eſt
contractus emptionis & venditionis,vt eſt tex.no.in l. ſi cõue-
nit.ff.de cótrah.empt.Sed qñ in cótractu venit aliquod factum
ex quo mihi non quæritur dominium rei,vel vſucapiendi con
ditio,tunc dicitur conductio & locatio,vt ſi dñs patitur vti do
mo,vel fundo pro certa penſione.Sed ſi in cõtractu venit vtrũ-
que,& tunc,aut principaliter venit in illa traditio, ſecũdariò,
factum,& tunc eſt emptio & venditio,vt l. 2.§. 1.ff.eo.Aut ecó-
tra,principaliter factum, ſecundariò illa traditio, tũc erit loca
tio,vt d.§. 1.& hic.Aut non ꝑt bene comprehẽdi,ꝗ veni: prin-
cipalis,& tũc eſt quæſtio,quam diſputauit Bar.de quo etiá per
eum in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica.dic,vt ibi ꝑ
eũdem Ang et dominos meos.iſta ſunt verba Bar.in d.l. 2.ff.eo.
2 ¶ † Vnum addas,ꝗ ex quãtitate pecuniæ cognoſcitur,vtrum ſit
emptio vel locatio, vt eſt gl.fin.in l. 1.§.quod autẽ.ff.de ſuperfi.
quod no. ¶ In gl.formæ.in fi.dic,vt fortè ſi materia demõſtrata
pereat periculo venditoris , ſicut ſi vẽdidiſſet decem corbes ex
illo dolio,vt notatum fuit ſ̃.ti. 1.§.cũ aũt.non. n.materia vſ vẽ
dita,ſed annulus.vnde aliud eſt materia,& aliud annulus,vt ff.
de pig.act.l.ſi conuenerit.la 2.§.ſi quis ſic cauerit. ſm Io.Fab.

SVMMARIVM.

1 *Locato fundo quid veniat.*

Conductor. ¶ In hoc contractu veniunt,quæ de natura ipſius venire debẽt, licèt nó fuerint expreſ
ſa.¶ No.ꝗ in ꝯ̃ctu bonæfidei, veniunt multa quæ non ſunt ſpe-
cificata. ¶ No.ꝗ in ꝯ̃ctu bonæfidei, venit oẽ id quod æquum &
bonum eſt venire,licèt nó fuerit dictũ,de quo dic, vt dicá ĩ. de
act.§.in bonæfidei.vbi plenè ſcripſi.& ideo hic nó dico.¶ In gl.
ex bono & æquo.in fi.dic, vt in fundo ruſtico plura veniũt de
ſua natura,ſi ꝯ̃rium actũ non eſt,vt l.ſed addes.§.illud.ff.eo. qđ
1 intellige vt no. Bar.in l. 2.§. 1.ff.de fundo inſtru.ubi dſ,† aut fun
dus conceditur in locationẽ,vel alio modo inter viuos,& ve-
nit inſtrm fundi, vt d.§. illud. aut in legato fundi, & non venit
inſtrm,vt d.l. 2.§. 1.Et ad prædicta facit l.fundus.ff de act.empt.
quod eſt verum, quando legatur proprietas , ſin autem legatur
vſusfructus,venit inſtrumentum fundi,quod etiam habebat le
gatarius vſumfructum inſtrumenti,ſicut habet fundi,vt l.loci.
§.proprietarius.ff.de vſufru.ita dicit Bar.in d.l. 2.§. 1.licet aliter
dicat gl.in l. 2.C.de verb.ſign. Sed intelligas dictam glo. ſm ſu-
pradicta,ſm Bar. vide doct.in d.l. 2.C.de verb.ſign.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad l.ſi merces.§.qui columnam ff locati.*
2 *Vſusfructus qualis ſit finis.*
3 *Scholaris an, & quando poſſit domum conductam alteri locare.*
4 *Locator tenetur cõductori ad patientiá, & quid ſi non habuit patiẽ-
tiam: quia colonum expellit, vel re locata impedinit uti. nu 5.*

Qui pro vſu. ¶ Conductor de leui culpa tenetur. Et contractus locationis ad hæredes tranſit con-
ductoris. h.d. ¶ No. quid ueniat in actione locati,& conducti.
¶ No. ꝗ ille,qui adhibuit illam diligentiá in rebus alienis, quã
adhibet in ſuis,non tenetur de caſu poſteá contingente.¶ No.ꝗ
a conductio non finitur morte conductoris.[a] ¶ † In glo.diligen-
1 tiſſimus.ibi.§.qui columnam. tu dic,ꝗ immo ibi tenetur de le-
uiſſima culpa. & eſt ratio, qa fuit ibi data columna vt artifici,
qui videtur ſe aſſerere peritum in illa arte, vnde tenetur de le-
uiſſima culpa,vt l.ſi quis domum.§. pen.ff.eod. & l.a procura-
tore.C.man.& facit l. 2.cum ibi no.ff. ꝗ quiſque iuris. & l.illi-
citas. §. ſicuti.ff. de offic. præſi. hic autem tenetur de leui culpa
2 tũ, quia non ut artifici data fuerunt iſta, igitur &c. ¶ † In glo.
conductore, in fi. tu dic,ꝗ immo uſusfr. ſemper perit perem-
pta perſona in cuius perſona erat conſtitutus, ſed ſi eſſet conſti
tutus in perſona vnius, & uoluntate proprietarij tráſferatur in
alium,tunc vſ renouatus. Et prædicta ſunt vera, vbi ius vſusfr.
vel ſimpliciter,vel vſque ad tempus conſtituitur,vt ff.ſam.erc.
l.& puto.§. 1.ſed ſi fructus uenduntur,uel locantur uſq; ad tem
pus,non uidetur quin talis contractus tranſit ad hæredem,ut ſi
quis receperit caſtrum cum fructibus vſq; ad certos annos,vel
cauſa retinendi fructus alicuius rei.vt ff.de vſufru.l. arboribus.
§.vſuſructuarius.ibi per hoc ꝗ negotiorum &c.& l. 1.C.de pe.
bo.ſub.lib. 10.& ibi no.facit l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita. & ibi
Bar.& doc.ff.de verb.obl. l.neceſſariò.§.ſi.ff.de peri.& com. rei
vend.& l.vſufru.ff.ſol.ma.Et ibi plenè Bal. & vide l. ſi domina.
& quod ibi no.Bar.& Bal.in l.ſi.C.de vſufr.& adde l.ſi quis do
3 mum.§.idem quærit.ff.eo. ¶ † In gl.ſuccedit.in fin. not. & ſigna
iſtam gl. ſingularẽ, quia ſi vnus ſcholaris ſocius recedit de do-
mo,& vadit ad partes ſuas,nó põt locare domum,vel alium lo
co ſui ponere , immo debet penſionem ſuam pro rata integra
ſoluere, niſi ſocij qui remanſerunt alium introducerent, tunc
tantò minus a primo ſocio recedente conſequi debent, vt not.
Spec.in ti.de iudi.§. 2.verſi.circa hoc quęritur.no.gl.in Auc.de
tabell.§.ſi verò indignum.Et eſt ratio,quare nó poteſt aliũ ſub-
rogare loco ſui, quia principaliter eſt ſocietas inter eos , & ſic
fuit certa perſona electa, vt ĩ.de ſociet.§. ſolu.ſ. Et aduertas ad
id ꝗ habetur hic in gl.ꝗ ſcholaris recedens,non põt cameram
ſuam

ADDITIO.

a Conductoris.Vide Io.de Ana.conſ.20.

ſuam alteri locare, eſt verũ, ſi ſubſtitutus nõ eſt æquè idoneus,
& ſic ſociorum, qui remanent, intereſt. Alias autẽ ſi eſſet æquè
tum obligaretur, vt hic. & tunc hoc hodie corrigitur per d. l. fi.
& hic in fi. & idem ſi primæ obligationi addatur vel detrahat,
vt hic. Si autem verbis apparet, quòd in ſecundam voluerunt
transfundere primam, licèt non dicant animo nouādi, tunc iſte
caſus non corrigitur, vt fiat nouatio ope exceptionis, & ita in-
telligatur glo. Bartol. & Angel. & illud eſt veriſſimum, & fortè
cum pro iſta opinione ſit caſus legis, & a Bal. & Sal. & ab vtro-
que domino meo teneatur, obtineret in practica. Et iſtā opi-
nionem aliàs ſus conſulendo ſecutus. Prætereà non rectè alleg.
d. gl. quòd omni caſu fiat nouatio, hodie ope exceptionis, vt di
xi ſupra, immo ſub his verbis dicūt, videlicet, ſed hodie expreſ-
ſè fit nouatio. vt l. fi. C. eo. ſi tamē fieret tacite, et hodie dico cō-
petere exceptionem &c. dicit enim, quòd ſi fieret hodie tacita
nouatio, ꝙ ſaltem daretur exceptio, non autem dicit, quòd om
ni caſu quo olim fiebat tacite, hodie fit ope exceptionis, vt cla-
re colligitur ex verbis glo. ¶ Et prædicta inducuntur per Barto.
in l. ſingularia. in verſic. veniamus ad ſecundam partem &c. ff. ſi
7 cert. peta. ad quæſtionem quotidianam, † quòd ſi feciſti, ꝙ cam-
pſor promittit pro te creditori tuo, an ſis liberatus, ita, quòd ſi
campſor efficiatur nō ſoluendo, periculum ſit creditoris. & te-
net, quòd ſi ille campſor promittit tibi centum quæ debeo, ſta-
tim ſum liberatus, quia iſta promiſſio quam habes, cedit loco
ſolutionis, vt l. ſi pupillus. §. 1. ff. de ſol. ſi autem nihil promiſit
tibi, ſed tantummodò mandaui campſori, ꝙ ſolueret tibi, tūc
ego nō ſum liberatus, vt ibi per eum, & pro hoc facit quod no.
Bal. in l. fi. C. ad l. Fal. & idem voluit etiam Angel. in d. l. pen. di-
cēs, quòd ſaltem ope exceptionis erit primo caſu liberatus. Sed
idem Ang. in l. qui vſumfructum. ff. de verb. oblig. tenet contra-
rium. Vnde dic ſecūdum Imo. in l. pen. quia aut eſt facta delega-
tio, & tūc eſt clarū, quòd fit nouatio. vt l. delegare. & ibi Bar. &
Imo. ff. de noua. nec hodie corrigit per d. l. fi. quia aliud eſt dele-
gare, & aliud nouare, vt voluit Barto. in d. l. delegare. & qn̄ fiat
delegatio, & quomodo, vide l. 1. cū ibi no. C. de noua. aut nō fit
per modum delegationis, & tunc aut promiſſio campſoris fit
tali mō, quòd fit verbis expreſſis cōiectura nouationis, vt dixi,
ſecundum Sal. licèt Io. de Imo. idem dicat, nec de Saly. mentio-
nem faciat, & tunc ego ſum liberatus, ſaltem ope exceptionis,
alias nullo modo ſum liberatus, vt patet per prædicta, quæ no.
8 quia quotidiana ſūt. ¶ † Addas quòd alia eſt nouatio volūtaria,
vt q̄ fit ex voluntate contrahentiū, vt dixi, alia neceſſaria, quæ
fit ex iudicio moto. vt l. 1. C. de iud. cum ibi no. per gl. & doc. &
maxime Ang. in repetitione. & ideo aduertas, quòd in nouatio
ne neceſſaria intelligunt oīa priuilegia, pignus, & alia neceſſa-
ria in ſecundā trāslata, ſecus in uolūtaria. ut l. ſolutum. in prin.
& ibi Bar. ff. de pig. actio. & l. aliā cauſam. & ibi Bar. ff. de noua.
uide tamen ſingulariter dictū Bar. in l. emptor. ff. de noua. quia
ſunt uerba multum attendenda. nam ſi dico, promitto tibi quic
quid ex uendito me dare facere oportet, & tunc in ſecunda nō
ueniunt uſuræ ex mora, quæ ueniebāt in prima ex empto, quæ
eſt bonæ fidei, ſecus autē ſi dico in rem, utputà, quicquid ex cā
uel occaſione uenditionis, uel quicquid ex uendito me date fa
cereue oportet, promitto. tunc iſto caſu debentur uſuræ præte-
ritæ tanquam ſors, ſed nō in primo caſu. quod no. ſingulariter.
& uide quæ ſcripſi infra de actio. §. fuerat. in uerſic. an autem. &
quando ſit actio de dote &c. dic, etiam ut ibi, &c.

ADDITIO.

a Nouatio. An hodie fiat nouatio, niſi expreſſè agatur. vide Rom. conſi. 125.
Alex. conſi. 53. & 72.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes pœnales an ſolo conſenſu tollantur.*
2 *Res an, & quando dicatur integra.*
3 *Precariū emptoris an requiratur ad diſſolutionē precarij vēditoris.*
4 *Res quæ fuit vere tradita, & ex conuentione debet retrocedi, an debeat ab emptore eodem pretio reuendi, vel ſimpliciter retrotradi.*
5 *Nouatio quotuplex ſit.*
6 *Obligatio quibus modis tollatur, & nu. 7. & 8.*
9 *Interitus an liberet debitorem.*
10 *Inſtrumentum cācellatum repertū penes debitorem, an eum liberet.*

Hoc amplius. ¶Contractus, qui conſenſu contrahitur,
contrario conſenſu, re non ſecuta, diſſol-
uitur. h.d. ¶Not. ꝙ nihil eſt tam naturale, quod diſſoluitur eo
vinculo, quo ligatum eſt. ¶No. ꝙ reintegra poteſt conſenſu re-
cedi a contractu conſenſu celebrato. facit §. rectè ſupra man-
da. ¶No. ꝙ quando res vendita eſt ſoluta, vel pretium, non po-
teſt ſimpliciter contrario conſenſu recedi a cōtractu, niſi actus
1 retro ſimilis fiat, dixi ſupra de contrahen. emptio. in prin. ¶†In
glo. quæ conſenſu. ibi. l. ſi tibi. §. quædam. dic, glo. ibi dicit idem
in aliis ſimilibus cauſam formoſam continentibus cum ſit ea-
dem ratio. vt l. iſtud. ff. ad l. Aquil. & ratio eſt, quia cum obliga-
tiones deſcendentes ex maleficio non ſint ex conſenſu, vt l. 1. §.
vſque adeò. ff. de iniuriis & omnino ibi vide Bar. & quod ſcri-
pſi in trac. meo Malefic. in verſicu. contra voluntatem dicti Ti-
tij ſunt debiliores, & cum ſint pœnales debiliores. quod intel-
lige, ſi ſunt ex maleficio, ſecus ſi ex contractu, vt tutelæ, pro ſo-
cio. & ſi quæ ſunt famoſæ, vt l. 1. ff. de infa. & tamen non tollun-
tur pacto nudo. vt l. iuriſgentium. §. idem Marcellus. ff. de pact.
& quod dicitur, ꝙ ſunt pœnales, intellige ab vtraq; parte, non
ab vna. vt §. item miſta. infra de act. & quod ibi ſcripſi, vbi om-
nino videas. & quod dixi, ꝙ poſsit tolli pacto, intellige, quò ad
præiudicium partis, non fiſci, vel reipub. vt l. 2. & ibi glo. & Bar.
ff. ad Syllan. & ſic quod quis fuerit vulneratus & pacem faciat,
non tamen malefactor eſt liberatus a pœna publica & fiſcali,
quod bene not. ſicut etiam princeps faciendo gratiam malefa-
ctori non poteſt tollere ius pœnæ quæſitæ parti priuatæ, vt l. ve
nia. cum glo. C. de in ius vocan. & no. glo. & doc. in l. ſed ſi hac.
2 §. 1. eod. tit. ¶†In glo. neq; pretio. in fi. dic, ꝙ licèt ſolutio partis
pretij & traditio rei facta faciant rem deſinere eſſe integram,
ſiue verè, ſiue fictè res tradita ſit, vel quaſi mortua ſit ſine ven-
ditoris culpa, ꝙ habetur pro tradita, vt l. cùm emptor. §. fi. ff. de
reſcin. vendi. ſi autem eſſent datæ arrhæ ſimpliciter pro arrhis,
non dico pro arrhis, & parte pretij, vt dixi, infra de contrahen.
emptio. in princ. ſiue etiam dati ſunt fideiuſſores, vel etiam pi-
gnora, tamen dicitur res integra, vt l. 2. C. de reſcin. vend. l. 3. ff.
3 eo. tit. ¶Quid autem †ſi venditor conſtituerat ſe precario nomi
ne emptoris poſsidere? Iſtam quæſtionem format gloſſ. in l. ab
emptione. ff. de pac. & finaliter poſt argumenta hincinde tenet,
ꝙ requiratur actus retro ſimilis, quia per conſtitutionem preca
rij, res videtur tradita, vt l. quædam mulier. ff. de rei vend. quod
Iaco. Butr. dicit fore verum, vbi actus traditionis fuit verus re-
quiritur etiam vera retro traditio, ſed vbi fuit fictus per conſti-
tutionem precarij, etiam ꝙ retro ſimilis fictus interueniat, vt pu
tà, quia contrarium precarium emptoris interuenit, pp quod
reſoluitur precariū vēditoris, & hoc ſufficit, & erit vnus actus
reſolutiuus. & prædicta intellige vera, quàdo tempore quo ven
ditor conſtituit poſsidere, verè poſsidebat, aliàs autem etiam ſi
poſſeſsio poſteà ſuperueniat, talis poſſeſsio non requiritur cō-
trarium precarium, vel cōſtitutionem emptoris ad diſſolutio-
nem venditionis, & eſt ratio, quia precarium venditoris non te
nebat, ex quo non poſsidebat, & ſic non requiritur precarium
contrarium, vt not. glo. in l. a Titio. in gl. fin. ff. de rei vend. quod
eſt ſingulariter not. ſecundum Saly. in d. l. 1. C. de reſcin. vendi.
4 ¶†Quid ſi fuit res verè tradita, & debet retrocedi ex conuētio-
ne, an debeat emptor eodem pretio reuendere, vel ſimpliciter
retrodare? quidam in glo. in d. l. 1. tenent, quòd ſic, videlicèt, ꝙ
debeat reuendere, ſed malè, quia ſecundum hoc eſſent duæ em-
ptiones, & ſic duæ gallinæ eſſent ſoluendæ. quod no. ſecundum
Sal. ibi. ¶In gloſ. magna, ibi, idem per acceptilationem. in mate-
ria acceptilationis aliquas regulas affirmatiuas, & aliquas nga-
tiuas vltra ea quæ dixi ſupra eod. §. 1. vide in tex. & Bart. in l. &
per iuſiurandum. §. 1. in fin. ff. de acceptil. ¶In ead. ibi, & l. aliam
5 dic, vt dixi ſupra eo. §. præterea. †nam aliqua eſt nouatio volun
taria, aliqua neceſſaria per iudicium, vt d. l. aliam. Alia non eſt
propriè nouatio, ſed adiectio primæ obligationi, vt l. 1. cum ibi
not. per Bart. & Ang. C. de indi. quando quis eſt damnatus per
a ſententiam, non tollitur prima, ſed oritur ex ſnīa noua actio[a]
in factum, vt l. actori. C. de rebus credito. & l. 4. §. ſi ex conuen-
tione. & l. miles. §. iudicati. ff. de re iudi. de quo vide plenè no. p
glo. Iacob. Butr. & Angel. in repet. in d. l. 1. de iudi. Et uide Bart.
in d. l. Iul. uerum debitorem. ff. de condi. indebi. ¶In eadem ibi,
item per compēſationem. dic, dummodò apertè fuerit oppoſi-
ta. ut l. ſi conſtat. cum ibi not. per glo. & doc. C. de compenſa. &
dic, ut de materia compenſationis bene dicam in d. §. in bonæ fi-
6 dei. & §. penult. infra de actio. ¶†In ead. glo. ibi, & item per de-
legationem, & dic, quòd inter delegantem, & illum cui ſit dele-
gatio, ſit ſolummodò delegatio ſtip. uel lit. conteſt. ut l. 1. C. de
noua. & l. ſolutionem uel iudicium. & ibi Bart. ff. de ſolut. ita di-
cit Bar. in l. delegare. ff. de nouatio. & de iſta materia obligatio-
nis, uide tex. gloſſ. & omnes doct. in l. 1. C. de noua. & l. delega-
7 re. & ibi Bart. Angel. dominum meum. ff. eod. titu. ¶†In eadem
ibi. item per confuſionem debiti, & quando fiſcus ſuccedit de-
portato debitori, ut ibi. & in d. l. ſi debitori. & uide l. Vranius. &
quod ibi Barto. ff. de fideiuſ. & uide bonum tex. in l. ſi ei cui. §. 1.
8 ff. de euic. & l. ſi ſocij. in princ. & quod ibi ſcripſi. ff. de ſol. ¶†In
b eadem ibi. item per oblationem.[b] dic, dummodò talis oblatio
fiat congruo loco, & tempore. ut l. ſi ſoluturus. & ibi uide Bart.
ff. de ſol. & procedit in rebus mobilibus, in rebus autem immo
bilibus ſufficit oblatio, etiam ſine conſignatione, uel depoſitio-
ne, quia in re immobili non poſſet habere locum, ut l. ſi mora.
& ibi glo. & ibi de materia plenè uidē Bart. Angel. & Rapha. &
Imo. ff. ſol. matr. in l. acceptam. & ibi glo. Bart. & plenè Bald. &
Sal. & omnes doc. C. de uſuris. & l. obſignatione. C. de ſolut. &
prædicta procedunt in extraiudiciali. In iudicio autem ſufficit
oblatio ſola. de quo uide tex. glo. Bart. Bal. & Sal. in l. ſi rem. §. fi.
ff. de pigno. actio. Et aduertas, quòd ſufficit offerre marſupium
cum pecunia, licèt pecunia non numeretur, ut no. glo. in Auct.
ut ob. inſtan. do. §. 2. & not. Bar. in l. cum ſeruus. ff. de conditio. &
demonſt. quod qualiter intelligatur, uide ibi Imo. in l. ſi mora.
ff. ſolut. matr. quia opus eſſet, quòd teſtes uiderint intromitti in
ſacculo dictam pecuniam, & ſigillari. quod credo uerum, aliàs
faciliter poſſet fieri fraus, & quod in ſacculo ſigillato non eſſet
pecunia, uel bona pecunia, uel non tanta pecunia &c. ¶In ead.
9 ibi, item † per interitum &c. dic, ſi mora non præceſsit, aliàs au
tem mora interueniante non liberaretur interitu, ut d. l. ſi ex le-
gati. item intellige, quando erat debitor ſpeciei. ut ibi, uel quan
titatis reſpectu ſpeciei, ut l. Titiæ textores. in fi. ff. de leg. 1. & in
l. in naue Saufelli. ff. locat. & l. quidam teſtamento. §. ſi ubi. ff. de
leg. 1. & facit l. ſi uerò. §. fin. cum l. ſequen. ff. ſol. matr. de quo ui-
de quæ plenè habentur per glo. & doc. maximè Bart. & Bal. &
Sal. in l. quod te. ff. ſi cert. pet. dic, ut in dictis locis. ¶In ead. ibi, &
chirographi redditionem. dic, factam per creditorem debitori,
cum nullam aliam utilitatem poſsit afferre redditio talis inſtrū
mēti, ut l. 2. ff. de pac. & ideo ſi debitor poſteà reddat creditori,
uidetur ſe reponere in ſuam obligationem. arg. l. ſi unus. §. pac.
10 ff. de pac. ¶†Quæro, inſtrumentum reperitur penès debitorē,[c]
c an præſumatur liberatus? dic, aut debitor, qui habet penès ſe in
ſtrumentum cancellatum, allegat ſe liberatū pacto, & non pro-
bat, niſi probetur inſtrumētum redditum per creditorem, ut d.
l. 2. in tex. & glo. Aut allegat ſe liberatum ſolutione, & tunc aut
erat perſona domeſtica creditoris, qui uerisimiliter potuiſſet in
ſtrumentum tollere, & ſolutio facta non præſumitur, ut l. 1. §. il
le autem. C. de lati. liber. tollen. Aut nouerat talis perſona dome
ſtica, & præſumitur liberatus ſolutione. l. ut l. ſi chirographum.
ff. de probat. & ita dicit Cyn. in l. ſi de poſſeſsione. & ibi omnes
docto. C. de proba. & Barto. in l. 2. ff. de pact, quod no. ¶In eadē
glo. ibi. §. præterea. dic, ut ibi, dixi plenè in uerſic. in gloſ. ſimili-
bus, ibi, ſed iſto caſu non ideo &c. cum multis uerſicu. ſeq. ubi
plenè tracto materiam iuramenti in litem, & uide quæ ſcripſi
plenè infra de actio. §. item ſi quis poſtulante. in uerſic. & præ-
mitte quòd ſunt plures ſpecies iuramenti &c. cum aliis uerſicu
lis ſequentibus, dic omninò ut ibi.

ADDITIONES.

a Noua actio. Vide Rom. allegato conſi. 131 in fi.
b Per oblationem. Qualiter ſit ſienda oblatio, ut quis euitet pœnam, vide Petr. de Anch. conſi. 85.
c Penès debitorem. Adde Rom. conſi. 446.

Libri tertij finis.

LIBER QVARTVS.

De oblig. quæ ex delicto naſcun.

SVMMARIVM.

1 *Statutum duplicans pœnam committenti maleficium de nocte, an cōprehendat blaſphemantem, vel alicui verba iniurioſa dicentem.*

5 *Socius quando furtum faciat.*
6 *Hæreditatis iacentis an furtum fieri poſſit.*
7 *Inquiſitus de furto an liberetur, domino rei furatæ dicente furtum de eius voluntate factum fuiſſe.*
8 *Ius naturale variis modis accipitur.*
9 *Vſurarius manifeſtus quis cenſeatur.*
10 *Adiuuari an impune poſſit, qui offenditur.*
11 *Malefactor & delinquens a quolibet capi poteſt.*
12 *Contumax manifeſtus quis dicatur.*

CVm ſit expoſitum. Totus iſte tit. diuidit̃ in nouē partes. Primò, cōtinuat iſtū librū ad librū p̄cedētē. Scdò ponit diffinitionē, alluſionē, & diuiſionē furti. Scđa ibi, furtū eſt ↄtrectatio. Tertiò, ponit duo gña furtorū, eorū pęnā annectēdo. Tertia ibi, manifeſtus fur eſt. Quartò, in quib. reb. fiat furtū, & qñ furtū excuſet̃, ibi, furtū aūt fit. Quintò, qñ q̄s p̄ſtat opē, ibi interdū furti. Sextò, qñ illi qui ſunt in ptāte alterius, dño vel pr̄i furaor̄. ibi, ſecunda qui. Septimò, cui cōpetit actio furti. ibi, furti aūt actio. Octauò, an impubes cōmittēs furtū teneatur. ibi, in ſumma. Vltimò ponit q̄ ſit vera pœna furti manifeſti, & non manifeſti. & h. d. Omnis obligatio ex delicto, naſcitur ex re. i. ex maleficio. h. d. ¶ No. in prin. q̇ Imperator cōtinuat ſe a libro p̄cedenti, licèt ſimus in principio libri. Idem facit ſupra de rerū diuiſio. in prin. & ad idē eſt tex. in l. 1. in prin. ff. ad Treb. & facit l. 1. ff. de rei ven. & facit gl. in rub. de act. emp. Sed poſſumus dicere, q̇ ex his iuribus patet, q̇ magis fit continuatio materiarū, non aūt rubricarum, ſiue titulorū, vt dixi ſupra eo. in rub. prooemij. in fi. & ſ. eod. de leg. in prin. & ſupra eod. per quas perſonas nob. acquiri. §. fi. & infra de act. in rub. Et per ↄñs ſi fit continuatio, cum ſumus in principio libri eſt contra gl. in rub. ff. de cōd. fur. ſed licèt allegetur gl. in rub. ff. de act. emp. tñ iſte tex. melius probat, videlicet, q̇ licèt in prin. libri non ſit neceſſe cōtinuare a rub. præcedenti, tñ a libro præcedenti continuari poteſt, quādo materiæ ſunt conformes & conſecutiuæ. vt hic. ¶ No. q̇ obligatio ex ↄtu vel quaſi, hēt quadruplicē cām originariā a qua naſcitur. Ex delicto aūt nō habet niſi vnicā; videlicet, ex maleficio. ¶ In gl. ex maleficio. ibi, licèt hic p̄mittat dicere, dic, q̇ iſta gl. non fuit neceſſaria, q̄a Impe. nō dicit, q̇ in iſto tit. ſit de oīb. maleficiis tractaturus, ſed in iſto lib. 4. ¶ In ea. glo. in fi. no. q̇ nō eſt inconueniens q̇ rub. ſit aliq̄ñ generalior textu, de quo dic, vt dixi ſupra in rub. prooemij. ¶ In gl. iniuria. in fin. no. & ſigna hãc gl. q̇ maleficiū fit ēt verbis, & literis, & pro hoc l. ex maleficiis. ff. de act. & obl. Sed contrarium tenet Bar. in l. aut facta. in prin.
1 per illum tex. ff. de pœnis. vbi infert, † q̇ ſi ſtatutum duplicat pœnam committenti maleficium de nocte, q̇ ſi cōtumelietur, vel blaſphemet, pęna non debet duplicari. Et rñdet ad d. l. ex maleficiis, quod ibi loquitur, q̇ maleficiū ſit largo modo, ſed nō pro-
a prię, quia aliud eſt maledictū, & aliud malefactū.[a] Et verbo nō fit maleficium. vt l. ſi quis vxori. §. neq; verbo. ff. de furt. ita ergo poterit intelligi iſta gl. licèt eā nō alleget, ſed Bal. in l. fi. in fi. C. vi bonorum raptorum. tenet cōtra Bar. & ſic vr̄ ſequi hanc gl. licèt de ea non faciat mētionē. Nam ſtatutum duplicat pęnā in
b palatio,[b] vel de nocte duplicat, pp̄ atrocitatē delicti. Et in caſu noſtro reſultat maius delictum propter locum, vel pp̄ noctē. igitur dēt pœna duplicari, vt l. atrocē. infra de iniur. & §. atrox. C. de iniuriis. & fortè hoc eſt verius, quia hoc videtur fuiſſe de mente ſtatuentium, vt puniant malefactores & ribaldos delinquentes in palatio, vel de nocte, vel alio loco, vel tempore. igitur ſi fuiſſent interrogati de iſto maledicto & blaſphemia, idē ſtatuiſſent, igitur habetur pro ſtatuto, arg. gl. no. in l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. quod no. de quo vide quæ ſcripſi in tractatu meo Maleficiorum. in gl. in verbo, verba iniurioſa & contumelioſa dicendo aduerſus eum &c. dic, vt ibi.

ADDITIONES.

a Malefactum. Vide Alex. conſi. 77.
b Palatio. Idem Tholoſæ arreſto cauetur, q̇ ſi quis in palatio furatus fuerit aliquid quantumcunque modicum, quòd ſuſpendatur, & anno 1523. dum in academia dictæ ciuitatis iura publicè interpretabar, vidi in vim dicti arreſti vnum hominem ſuſpendi, qui eo inſtanti ſciderat crumenam, in qua fuit ſolus teſtonus repertus. Ant. Calus.

SVMMARIVM.

1 *Furtum omni iure eſt vetitum.*
2 *Fur manifeſtus quis dicatur.*
3 *Contrectatio quid operetur.*
4 *Furtum committens in vna ciuitate, an ſi in alia reperiatur, ibi poſſit puniri.*

Furtum eſt. ¶ In hac parte ponitur diffinitio & alluſio furti, & q̇ duo ſunt genera furtorum. Et fur
manifeſtus dr̄, qui cum furto inuentus eſt, vel in loco priuato,
vel publico antequam perueniat ad locum deſtinatum pro reditu. h. d. ¶ No. diffinitionem furti. addas, & inuito dño. vt l. 1. ff.
de furt. ¶ No. q̇ non tantum fit furtum in proprietate, ſed etiam
1 in vſu & poſſeſsione. ¶ † No. q̇ etiam de iure naturali furtum
eſt prohibitum, & non eſt mirum, quia etiam de iure diuino
eſt prohibitum, vt dicitur in Exodo. Ne furtum facias &c. ¶ No.
alluſionem ſiue deriuationem furti, & vtrum ab alluſione vocabuli ſit licitū arguere, dic, vt dixi ſ. de teſt. ordi. i prin. ¶ No. q̇
ordinatè p̄cedit Imperator. Primò ponit diffinitionē, ſecūdò,
2 alluſionem, tertiò, diuiſionem furtorum. ¶ † No. q̇ dr̄ fur manifeſtus, qui in ipſo flagranti delicto deprehenditur, vel in loco,
ſiue in domo, vbi iam maleficiū cōmiſerat, vel ēt in alio loco
publico vel priuato, antequam ſe reponat in loco vbi ſe reponere deſtinauerat, ſupple, & cui acclametur retro, vt l. 2. & 3. ff.
eo. quod intellige, vt hic, in gl. in verſi. exponere. ¶ In gl. furtum
eſt cōtrectatio. ibi. §. ſi quis aſinum. dic melius in §. neq; verbo.
3 dic, vt ibi per Bar. ¶ † No. q̇ ſine contrectatione, non fit furtum.
Et eſt cōtrectatio amotio de loco ad locum. vt l. 3. §. ſi rem. ff. de
acq. poſ. & l. inficiando. §. 1. ff. de fur. & ſi haberet quis aīum furandi, aīum non perducat ad effectum, non cōmittit furtū, vt l.
1. ff. de fur. Ex quo ſequitur poſtq̄ ſemel contrectauit, ſtatim eſt
orta actio furti. vnde ſi miles poſteà contrectaret, amplius non
4 naſcitur actio furti, vt l. ei qui. & ibi Bar. ff. eo. ¶ † Ex quo vr̄ poſſe inferri ad illam vulgatam q̄õnem, ſi vnus furatur Bononiæ
& portauerit furtum huc Ferrariā, an ex mutatione territorij
naſcat̃ noua actio furti? & ſic ex noua cōtrectatione, ita q̇ hic
Ferrariæ poſſit de furto puniri? Iſtam q̄õnem ponit Bar. in l. ſi
dñium. ff. eo. & in l. ſi abducta. C. eo. tenet, q̇ ſic, pp̄ quod multi
fures iam fuerunt ſuſpenſi. Et iſtam opi. Bar. eſt ſecutus Bald. in
d. l. ſi abducta. & vide in l. 1. circa prin. C. de his quæ pe. nomi. &
Bal. in auct. ſed nouo iure. C. de ſer. fu. licèt doc. Bononien. conſuluerint contrarium, tñ hanc opi. Bar. eſt ſecutus Ant. de Bu. in
c. 1. de rap. pro qua quidē doctor ſolennis compatriota meus,
dñs Fran. de Alber. de Aret. alle. caſum in d. l. inficiādo. §. 1. ff. de
a fur. Et hãc opi. ego cùm aſsidebam, ſemper obſeruaui[a] in odio
furum. de qua ſcripſi latè in meo trac. Maleficio. in ver. & veſtē
cœleſtem abſtulit. in verſi. quæro, quid ſi fur furatus fuit Florē-
5 tiæ, & furtum portauit Bononiam? dic, vt ibi. ¶ † In gl. rei. ibi. l. ſi
ſocius. dic, tñ q̇ licèt ſocius poſſit committere furtum, tñ non
præſumitur. vt l. meritò. ff. pro ſocio. quod eſt verum, qñ ſocius
vtitur re ad eum vſum ad quem eſt deſtinata, vt l. Sabinus. & l. ſi
ædes. ff. cōi diui. ſecus ſi aliter vteretur, ita q̇ auferret ſocius cōmoditas partis ſuæ, vt d. l. Sabinus. ita dicit Bart. in d. l. ſi ſocius.
¶ Ex quo infert hic Io. Fab. q̇ licèt colonus partiarius portauerit oēs fructus ad domū ſuā, non præſumitur tñ furari, quia ſocius eſt in fructibus, vt l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. igit̃, &c.
6 Item facit l. item apud Labeonem. §. ſi cōem. ff. de iniuriis. ¶ † In
ea. gl. ibi. l. hæreditariæ. dic, hoc verum, q̇ rei hæreditariæ nō fit
furtum, niſi in tribus caſibus ibi poſitis. Et eſt ratio ſm Bart. ibi.
quia cum furtum ſit contrectatio rei alienæ inuito dño, & hęreditas non eſt dña, igitur &c. Sed hæc ratio vr̄ contra illum tex.
nam rei pignoratæ a defuncto nullus interim eſt dñs, & tñ furtum cōmitti pōt, vt ibi. Vnde dic, q̇ alia eſt ratio illius legis, q̇
donec hæreditas iacet, nullius eſt poſſeſsio, vt l. 1. §. Scæuola. ff. ſi
quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. ſed vbi non eſt poſſeſsio vel detētatio,
impoſsibile eſt furtum committi, cum nullus reperiat̃ quo inuito res contrectetur, de quo dic latius vt per do. meum Flo. in
7 l. ob id. ff. ad leg. Aqui. ¶ † In gl. fraudulosa. ibi. § placuit. dic breuiter, q̇ clarum eſt, q̇ furtum non cōmittitur ſine aīo. vt l. 1. &
l. inter oēs. §. rectè. ff. eo. Aduertas tñ, q̇ ſi inquiratur cōtra furē,
& dñs rei ſubtractæ cōpareat, & dicat id factum ſua volūtate,
an

ADDITIO.

a Obſeruaui. Adde Bal. in conſi. 152. 5. libr. vbi dicit, quòd hæc opinio eſt de iure vera, ſed quòd non ſeruatur de conſuetu.

an debeat abſolui? Et Iac. But. dicit ꝙ ſic, quia furtũ eſt delictũ
priuatũ, ergo nullus pôt accuſare inuito dño, ergo nec inquiri,
quia inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, vt no. Bar. in l. 2. §. ſi
publico. ff. de adul. Sed Bar. in l. inter oẽs. §. rectè. ff. eo. tenet con
trariũ, quia ex quolibet delicto, ẽt priuato oritur duplex actio,
vna parti læſæ, alia reipubl. ad vindictam publicam, vt l. 1. ff. de
priua. deli. & l. ſi. ff. eo. & l. fin. ff. de iniu. & l. licitatio. §. qđ illici-
tè. ff. de publi. vnde quãuis dñs prohibeat, tamen iudex pro vin
a dicta publica, pôt proſequi.ᵃ igitur &c. Et hoc etiam ſequitur
Bal. in l. tranſigere. C. de tráſac. ¶ In ead. ibi. l. pe. dic vt ibi. qm̃ vt
ibi dr̃ ſatis dicitur lucrari, qui adimplet voluntatem ſuam. ¶ In
gl. vſus. in ſi. dic primam opinionem quod vſus tm̃ quadruplẽ,
ut tenet gl. in l. 2. C. de ſer. fugi. & ibi Cy. & doct. in gl. in l. furtũ.
ff. de condi. fur. & iſtam opi. ſequitur Bar. in d. l. quæ iniuncta. ff.
eo. ¶ In gl. poſſeſsionis. in fin. dic, & ponas exemplum vt ibi. ¶ In
gl. l. naturali. in ſi. hæc expoſitio non placet Io. Fab. quia. ff. eo. in
l. 1. ponuntur eadem verba, & tñ Paulus iuriſconſultus fuit pa-
ganus, igĩ &c. vnde exponit naturali. i. rõne naturali inducta,
quia naturalis rõ docet talia fieri non debere. vt ff. de verb. ſig. l.
probrum. Et iſtam ſniam videtur amplecti Rapha. Fulg. in l. 1.
§. huius ſtudij. in gl. in verſ. ius naturale. ff. de iuſt. & iu. vbi dicit,
8 † ꝙ ius naturale pôt dici duobus modis. Vno modo propriiſsi-
mè, & tunc intelligitur ꝙ eſt ius cõe omnium aĩalium, vt d. §.
huius ſtudij. Alio modo accipitur propriè, & tunc accipiẽ ius
naturale. i. quod naturali rõne inſita homini inter omnes hoĩes
ſeruatur. & ita accipitur in §. ſingulorum. ſupra de rer. diui. dic
vt ibi dixi. & ita ẽt debet intelligi de lege Moſaica, quia iſta fuit
ſoĩa Pau. in d. l. 1. licèt hic per Iuſtinianum reaſſumpta. Alio mo
do accipitur ius naturale, ꝙ differt a ciuili. vt ſupra de re. di. §. 1.
9 & 2. & l. 1. ff. de acqu. rer. do. ¶ † Et iſte tex. qui dicit de ſure ma-
b nifeſto, facit quis dicaẽ vſurarius manifeſtus,ᵇ dic tñ tu, vt not.
Bar. in l. 2. ff. eo. quia vſurarius manifeſtus dr̃, qui tenet altare pa
ratum, vt no. c. quia in oĩbus, de vſu. & in c. quanquam. eo. tit. in
6. Et aduertas, ꝙ Bal. in l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. vult, ꝙ
ẽt ille dicatur vſurarius manifeſtus, qui ꝓbatus eſt indiciis, vel
coniecturis, licèt ꝯ eum non ſit probatum alia probatione dire
cta, vt d. l. cũ proponebatur. cum gl. facit. c. ſi. de ſuc. ab inteſta.
Vel dic vt dicit Bal. & Io. de Imo. in l. hæredes palàm. in prin. ff.
de teſta. vſurarius manifeſtus dr̃, qui poteſt conuinci de vſura-
ria prauitate per ſeptem teſtes. Sed tu de hoc dic, vt no. per doc.
in c. 1. quãquam. de vſu. in 6. & vide Bar. in l. palàm. ff. de ri. nup.
& Bal. in d. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. & Bald. in l. falſus. C. de fur. &
Bal. in l. 1. C. de teſt. in l. 1. C. de fal. cau. adiec. le. & Raph. ĩ l. licet
Imperator. ff. de leg. 1. & licèt deſinat exercere vſuras, tñ dicitur
vſurarius. vt no. Bart. per illũ tex. in l. 1. ff. de ædil. ędic. & facit l.
palàm. §. 1. ff. de ri. nupt. quod no. & de hoc vide ẽt quæ dixi in-
fra de act. §. ex maleficiis. in verſi. quis aũt dicatur vſurarius ma
10 nifeſtus, &c. Ac ẽt inducitur iſte tex. † ꝙ quis adiuuare illũ po-
teſt, qui offenditur, quia ſi poſſum pro rebus, vt l. 2. ff. de furt. &
hic. ergo fortius ꝓ perſona, ita dicit Bar. in d. l. 2. Tu aũt de hoc
dic, vt latius no. Cy. & doc. in l. 1. C. vnde vi. vbi Bar. Bal. & Sal.
& per Bal. melius, in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. de quo ego dixi in
meo trac. Maleſi. in verbo, & dictus Titius ſe defendẽdo in prin.
in verſ. ſed ẽt cuilibet de populo, licèt quemlibet offenſum &c.
11 ¶ † Tertiò inducitur ꝙ quilibet pôt capere malefactorẽ & de-
linquentem, ẽt ſi eſſet clericus, non vt teneat, ſed vt ducat ad iu
dicem ſuum, vt l. capite quinto. cum glo. & ibi Bar. ff. de adul. &
habetur infra de act. in prin. dic vt ibi dixi in gl. in verſi. in iudi-
cio. & no. Inn. & doc. in c. inſinuãte, de offi. & po. iu. dele. & ego
dixi in d. trac. in verſi. fama publica præcedẽte. in ver. no. ꝙ cui-
libet iudici ſuo cõpetenti licitum eſt capere &c. cum verſi. ſeq.
12 Item inducitur iſte tex. quis † dicatur manifeſtusᶜ contumax
c quò ad hoc vt non poſsit appellare, quia dicitur ille qui fuit in-
uentus per nuntium, & non comparuit, tu dic, ꝙ immo dicitur
qui habuit notitiam de peremptorio, & non venit. vt l. ex con-
ſenſu. §. ſi. & ibi Bart. Ange. Raph. & Imo. ff. de ap. & ibi ego ſcri-
pſi. dic vt ibi latè ſcripſi. ſufficit remiſsio. & vide tex. gl. & Bart.
in l. fin. ff. de in integ. reſt. &c.

ADDITIONES.

a Proſequi. Adde Roma conſi. 506.
b Vſurarius manifeſtus. Adde Cald. conſi. 5. de vſu. & Abb. conſi. 2.
c Manifeſtus. Contumax eſt qui per ſuperbia eſt inobediens, quique tribus propoſitis editis, vel vno pro tribus euocatus, præſentiam ſui facere contemnit, vt c. de illicita. & de conuentione ſũs 24. q. 3. Triplex eſt contumacia, euidens, ſiue notoria, vt cum citatus inuentus reſpondet ſe non uenturum. uera, quando aliquis fuit citatus & dixit ſe uenturum, uel nihil dixit, nõ tamẽ comparuit. præſumpta, ſeu ficta, uel interpretatiua, ut quando aliquis non fuit apprehenſus, ſed forte in domicilio fuit citatus, ſecundum glo. in clem. unica. in uerbo, manifeſtè. extra. de dolo & contu. & quot modis quis efficiatur contumax, enucleat gl. in uerbo contumaciter. in c. ex literis. de dolo & contumacia, ſubiiciens ſequentia carmina. Non ueniens, nõ reſtituens, ci-tuſque recedens, nihil dicens, pignuſque tenens, iuraréque nolens, obſcureque loquens. iſti ſunt iure rebelles. Per contumaciam concedentia intra annum comparens ad ſe purgandum & bona recuperandum ſi ſe in carceribus reponat, uenit audiendus, Bal in rub extra, de procur. col. 6. uerſi. procurator. & in c. cauſam. quod procedit etiam ſecundum ordinationes regias, & ſtylum curiarum Franciæ. ſecundum Nico. Boetium in deciſionibus. q. 64. col. 2. & ſeq. in 2. par. Ant. Caius.

S V M M A R I V M.

1 *Notior quis ſit.*
2 *Inueſtigatio pro rebus furto ſublatis, an ſit licita in domo aliena.*
3 *Furtiuam rem receptans, an furti tenetur.*

Conceptum. ¶ Actiones furti concepti, & furti oblati,
& furti prohibiti, & furti non prohibiti
receſſerunt ab vſu, & qui ſcienter rem furto ſubtractam reci-
1 pit, & occultat, tenetur furti non manifeſti. h. d. ¶ † No. ibi, teſti-
bus præſentibus &c. ꝙ magis dr̃ notus ille qui præſentibus te-
ſtibus in delicto deprehenditur, facit l. hæredes palàm. in prin.
ff. de teſt. ¶ No. ibi, in deſuetudinem, &c. ꝙ lex per non vſum
tollitur, de quo vide quæ latè dixi ſupra in proœ. §. igitur poſt.
¶ No. ibi, cum. n. requiſitio. ꝙ in materia correctoria ſublato an
tecedenti, intelligit etiam ſublatum ꝯñs. facit l. illud. ff. de acqu.
hære. ¶ No. in verbo cum manifeſtum ſit. ꝙ ille qui ſuſcipit
ſcienter rem furatam, & celat, & ſic copulatiuè tenetur furti.
2 ¶ † In glo. veterem. in ſi. no. ꝙ ꝑꝑ ſeruum fugitiuum pro aliis
rebus furto ſubtractis, non eſt licita inueſtigatio in domo alie-
na, quod placet Bart. in l. requirendi. C. de ſer. fug. qñ inquiſitio
ſit ad vtilitatem priuatam tm̃, ſecus ſi ad publicam vtilitatem,
vt l. 1. C. de aquæduc. lib. 11. facit l. ſi quos. de met. & metal. eo.
lib. Item prædicta dicit fore vera, niſi appareãt indicia ꝙ in tali
domo debeãt eſſe res furatæ, quia tunc ꝑꝑ indicia, fit miſsio in
perſonam, quia capitur. vt l. 1. ff. de quæſt. multomagis inquiren
do domum. Et tali caſu qñ imploratur officium iudicis, non eſt
neceſſe dari libellum, cum miſericorditer imploretur, vt no. gl.
in rub. ff. de interro. act. de quo vide quod no. Bar. in l. nec quic-
quam. ff. de plano. ff. de offi. procõſul. & leg. facit quod no. gl. in
l. 2. §. dies. ſ qs ord. in bon. poſſ. ſer. & no. Bar. in l. 3. in 5. q. prin.
C. de pig. & vide omninò Bal. & Sal. in d. l. requirẽdi. & ibi Ang.
& Flo. Sed tu dic vt latè ſcripſi infra de act. in princ. in ver. ex
3 quo ſequitur, ꝙ qñ competit officium iudicis. ¶ † Et aduertas ad
tex. in ſi. ꝙ ille qui recipit rem furtiuam ſciẽter tenetur, furti. Ex
ſic vr̃, ꝙ qui præſtat opem, etiam poſt maleficium, dicatur præ-
ſtitiſſe opem illi maleficio, de quo dicam ĩ. eo. §. interdum fur-
ti. vbi vr̃ probari ꝙ non ſit verum, ꝙ furtum cõmiſerit præſtans
opem. Vnde dic, ꝙ præſtans opẽ delicto iam perfecto, & cõſu-
mato, vt puta ad euadendum, non dr̃ pręſtare opem maleficio,
& ita loquitur contrarium, ſed hic antequam fur reponat rem
furatam, non dr̃ delictum in totum perfectum, quia ſic ſemper
ſur furatur donec contrectat, vt l. inficiandi. §. 1. ff. eo. & ideo re-
ceptans furem cum re, dat opem furto, quia illo tpe quo furem
recipit, furtum cõmittit, ideo tenetur furti, vt hic, & l. eos. C. eo.
ita notabiliter dicit Bar. in l. furtum. ff. eo. qđ no. quia ſemel vi-
di de facto Bononiæ. De quo dic de præſtante opem, an teneaẽ
de maleficio, vt latè ſcripſi in tractatu meo Maleficiorũ. in ver-
bo, Andream auxiliatorẽ &c. & in gl. in uerbo, dicto maleficio
ſemper aſtitit &c. Et an receptãs furem, & rem furatam, teneaẽ
furti, & dicatur fur? & an dicatur præſtare opẽ furto, uide in d.
trac. Maleſi. in uerſi. ueſtẽ cęleſtem abſtulit &c. dic ut ibi plenè
dixi, & aliqua bona, & notabilia in actione furti, & in furto, u-
de ẽt quæ ſcripſi infra de act. §. ex maleficiis. in uerſ. & ex his pa
tet, ꝙ omnis fur pœna pecuniaria &c. cum multis uerſi. ſeq. Vl-
timò, formã libelli in actione furti, uide in d. §. ex maleficiis. in
uer. quæro, qũo formatur libellus in actione furti. dic ut ibi &c.

S V M M A R I V M.

1 *Furi putanti dominum permiſſurum, an ſtandum ſit.*

Furtum autem fit. ¶ Contrectatio rei alienæ inuito
domino, furti actionem parit. Cõ-
trectans uerò rem, quam cõtrectare credit probabiliter domi-
ni uoluntate, furti non tenetur. h. d. ¶ No. ꝙ creditor non poteſt
uti re pignorata, nec depoſita, & utentes committunt furtum.
¶ No. ꝙ conuertens uſum ſibi cõceſſum, cõmittitur furtũ. ¶ No.
ibi, aut ſi quis equum &c. ꝯ illos qui accipiunt in cõmodatum
equũ vſq; ad uillã, & poſteà ducunt eũ Bononiá, quia furtũ cõ-
mittunt. ¶ In glo. nec manifeſti. in ſi. ¶ No. pro mea ciuitate, quæ
habet ſtatuta imponẽtia magnas pœnas, quia tpe cõpilationis,
cũ Aretiũ eſſet ciuitas libera, & floreret inter ciuitates Tuſciæ,
& eſſent

& eſſent diuites & potentes, magnæ pœnæ fuerunt ſtatutæ, ho-
die aũt cum ſit in ſumma miſeria, dictæ pœnæ non debent impo
ni, vt in hac gl. quod not. ¶ In gl. permiſſum. in fi. dic vt hic ele-
ganter per Io. Fab. vel breuius ſm Bar. in l. inter omnes. §. rectè.
ff. de fur. in verſi. quæro circa voluntatem furis &c. quia ſm gl.
1 in d. §. rectè. † nunquam puniretur fur, quia ſemper diceret, cre-
debã dñm permiſſurum. vnde dicit, quòd gl. hic melius loquit.
Aut aliquis habuit rem ab initio dñi volũtate, vt quia dominus
ſibi commodauit equum vſq; ad villam, de facili potuit crede-
re, ꝙ conceſſiſſet in longius iter, ſed ſi ab initio ſubtraxit dño
ignorante, non eſt credendum furi, & hoc ſatis placet. Vel po-
teſt dici ꝙ contra furem eſt præſumptio iuris, ꝙ ipſe credit do-
minum non permiſſurum, cum nemo præſumatur iactare ſuũ.
vt ff. de furt. l. qui vas. §. vetare. & ideo niſi fur oſtendat aliqua
indicia veriſimilia, propter quæ ſit credendum ipſum putaſſe
dominum permiſſurum, non creditur ei. non obſt. infra de acti.
§. aliæ. cum gl. quia ibi loquitur quando non eſt iuris præſum-
ptio contra aſſerentem, vt argumen. C. de iniur. l. ſi non conui-
tij. ¶ An autem, & quando ſtetur aſſertioni ſuæ de his quæ pen-
dent ab animo? dic vt ibi ſcripſi &c.

SVMMARIVM.

1 *Furtum non fit conſentienti.*
2 *Affectus non ſecuto effectu punitur.*
3 *Statutum in ſeruo an locum habeat in filio.*
4 *Conſilium an faciat quem teneri.*
5 *Puniri de delicto quando quis debeat.*
6 *Cogitatio quando ſit punibilis.*
7 *Factum ſine animo, an ſit punibile.*

Sed & ſi credat. ¶ Contrectans rem dñi voluntate, li-
cèt credat dñm inuitum, furti non te-
netur, niſi in vno caſu. l. in corrumpente ſeruum alienum. h. d.
1 ¶ † No. quòd licèt fur intendat furtum committere, ſi tamen do
minus conſentiat, licèt fur non credat, non committitur furtũ.
Et eſt rõ, quia eſt contra diffinitionem furti, quia non eſſet con-
trectatio rei alienæ inuito dño, igitur &c. ¶ No. ꝙ quoties cõſi-
lium alicuius poteſt tendere ad perniciem alterius, licèt in ve-
ritate non fiat, tenetur, ac ſi corruptela ſecuta eſſet. ¶ No. ꝙ hic
2 † punit affectus, licèt nõ fuerit ſecutus effectus, & tñ non ſumus
in atrocioribus. iuxta ea quæ habentur in l. ſi quis nõ dicam ra-
pere. C. de epiſc. & cler. ſed hoc ideo eſt, quia de facili tale deli-
ctum poteſt trahi in exemplum. ¶ In gl. furtum. in fi. dic vt not.
Bar. in d. §. rectè dixi ſupra. §. prohi. ¶ In gl. ꝓtulerit. in fi. dic vt
3 no. glo. & doc. in d. l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. quia gl. ibi † exten-
dit diſpoſitionem iſtam ad filiumfa. l. ſi quis iſto modo corrũpe-
re voluerit, & alleg. notata in l. vt tñ. in prin. ff. de ſer. cor. vbi fi-
lius, & ſeruus æquiparantur, & ſic à lege veteri. vnde ſi poſteà
per d. l. ſi quis ſeruo, & hic reperiatur nouiter ſtatutũ in ſeruo,
tale nouum ſtatutum, licèt ſit pœnale, & correctorium, extẽdit
tñ ad aliũ de æquiparatis a lege veteri, & ſic ad filium. facit glo.
in l. qđ verò. ff. de legi. ita dicit glo. Cy. Bart. & cõiter doc. ibi. de
quo an ſit verum, dic vt dixi infra de act. §. in duplum. in ver. in
ea. gl. in fi. quærit Io. Fab. &c. Quid autem in uxore, vel viro, vel
monacho corrupto, an habeat locum pœna huius §. dic vt dixi
in d. §. in duplum. circa principium in d. verſi. & aduertas, quòd
actio de ſeruo corrupto eſt ad duplum. Et ideo tali caſu æſtima
tur, quãtũ intereſſet dño, ſi in veritate ſeruus fuiſſet corruptus,
4 vt no. in d. l. ſi quis ſeruo. ¶ † Ex quo no. ꝙ quis ex conſilio tene-
tur, qñ ſonat conſilium in vitium, nec adhibetur illa diſtinctio,
eſſet aliàs ſeruus, vel filius facturus, necne, vt l. 1. §. incidit. ff. ad
Turpil. de quo per Bar. in l. non ſolũ. §. ſi mandato. ff. de iniu. in
verſi. quæro virum in perſuadẽte. & dic vt latius dixi in d. §. in
5 duplum. & adde glo. eo. infra. §. ope. in gl. magna. ¶ † Vltimò pro
perfectione materiæ, cum quæritur, quomodo quis ex delicto
puniatur? pleniſſimè ſic diſtingue, aut quis non cogitat delinque-
re, nec agit, nec perficit, aut tñ cogitat, ſed non agit, nec perfi-
cit, aut tñ cogitat & agit, ſed nõ perficit, aut perficit & agit, ſed
non cogitat. Primo caſu, cum nec agit, nec cogitat, nec perficit,
tunc talis non eſt ex delicto regulariter puniendus, quia pœnæ
ſuos authores debent tenere. vt l. ſancimus. C. de pœn. ſed hoc
fallit in crimine læſæ maieſtatis, vt l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie
6 ſtatis. Item fallit in l. 2. C. de lib. & eorum libe. Secundo caſu † qñ
tñ cogitat, ſed nõ perficit, & tunc iure fori non punitur, vt l. co
gitationis. ff. de pœnis. & ibi Bart. ſed iure poli, bene punit, vt l.
3. in fi. ff. de iuſti. & iur. Tertio, qñ cogitat, & agit, ſed non perfi-
cit, & tunc aut quæritur de actione ciuili danda, aut de danda
criminali. Primo caſu, ciuilis actio nõ datur regulariter, vt ff. de
fur. l. vulgaris. §. qui furti. & ibi Bart. & hoc niſi delictum de fa-
cili tranſeat in exẽplũ, vt hic. fallit in l. 1. §. perſuadere. ff. de ſer.
corrup. Secundo caſu, quãdo quærimus de danda accuſatione
criminali, & tunc aut quærimus de puniendo delicto, quãdo ac
ceſſoriè fecit, vt putà volens quis furari rupit oſtia, & intrauit
domum, & tñ furatus nõ eſt, certè punietur de fractura oſtij, &
de introitu domus, quæ perfecit acceſſoriè. ſ. volens furari,
nam quo ad iſta acceſſoria perfecit, & ita intelligatur. ff. de
effractо. per totum. facit l. verum eſt. & l. ſ. ff. de furt. & quod ibi
Bart. aut quæritur de puniendo delicto quod quis principaliter
facere cogitauit, vt putà, quis volebat rapere monialem, vel ho
a micidium committere, & oſtia fregit,[a] vel cum cultello euagi-
nato inſecutus eſt, & tunc ſubdiſtingue ſecũdum Iaco. de Are.
& Petr. aut quæritur de puniẽdo actum proximum delicto, qđ
facere cogitauit. Aut de puniẽdo actum remotum, quia iuit cũ
cultello, & iſto caſu non punietur principaliter de intentato, al
legat Pet. l. cogitationis. ff. de pœnis. Si verò proceſſit ad actum
proximum, & tunc aut non conſummauit, quia non voluit, aut
quia non potuit, & quia noluit, & tunc nõ punitur, vt l. qui fal-
ſam. ff. de fal. Si verò non perficit, quia non potuit, aut fuit im-
peditus impedimento iuris, aut impedimẽto facti, primo caſu,
nõ punitur perinde acſi perfeciſſet. vt l. inter omnes. §. rectè. cũ
ibi no. ff. eod. ſecundo caſu, quando impedimento facti, & tũc
ſecundũ cõem opi. perinde punitur acſi perfeciſſet, vt l. ſi quis
non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. & l. is qui cum telo. C. de
ſica. ſecundum Iaco. & Pet. Alij dicunt, ꝙ hoc caſu mitius puni-
tur. argu. l. 1. in fi. ff. de extraor. cri. & ibi vide Bar. & hanc tenet
Cyn. tanquam æquiorem. Quarto caſu, quando agit, cogitat, &
perficit, & tunc puniendus eſt, quia reipublicæ intereſt ne ma-
leficia remaneãt impunita, nec eſt locus pœnitentiæ, vt l. qui ea
7 mente. ff. de furt. & ibi Bar. fallit in caſu l. 2. de cri. ſtel. † Quinto
caſu, quando agit, perficit, ſed non cogitat, & tunc aut hoc con
tingit caſu, & tunc aut culpa præceſſit, & punitur acſi cogitaſ-
ſet, vt l. fluminum. §. ſtipulanti. ff. de damn. infec. ſi verò non præ
ceſſit culpa, & tunc in nihilo punitur, vt l. reſpiciẽdum. §. delin
quunt. ff. de pœ. & ibi vide per Bar. aut quis delinquit culpa, li-
cèt non cogitauerit delinquere, & tunc aut ex leuiſſima, aut le-
ui, aut lata culpa, ſi ex culpa lata, & tũc punitur, ſed mitius, q̃ ſi
cum dolo, vt l. in lege. & ibi Bar. de ſica. aut ex leui culpa, & tũc
punitur, ſed adhuc mitius, vt l. quicquid calores. de reg. iu. ſi ex
leuiſſima, & tunc adhuc mitius punitur, vt l. ſcientiam. §. qui
cum aliter. ff. ad legem Aquil. & ibi Flor. Aduertas tamen, quòd
qui tenetur ex leui vel leuiſſima, non videtur criminaliter pu-
niendus, ſed ciuiliter, vt l. data. & quod ibi Cy. Bart. & Saly. C.
qui accuſa. non poſ. & Bar. in d. §. delinquunt. & vide Bar. in l. 1.
ff. de leg. de quo ego ſcripſi in meo tractatu Maleficio. in verbo,
ſcienter & doloſe. in verſi. aduertas tamen. quòd Bar. in d. §. de-
linquunt. & vult &c. vbi, ſecũdum Bal. in l. data opera. C. de his
qui accu. non poſ. ſum ſecutus Barto. in d. §. delinquunt. & vult
quòd etiam ex leui uel leuiſſima, poſſit criminaliter inquiri. ꝓ
quo Bal. alleg. tex. in l. ſi fortuito. ff. de incen. ru. & nau. dic ut ibi
ſcripſi in dicto meo tractatu Maleficiorum. in dicto uerſi. aduer
tas tamen, quæ omnia bene no.

ADDITIO.

a *Fregit.* Sed tunc ſi ab alio furtum factum ſit an teneatur, vide Alex. conſ. 103.

SVMMARIVM.

1 *Pater quatenus ſit filij dominus.*
2 *Operæ quando duplicandæ ſint.*
3 *Mater aut frater quando, & ob quid non agant.*

Interdum. ¶ In filiis in poteſtate, poteſt etiam furtum cõ
mitti. h. d. ¶ In glo. 1. ibi. l. cùm liberi. dic ſecun-
dum doct. quòd hæc gl. non uidetur procedere, quia hæc actio,
& illa de ſeruo corrupto, uidentur æquiparari, ut ſupra proxi.
1 §. & ibi dixi. † unde dic ꝙ hæc ſo. eſt expreſsè contra iſtũ tex.
qui dicit, furtum fit. & contra l. eum qui. §. ſi filius. ff. de fur. ubi
dicitur haberi furti actionem, unde ad contrarium reſpondeo,
quòd pater non habet in filium dominium, uel poſſeſsionem,
dic, propriè, ſed largo modo, ſic patet, quia habet rei uendi. de
iure Roma. ut l. 1. §. 1. ff. de rei uend. & dixi infra de act. §. præ-
2 iudiciales. Vnde dic † quòd duplicantur operæ, quibus pater
cariturus fuit propter dictum furtum, ut no. glo. Dyn. & Bart.
3 in d. §. ſi filius. & Cyn. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ¶ † In ea. gl. ibi,
mater non agit. & eſt rõ quare mater nõ poteſt agere furti pro
filio furato, quia non habet eũ in ptãte, ſecundo, quia nõ debet
filius

filius ei operas: & idem & multominus frater poterit ꝓ fratré
furti agere, quia ſi mater nõ agit, multominus frater. nõ ob. l. ſi
fratrẽ. C. ad leg. Iul. de Plagia. quia ibi loquiẽ criminaliter &c.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſubtrahens rem ſuam pignoratam, an furtum faciat.*
2 *Furtiua res an, & quando ſit vſucapibilis.*

Aliquando. Debitor qui ſurripit rem pignoratam creditori, furti tenetur. h. d. ¶ Et eſt rõ, quia cum
1 creditor † in oĩbus poſsideat pignus, præter quàm ad vſum, vt
l. ſerui noĩe. & quod ibi Bar. ff. de vſucap. ergo ipſe debitor ſub-
trahendo, dr̃ furtũ committere. Primò reſpectu poſſeſsionis, ꝙ
fieri põt, vt ſupra eo. §. 1. Secundò, quia cõmittur furtum reſpe-
ctu iuris & cautionis, ſiue ſecuritatis quam creditor habebat,
incumbendo in ipſam rem pignoratam, quia ſua intereſt, vt l.
itaq;. ff. eo. Et illi cuius intereſt, datur actio furti, vt l. manifeſti.
in prin. cũ ibi no. C. de fur. ¶ In gl. 1. in fi. no. & ſigna iſtã gl. ma-
2 giſtrã. & ſimilis gl. eſt in d. l. ſequitur. §. ſi rẽ. ff. de vſuc. Et ad † hoc
vt res prædicta poſsit vſucapi, in cuius poteſtatẽ opus eſt ꝙ re-
deat, an ad debitores vel creditores, ibi habetur. Et qñ eſſet vſu
fructuaria vel bonã fide poſſeſſa, an ſit neceſſe, ꝙ in poteſtatẽ
vſufructuarij, vel bonæfidei poſſeſſoris redeat, vt vſucapi poſ-
ſit? vide per Bart. in d. §. ſi rem, qm̃ nunquam res furtiua põt vſu
capi, niſi redeat in manu dñi, vel ius habentis. de quo in §. furti-
uæ. & ibi dixi ſupra de vſuca. Et aduertas, ꝙ in caſu huius §. vi-
detur, ꝙ duplicabitur ſolùm ius poſſeſsionis, & quantum inter
eſt ipſius creditoris rem nõ fuiſſe ſubtractam, non aũt tota res,
quia non ſua. argu. no. per gl. ſupra eo. §. 1. ſed tamen dicas con-
trarium, ꝙ immo duplicatur creditum. vt l. creditori, in ſecũdo
caſu. ff. eo. quando debitor ſubripuit; ſinautem ſubripiat pignus
extraneus, duplicatur pignus, vt d. l. creditori. in prin. de quo
dic latè per gl. in l. eum qui. §. idem ſcribit. ff. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Mandans furari an de furto teneatur.*
2 *Actio furti manifeſti non datur contra præſtantem opem furi.*
3 *Qualitas inhærens furti, an intelligatur ineſſe in præſtante opem.*
4 *Decurio an beſtiis ſubiici poſſit.*
5 *Opem præſtans qua pœna ſit puniendus.*
6 *Opem præſtare ad maleficium quot modis quis dicatur.*
7 *Iniuria verbo & literis fieri poteſt.*

Interdum furti. ¶ Non ſolum principalis furtum committit, ſed ẽt opem præſtãs, furti teneẽ.
Sed qui per laſciuiã, non vt furtum fiat, furto præſtat opẽ, non
1 obligatur furti. h. d. ¶ † No. quòd præſtans opem furto, non eſt
verum ꝙ furtum cõmiſerit, licet furti teneatur. quod bene not.
quia hic eſt caſus, ꝙ mandans, licet teneaẽ vt mandatarius, non
tñ propriè dr̃ maleficium commiſiſſe, licet in cõtrarium faciat
l. & habeat. §. 1. ff. de preca. & c. mulieres. extra, de ſent. excom.
lib. 6. de quo latè & ſingulariter per Bart. in l. ſed ſi vnus. §. ſer-
uus. ff. de iniur. & per Bart. Cy. & Sal. in l. non ideo minus. C. de
accu. & per Bal. in c. ſi quis deceſſerit. ſi de feu. fue. controuer. in
ter do. vaſal. & ꝑ Io. de Imo. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ff. de lib.
& poſth. & per Bal. ea. l. §. quid ſi is. & per Bar. in l. 3. §. ſi procu-
rator. ff. qđ quiſq; iur. & Sal. in l. non dubiũ. circa prin. C. de legi.
& per Bar. in l. ſeruũ. §. ꝓtor ait. ff. de acq. poſ. & Sal. in l. oẽs po-
puli. in ver. ſed quæ eſt interpretatio actiua. ff. de iuſti. & iur. &
ego latè ſcripſi in tract. meo Maleſi. in gl. Sempronii mandato-
2 rem, in ver. 14. quæriẽ, vtrum mandans ſecuto facto.ᵃ dic vt ibi.
¶ No. ibi, nummos excutit, ꝯ illos qui percutiũt manũ alterius,
vt pecunia quã habet, in terra cadat, vt alius accipiat. ¶ No. ibi,
obſtiterit ibi. ꝯ illos qui obſtant & impediunt ne dñi defendãt
raptoribus rem ſuam. ¶ No. ibi, boues fugãt &c. ꝯ illos qui fu-
gant aĩalia aliena, vt vadãt in aliorũ fundum, vt officialis repe
riat ea dantia damnũ. ¶ No. ibi, pãno rubeo, ꝙ vr̃ eſſe naturale,
ꝙ armentum timeat veſtes rubeas, vnde tu doctor qui indutus
es rubeo, nunq̃ vadas vbi eſt armentum. ¶ No. ibi, per laſciuiã.
ꝯ laſciuos qui non vt alicui damnũ dent, ſed quia neſciunt con
tinere ꝙ laſciuiã committant, credendo iocari, ꝙ ſi damnũ alte
ri inferunt, ꝙ tenetur actione in factũ ad intereſſe. ¶ No. ibi, cõ-
modauerit, ꝙ præſtans inſtrm̃ cum quo citius & habilius furtũ
cõmittere poſsit, ſecuto furto tenetur furti. ¶ No. ibi, ſed tm̃ cõ
ſilium. ꝙ conſultor, vel hortans ad furtũ, non teneẽ furti, & eſt
rõ, quia verbo furtum non cõmittitur. vt l. vxori. §. neq; verbo.
2 ff. de fur. ¶ In gl. 1. in fi. no. † ꝙ qualitas quæ ineſt ipſo iure vt pu-
niatur non intelligiẽ ineſſe in ipſo opẽ præſtante, nam ẽt ſi com
prehendatur in illo actu præſtandi opẽ, non eſt fur manifeſtus,
immo nec fur, & ideo illa actio furti manifeſti ꝯ eum non com
petit, ita dicit Bart. in l. is qui opẽ. in prin. ff. de fur. & de hoc eſt
3 caſus in l. ſi vẽdidero. §. ſi raptor. ff. de fur. & ibi gl. & Bar. ¶ † An
aũt qualitas inhærẽs cõmittẽti furtũ, intelligaẽ ineſſe in ꝓſtante
opẽ? cõcludit Bar. in d. l. is qui opẽ. ꝙ qualitas inhærens cõmittẽ
ti maleficiũ, loco & tꝑe delicti, intelligatur ineſſe mãdanti, vel
opem præſtanti, vt l. verũ. ff. de preca. ſed qualitas ſuperueniens
poſt delictũ conſummatũ, ſicut eſt qualitas furti cõſummati ex
apprehenſione ſuperueniente, tunc talis qualitas non dr̃ ineſſe
immediatè, dato ꝙ inſit in fure, vt hic. & d. l. is q̃ opẽ. ¶ Ex quo
infert gratia exempli, dicit ſtatutũ ꝙ Magnas puniaẽ duplici pę
na q̃ popularis, & popularis mandat magnati, ꝙ occidat, q̃rit
an popularis ſecuto delicto, puniaẽ duplici pęna? & dicit ꝙ ſic.
quia iſta eſt qualitas inhærens mandatario, ſiue cõmittẽdi deli-
ctum, ergo eadẽ repræſentatur, in mandante, vt d. l. verũ. alias ſe
cus. ſed licet dñs Bartholomæus de Nonaria hic in effectu ſe-
quatur iſtã opinionem, tñ Bal. in l. nõ ideo minus. C. de accu. in
ver. hoc præmiſsio, circa q. propoſitã, diuerſæ ſunt opi. & c. eam
4 reprobat. & ponit exemplũ: dicit lex ꝙ Decurio † non poſsit be-
ſtiis ſubiici, ſerui aũt ſubiiciũtur modò decurio mandat vili ꝙ
homicidiũ cõmittat, an decurio beſtiis ſubiiciaẽ? Certè ſi attẽdi
mus propriã qualitatẽ ipſi mãdãti inhęrẽtẽ, nõ ſubiiciẽ beſtiis.
Si aũt attendimus qualitatẽ ipſi mandatario inhærentem, tũc ſi
ipſam trahimus ad mandantem, beſtiis ſubiiciẽ, ſed tamen pri-
mã partẽ dicit fore veram, alle. caſum in l. moris eſt. §. iſtæ fere.
ff. de pę. ergo opi. Bar. falſa. & ſic qualitas inhærẽs perſonæ ſiue
generet odiũ, ſiue fauorẽ, non eſt trahenda ad aliã perſonã, vt l.
1. ff. de conſt. prin. ¶ Ex quo infertur ad q. Bart. quòd falſum eſt
quòd popularis, qui mandat nobili maleficiũ cõmitti, puniaẽ
pęna dupli. cũ rõne ipſius qualitatis, q̃ magis diuerſa eſt in vno,
q̃ in alio; reſultat diuerſa rõ, ergo non dẽt eſſe eadẽ punitio in
vno, quæ eſt in alio, ſed quilibet debet puniri ſm̃ propriã & in-
hærentem conditionẽ & qualitatẽ. Non ob. ſm̃ Bal. in d. l. verũ.
quia ibi eſt ſpeciale ꝑꝑ immanitatem criminis. Vel ſecũdò, ibi
eſt * ꝑꝑ qualitatem quæ ineſt in offenſo, quæ aggrauat factũ &
qualitatem in perſonã mandantis & mãdatarij. Sed in q̃õne no
ſtra, ſolùm loquimur quãdo ſolũmodò eſt in offendente. & iſtã
opi. Bal. teneatis vt mitiorem. arg. l. interpretatione. ff. de pe. De
hac q. vide quæ ſcripſi in d. meo tract. Malefic. in glo. in verbo,
Sempronii mandatorẽ. in ver. 12. quæro, an qualitas quæ inhæ-
ret mandãte. &c. dic, vt ibi, vide late per Cy. & Ang. in l. 1. C. de
nili ag. nõ rumpen. & latè per Sal. in l. 1. circa fi. C. de rap. vir. in
5 ver. quæro ſi ꝑꝑ qualitatem inhærentem &c. ¶ † Quæro, qua pę
na puniatur opẽ præſtans? & Dy. cõſoluit, quòd teneaẽ minori
pęna videlicet media, qua puniẽ principalis. per l. is qui opẽ. ff.
de fur. Sed Bar. ibi dicit, quòd regula eſt, qđ eadẽ pęna qua prin
cipalis, teneẽ opẽ præſtans. vt d. l. is qui opem. & l. nihil intereſt.
2 †Sed potes dicere, ſm Raph. in rub.ff.de no.ope.nun. & ego latè dixi ſ. in rub. prooemij, quia licèt cõis ſententia ſit, q rubricæ debeant continuari ad præcedentia, hoc nõ eſt verum, licèt materiæ debeant poni congruis locis, & congruenter ſubordinari, ita dicit tex. propriè in l.2.ff.de ſtatu homi. quæ opi. mihi placet. Et pro hac opi. videtur hic text. in prin. dum dicit, ſupereſt vt de actionibus loquamur q.d. tempus eſt iam poſt alias materias ſupradictas. Similiter loquitur j.de interd. in prin. non aũt q ad præcedentes titulos proximos poſsit cõtinuari, quia ſ.tit. 1. loquitur de obligat. quæ ex quaſi delic.naſc. ſequebatur congruenter videre de obligationibus quæ propriè ex delicto naſcebantur, cum in prin. huius libri dixerit, de oblig. quæ ex deli. priua.na. & tamen de hoc dicitur in tit. de publ.iudi. Et etiã ſm opi.glo & doct. ſequeretur, q hic non fieret cõtinuatio ad proxi. quia multi ſunt tit. in medio, inter tit.de obl. & iſtum, & ſic continuatio fieret a remotis, contra d.l.2.ff.de ſtatu homi. Sed tamẽ, quia continuatio ſit ẽt ex principio libri aliquãdo a remotis, vt eſt tex. in l.1. in prin ff.ſi tab.teſt.nul.exta. & no. Io.de Imo. in rub.ff.de appel. & eſt caſus hic, q procedit, vt ibi dicit Io.de Imo. qñ materia media eſt conformis primæ materiæ, vt patet ẽt hic. Sed tu pro opi. Raph. primò alleg. tex. in ſimili in l. cum delaniunis.§. aſinam.ff de fun.inſtr. ibi quibuſcũq; proxi. copulata procedũt. & eſt caſus ſ.de leg. in princ. & ibi dixi & facit ſ. per quas perſo.nob.acqui.§.ſi circa princ.¶ In gl.rub.ibi, omnes actiones cõtinet ſubie. ſed contra hoc oppo. quia eodem modo poſſet dici, ſi in rub. poſuiſſet de actione in ſingulari, cum actio ſit verbũ generale, & omnes actiones potuiſſet comprehendere, ſicut in diffi-
3 nitione. Sed reſpondeo, †q rub. ponitur ad declarandum, quid author intendat tractare. facit l.pe.ff.de iur. & fac.igno. & l.ſi.ff. de hære.inſtit. & facit l.ſi quis argentarius.§.ſi initiũ. ff.de eden. Vnde cùm intendat tractare de ſingulis & pluribus actionibus in ſpecie, meritò rub. ponitur in plurali, & diffinitio in ſingulari, quia diffinitur actio, prout eſt genus, quæ vnica eſt, ergo &c. ¶ In ea.gl. in fi. pro iſta gl. facit ſ.de ſtipu.ſer.§.2. in fi. & ff. de ſtipu.ſer.l.ſi cõmunis ſeruus. ex qua gl.no. q gerundium ſignificat factum, ſeu fieri. Et glo. melius loquitur hic, quàm loquatur in rub.
4 C.& ff.de eden.¶ †Ex qua etiam no. cautelã, q quãdo quis vult tractare de ipſo actu, prout eſt in fieri, tunc debet rubricari per gerundium, quod ſignificat & importat actum de quo quærit, quia ſignificat per modum agendi vel patiendi, vt in cõtrario, ſed qñ vult tractare de effectu actionis, & ſic de ſubſtantia & qualitate ipſius actionis, & tunc debet rubricari, per nomen, vt hic, quod ſignificat ſubſtãtiã & qualitatẽ, ſm Bar. & doc. in ru. C.de eden. Rõ eſt ſm Bar. in rub. ff.de eden. & ibi Raph. Fulg. & Flor. quia gerundia & participia deriuãtur a verbo, & ſic ſignificant per modum agendi vel patiendi, ſed nomen ſignificat ſubſtantiã, & qualitatẽ, vt patet in regulis grammaticalibus. Vnde cũ hic non intendat Imperator tractare de modo agẽdi, qualiter debeamus agere & formare libellos, ſed vult tractare de qualitate cuiuſcunq; actionis, ideo rubricauit in nomine, videlicet,

licet, de actionibus. Nam vltra ſignificatum agendi vel patiẽdi, & gerundium eſt aptum natum ſignificare neceſsitatẽ, vt dicit gl. in d. rub. de eden. non tñ, ſm Fulg. ibi ſemper importat neceſ- a ſitatem, [a] ſicut apparet in titu. de in ius voc. quanq̃ in ius vocare ſit neceſsitas, ſi velit ad ſuum peruenire. Secundò in titu. de poſtu. nã nec inuitus quis cogit̃ poſtulare, licèt aliqñ ſic. l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtu. Tertiò in tit. de in lit. iur. q̃a inuitus q̃s nõ cogit̃ iurare, l. is q. C. de in lit. iur. & iſto modo poſſunt gl. cõtra- 1 riæ ſaluari. Et conclude † de gerundio, q̃a licet ſit pars verbi, tñ habet tres caſus, ſ. genitiuũ, accuſatiuum, & ablatiuum, ſi ponit̃ in accuſatiuo, ſignificat cauſam finalem. ff. de dol. l. 1. §. 2. & l. 1. ff. de tute. & in extrauag. ad reprimen. in prin. Qñq; ẽt ſignificat modum, l. quibus diebus. §. fi. de condi. & dem. Sed certè modus appellat̃, qñ continet explicãdũ aliquid ab eo ad quẽ refertur, vt ibi dicit Bar. & idem ſi ponat̃ in caſu genitiuo, cũ hac dictione cã, vel aĉo. l. is qui cũ telo. C. ad l. Corn. de ſica. ita dicit Bart. in d. extrauag. ad reprimendam. in verſic. nec ex eorum. Si ergo percuſsit animo occidendi, quia eius ꝓpoſitũ & volũtas tẽdũt ad hunc effectũ & finẽ, vt eum occideret, & ꝑ eum non ſteterit quo minus occideret, punitur acſi occidiſſet. d. l. is q. cũ telo. Si verò gerundiũ ſit poſitũ in ablatiuo, ſi iungit̃ verbo futuri temporis, ponit̃ conditionaliter, verbi gratia, adeũdo ex hac ſubſtitutione, erit hæres, hoc eſt, ſi adibit, vt l. ſi tu ex parte. ibi Bar. & doct. ff. de acq. hær. Sed ſi iungat̃ verbo præſentis, vel præteriti tẽporis, tunc ponit̃ modicatiuè, & qualificatiuè, vt ſic ꝑ ſe non diſponat, ſed qualificet verbum cui adiũgit̃, vt turbaſti me, vel turbas me in poſſeſsione mea in arando, & arbores incidendo, l. vim facit. ff. de vi & vi arma. Et prædicta ſunt vera, ſi importata ꝑ gerundiũ cõprehendant̃ ſub natura verbi, cui adiicitur, aliàs gerundiũ ꝑ ſe diſponit, vt cum teſtator inſtituit filios, alterum alteri ſubſtituendo, nam ſi ponat̃ inter ꝑſonas, quas teſtator grauare põt, vt no. in l. in rõne. §. iã & ſi. ff. ad leg. Fal. inducit diſpoſitionẽ. i. ſubſtitutionẽ vulgarẽ vel pupillarẽ, ſi ambo ſunt pupilli. per c. 1. de teſt. in 6. & l. iã hoc iure. in princ. ff. de vulg. & pupil. vide plenius, ſm Iac. But. & Sal. in l. 1. C. de his q. latro. ꝙ interdum gerundium ſignificat actum ꝓcedentem in aliquẽ, vt Titius offendit Seium ipſum vulnerando, qñq; ſui natura ſignificat modũ, & formã rei, vt Titius immiſcuit ſe diuinis publicè miſſam cantando, vel hæreditati, bon. poſſeſ. apprehendendo, qñq; declarat actum verbi, vt loquit̃ legendo. Qñque informat actũ verbi, videlicet, facit inſerendo, vel arãdo, vel ſimilibus, l. vim facit. ff. de vi & vi arma. qñq; iñ informat vel reprobat actũ verbi, vt Titius fideiuſsit mãdãdo, vel nouãdo. ff. de pac. l. in perſonã. §. qui pecuniam. cum ibi no. in gl. vel Titium occidit conſulendo, vel negligendo, vt patet in gl. extra de offic. deleg. c. 1. & iſta ſignificata poſſunt dici largo modo, ſignificatiua. & ſic gerundium qualificat verbum, vel nomen cui adiungit̃. ſed interdum conditionem facit, quando iungitur verbo futuri temporis d. l. ſi tu ex parte. vide Ang. & Ioan. de Imo. & Bart. in l. 1. in fi. ff. de condi. & demon.

ADDITIO.

a Neceſſitatem. Quòd gerundium non ſemper importet neceſſitatem tenet Alex. conſi. 28. 4 lib. vbi dicit quòd ſi ſit facta locatio ad nouennium cum pacto trancandi, ꝙ hoc gerundium non importat neceſſitatem.

SVMMARIVM.

1 *Actionum diuiſiones quot ſint.*

Supereſt. Vt de actionibus loquamor. Totus iſte tit. diuidit̃ in tres partes principales. Primò, ponitur continuatio iſtius titu. ad præcedentes materias. Secundò, definitur actio. Tertiò, ponitur diuiſio omnium actionum. ſecunda ibi, actio autem. tertia ibi, omnium aũt actionum. Item illa tertia ſubdiuiditur in ſex, ſicut ſex ſunt diuiſiones actionum principales, quamuis glo. 1. ĩ. eo. §. ſi. ponat. 12. & ita poſtea fuit ſecutus 1 Io. in arbore actionum. † Prima nãq; diuiſio actionum eſt, quæ reſpicit cãm materialẽ, quia quædam actiones ſunt reales, q̃dã perſonales, quædam cãm mixtã habentes. & iſta pars durat vſq; ad §. ſed iſtæ. Secunda diuiſio eſt, q̃ reſpicit cãm efficientẽ, quia quædam ciuiles, quædam prætoriæ ſunt. & durat vſq; ad §. ſequens. Tertia eſt reſpiciens cauſam finalem, quia quædam ſunt rei perſecutoriæ, quædam pœnales. quia quædam mixtæ, & rei & pœnæ. & durat vſque ad §. oẽs. Quarta eſt reſpiciens cauſam formalem, quia quædam dantur ad ſimplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, & quædam ad quadruplum, & durat vſque ad §. actionum. Quinta eſt reſpiciens cauſam ſubſtantialem, quia quædam ſunt bonæfidei, quædã ſtricti iuris, & durat vſq; ad §. ſunt præterea. Sexta eſt, reſpiciens earum perſecutionis effectum, quia quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi, quædã ono, & durat vſque ad fi. ti. & hoc ſequitur Bal. hic. ¶ In glo. ſupereſt. in fi. tu dic clarius, vt dixi ſ. ſuper rubr. ¶ No. tñ ex glo. ꝙ actio eſt filia obligationis, & ſic ſunt diuerſa. quod patet ex rub. ff. de act. & obl. quia copula, &, ponitur inter diuerſa, vt no. glo. in rub. ff. de iur. & fac. ign. patet ẽt ex diuerſitate diffinitionis, quia aliter diffinitur obligatio, vt ſ. de oblig. in princ. & aliter actio, vt hic. non obſtante ꝙ ſtatim orta obligatione oriatur actio, & ſic videatur impoſsibile, ꝙ filia ſit eiuſdem temporis, ſicut mater, qm̃ ſm ordinem intellectus, prius oritur obligatio, q̃ actio. ita dicit Bal. in ſimili. in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iu. facit l. triſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pac. & ſ. de verbo. oblig. & quibus modis re contrahi. oblig. §. 1. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Actio & cauſa an idem ſint.*
2 *Actio vnde ortum habuit.*
3 *Compoſita qualiter accipienda.*
4 *Libellus quomodo in actione iniuriarum ſit formandus.*
5 *Actio & iudicis officium an ſint idem.*
6 *Libellus ſuper actione fundatus quid continere debeat, & quid formatus in officio iudicis.*
7 *Iudicis officium eſt miſericorditer implorandum.*
8 *Iudex denegando officium ſuum, an dicatur partem grauare.*
9 *Iudice denegante ſuum officium an appellari poſſit.*
10 *Libellus an neceſſario requiratur, cum iudicis officium imploratur.*
11 *Iudicis officium non impeditur implorari, licèt actio & exceptio denegantur.*
12 *Fur nocturnus an impune occidi poſſit.*
13 *Debitor fugitiuus a quo, & quando capi poſſit.*
14 *Iudex an creditori alleganti debitorem ſuſpectum de fuga, debeat familiam concedere, & eum capi facere.*
15 *Licentia capiendi debitorem quando ſit concedenda.*
16 *Debitum quandiu ſit præſcriptibile.*
17 *Actionis diffinitio qualiter accipienda.*
18 *Pœna conditions qui locum faciant.*
19 *Ius ſuperueniens pendente iudicio, an in eadem inſtantia veniat.*
20 *Acceſſoria quando veniant in eadem inſtantia.*
21 *Actio an ſit ius, vel factum.*

Actio autem. Quia hic ponitur diffinitio actionis, non ſumatur, quia Imperator definiendo procedit. ¶ No. ergo hic diffinitionem actionis. concor. ff. eo. l. nihil. & quod ibi glo. ¶ In glo. 1. in prin. dic, ꝙ tota iſta glo. duo facit. Primò, ponit ſignificationem huius dictionis. Actio. Secundò quærit, an actio, & cauſa ſint idem? Secunda ibi, & not. ꝙ etiã. ¶ In ea. gl. ibi l. nihil. ſm Ioã. Fab. no. quot modis ſumitur actio. Sed adde, ꝙ quarto modo ſumit̃ ꝓ adminiſtratione, vt in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. iniurandum. & facit. ff. de admi. tu. l. actus. ſm Dyn. ¶ In ea. gl. ibi, voluit Placen. dicere, dic ſm Bal. ꝙ glo. non bene intellexit arg. Placen. ſed debet ſic intelligi, videlicet, ꝙ illud quod dr̃ argu. penès dialecticos, dr̃ actio penès legiſtas. nam arg. penès dialecticos, eſt dubiæ rei faciens fidem, vt Pet. currit. nam ponuntur cauſæ hoc inducentes iſto modo, videlicet omnis homo currit, Petr. eſt homo, ergo Petrus currit. hoc dr̃ argumentum. ita cùm dubitatur, vtrum mihi competat actio, proponitur cauſa, ergo eadem erit ꝙ actio, vel ſecundum Dyn. & Io. Fab. aliter intelligas opi. Placen. videlicet, certum eſt, ꝙ argumentũ apud logicos ponitur ad declarationem dubietatis, ſed hoc nõ componitur ex vna re tãtum, ſed ex pluribus, videlicet, maiore, minore, & concluſione. ita actio ponit̃ ad agendum, & ponitur ex cauſa, & comprehẽdit totum factũ, exemplum, peto a te decem, quia vendidi librum, totum nãq; hoc eſt vnum, & eſt actio. Item pro Placen. facit l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. quæ ſic inducitur, obligatio eſt mater actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & eam ſeqnit̃ vt matrem. ſed ibi dr̃, ꝙ ſingulas obligationes, ſingulæ cauſæ ſequuntur, ergo cauſa & actio ſunt idẽ, cùm ibi nõ poſſet loqui de alia cauſa, q̃ de actione, non de cauſa materiali, ex qua reſultat obligatio, quia illa præcedit obligationem, & non ſequitur. ¶ In ea. glo. ibi. l. licèt. §. ea obligatio. Tu allega. l. Lucius Titius. la 2. ff. depoſit. in fin. vbi eſt caſus. ¶ In ead. glo. ibi, quia vẽdidi, eſt factum. dic, & tamen iſte contractus eſt cauſa obligationis. ¶ In ead. glo. ibi. l. non debet. dic, quia contra patrem & patronum, medium concludendi eſt bona fides, quia bonæfidei non conuenit, vt locupletetur quis cum aliena iactura, ita dixit ibi Bart. & idem in l. infamem. ff. de pub. indi. verſic. his expeditis. ¶ In ead. gl. ibi cõclude ergo, dic, ꝙ licèt doct. ſint varij in hoc, 1 tamen communiter tenetur † opin. glo. Sed Dyn. & Bal. concordant opi. nam aut quæritur de cauſa immediata, & intelligatur

opin.

opin.Placen. aut de remota, & loquatur glo.pro hoc facit j.de
pœn.teme.litig.§.fi.Sed licèt iſta concordia ſit bona,tu indiſtin
ctè tene opin.glo. quia ſi cauſa & actio eſſent idem, reo cui nõ
competit actio, non diceretur competere cauſa, quod eſt fal-
ſum, vt in auct.cauſa quæ fit cum monacho. C.de epiſc.& cler.
& l.cauſas.cum ibi not.C.de tranſact.& l.claſſi.C.de auth.præ-
ſtan.de hoc eſt caſus in l.quamuis.in fi.princ. ff.ad Trebel.Item
in naturali obligatione ineſt cauſa, & tamen non eſt actio,igi-
tur &c.l.iuregentium.§. ſed cùm nulla.ff.de pac.Non obſt.argu
mentum logicorum, quia reſpondeo per interemptionem, ꝙ
materia petitionis non eſt actio,ſed petitio,quę fundatur in vir
tute actionis,ſicut argumentum in virtute naturalis rationis,&
tamen non eſt idem cum naturali ratione.non obſt.§.actiones.
quia ibi cauſæ exponuntur,i.inſtantiæ.gl. tamen ibi aliter expo
nit,dic,vt ibi,per Bar.& de iſto articulo vidē p Bald.in l.edita.
C.de eden.verſic.tertiò principaliter quæritur, vtrum cauſa &
actio ſint idem. In ea.glo.ibi, quia non ſunt actiones. No.ꝙ nu-
dum verbum ex empto,non eſt actio,tñ eſt nomen actionis cõ-
tractus nominati,& deſignat ex qua materia,& ex quo ꝯtractu,
bonæfidei detur actio.l.iuriſgentium. in princ.cum ſi. ff de pac.
ſed nomen,de peculio, non monſtrat aliquã actionem,nęc ali-
quem ꝯ̃ctum in ſpecie, ex quo naſcatur, quia ex quolibet ꝯ̃ctu
ex quo põt obligari filius vel ſeruus, datur actio ꝯ̃ patrem, vel
dñm deſcendens ex illo contractu, & datur de peculio.i.quate
nus extenduntur vires pecu.de iure prætorio.vt eſt tex.melior
de corpore iuris.in l.1.in fi. ff.de conſti.pecu. ita not.dicit gl.in
verbo,mãdati.in l.3.§.cui cõgruit.ff.de pecu.¶In gl.nihil aliud.
in fin.dic,idem no.gl.in l.nihil.ff.eo.Ex quo not.ꝙ hodie inter-
dum non differt ab actione. Tu dic, ꝙ hoc põt eſſe verum in
actione in factum.vt d.§.fin.ſecus ſi loquamur de aliis actioni-
bus,quia multæ ſunt ſpecies & differẽtiæ in hoc tit. facit quod
ſ.dixi in princ.¶In gl.in verbo,ius.ibi,reſpondeo, ꝙ ciuile &c.
a Not.ea glo.ꝙ † actio eſt de iure ciuili. idem vult gl.in l.ex hoc
iure.ff.de iuſti.& iur. vbi Vltramon.tenent contra.Primò,per l.
indebiti.in princ.ff.de condit.indeb.ibi,condictio naturalis eſt.
ſed condictio eſt actio, vt in §. appellamus. j.eod.ergo actio eſt
de iure naturali vel gentium.Secundò,per l.rerum quidẽ amo-
tarum iudicium.ff.re.amo. & ibi omninò vide Bart. in tex.ibi,
puto de iuregen. condici res: præterea contractus eſt de iure-
gen; regulariter. vt d. l. ex hoc iure. ergo & actiones,quarum
contractus ſunt cauſa,licèt mediante obligatione, quicquid eſt
cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati;aliàs fruſtra introduxiſſet contra-
ctum,& obligationem,niſi etiam dediſſet actionem l. 2.§.dein-
de.ff.de orig.iur.Præterea, quando vnum habet duo extrema,
& dubitatur cui debeat applicari, applicabitur antiquiori.l.in
finalibus.ff.finium reg.& l.fin.& quod ibi not. ff. de fi.inſtrum.
ſed actio habet duo extrema.ſ.ciuile,& gentium, ergo applica-
bitur iurigentium,tanquàm antiquiori.Præterea videtur caſus
in l.2.§.deinde ex his. coniuncto princ.ff.de orig.iur.vbi dicit,
ꝙ actiones ſunt compoſitæ de iure ciuili, tunc ſic, illud dicitur
compoſitum,quod prius erat introductum, ſed non erat redu-
ctum ad ordinem d.l.2.in princ. vbi dicitur ꝙ ius ciuile dicitur
Papyrianum, non quia Papyrius aliquid de ſuo introduxerit,
ſed leges aliorum inordinatas compoſuit,& ad ordinem redu-
xit,ergo ſi ius ciuile compoſuit actiones,neceſſariò ſequitur,ꝙ
aliter erant introductæ de iuregẽtium & per iſta parte videtur
tex.in l.ſi mãdauero.§.ſi cui.ff.man.Sed communiter tenetur glo.
& pro ea alleg. Bal. caſum meliorem de mundo j. de perpe. &
tempo.act.§.non aũt oẽs.ibi,actiones quæ in aliquem ipſo iure
competunt. & gl.ibi exponitur.i.de iure ciuili.Præterea eſt ca-
ſus in d.verſic.deinde ex his. retorquendo ꝯ̃ Vltramontanos,
3 ¶Nam cum quæritur de aliquo † compoſito,aut conſideramus
illud reſpectu cauſæ efficientis, & non dr̃ illud de nouo indu-
cere,& ita intelligatur,ꝙ ius ciuile dr̃ Papyrianum. Aut quærit
de cauſa materiali,ex qua componitur,& illa cauſa materialis
immediata,dicitur introducta a cõponente,facit l.ab eo.§.cùm
quis.ff.de acqu.rer.do. Cùm ergo d.l.2.§.deinde.dicat,ꝙ actio-
nes ſint compoſitæ de iure ciuili,non conſiderauit ibi compoſi
tionem immediatam reſpectu materiæ, intelligitur ergo,ꝙ ius
ciuile eas introduxerit. Nec obſt.d.l.in finalibus, quia illud eſt
verum,qñ eſt dubium,ſecus qñ eſt certum,cui cõpetat,vel de-
beat applicari, quia eſt caſus legis,vt j.dicam. Non obſt.l.rerũ
quidem amotarum iudicium. ff.rer.amo. quia quod dicitur ibi
de iuregentium,debet intelligi, ꝙ qui eſt vſus de iuregentium,
aduocabit res per actionem.i.ciuilẽ.nõ obſt. l.indebiti. in prin.
quia illa verba naturalis eſt,debent intelligi.i.a naturali æquita
te introducta,ne quis locupletetur cum aliena iactura.l.nã hoc
natura. ff.de condi.indeb. adde ſm Sal. in d.l.ex hoc iure,ꝙ ius
ciuile duo facit,quia dat formã agendi,vt hic.& iuriſcon.adin-
uenerunt.d. §.deinde. vel ẽt Imperatores.l.fi.verſic. ideo. C.de
præſcrip.long.temp.ſed iuſgẽtium tñ vnum poſuit, videlicet,
rudem & antiquã materiã.Itẽ ex opi.Vltramontanorum,ſeque
retur, ꝙ ex obligatione naturali naſceretur actio. quod eſt fal-
ſum,vt l.iuriſgen.§.ſed cũ nulla. ff. de pact.pro hoc alleg.tex. in
l.in cõmodato.§.ſicut.ibi, ciuiles actiones.ff.commo.& j.eo.§.
ſed iſte. ibi, ex legitimis cauſis deſcendunt. vt j.eo.§.in pſonã.
vbi dr̃,ꝙ ptor ſua iuriſdictione adinuenit.de quo per Bar.in d.
4 l.ex hoc iure.¶†In ea.gl.ibi,ſed quid petam. Not.ex gl.formam
libelli actione iniuriarum,quod debeo æſtimare iniuriam meã
p pecunia, licèt iudex ex officio ſuo poſsit refrenare meã æſti
mationẽ.ar.l.videamus.§.pe. & fi.ff.de i lit.iur.Sed qa gl.hic nõ
plenè declarat, dic tu formã,vt colligiẽ ex dictis Bart.in l.iniu-
riarũ.la 2.ff.de iniur.quia debes narrare iniuriam,vel contume
liã,poſteã mediũ concludendi põt fieri altero de duob.modis:
Vno ſic,videlicet, noluiſſem eſſe lucratus cẽtũ,vt paſſus fuiſſẽ
talẽ iniuriã.Et alio modo,videlicet,voluiſſem potius pati dãnũ
2 de centũ,q̃ talẽ iniuriã pati.[a] Quare peto p vos cõdẽnari dictũ
Titiũ,ad dicta centũ, qa cum iuro ita æſtimo iniuriam pdictã,
Addas tu ad tollendas dubitationes,& plus, & minus ſm quod
vobis & veſtræ taxationi videbiẽ.Nã ſcire debes, ꝙ licèt gl.di-
cat, ꝙ ſtatur iuro actoris, hoc non eſt verũ, ſm Bar. Imo.arbi-
trio iudicis, vt eſt tex.in l.ſed ſi vnius.§.ſeruus meus.ff.de iniur.
5 ¶†In ea.gl.in fi.diſputat,ergo iſta gl. an officiũ iudicis,& actio
b ſint idem.[b] & Martl. tenet, ꝙ ſic, pro quo facit, quia actionis
verbo,cõtineẽ actio i rẽ,& in pſonã,& pſecutio.l.actionis ver
bo.ff.eo.ſed alia l.cauetur,ꝙ pſecutiones dicuntur,q̃ officio iu-
dicis expediunẽ,nõ tñ actionis iure,vt l.pecuniæ.§.1.ff.de ver.
ſig.Præterea vẽ caſus in l.in cauſæ, la 2.in prin.ff.de re mili.ibi,
an alia actio &c.nã dictio,alia, eſt ĩplicatiua ſimiliũ,l. fugitiui,
cũ gl.C.de ſer.fug.¶Ad idẽ facit l.ꝙ ſi minor.§.ſi.eo.tit.ibi,pro-
pria actio.i.particularis.q.d.in genere actio competit,& tñ cõ-
petit officiũ iudicis,ergo &c. p hoc ẽt facit l.2.in prin.ff. de prę
tor.ſtipul.Sed ſm Dy.hic,& Bal. hoc non eſt verũ,de offic.iud.
mercenario eſt clarũ, de nobili verò,quod daẽ loco deficientis
actionis,ꝙ non ſit actio,eſt text.in l.Quintus. §.1.ff.de aun.leg.
quod verò datur loco deficientis exceptionis,eſt tex. ꝙ non ſit
actio.in l.planè.& l.fi.ff. de peti.hære.Bar.aũt in l.1. ff.de iuriſd.
om.iud.in verſic.quæro tñ, vtrum officium iudicis & actio ſint
idẽ.tenet ẽt partẽ,& dicit,ꝙ officiũ iudicis,quod cohæret pro-
priæ iudicis,clarũ eſt, ꝙ nõ eſt actio, ſed eſt ius faciendi ea q̃ ſibi
ex officio incũbunt.ff.de tut.& cur.dat. ab his.l.ius dandi.& l.ſol
licitas.§.qui vniuerſas.ff.de offi.præſi.Illud aũt officiũ iudic.qđ
cõpetit parti, vel ẽt ad eius vtilitatẽ,nõ eſt actio,licèt habeat ſi-
militudinẽ cũ actione d.l.actionis verbo, & d.l.pecuniæ.§.1.Et
eſt differẽtia in hoc, qa actio oritur ex obligatione regulariter
ſ.de uerb.obl.in prin.& ſic pſuppoſuit obligationẽ q̃ nõ pſuppo
c nit offi.iud.[c] d.l.Quintus.§.1.& l.qui p colluſionẽ. §.1.ff.de act.
emp.¶Ex quo infero,ꝙ cum offi.iud.non cõueniat diffinitioni
actionis,qa licèt deducaẽ in iudicio, non tñ deduciẽ, quod ſibi
debeẽ,qđ requiriẽ in actione, vt hic,igiẽ nõ eſt actio.ar.l.1.§.1,
ff.de dol. & hoc ẽt ſequiẽ Bal.in d.l.1.ff.de iuriſ.om.iud.¶Ex his
6 † inferẽ, ꝙ qñ libellus fundaẽ ſup actione, debèt narrari ea p q̃
ꝯcludatur, ꝙ pars tenetur ad aliquid dandũ vel faciendũ,vt ha-
beẽ plenè in l.1.ff.de eden.& j.proæ.§.& ibi dicã,ſed qñ libel-
lus formatur in offi. iu. debet qs narrare ea p q̃ cõcludaẽ iudi-
ci, videlicet, ꝙ iudex debeat vel poſsit facere id qđ petitur, nõ
id ad qđ pars teneaẽ.Exẽplũ eſt,in integ.reſti.petẽda a minore,
vtputà,narrando in effectu ꝯ̃ctũ,vel iudiciũ & ſniam,aduerſus
quã vult in inte.reſtitui,& narrare minorẽ ętatẽ,& qualiter ex
hoc eſt deceptus,ſiue lęſus, vel ſuæ facilitate ætatis,& p ꝯñs ꝙ
fecit id,quod diligẽs homo nõ feciſſet, vel dolo aduerſarij fuit
læſus,vel ſimpliciter & rectius dicat ſe ex hoc circũſcriptũ,qa
hoc eſt verbũ ciuile, & importat læſionẽ, vel ſui facilitate, vel
dolo aduerſarij,vt ſingulariter dicit Bal.in l.fi. C.de in integ.re
ſtit.qđ verbũ no.in practica,& cõcludit.Quare peto me p vos
& veſtrũ officiũ aduerſus talem ꝯ̃ctum vel talẽ ſniam in integ.
reſtitui,vt d.l.nã & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiu.& vide omino
no.

ADDITIONES.

a Iniuriam pati. Adde quòd cum libellus ſic formatur, ꝙ tunc agitur ad vin-
dictam & pœnam, & tunc ſunt neceſſaria ſolennia l.libellorum,ff.de accu-
ſat.ſecundum Alex.conſi.232.in 2.lib.

b Sint idem. cum actio & iudicis officium idem ſignificent,vide Iaco. copio-
ſe. Anto. Caius

c Officium iudicis. Ideo dicit Ange.conſi 167. ꝙ ſpoliatus proponens in libel-
lo officiũ iudicis.& interdictũ,eſt ſibi cõtrarius,& an procedat libellus in quo
petiẽ p offi.iud. partẽ aduerſam cõpelli,Cald.tenet,ꝙ ſic.cõſ.2. de lib obla.

no.per Bar. & ibi doc.in l.ſ.C. ſi aduer.rē iu.& l.dinus.ff. de in
integ.reſt. Et iſta colliguntē ex dictis Bar.in l. 1. ver.ex hoc ſeqni
tur.ff.de iuriſ.om.iud.quæ oĩa bene no.Itē ex prædictis apparet
alia differētia,ꝙ per interpellationē factā parti,qñ ſolū cōpetit
officiū iudicis,nō ꝯſtituitur in mora,vt eſt caſus ſing.in l.cū po-
ſtulaſſem.in prin.ff.de dam. infec. Rō mētalis,quia pars nō erat
ad hoc obligata,ergo nulla interpellatio eidē facta potuit eum
ꝯſtituere in mora, ſed iudex poſſet cogere partē ad ſic faciēdū,
ergo eſt a iudice, & per ꝯñs in iudicio poſtulandū, ſecus in eo
ꝙ venit iure actionis,quia interpellatio vnica,ēt extraiudicialis
ꝯſtituit quē ĩ mora,vt no.in l.mora.ff.de vſur.& eſt gl.in l.q Ro
mæ.§.coheredes.ff de verb.obl.& l.fideiuſſor obligari.§.ſi ff.de
7 fideiuſſ.& l.amplius nō peti.ff.rē ra.hab. ¶ † Tertiò,ex his ēt in-
fertur,ꝙ qñ cōpetit officiū iudi.debet miſericorditer implora-
ri,vt eſt gl.ſing.in rub.ff.de interro.act. & ibi de offi.iud. vide p
Flo.Rō mentalis,quare oportet,ꝙ cū miſericordia impetretur,
& obtineatē à iudice,eſt,quia cū pars ad hoc nō ſit obligata,nec
iſtud quod actor vult cōſequi, dr̃ ſibi deberi, ſed iudex ex offi-
cio ſuo gratiā & miſericordiā pōt facere, vt actori illud pſtetē.
8 ¶ † Aduertas tñ,ſm Bar.in l.1.ff.de iuriſ.om. ind. ꝙ licèt miſeri-
corditer dicatur debere implorari officiū iudi.tñ aliqñ ſi dene-
gatur per iudicē,dr̃ grauare partē,vt l.1.§.pmittitur,& ibi ſing.
Bar.ff.de aqua quot.& æſti.ſecus tñ eſſet, ſi reſideret in mero ar
bitrio iudicis,quia ſi vult,pōt illud denegare,& denegādo non
dr̃ grauare partē,& p ꝯñs nō poſſet teneri in ſyndicatu,ita ſing.
dixit Inno.in c.ſi. ex̃, de fer. pro quo vr̃ caſus in l. videamus.§.
pen.& ſi.ff.de in lit.iur.& ibi hoc no.do.Pau.de Caſt. quod ſin-
gu.no.pro ſtatutis, vel legibus q̃ aliqua remittunt in mero arbi
9 trio iudicis.¶ † Ex quo ſequitur aliud,qñ cōpetit officium iudi-
cis, & iudex grauat partē,ꝙ pōt appellari,etiam ſi officiū iudi-
10 cis denegetur.l.1.C. ſi ſep.in integ.reſti.poſtu. † Cùm ergo mi-
ſericorditer imploretur, videtur ꝙ non ſit neceſſarius libellus
in officio iudicis. Sed contrarium tenet gl. in l. de ſubmerſis.C.
de naufra.lib.11. Vnde Bald.in l.ſ.ff.de iuriſ.om. iud. dicit, aut
imploratur officium iudicis ad præparationem cauſæ, vel inci-
denter,& non requiritur libellus: ita intelligitur gl.in d.rub.de
interro.act. Aut principaliter,& tūc requiritur libellus.vt auc.
offeratur.C.de lit.conteſt.in de hoc vide pleniſſimè per Bar. in
l.3.verſi.quintò principaliter eſt videndum.C.de pign.& mul-
tum copioſè in l.nec quicquam.§.1.ff.de offi.procon.& leg.vbi
facit plura membra,ſm Bar.ego allego glo.ordi.quæ omnia cō
plectitur in l.2.§.dies.ff. quis or.in bon. poſ.ſer. ¶ Et aduertas,
11 quia ſupra dixi,ꝙ † officium iudicis non eſt actio,vel exceptio,
quod no.pro ſtatutis denegantibus actionem & exceptionem,
ꝙ per hoc non impeditur implorari offi.iudic.d.l.planè.vt pu-
ta,dicit ſtatutum, ꝙ inſtrumentum guarentigiæ, vel ſententia,
mandetur executioni,& non poſſit opponi aliqua exceptio,ꝙ
tamē propter hoc non impeditur implorari officium iud.pro-
pter quod actor repellitur in effectu ab agēdo.d. l.planè,& l.ſi.
de pet.hære. & ibi Bar.Bal. & Ang. ſecus ſi ſtatutum diceret, ꝙ
nulla exceptio vel defenſio admittatur, tunc etiam non poſſet
officium iudicis implorari,quia omnis defenſio eſt excluſa, ita
ſingulariter dicit Bar.in l.1.§.2.ff.quod vi aut clam.verſi.itē ad-
uerte, quia ſtatutum &c.Et ꝙ aliud ſit exceptio, aliud defenſio,
allego gl.ord.in c.1.in prin.in verſi.defenſionis,extra,de lit.cō-
teſt.in 6.& vide Pet.de Anch.in clem.1.de ſequeſt.poſſ.& fruc.
licèt Bal.in l.1.C.de condi.inde.ſibijpſi contrarius,teneat cōtra
hoc.idem & Saly.in l.ita pudor.C.de adul.& vide etiam Bal.in
l.ſi non ſortem.§.1.ff.de condit.inde.& latè per Ioan.de Imo.in
l.ſi.ff.à quib. appel.non lic.qui cōcordat opi. aut actor lucratur
cum iactura rei,vel non,dic, vt ibi. Ego indiſtinctè teneo opin.
Bart.per l.planè.& p d.gl.in verſi.defenſionis.¶ In gl.perſequē-
di.in ſi. no.ꝙ actiones ſūt arma offenſibilia actoris, & exceptio
defenſibilia rei,de quo plenè per Bar.ĩ l.1.ff.de excep.& quādo
opponitur in iudicio exceptio,dicitur fieri bellum ciuile,quod
qui fortior eſt,obtinebit, & iſto caſu dicitur actionis excluſio,
ad ſimilitudinem belli naturalis,ita no.dicit Bar.in l.1.C.de lit.
12 conteſt.¶ † In gl.in iudicio.ibi,vel nocturnum furem.dic,quòd
eſt verum, ſi aliter non poterā defendere, vel perſonā meā vel
familiam meam,vel bona mea,& telo ſe defendit, vt eſt tex. cū
gl.& Bar.in l.furē.ff.ad l.Cor.de ſica.& l.itaqꝫ. & plenè Sal. ĩ l.
ſi vt allegas.C.de ſica. quod eſt verū, ſi imminet pdino magnæ
rei,ſecus ſi rei vilis,quia etiam ſi telo ſe defendit,nō poteſt eum
etiā vulnerare,vt eſt caſus peregrinus in l.1.& in l.ſi ex plagijs.
13 §.tabernarius.ff.ad l.Aquil. ¶ † In ea.gl.in ſi.no.ſm Bal.hic, iſtā
gl.quæ tenet ſingulariter, ꝙ licitum eſt propria authoritate ca-
pere debitorē fugitiuum, pro hoc videtur caſus in l. generali.
C.de decurio.lib.10.& in l.ſ.C. vbi quis decu. vel coar. lib.11.

facit in auct.de pace iu.fir.§.1.ſed Dy. hic ꝯ̃, quia non perſonā,
ſed rem tuam quam aſportat, potes auferre: vel qñ ſuſpicatur,
ꝙ aſportare debeat.pro quo allego duas gl.in l.quæſitū.in prin.
ff.de pig.& l.pe.C.de pig.act.Sed Bar.in l.ait prætor.§.ſi debito-
rem.tenet gl. per ſupra dicta iura. & hoc eſt etiam licitū die fe-
riata,ad vtilitatem hominū,quia illis diebus ēt actiones tēpore
perituræ poſſunt intentari,iuxta l. 1.in ſi.ff.de fer.& c.ſignifica-
uerunt.& quod ibi per gl.& doct.extra,de iudi.& no.Bart. in l.
omnes. C. de fer. & hoc ēt videtur concedi in ferijs inductis in
honorem Dei,in quibus non tm̃ licentia iudicis, ſed etiam pro
pria authoritate,vt eſt gl.ſingularis,& ibi Bar.& omnes doc.in
14 l.ſi.C.de ferijs.& hoc vult Bar.in d.§. ſi quis debitorē. ¶ † Quæ-
rit tamen hic Dyn. an eò ipſo ꝙ creditor vadit ad iudicem, &
dicit ſe habere debitorem ſuſpectum de fuga, debeat cōcedere
familiam, & eum capi facere? & cōcludit, aut iſte iuſte timet,
quia videntur præparamenta,& tunc cōcedetur licentia,arg.l.
hæc aūt,in prin.ff.ſi cui plus,q̃ per l.Fal.quod Bar.in d.§.ſi debi-
torē.intelligit verū,ſi poſt debitum cōtractū noua & iuſta cau-
ſa timoris ſuperuenit, ſecus ſi illa cauſa ſuberat tēpore ꝯ̃ctus.l.
ſi creditores.& ibi Bar.ff.de priui.cre.& l.qui bona.§.de illo. &
ibi Bar.ff.de dam. infec.& ĩ l.ſi is à quo.ff. vt in poſ.le.& ibi Bar
to.& idem Bar.in l.ſi.C.de fer.& Bal. Raph & Ioan.de Imo. in
l.2.§.1.ff ſol.mat.& Bal.in l.apertiſſimi. C.de iudi. & Ang. latè
in l.nemo carcerem,in repe.C.de exactio.tribu.lib. 10. In qui-
15 bus locis doct.videntur concludere,† ꝙ quatuor ſunt neceſſa-
ria ante q̃ bonus iudex concedat licentiā de capiendo aliquē,
vt ſuſpectū.Primò,ꝙ creditor oſtendat ſummatim ſaltem ſemi
plenè, de ſuo credito. Secūdò, ꝙ dicat ꝙ à die ꝯ̃cti debiti citra
debitor deteriorauit ꝯditionē ſuā,d.l.ſi creditores.Tertiò,ꝙ nō
poſſidet immobilia in iuriſdictione dicti iudicis, vel mobilia
ſufficientia,q̃ faciliter pñt occultari.l.ſciendū.& ibi Bar. & do.
in prin.ff.qui ſatiſd.cog. Quartò,ꝙ habeat eū ſuſpectū de fuga,
& hoc ſufficit probari per iuramentū,quia hoc ſit ad finē,vt ſa-
tiſdet de iudicio ſiſti,vt dicit Bar.in d.§.ſi debitorem.& ſic non
eſt magni pindicij,& ſic ſufficit iur̃m.l.theſaurus. & ibi Flor.ff.
ad exhi.& ita cōiter practicatur,maximè Bonoñ.ego aūt ſemp
ſoleo practicare ſm dictū ſingulare Ang. in d. l.nemo carcerē.
& in l.ſi ab arbitro.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.vbi dicit,ꝙ tu debes di-
cere iudici,qualiter debitor tuus deteriorauit conditionem ſuā
poſt cōtractū debitū,& quidē notabiliter, & facere ſummatim
fidē de debito,& ꝙ nouiter hoc deuenit ad tui notitia, non aūt
diu tacuiſti.d. l.ſi creditores. nec ēt ſufficeret parua deteriora-
tio, & ꝙ eſt ſuſpectus de fuga, & hoc nō ſufficit ꝓbari p iur̃m,
ſed p duos teſtes idoneos,cum tractetur de magno præiudicio,
videlicet,de verecundia in capiendo, vt l. 3.§. ſuſpectus. & ibi
gl.& doct.ff.de ſuſpec.tu. quod dicit fore ſingulariter menti te-
nendū, quia pp hoc multos ꝓceſſus capturatū aliter factos caſ
16 ſari feci. ¶ † In glo.in verſi.debetur. ibi, ſed in ſtricta ſignifica-
tione verbi.inducitur iſta gl.ſm Bald.ſtatuto ciuitatis Bononię
cauetur, ꝙ ſi quis fuerit negligens in petendo ſibi debitum per
ſpatium quindecim annorū, ꝙ poſteà petere nō poſſit, ꝙ hoc
ſtatutum cùm ſit odioſum, non intelligitur, qñ agitur actione
reali, ex quo quis non petit ſibi debitum, ſed ſuum, & pro hoc
allego iſtam eandem glo.ſupra in verſi.tamen gloſſ. poteſt dici
realiter obligatus &c.vbi gloſſ. apertè vult,ꝙ qui tenetur reali
actione,nō propriè,ſed groſſo modo dicitur obligatus,& groſ-
ſa & larga interpretatio non capitur in ſtatutis odioſis.l. quic-
quid adſtringendæ. ff.de verb.obl.& l.3.§. hæc verba.ff. de neg.
17 geſt. ¶ † In eadem glo.ibi.§. ſi rem.dic gloſ. videtur inclinare,
ꝙ hic ſolummodò diffinitur perſonalis actio. & ita firmat in l.
nihil.ff.eodem. licèt aliqui allegent in contrarium.& hoc tenet
hic Petr. ſed Dyn. ꝙ immo hic vtraqꝫ diffiniatur,& mouetē per
verba generalia diffinitionis,quæ generaliter debent intelligi,
vt l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.ſed actio in genere diffini-
tur,& ſubdit ĩ.§.1.de actione reali,ſubdiſtinguendo. Primò, de
ea etiam ſentit in diffinitione, & iſtud credo verū, quia ſi non
comprehenderetur etiā realis in diffinitione, ſequeretur neceſ
ſario,ꝙ non eſſet actio,quia cui non conuenit diffinitio,nec ēt
eius diffinitum.l.1.§.1.ff.de dolo, & tamē clarū eſt,ꝙ eſt actio,
vt l.1.licet in rem,ergo debet cōprehendi ſub diffinitione,aliàs
diffinitio eſſet defectiua,licèt iſtud verbum,debetur,nō ꝓpriè,
ſed largo modo comprehenditur in reali actione, vt dicit glo.
¶ In eadem gl.ibi.§.fideiuſſor. dic, ꝙ non videtur verum, quia
naturalis obligatio ſola cùm non pariat actionem, vt ſupra de
ob.in princ. ergo quò ad hanc materiam non valet,quia natu-
raliter debitum,nō dicitur deberi,ꝙ hic requiritur, nec actio-
nem parit.l. Stichum aut Pamphilum.§. naturalis.ff.de ſolu. Et
prædicta faciunt,ſi teſtator mandat ſatisfieri ab hærede de om-

nibus debitis, q nou debet ſatisfieri pro hoc debito naturali tá-
tum.l.is cui.§.Flauius.& ibi Ioan.de Imo.& Bart.ff.de ſolut. &
l.ſi fideiuſſor.§.1.ff.de leg.1. ¶ In eadem gloſ.ibi, q nudo pacto
debetur.dic ſm Dyn. q ibi agitur ex ſtipulatu, vt debitor con-
ſtituatur in mora in eo, q pacto nudo promiſit. ſed Iacob. de
Aret.& Pet.ibi tenent, q de directo ibi agatur ad pœnam com-
miſſam, nec agitur diſpenſatiuè, nec de facto, ſed de iure com-
muni, cum pœna ſit de iure commiſſa, nam ſimpliciter promit
tens videtur promittere purè, ſcilicet date, cùm ab eo fuerit po
ſtulatũ.l.cum qui.la 1.& l.quoties.§.1.ff.de verb.obl. Eodẽ mo-
do, qui promittit per pactum nudum, eſt obligatus ſoluere eo-
dem tempore, & eadem conditione, & tantummodo in hoc eſt
differentia, quia prima parit actionem, ſecunda non, vt d.§.fide
18 iuſſor. ſicut ergo † ille qui eſt obligatus pacto veſtito, interpel-
latus congruo loco & tempore, non ſoluens facit exiſtere con-
ditionem pœnalis ſtipulationis, ſic etiam ille qui promiſit, pœ-
nam videtur repetiſſe, ſi non fecerit, ſcilicet, eo modo quo in
pactione intelligitur, arg.l. Tertia.§.idem reſpondit.ff.de verbo.
obl. Et iſtam opin.ſequitur Bar.in l.ſi pacto quo pœnam.C. de
pact. & l.nuda.C.de contrahen.& committ.ſtipu.& l.ſi ita ſtipu.
ff.de verb.obl.verſi.6. principaliter opponitur & videtur quòd
etiam ibi incipiat, &c.& probat p tex.in d.l.ſi pacto quo pœná.
ibi, more iudiciorũ, &c.nam de more iudiciorum eſt, quod ne-
mo ſine actione experiatur. Præterea certum eſt, q ſicut ex nu-
do pacto non oritur actio, ſic nec ex ſententia arbitri.l.1.C. de
arbi. ſed ſi aliquis promittit pœnam ſi ſententiæ arbitri non ſte-
tur, exigetur, ne litis conteſt. de facto ſuper actione in factũ ex
ſententia arbitri, vel ſtipulatione pœnali, ad hoc vt pœna com
mittatur, & certè non, ſed tunc committitur, cum committere-
tur ſi ſententia foret talis ex qua oriretur actio, l.ſi cũ dies.§.fio.
cum l. ſequen.ff. de arbit.ita in propoſito committetur per in-
terpellationem factã extra iudicium, ſicut ſi pacto veſtita præ-
ceſſiſſet.facit l.ſtipulatio iſta.§. alteri.ff.de verb.obl.quæ omnia
no.ad intellectus.l.ſi Titius.de verb. obl.& d.l.nuda &c.Ego au
tem concordo opi.& fateor dictum Iac.Pet.& Bar.fore verum
in ſe, & procedere, quádo interpellatio extraiudicialis interue
niſſet primo. ſed in d. l. ſi pacto. hoc non apparet. Præterea ſi
fuiſſet primò interpellatus extra iudicium pœnam præcisè, ſi
vellet ſtipulator, poſſet conſequi. vt l.reſcriptum.§. ſi pacto.ff.
de pact.& l. obligationum ferè.l.fin.ff.eódem. Vnde dic, q ille
tex.vult, quòd ibi ex ſtipulatu agens, & ſic iudicialiter interpel
lando alterum conſequitur, quòd fiat, q in facto conuenit, aut
ſi hoc quamprimũ non fecerit, iuxta l.ſi reus paratus.ff.de pro-
cura. conſequatur quòd in pœnali ſtipulatione deuenit, & ſic
ibi apparet, quòd egit ex ſtipulatu, tempore quo adhuc pœna
non erat commiſſa, ſed hoc petitur, quia ſtatim ea litis conte-
ſtatione, ſi reus non paret pacto, ſeparatur omnino naſci obli-
gationem ad id, quod in ſtipulatione pœnali deducitur.arg. gl.
hic in ver.ſeq. ¶ In ea.gl.ibi, quia ſaltem poſt lit.conteſt.debetur
&c.no.& tene menti iſtam gl.quòd quoties quis, licèt a princi-
pio actionem non habeat, tamen ſi certũ eſt actionem oriri, vel
ſibi competere, in ipſa lit.conteſt.permittitur agere de facto, ét
inuito aduerſario, quod no.ad intellectum.d.l.nuda.& hoc vo-
luit Bar.in d.l.ſi ita ſtipulatus.ver. s.ad idem op.de l. ſi Titius.ſu
pra eo. ¶ In ea.gl.ibi, cum toti populo ſit debitũ, ergo & ſibi &c.
dic, hoc falſum per l.in ſũ.§.vniuerſitatis.& quod ibi gl.& do-
cto.ff.de re.diui. ¶ In ea.gl.ibi, propter id quod eſt in alterum &
vindicta. tu dic, q non tm̃ vindictam, ſed etiam id quod nobis
debetur, dicimur proſequi in actione iniuriarum.vt §.pœna.ſu-
pra de iniu.& dixi ſupra in gl. in verſ.quamuis.Nam debes ſci-
re, q ex quolibet crimine publico vel priuato, oritur duplex a-
ctio, ad vindictam publicam, ne delicta remaneant impunita.l.
ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.& ad intereſſe partis. l.qui nomine.
ff.de fal.& l.fi.ff.de priua.delic.& l.fi.ff.de iniur.quamuis ſit pœ
na pecuniaria, ſi tñ applicabitur fiſco, non tantũ dicitur crimi-
nalis, ſed ét dicitur criminaliter intẽtari, vt eſt tex.cũ glo.ſingu.
in l.3.§.1.& ibi Bar.ff.de ſepul.vio. vnde magis ad intereſſe tuũ.
iuxta §.pen.ſ.ti.1.diceris proſequi, quod tibi debetur, vt l.Græ
cè.§.2.ff.de fideiuſſ.& videtur gl.ſupra de iu.natu.§.ius aũt gen
tium. ¶ In ea.gl.ibi, erat penès poſſeſſorem &c. dic, q non dici-
tur verũ, quantum ad d.l.quæſitũ.quia tp̃e quo ibi actũ fuit, ni-
hil erat in peculio, licèt ſuperuenerit pendente iudicio. ¶ In ea.
glo.ibi, ſimiles &c.de hoc dic per Dy.& Bar. in l.non pôt.ff. de
19 iu.ſed ibi Bal.latius. Vnde dic, cũ quæritur, an ius † ſuperueniẽs
pendente iudicio veniat in eadẽ inſtãtia, refert, an loquamur in
his rebus, quæ acceſſoriè veniſſit in iudicio, aut in his quæ prin
cipaliter debent peti. Primò caſu.ſ.in acceſſorijs, & iſta ſpectãt
ad iudicis officiũ mercenarium deſeruiens actioni propoſitæ,
& hoc eſt verum, qñ poſt lit. conteſt. emergũt vſq; ad ſentẽtiã,
ſecus ſi ante litem conteſt.vel poſt ſententiam, de his omnibus
eſt caſus in l.ædiles.§.item ſciendum.& ibi glo.& Pau.de Caſt.
ff.de ædil.edict.niſi ſint connexa, quia tunc omni caſu veniunt,
vt l.1.& ibi Flo.ff.de viſ.Secũdo caſu principali, aut loquimur
a in iudicio vniuerſali,[a] & veniunt.vt l.4.ff.de pet.hær. Et eſt ra-
tio, quia natura iſtius iudicij vniuerſalis omnia cõprehendit.l.
Lucius.ff.de ſun.inſtru. Aut in iudicio ſingulari, & tunc aut lo-
quimur in iudicio reali, vel quaſi, & ius ſuperueniens prodeſt
actori.l.ſi aũt.§.poſſidere.ff. de rei vẽd.& l.ngui.ff.ad exhib aut
in iudicijs perſonalibus & ſingularibus & tunc, aut ſuperuenit
ius ex cauſa tñ de præterito, & ſit cõdẽnatio ex eadẽ inſtãtia, vt
eſt caſus no.in l.rem.§.ſi.& ibi Bar.ff.de pign. act. Aut ſuperue-
nit ius ex cã de futuro, vel de præſenti.i.ea cauſa nata poſt lit.cõ
teſt.& tunc non venit, immo in hoc fiet abſolutoria.d.l.nõ pôt.
& quod ibi quidam gl.no.& benè.licèt Io.gl.ibi dicat aliter, &
malè.ſm do.ibi.Tu addas, & aduertas ad id quod dixi in primo
20 caſu.per d.§.item ſciendum. q † acceſſoria veniunt, quia illud
eſt verũ, ſi illa acceſſoria nõ poterãt peti alia actione, ſed tñ of
ficio iudicis, ſecus ſi alia actione peti poterant, quia non inclu-
duntur in eadẽ inſtantia cũ principali, ſed alia inſtãtia & alio iu
dicio opus eſt.l.1.& ibi Barto.& doc.C. de iudi. vbi illæ vſuræ
etiam currentes, pendente iudicio debebantur poſt ſtipulatio-
nẽ aliás interpoſitam, & hoc ſequitur Ang.& Ioan.de Imo. in l.
ſi quis miſſum.§.ſi.ff.de dam.infec.licèt ibi Bar.aliter dicat, in d.
l.non poteſt.& malè. Et prædicta procedunt in actore, an ius ſu
peruenieus ſibi proſit. Quid aũt in reo, dic latè per Bar.in l.1.ff.
de exce.uer.quid ſi exceptio ſuperuenit reo poſt lit.conteſt.&c.
de quo per Imo.in c.2.de ord. cog.& per Imo. in l.ſi mulier.ff.
ſol.mat. ¶ In ea.gl.i ſi.tu dic, ſm Dy. q immo dñs, eccleſia, & pu
pillus, dicũtur agere, & nõ ipſorũ adminiſtratores, per organũ
tñ ipſius adminiſtratoris.ad l.ita tñ.§.geſſiſſe.ff.de adm.tu.opti-
mè facit l.quod meo.§.1.ff.de acq.poſ.& l.diuus.ff.ſi cui plus, q̃
per l.Fal.& l.ſi quis Titio.§.1.& ibi Bar.ff.de leg.2.& l.qm aũt.
§.ſi.cum l.ſeq.ff. de conſtit. pec.& l.ſi mulier.ff.de don. inter ui.
& vxo. Nã actio affixa oſſibus dñi, ab eo non pôt euelli.l.quis
ergo caſus.ff.de pec. vnde ſiue agat p ſe, ſiue p adminiſtratorẽ,
ſemper dño dicitur deberi, & quod dño debetur, in iudicio in-
21 tentatur. ¶ † Vltimò aduertas, q Bal.dicit, q licèt aliqui dubita
uerint, an actio ſit ius, vel factum, p l.ſi vnus.§.pact.in prin.ff.de
pac.& l.ſi pater naturalis.tunc gl.ff.de adop.& p tex.s.de verb.
obl.in prin.& per l.cõſi.in ſi.ff.de cur.fur.tñ ipſe tenet hic, q eſt
ius, ut hic.hoc latius ipſe diſputauit í l.edita.C.de eden. Tu dic,
q ſi habemus reſpectũ ad materiam, ante ipſam formatã, dr̃ qd
facti, & ita intelligantur dicta iura. aut poſt quã eſt in eſſe forma
ta, & dicitur iuris, ut dicimus de poſſeſſione, quia ad ipſam fa-
bricandã & quærendã requiritur factũ, vt l.3. in prin.ff.de acq.
poſſ.& dicitur facti.l.1.§.adipiſcimur.& §.ſi vir.eo.tit.Sed ea ac
quiſita, dicitur quid iuris, l.peregrè. in prin.ff.de acq. poſſ.& l.
nõ eo minus. C.de lib.cauſa.& no.in l.1.in prin.ff.de acq. poſſ.

ADDITIO.

a Vniuerſali. Adde quædam ſunt iudicia vniuerſalia, quæda generalia, & quæ-
dam ſingularia. Iudicium vniuerſale eſt, quod habet nomina iuris, habentia
aptitudinem augmenti & diminutionis, vt petitio hereditatis, actio de pecu
lio, & actio pro dote, & deinceps.l. hæreditas. de re iud. l.vendicatio. de rei
vendicatio.l.quod dicitur. in verbo, ſed dotis, cum glo. de impen. in reb. do-
talibus factis in Pan. Generale dicitur, de cuius natura venit redditio rõnũ,
ſeu ſua natura ad plura implicitum, ut actio tutelæ, & negotiorum geſtorum.
reliqua uero ſingularia iudicia appellantur. ſm Alex.l.d. actio. col.1.verſ. in
gl.in uerbo, emendari. C.de eden. vbi etiam dixi. Ant. Caius.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum quis, vel qui, quando declaratiuè, aut reſtrictiuè, uel augmentatiuè ponatur.*
2 *Poſſidens quando agere poſſit.*
3 *Arbiter & iudex in quibus æquiparentur, & in quibus differant. & num.5*
4 *Probationes factæ coram arbitro faciãt fidẽ in quolibet alio iudicio.*
6 *Miſſum an, & quando ſub ſimplicibus contineatur.*
Legitimandi ſpurios. Item inceſtuoſos poteſtatẽ habens, an poſſit ſpurios & inceſtuoſos ſimul legitimare.
7 *Quaſi contractus an veniat contractus appellatione.*
8 *Condictio furtiua an ex varijs cauſarum figuris deſcendat.*
9 *Libellus qualiter formetur in actionibus perſonalibus, & quas clauſulas continere debeat. & nu.14*
10 *Cauſa in libello actionis perſonalis exprimenda qualis eſſe debeat.*
11 *Concluſio in libello an de neceſſitate requiratur.*
12 *Clauſula, pluries amicabiliter interpellatus dare vel facere recuſauit, &c. in libello an ſit utilis & neceſſaria.*

13 *Clau-*

13 *Clauſula, & prædicta fuit confeſſus pluries in præſentia teſtium fide dignorum &c. an noceant appoſita in libello.*
15 *Clauſula, non tantum dicto modo, ſed etiam omni alio meliori modo, &c. an ſit vtilis addita in libello.*
16 *Clauſula, non aſtringens ſe ad probandum non neceſſaria, neceſſaria eſt, & vtilis in libello.*
17 *Clauſula & petit expenſas, &c. quid operetur in libello.*
18 *Libellus more ciuilis an neceſſario locum & tempus celebrati contractus, an nomen actionis continere debeat.*
19 *Libellus in quo libellans iſtis verbis vtitur, peto reum cogi & compelli ad dandum, & ſoluendum, antequam petat condemnari, an ſuſtineatur, non obſtante præpoſteratione.*
20 *Teſtator videtur diſpoſitionem ſuam more ſtatutorum regulare.*
21 *Clauſula, peto condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum, an ſit vtilis in libello, & in fine apponi debeat.*
22 *Clauſula ſaluo iure addendi & mutandi in fine libelli appoſita, an ſit neceſſaria, & vtilis.*
23 *Medium concludendi in libello, & concluſio eſt attendenda.*
24 *Libellus vt ſuſtineri poſſit, verba eius improprientur.*
25 *Clauſula libelli, ſuper quibus omnibus & ſingulis peto ius & iuſtitiam miniſtrari, ſimul, diuiſim, copulatiue, alternatiue, ſingula ſingulis congrue referendo, & omni meliori modo, &c. quid operetur.*
26 *Actio in rem vt cenſetur, quæ requirantur.*
27 *Condemnatio an ſequi debeat, ſi tempore litis conteſtatæ poſſidens, lite pendente deſiit poſſidere.*
28 *Reus tempore litis conteſtatæ non poſſidens, qui tempore ſententiæ ferendæ reperitur in poſſeſſione, an condemnari debeat.*
Vendicaturus rem quæ obſeruare debeat.
29 *Dominium ſuperueniens actori pendente iudicio, an ſibi proſit, vt ex eo ſequi poſſit condemnatio.*
30 *Condemnatio ſequi non poteſt, ſi tempore libelli actor erat dominus, & poſtea deſiit.*
31 *Libellus quomodo in rei vendicatione formetur & nu. 32.*
33 *Sententia non tantum in reali actione declaratoria eſſe debet, ſed etiam in perſonali.*
34 *Fructus qualiter in libello petantur & liquidari debeant, & ſuper oĩs quomodo ſententia feratur.*
35 *Actore non probante quomodo reo ſit prouidendum.*
36 *Agens rei vẽdicatione an cogatur in libello exprimere cauſam, quare eſt dominus.*
37 *Agens ſiue reali, ſiue perſonali in dubio ſemper videtur intentare omne ius ſuum.*
38 *Intellectus c. Ray. extra de teſtamen.*
39 *Forma interrogatorij præparatorij iudiciorum.*

Omnium autem actionum. ¶ Actionũ aliquæ ſunt reales, aliquæ perſonales. Perſonalis eſt, quæ præſupponit debitorẽ obligatum, ſed realis non, ſed ideò ꝓ eum competit, quia poſſidet, hoc dicit. Et diuiditur in duas partes. Primò diuiditur. Secundò membra declarat. 2. ibi, namq;. Nam totus iſte tit. procedit per diuiſionem actionum, vt dixi ſ. in prin. & hæc eſt prima & principalis diuiſio. ¶ Not. ꝙ ſicut actio ritè & rectè proponitur coram iudice, vt auct. offeratur. C. de lit. conteſt. ita etiam coram arbitro, vt hic, quia iudici æquiparatur. l. 1. cum materia. ff. de arbit. & dicam cum glo. ¶ Not. etiam, quòd pro omni re, proditæ ſunt actiones. quod intellige verum, ſi d. res eſt in commer-
1 cio noſtro, aliàs ſecus, vt ſ. de inuti. ſtipu. in princ. ¶ † Not. ibi, quibus. ꝙ relatiuum, quis, vel qui ponitur aliquãdo declaratiuè, de quo per Bar. & doct. in l. omnes populi. in princ. de iuſti. & iur. & per Bar. & Bal. & alios in l. 1. C. de ſum. trin. & per Bar. in l. illa tamen adiectio. ff. de leg. 3. vbi concluditur, ꝙ aut qualitas quæ per relatiuum, quis vel qui, adijcitur, competit cuilibet de ſuo genere, & tunc ponitur declaratiuè, vt d. l. omnes populi. & d. l. 1. Aut non competit cuilibet de ſuo genere, & tunc, aut relatiuum ponitur ſine copula, & tunc ponitur reſtrictiuè, aut cum copula, & ponitur argumentatiuè. ¶ Not. ibi, ſumma diuiſio. ꝙ omnis bona diuiſio, aut eſt bimembris, aut ad bimẽbrem debet poſſe reduci, vt hic in gl. ¶ No. ibi, aut in rem ſunt. ꝙ actio realis, eſt actio, & per conſequens diffinitur ſupra eod. in prin. licet ibi glo. dubitauerit. dic, vt ibi dixi. ¶ Not. ibi, ex maleficio. ꝙ agens ex maleficio, poteſt dicere aduerſariũ ſibi obligatum, & intendit ſibi dari oportere, concor. glo. ſupra de iur. nat. ſ. bella. & eſt tex. in l. Græcè. ſ. ſed & ſi ex delicto. ff. de fideiuſſ. dic, vt ſ. dixi. in princ. in gl. magna. ¶ Not. ibi, ſibi dari oportere. formam & medium concludendi in actione perſonali, de quo dicam cum gl. & infra. ſ. pro ai. ¶ Not. ibi, nullo iure. quòd qui tenetur actione reali, non poteſt dici aliquo modo vel iure obligatus perſonaliter, ſed realiter & groſſo modo, ſicut no.
2 gl. ſupra in prin. in glo. magna. ¶ No. ibi, poſſidebat, ꝙ † poſſeſſio parit aduerſario actionem in rem, concor. l. 1. C. de alie. iud. de quo ibi per glo. & doct. bene facit. l. officium. ff. de rei vend. dummodo ex parte agentis inſit dominium, & per conſequens in rei vendicatione duo extrema habilia requiruntur, videlicet, dominium ex parte agentis, poſſeſſio vel detentatio conuenti, cum poteſtate rei reſtituendæ. d. l. officium. & ĩ. dicam. ¶ In glo. in verſi. arbitros. in fi. dic, melius facit. l. pen. C. de arbi. ſed coram arbitratore non proponitur actio, quia corã eo non proceditur ordinariè, vt not. Spec. in titu. de libel. concep. ſ. reſtat videre. & Bar. in l. ſocietatem. ſ. arbitrorum. ff. pro ſoc. quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, vt not. glo. in Auct. vt
3 diff. iud. ſ. 1. ¶ Ex quo not. quòd † arbiter & iudex æquiparãtur. l. 1. ff. de arbit. & tam in principio iudicij, quàm in medio, & fi. In prin. enim quia coram vtroque porrigitur libellus rite conceptus, vt hic, & in auct. generaliter. C. de epiſ. & cle. In medio, quia ſicut coram iudice fiunt probationes, vt l. quinquaginta.
põt dicere , ꝙ talem fundum à Caio emit iam ſunt decem anni
& vltra,& ꝙ virtute dicti tituli a dicto tpe & citra poſſedit di-
ctum fundum præſente aduerſario & reo conuento,per ꝯñs di
ctus fundus ad eũ ſpectat ratione quaſi dominij . ¶ Tu aũt ſem-
per oĩa ſimul,& in genere practicare potes & debes , videlicet,
dico talẽ fundum ad me ſpectare, & pertinere iure directi do-
minij vtilis, vel quaſi, vt dicam ĩ.eo.§.ſed iſtc.& ꝙ Mari.ipſum
detinet,licèt iniuſtè & de eo habet facultatem reſtituendi.Qua
re peto per vos pronunciari,& declarari talẽ fundũ ad me ſpe-
ctare, & pertinere iure directi dominij vtilis, vel quaſi, & iſtud
ſufficit, vt not.in l.ſicut.§.ſi quæratur.ff. ſi ſer.ven.& ibi Bar. &
Bal.& plenè Flo. in l. & diuerſo.§.1. & ibi Bar.ff. de rei ven. &
32 l.Pompo.§.1.& ibi Bar.Bal.& doc.ff.de procu. ¶ † Poſſes ẽt (ſi
velles)in cõcluſione libelli dicere, quare peto me dñm declara
ri directè, vtiliter, vel quaſi,dicti fundi,& idẽ erit effectus, vt in
dictis locis hr̃. Sin aũt velles etiã adijcere (vt cõiter dr̃) videli-
cet, & ſucceſſiuè peto condemnari dictum Mar. & cõdemnatũ
cogi & compelli ad dimittendum , & reſtituendum mihi dictũ
fundum,ẽt iſtud poſſes, ita dicit Bar.in d.l.Pomp.§.1. Et eodem
modo procederet libellus in vnaquaq; actione, ſi non cõclude
rem in actione mea,ſed ẽt concluderem in exceptione aduerſa
rij,& in replicatione mea, vt putà,quare peto te condemnari ad
dictum fundum reſtituendũ, non obſtante pacto de non peten
do,qđ tibi feci,quia econtra tu feciſti pactum de petendo,ita di
cit Inn.in c.ſuper literis.de reſcr.hoc etiam ſentit Bar.in l.2.C.ſi
aduer. rem iud. Et qñ peto declarari dominium ad me ſpecta-
re, vel me dominum declarari,ſequitur etiam ſnĩa declaratoria
dominij, vt dictis iurib.qm̃ ſnĩa debet eſſe conformis libello, vt
33 l.vt fundus.ff.cõi diui.& ibi plenè Flor. ¶ Aduertas † tamen ꝙ
non tm̃ in reali actione, ſnĩa debet eſſe declaratoria, ſed etiã in
perſonali,quia tunc ſi declaratoria ferretur ẽt valeret, ſiue fue-
rit petitum declarari,ſiue fuerit petitum condemnari,quia ſuf-
ficit,ꝙ ſnĩa ſit cõformis libello in æquipollẽti, vt putà, ſi iudex
c dicit declaramus Titium debere Seio[c] decem ex mutuo, vt eſt
caſus in l.quid tamen.§.ſi arbiter.& ibi Bar.& Bald.& Ang.ff.de
arb.& l.ſi prætor,in prin.ff.de iud.& not.doc. & maximè Io.de
Imo.ĩ l.in ſumma.ĩ prin.ff.de re iud.Quinimmò & fortius dico,
ꝙ quamuis non peteres te declarari dominum , vel dominium
ad te ſpectare, ſed ſimpliciter peteres in rei uendicatione Titiũ
poſſeſſorem dictæ rei condemnari ad reſtituendum tibi dictam
rẽ,ꝙ procederet dictus libellus.arg.l.1.ff.de rei vend.& hoc no.
Bar.in l. rem alienã. ver. vidimus ergo narrationẽ libelli &c.ff.
de pig.ac.& vr̃ tex.in d.c.Abbate ſanè. vel ẽt procedit dictus li-
bellus iſto modo , videlicet , dico talẽ fundum eſſe meum iure
dominij vel quaſi, & ex tali titulo ad me pertinere , & ꝙ Titius
detinet,quare peto dictum fundum adiudicari mihi,& dictum
Titium à dicto fundo amoueri.iſte eſt ad literam tex.in d.c.Ab-
bate ſanè.in princ. Et prædicta procedũt,qñ petitur ſimpliciter
34 fundus ſine fructib.† Sin aũt uis ẽt petere fructus, debes cõclu-
dere , condemnari ad reſtituendum dictum fundum vnà cum
fructib.perceptis,& qui percipi potuerũt, & ẽt de percipiẽdis,
quia cum dicti fructus acceſſoriè petantur , ſufficit etiã ſi certa
d quãtitas non exprimatur.[d] ita vult Bar.in l.2.ff.de eden.& Ang.
quem ſequitur Imo.in l.ſi homo.ff.de re iud.& Inno. in c.tanta.
de exceſ.præl.Tu adde,ꝙ poſteà in proceſſu declarabuntur fru
e ctus,[e] & liquidabuntur quantitas.arg.no.in ſimili per Bald.in l.1.
in pe.q.de leg.2.& in l.1. C.de ſen.quę ſine cer.quan.& in l.cer-
ti cõdictio. & ibi gl.ĩ prin.ff.ſi cer.pet.& poſuit ẽt Bal.in l.cũ pa
ter.§.libertis.circa fi.ff.de leg.2.Et probãdo ꝙ fructus percepit,
& quantitatem, vel ẽt petẽdo veſtem , & probando veſtẽ, licèt
nõ probet pretiũ,poterit poſtea iudex ex officio declarare pre-
tium,& valorẽ rerum, vt eſt elegans dictum Bar.cum quo tran
ſit Ang.ibi,in l.ſi id quod ex Pamphila.in fi.ff.de leg.2.licèt Bal.
ibi cõtra,ſed cõiter vidi practicari dictum Bar. per tex.in l.ſed
ſi alius.§.hoc edicto.ff.quod vi aut clam.& ibi ẽt Bar. de quo vi
de Raph.in d.l.ſi id qđ ex Pamphila.in fi.de le.2. Et ſupradictus
libellus,non exprimendo certam quantitatem,ſuſtẽtatur,& do
iure

ADDITIONES.

a Quod no. De prædictis omnibus uide copioſius Rom conſ.69.& conſ.70.
b Libellus. Qualiter formari debeat libellus in rei uend. uide Alex. in conſi.
199.2.lib.
c Seio. Adde Ang conſ.175.
d Non exprimatur. Idem tenet Alex.in conſi.90.in fi 5.lib.
e Declarabuntur fructus. Hodiè verò ſm ordinationes regias illi q fructus per-
ceperunt tenentur deferre ſuos libros & cõputa ſuper dictis fructibus perce-
ptis, facto eis iudici exemplo,& medio iuramento affirmare dicta cõputa
continere ueritatẽ, & tunc habet menſem ad illos ſoluendũ, & ſi uictor uelit
probare maioritatem fructuum, poterit, & alias, prout cauetur in ordinatio-
nib.datis a Villeres cotera ꝛc tenet,ar.97.cum duob.ſeq.Ant.Caius.

iure procedit. ſed idẽ Bar. in d.l. & ex diuerſo.§.ſ.tenet ɔ̃triũ, &
dicit, ꝙ immo vt poſsit ferri certa ſnĩa ſuper fructib. quę ſemꝑ
ferenda eſt certa, iuxta §.curare. & quod ibi no.ĩ.eo. ꝙ fructus
iam percepti ſunt ſub certa quantitate exprimẽdi, ſecus de per-
cipiendis lite pendente, quia illi veniũt officio iudicis.l.ædiles.
§.item ſciendum. ff.de ædi.edic. vt putà, peto fundum cum fru-
ctib. perceptis, & qui percipi potuerunt, qui aſcendunt ad tãtã
quantitatem, & ẽt cum fructibus percipiendis. ita ẽt dicit Cy. in
l.cum propria.C.ſi quis al.vel ſibi. & licèt prima opi. de rigore
iuris fortè ſit verior, tñ ad opi.euitandas, tutius eſt ſequi illam
opi.Cy. & Bar. ita dicit Imo. in d.l.ſi homo. & de hac materia vi
de vltra ſupradicta gl.Bar.Bal.Ang.Raph. & Imo. in l.diuortio.
§.ob donationes.ff.ſol.ma. & Bal.Raph. & Imo. in l.ſi marito.§.
ſi.eo.tit. & per Cy. & doc. in l.certum.C.de rei ven. & Bar.Ang.
Raph. & Imo. in l.ſi filius.§.1.de ver.obl. qđ no. Inno. & Cano.
in c.2.de libe.obl. Ego aũt ſolitus ſum ſemper ſic libellare in fru
ctib. videlicet, peto condemnari ad reſtituendũ dictum fundũ
vnà cum fructib. perceptis a tali tꝑe & citra, qui aſcendunt ad
tantam quantitatẽ, deductis omnib. ſumptib. & ẽt deducta par
te laboratoris, & qui ẽt percipi potuerunt, per quẽlibet diligẽ-
tem virum, qui poſſent aſcendere vſq; ad tantam quantitatẽ, &
ẽt in percipiendis lite pendente, ſi extabunt, alias in eorum ve-
ram æſtimationem, prout de dicta quãtitate fructuum, & eorũ
æſtimatione ꝓbabitur, taxatione veſtri iudicij ſemper ſalua. &
iſto modo libellãdo, oĩs ſcrupuloſitas tollitur, & ita perſuadeo
tibi ꝙ libellare debeas, ne incidas in opiniones doctorũ. Et præ
dicta procedunt in rei vendicatione, vel alio iudicio particula-
ri, vt fructus percepti ante lit. conteſt. non veniãt in iudicio in-
tentato ſuper re, niſi petantur, vt dixi ſupra eo. in prin. quia ve-
niũt noua actione rei vẽdicationis, vel alia, vel officio iudicis,
ſi pendente iudicio percipiãtur, ſecus in iudicio vniuerſali vel
generali, vt in petitione hęreditatis, quia ẽt ſi non fuerint petiti
fructus expſsè in libello, tñ veniũt ĩ dicto iudicio intẽtato, ſiue
añ, ſiue poſt iudicium intẽtatum fuerunt percepti, quia eſt iudi
cium vniuerſale, vt eſt tex. cũ gl. no. in l.item veniũt. §.fructus.
ff.de pe.hær. & ibi doc. & no. in d.l.1. in princ. ff.de eden. & not.
Bal. in d.l.2.C.de pe.hæ. quia dicti fructus augent dictam hære-
35 ditatem. d.§.fructus. quæ oĩa no. ¶ †In gl. dicat. in ſi. dic, ꝙ licèt
reus non teneatur probare de iure ſuo, quia actore non probã-
te, reus abſoluendus eſt, etiã ſi nihil præſtiterit. l.nullo.C.de rei
ven. & d.l. qui accuſare. tñ ſumere põt in ſe onus probandi. l.cir
ca. & ibi glo. ff.de probat. ꝙ tñ facere nõ eſt neceſſe. immo reus
debet eſſe cautus, vt nihil a principio faciat, donec viderit vtrũ
actor probauerit intentionẽ ſuã, vel non, & tunc præparet ſuas
defenſiones, non ante. l.exceptionẽ. cum materia ſua. C.de ꝓb.
ſi tñ arctauerit ſe ad probandum de iure ſuo, & non probet, nõ
tamen ꝑ hoc debet condemnari, niſi actor ex aduerſo de iure
ſuo docuerit, ita dixit gl. & no. ibi Flo. ĩ d.l.circa. ſi aũt reus ꝓ-
baret de iure ſuo, hoc eſt, ſe dñm dicti fundi, tũc non tñ abſol-
uetur a petitione actoris, ſed & declarabitur fundũ ad eũ iure
dñij ſpectare, nã ſi ſimpliciter abſolueretur, quia actor non pro
bauerit de iure ſuo, & reus ẽt nihil probaret, non eſt bona con-
ſequentia, fundus declaratur nõ ſpectare ad ipſum actorẽ, ergo
a ſpectat [a] ad reũ, vt eſt tex. & ibi no. l.Põp.§.1.de procu. ¶ †Quæ-
36 ro, an agens rei ven. cogatur in libello exprimere cauſam qua-
re eſt dñs. Debes nãq; ſcire, ꝙ in actione reali, habemus cãm
proximã, & remotã, vt diximus ſupra in perſonali actionẽ. Nã
cã remota in reali, eſt contractus, ſiue cauſa traditionis, & ipſa
traditio. l.nunquã. ff.de acqui.rer.do. & l.traditionib. C.de pac.
de hoc eſt caſus cum gl. in l.cum de hoc. ff.de exce. rei iud. nam
cã proxima eſt dominiũ, vel quaſi. Vnde dic, ꝙ põt exprimere
ambas cauſas, ſ.remotam, & proximã, ſi vult, & ẽt alterãm tñ,
quando.n.expreſsit vtranq;, vel qñ expreſsit remotã tñ, vt qa
emit tunc ius ſuperueniens pendente iudicio in dicta re, ex alia
cã, non prodeſt. l.non põt. ff.de iu. ſecus ſi tantummodò cauſam
proximã, & ſic dominium deducat, quia tunc omne ius ſuũ, &
oẽs cauſas tam pręſentes, q̃ futuras vr̃ deduxiſſe, vt dic. §.actio-
nes. ſed in alio nocet, quia quãdo cauſam proximam expreſsit,
tunc tantummodò abſolutoria parit exceptionem rei iudicatę
in omnib. cauſis, quod eſt verũ, ſi vniuerſaliter fuit proſecutus,
aliàs in proſecutis tñ. argu. l.licet, & quod ibi Bar. & doc. C.de
iu. ſed quando omnem cauſam remotam expreſsit, tunc tãtum
modò ĩ illa cã obſtat exceptio rei iudicatæ, licèt ſit actio realis,
vnde ex alia cauſa poterit poſteà iterum rem vendicare, petita
tamen, & obtenta in integrum reſtitutione, ea clauſula ignorã
tiæ, præter q̃ in matre, vt eſt caſus in l.ſi mater. in prin. & §.ſi qs.
ff.de exce. rei iud. ita dicit Bar. no. in d.§.actiones. ver. oppono.
37 extra gl. de leg. & c.cũ ver. ſeq. & in ver. ꝓcedo vlterius. ¶ †Vnũ
tamen tene menti perpetuò, ꝙ agẽs ſiue reali, ſiue perſonali, in
dubio vr̃ ſemper intentare omne ius ſuum competens de iure
cõi ſcripto, ſiue ex cõſuetudine, ſiue ex lege municipali, ita di-
cit Inn. in l.certificari. de ſepul. pro quo facit l.2. C. quẽad. teſt.
ape. ¶ Quid ſi egi rei vendicatione ɔ̃ Titium, qui nõ poſsidebat,
nec habeat facultatem rem reſtituendi, nec liti ſe obtulit, nec in
terrogaui an poſsideret, licèt ſimpliciter egi ɔ̃ eum? dic, ꝙ debet
pronuntiari rem actoris eſſe, & reum abſoluere, poſtq̃ non con
ſtat eum poſsidere. & hoc eſt verum, ſi actor plenè probauit de
iure ſuo. iſte eſt caſus ſm vnam lecturã, in l.ſi a te.§.2.de excep.
rei iu. & ibi Bar. & ſic erit vtile, qa ſi quo tꝑe ille poſsidebit, ſiet
executio contra eum virtute dictæ ſnĩæ, contra eum latæ. Sed ɔ̃
38 hoc vr̃ caſus de iure cano. in c.†Raynaldus.§ pen. de teſt. vbi in
effectu dicitur, ꝙ ſi deficit vnum de cauſantibus rei vend. ꝙ fer
tur in totum abſolutoria, ita dicit Flo. in d.l.circa ſi. pro hoc fa-
cit l.q̃ petitorio. in ſi. ff.de rei ven. hoc vr̃ ſequi Bal. in l.licet mi-
nimam. ff.de pœ. vbi tenet gl. noſtram. & in l.cogi. in ſi. C.de pe.
hær. non tamen in dictis locis facit aliquam mentionem de d.c.
Raynal. ſed poſteà idem Bal. in rub. ff.de rei ven. ver. quæro hic
quid ſi ſit probatum &c. dicit, aut de poſſeſsione fuit quæſitum
in iudicio, & non probatũ principium formale rei vendicatio-
nis, ita intelligitur d.c.Raynald. Aut de poſſeſsione non fuit di-
ſcuſſum in iudicio, ſed ſimpliciter de dñio actoris, & tunc dẽt
declarari ſuper dominio actoris, ita intelligatur tex. & gl. in d.
l.ſi a te.§.2.ĩ alle. quæ cõcordia vr̃ ſatis æqua. ꝓ qua facit quod
hr̃ in ſimili in l.quod in diem.§.1.ff.de cõp. & l.ſi naũt.§.1.ff.de
neg.geſt. Ego aũt ſimpliciter tenerem noſtrum caſum, ꝙ immo
ẽt ſi ſit diſcuſſum ſuper poſſeſsione rei, tamen ſuper iure domi-
nij actoris declarabitur. Non ob. d.c.Raynal. quia verum eſt, ꝙ
feretur abſolutoria pro reo, non tamen ibi denegatur, ꝙ decla-
ratoria ſuper dominio actoris nõ poſsit ferri ſnĩa, & ſic Bal. re-
ſpondet ad l.qui petitorio. vbi dicitur, ꝙ ſi reus nõ poſsidet, fru
ſtrà exercetur rei vend. quia intelligitur fruſtrà, vt poſsit condẽ
nari ad reſtitutionem, ſed tñ non fruſtrà ſuper declaratoria do-
minij actoris, quod ſingulariter no. quia pluries vidi iſto modo
practicari. & ita ẽt practicabitur in pe.hær. quia ſi ꝓbo me hæ-
redem, licèt Titius nihil hæreditarium poſsidebat, declarabor
hæres, & Titius abſoluet̃, ita dicit Bal. in d.l.cogi. & d.l.licet mi-
39 nimam. ¶ †Forma autẽ interrogatorij præparatorij iudiciorum
eſt talis. ſ. ne ergo iudicium reddatur eluſorium, peto per vos
dominum iudicẽ, & officium veſtrum, quod miſericorditer im
ploro, Titium interrogari, & interrogatum cogi & cõpelli re-
mediis opportunis ad reſpondendum, & ꝙ reſpondeat, vtrum
poſsideat vel detineat dictum fundum, & habeat facultatẽ di-
cti fundi reſtituendi, nec ne. Iſta probãtur in d.l.officiũ. & d.l.is
qui ſe obtulit. & in rub. & ibi Bart. ff.de interroga. act. Et aduer-
tas, ꝙ talis interrogatio poteſt fieri, vel per iudicẽ ad petitionẽ
partis, (vt dictum eſt) vel ẽt per ipſam partem, vt eſt caſus l.ſi ſi-
ne.§.1.ff.de interroga. act. & iſta ſufficiunt quantum ad hunc §.

ADDITIO.

a Spectat ad reum. Adde Ang. conſi. 205. & quòd actore non probante reus ſit abſoluendus, etiam ſi iniuſte poſſideat, tenet Rom. conſi. 157.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus prædialis quid ſit.*
2 *Seruitutes per quem acquiri & imponi poſſint.*
3 *Locus medius non ſeruiens, an ſeruitutem impediat.*
4 *Seruitus quomodo conſtituatur.*
5 *Seruitutis traditio qualiter fiat.*
6 *Seruitutum genera quot ſint.*
7 *Seruitutem habens ad quid teneatur.*
8 *Libellus quæ requirat in confeſſoria, & negatoria.*
9 *Libellus in confeſſoria qualiter formetur.*
10 *Libellus in negatoria quomodo formari debeat.*
11 *Vſufructuarius & creditor an ſint quaſi domini, & an habeant ius in re, & an eis competat vtilis confeſſoria pro ſeruitute.*
12 *Poſſidens rei vendicatione agens, an videatur poſſeſsioni renunciaſſe.*
13 *Seruitutum actiones quibus competant.*
14 *Actiones confeſſoria, & negatoria, contra quem competant.*
15 *Probari quid ſit neceſſe in actionibus confeſſoriis, & negatoriis.*
16 *Vſus iuris ſeruitutis quomodo probetur.*
17 *Præſcriptio de iure canonico, ꝑ ſolã miſſionẽ executoris interrũpitur.*
18 *Seruitutes quanto tempore præſcribantur.*
19 *Titulus in quibus ſit præſumendus.*
20 *Poſſeſsionem quaſi ſeruitutis habere quando quis dicatur.*
21 *Libertas ſeruitutis vrbanæ, & ruſticæ, qualiter differunt.*
22 *Interdicta poſſeſſoria an dẽtur pro ſeruitutibus, & iuribus incorporalibus.*
23 *Seruitutem habens an poſſit propria auctoritate obſtaculũ amouere.*

Aeque

Æque ſi agat, ¶Suprà §. proxi.ponitur de actio iu rem
pro rebus corporalibus. uunc pro rebus
incorporalibus, & ſunt duæ actiones.ſ.confeſſoria, & negato-
ria.Et diuiditur iſte §.iu duas partes.Primò pouit de actione cõ
feſſuria, quæ intentatur pro ſeruitute conſtituta couſeruanda,
vel cuſtodienda.Secundò ponit de actione negatoria quæ com
petit domino,negando aduerſario ſuo ius eſſe ſeruituris, & ſic
competit pro libertate cõſeruanda.ſecunda ibi,econtra quoq;.
Item totus iſte §.ſea facit. Primò,ponit eaemplum de couſeſſo
ria, quæ datur pro ſeruitute perſonali. Secũdò,dat duo eaem-
pla de couſeſſoria, pro ſeruitute reali ruſticana. Tertiò, ponit
quatuor eaempla de confeſſoria, pro ſeruitute reali vrbana.
Quartò,ponit plura exempla de negatoria.Quintò,ponit diffe-
rentiam inter actioues reales quæ competunt rebus corporali-
bus. Seaò,inſert quandam eaceptionem. ſecunda ibi,per fun-
dum.Tertia ibi,eiuſdem.Quarta ibi,contra quoq;. Quiuta ibi,
quod genus.Seata ibi,ſanè.& h.d.iu ſumma.Pro ſeruitute con-
ſtituenda vel nou conſtituenda, proditæ ſunt actioues in rẽ,tã
pro ſeruitutibus ruſticis,quàm vrbanis realibus,vel perſonali-
bus,& in his ẽt agit qui poſsidet, ſecus in rebus corporalib. re-
gulariter.h.d.¶No.ꝙ pro ſeruitutibus & pro omnibus iuribus
incorporalibus competũt duæ actiones, ſcilicet confeſſoria,&
negatoria,quæ ſunt in rem.facit l.2.§.1.& quod ibi latè Flo.ff.ſi
ſer.ven.¶No.ibi,ius ſibi eſſe, ꝙ confeſſoria proponitur verbis
affirmatiuis,& negatoria negatiuis,& ea hoc comprehenditur
medium concludendi in hmõi actionibus,de quo infra dicam.
¶No.in incorporalibus is agit,qui eſt iu quaſi poſſeſsione dicti
iuris.¶No. ꝙ pro rebus corporalibus ille qui poſsidet,ſupple
ad rea.& detinet, non agit actione in rem. facit l.officium.ff.de
rei ven.¶Et præmitte ad intelligentiam,ꝙ quatuor ſunt geuera
ſeruitutum,vt eſt gl.optima,ſ̃.de ſer.in priu.¶Secuudò,præmit-
te,ꝙ ẽt ſeruitutes reales & prædiales fueruut iutroductæ de iu-
1 regẽtium.vt ſ̃.de vſu & hab.§.fi. ¶†Tertiò præmitte,quid ſit ſer
uitus prædialis, & dic,ꝙ eſt quoddam ius prædio inhærens, &
ipſius vtilitatem reſpicieus, & alterius prædij ius,ſiue libertatẽ
diminuens,& iſta probantur in l.hæc autem iura.ff.de ſer.vrba.
præd.& iu l.qui iu aliena.§.fi. ff.de neg.geſt.& in l.quoties.la 1.
ff.de ſer.coniuncta l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis forrè.ff.de ver.ob.&
l.1.ff.quemadmo.ſer.amit.& in l.1. ff.commu.præd.ita dicit do.
Flo.in l.1.ff.de ſer.vel dic ſm Ro.ꝙ ſeruitus prædialis,eſt quod-
dam ius prædio debitum a re,rei legitimè conſtitutum,vt d.l.1.
com.præd.Vel tertiò dic,ꝙ eſt quoddam ius introductum,quo
prædiũ,prædio ſeruit l.via.§.ſi fundũ.ff.de ſer.ruſt.præ.¶Quar-
2 tò † præmitte, ꝙ hæ ſeruitutes pñt acquiri per dñm directũ fun
di dominantis, & imponi per dñm fuudi ſeruientis, vt d.l.1.ff.
com.præd.& ibi vide gl.Sed aduertas etiam,ꝙ ſufficit,ꝙ ſit vti-
a liter dñs [a] vt poſsit acquirere vel imponere ſeruitutem, vt eſt
caſus in l.1.§.fi.ff.de ſuperfi.& quod ibi gl.& Bar.ẽt per boneſi-
dei emptorem,ſi non præſcripſerit.l.ſi ego.§.1.ff.de pub.& l.3.
& ibi gl.& Flo. ff.de ſer. Si autem eſt fundus plurium,per vnũ
ex dñis nõ poteſt acquiri vel imponi.l.ſi vnus. ff.de ſeru.ruſtic.
prędior. ſed tamen ſi vnus imponit quò ad ſe præiudicat, ſed
non quo ad ſocios, quouſque alij ratificent, ratificatione facta
etiam ſingulariter,& de per ſe conualidatur prima cõceſsio,&
nõ vt ea retro,ſed vt ea nũc, vt eſt caſus in l.per fundum. & ibi
Flo.ff.de ſer.ruſt.præd.& l.fi.ff.commu.præd.¶Quintò præmit-
3 te, † an locus medius non ſeruiens impediat ſeruitutem acqui-
ri,in quo articulo coucludit,aut eſt talis ſeruitus,quæ nihil exi-
git fieri in loco medio, tunc ſiue locus medius ſit publicus,ſiue
priuatus, ſiue prophanus, ſiue ſacer, ſiue religioſus,non impe-
ditur ſeruitus.l.in tradẽdis.§.1. ff.comm.præd. & l.loci corpus.
§.fi.& l.ſeq.ff.ſi ſer.ven.Nec curandum eſt,an ſit ſeruitus ruſti-
ca vel vrbana, aut ea gat aliquid fieri iu medio loco,tunc ſi lo-
cus medius eſt ſacer,impedit ſeruitutem.l.ſeruitutes. la 2.§.ſlu.
ff.de ſer. & ff.de aqua plu.arc.l.ſi prius. §.fi.ibi, ſed loco &c.&
ibi Bar.Sed ſi ſit locus publicus,tũc ſi id ꝙ debet in medio fieri,
impedierit libertatẽ medij loci publici, vel eius vſum, vt ſi vo-
lo de domo mea in tuam mittere trabem,cooperieudo ſtratam
publicam, vel apodiare pontem, vel ſi vellem de fundo tuo ad
meum ducere aquam, faciendo in via publica riuum,hoc caſu
* impeditur conſtitutio ſeruitutis, uiſi obtineatur, * a priucipe [b]
b coucelsio.d. l.ſeruitutes. §.publico. & l.ſi iu publico.ff.de aqua
plu.arc.vel niſi hoc mihi liceret ea lege municipali,vel a magi-
ſtratu,cui hoc cõpeteret ex forma ſtatuti, aliàs proprio motu,
c magiſtratus nõ poſſet cõcedere, vt eſt tea.no.iu l.2.§.ꝓhibere. [c]
ff.quod vi aut clam.& ibi gl. & Bar. alias nou impediretur ſer-
uitus conſtitui. Si verò intercedit locus priuatus in medio,per
quem oportet aliquid fieri, tunc impeditur ſeruitus, donec in
loco medio ius acquiſiero,d.l.in tradẽdis. 2.reſpon. com.præd.
& d.l.ſi prius.§.fi.de aqua plu.arc.& ita dicit Flor.in l.qui ſella.
4 §.1.ff.de ſer.ruſt.præd. ¶†Seatò præmitte,quomodò conſtitua-
tur ſeruitus,& dic,ꝙ in vltima voluntate,& inter viuos,vt ſ̃.de
ſer.§.fi.¶Septimò præmitte,ꝙ eſt quædam ſeruitus habens cau
ſam continuam,vel quaſi, & quædam habens cauſam diſconti-
nuam,vt l.foramen.ff.de ſer.vrb.pręd.& l.ſeruitutes.la grande.
5 in prin.& quod ibi no. ff.de ſer.¶†Octauò ꝑmitte qualiter fiat
traditio ſeruitutis, vide tea.in l.3.§.dare. & quod ibi gl.& doct.
ff.de vſufr.& quod no.Iun.in e.in literis. ver.prius,de reſti.ſpo.
& dũmodò fuerit ſecutus vſus ſeruitutis.d.§.dare. ibi, cum ve.
Expone, ve, pro &. ibi patiatur vti frui &c. & l.ſi ego.§.1.ff.de
pub.& de vſuc.l.ſequitur.§.ſi viam.dicit Inno.in d.gl.circa fi.&
Flo.iu l.pe.ff.de ſer.& eſt ratio,quia cõſiſtit in facto,vel vſu ha-
bentis ſeruitutem,& patientia continua aduerſarij.l.quoties,la
2.in fi.ff.de ſer.& no.gl.Bar.& doc.iu l.pluribus.§.1. ff.de verb.
6 ob.& gl.& doc.in l.corruptionem.C.de vſufr.¶†Nonò pręmit
te,ꝙ ſeruitutes perſonales ſunt tantũmodò tres,videlicet,vſus,
habitatio,& miniſterium ſeruorum,oẽs.n.aliæ dicuntur reales,
vt no.glo.in l.ſi is qui binas ff.de vſufr. & Dy.hic,& Bar.in ru.
C.de vſufr.Sed Pet.Cy.Bal.& Sal.ibi tenent,ꝙ opera,ſiue mini-
ſterium ſeruorum non ſit aliqua ſeruitus, ſed ſit obligatio per-
ſonalis, quia ſeruitus perſonalis eſt,quæ debetur a re perſonæ,
de quo per gl.& ibi Flo.iu l.1.ff.de ſerui.Tn etiam dic,ꝙ nõ pe-
rit cum perſona cui debetur, vt iu l.2.ff.de vſufr.leg.ita dicit gl.
no.in d.l.ſi is qui binas. ff.de vſufr. & ſic conſiſtit in facto.l.1.ff.
de ope.ſer.Ea quo iufertur,ꝙ ꝯ impedientem vti tali miniſterio,
non datur confeſſoria,ſed actio iniuriarum,vt l.qui pendẽtem.
ff.de act.empt.& l.iniuriarum.§.fi. ff.de iniur.de quo dixi ſupra
de ſer.in prin.¶In gl.altius tollendi.ibi, & cõfeſſoria negatiuis.
dic,de hoc vt ſtatim dicã in gl.mag. in prin.Aduertas tñ,ꝙ hæc
gl.non placet Dy.hic,nam (dicit ipſe) nou eſt credẽdum,quòd
Imperator poſuerit hoc eaemplum hic fruſtratoriè, inter alia
eaẽpla conceſsionis ſeruitutis uegatoriæ.Sed huic dicto Dy.li-
tera refragatur,quia tea.dicit,ædes ſuas.ſed ipſe expoſuit ſuas,
ideſt vicini,ſed litera violatur,iõ Pet.ponit exẽpiũ,ꝙ actor agit
confeſſoria, ius ſibi eſſe ædes ſuas altius tollere, vt putà,tu ha-
bes domum depreſſam, Titius altam, tu conceſsiſti Titio ſer-
uitutem altius domum tuam nou tollendi, vis tu nihilominus
altius tollere, potes agere ius tibi eſſe ædes tuas altius tollere,
ideſt leuatas habere. Vel clarius dic,ſm Io.Fab.ꝙ ſtatutũ & cõ-
ſuetudo eſt,ꝙ nemo poſsit turres eleuatas habere, niſi vſq; ad
certam menſuram,inuito vicino.facit pro huc quod no.gl.in l.
1.C.de edi.pri. vicinus conceſsit Titio, vt poſsit altius tollere,
nũc ſi vicinus prohibet, põt Titius agere confeſſoria, vt liceat
7 turrim ſuam altius tollere.¶†In ea.gl.in fi.dic tu, ꝙ regulariter
debens ſeruitutem, nihil facere tenetur,ſed tantũmodò ſuffice
pati.l.quoties.la 1.in fi.ff.de ſer. fallit tantummodò in ſeruitute
oneris ferendi, quia cogitur parietem reficere debens ſeruitu-
tem, aliàs nihil eſſet ſeruitutis commoditas, ſi ille cui debetur
ſeruitus cogeretur reficere. l.eum debere columnam. & quod
ibi no.ff.de ſer. vrb.præd.¶ In gl.mag.in prin.ibi,eaẽplum con-
feſſoriæ,dic ſm Dy.immo negatoriæ, tn dic,vt dixi ſ̃.iu gl.præ-
ce.¶In ea.glo.ibi,reſpondet Plac.dic ſm Pet. ꝙ Plac.habuit bo-
num intellectum,quia couſiderauit frequentiam,quia vt pluri-
mum confeſſoria affirmatiuè,negatoria negatiuè cõcipitur.fa-
cit l.nam ad ea.de leg. & iſtam opi. Plac. ſequitur hic Iac.Butr.
tu dic,vt ſtatim dicam infra ſm Bar.¶In ea.gl.ibi,ſe debere,da-
tur negatoria,quia negatur &c. dic ſm Bar.in l.ſi prius.de ope.
no.nun. ver.ſ.oppono confeſſoria debetur,&c. ꝙ opi. Plac.eſt
vera, ſi couſideras ea quæ a iure tacitè in libello ſubintelligun-
tur.& opi.gl.ſit vera, ſi cõſideras verba quæ in libello exprimũ
tur. Vnde aduertendũ eſt, prout etiam dixi ſ̃.proœ.§.ꝙ ſm lo-
gicos, argumentum habet maiorem propoſitionem,minorem
8 & concluſionem,ita libellus tm confeſſoria,igitur maior pro-
poſitio eſt,quia quis dicit ſe dñm prædij dominãtis. In negato-
ria

ADDITIONES.

a Vtiliter dominus. Et iſta facit an emphyteuta in re emphyteutica poſſit ſer-
uitutem cõſtituere, de quo per Bar. in l.3.C. de ſeruitut. & ad iſta adde bene
facere tex.in arg.in l.ſi is cui. §.ſi. ff quemad.ſerui.ami.tex. in l.grege. §.1.ff.
de pig.

* Oſtendatur, in vet exemp.

b A principe. Adde idem eſſe.vbi talis facultas datur conſulibus vel ſyndicis
alicuius loci ex ſtatuto, vel cõſuetudine, quia tunc non eſt recurrendum ad
principem,vel ad iudicem,& ideo hic Auenione (vbi occurrit neceſſitas fa-
ciendi tabulare eminentia in viam publicam vel ponticellum) tunc recur-
ritur ad aſſeſſorem & magiſtros viarum,ſeu itinerum,per conſilium ciuitatis
deputatos,& hoc iure vtimur. Auto. Ca.

c §.Prohibere. Ibi non eſt §.prohibere.ſed credo voluit alleg.l.2.§.tractatum.
ff.ne quid in loc pub.& nũc dicas, quòd voluit alleg.§.planè illius.l.3.eiuſ.

tia verò dicit,ſe dñm prędij,ꝙ negat ſeruitutē debere.l.vti frui.
ff.ſi vſuf.pe.& l.1.ff.cōmu.præd.& ff.ſi ſer.ven.l.8.§.1.Vides er-
go,ꝙ iſta maior propoſitio libelli,in vtraq; iſtarum actionũ po
nitur verbis affirmatiuis,aſſerẽdo ſe dñm,vel quaſi.l.3.cum ibi
9 no.ff.de ſer.†Secunda minor propoſitio in cōfeſſoria, ſiue ver-
bis expreſsis,ſiue verbis a iure ſubintellectis, ſemper proponi-
tur verbis affirmatiuis,quia dico mihi tale ius ſeruitutis eē,vel
mihi competit in tali fundo.Negatoria verò ſemper verbis ne-
gatiuis,quia nego aduerſario tale ius ſeruitutis eſſe me inuito.
Vel ſi dicam ius mihi eſſe prohibendi vicinum,vti tali iuris ſer
uitutis in fundo meo,d. l. vti frui. §.1.quia iſta verba in effectu
ſunt priuatiua,& negatiua, quomodocunque concipiantur.fa-
cit ad hoc glo.ſing.in l.ſi.& ibi Bart.ff.de do.exce.no. Barto.&
doc.in l.neq; codicillos. C.de cod. & ex his poſteà bona ſequi-
tur concluſio libelli.Et prædicta ſunt vera, de medio concludē
di,quia reſpicit ius, ſed etiam oportet, ꝙ in iſto medio conclu-
dendi etiam vniuerſaliter omnium libellorum, inferatur factũ
quoddam,vel fiendum ab aduerſario. Et in materia noſtra po-
ne exemplum , ꝙ me actorem turbat & inquietat in dicto iure
ſeruitutis.Vel in negatoria,turbat in libertate,vel facto,vel ver
bo,vt infra dicam. & hoc ſemper ſit affirmatiuè.In cōcluſione
verò libelli,quædam ponuntur,quæ ſunt expedienda per indi-
cem,vt quia declaret ius deberi, vel non deberi.l.ſicuti. §.ſed ſi
quæratur.ff.ſi ſer.ven.& ibi gl.& doc. & iſta concluſio in cōfeſ-
ſoria,ſemper debet fieri verbis affirmatiuis,vt putà,quare peto
per vos declarari tale ius mihi deberi, vel talem ſeruitutem mi
hi cōpetere, vt d.§.ſed ſi quæratur. ¶In negatoria verò ſemper
concluſio poteſt fieri negatiuè,vt peto pronuntiari vicino tale
ius non eſſe,vel non deberi, vel mihi ius eſſe prohibendi vici-
num vti tali iure. Quædam vero alia ponuntur in concluſione,
quæ veniunt expedienda per partem, vt ꝙ quis patiatur vti ſer
uiture, & ꝙ de hoc cautio præſtetur.l.harum. & quod ibi gl.&
doc.ff.ſi ſer.ven.& iſta cōcluſio pōt fieri implicitè,& explicitè,
vel affirmatiuè, ſm diuerſitatem ſeruitutis,vt hic, & petetur ēt
10 intereſſe.d.l.harum.¶†Forma igitur libelli in confeſſoria eſt ta
lis, videlicet.Dico me dñm,vel quaſi, talis fundi,vel habere ius
in tali fundo,& ꝙ tali fundo ſeruitus talis mihi debetur conſti-
tuta ex tali tit.licèt hoc non ſit neceſſarium,ꝙ ego ſum in quaſi
poſſeſsione dictæ ſeruitutis , eundi ad fundum meum per fun-
dum Titij, & ꝙ Titius impediuit me, & de præſenti impedit vti
dicta ſeruitute , ꝑꝑ ꝙ mea intereſt in 10. quare peto ꝑ vos de-
clarari ſeruitutem prædictam prædicto fundo meo cōpetere ,
& dictum Titium condemnari mihi ad dictam decem ratione
mei intereſſe , & ꝙ de præſenti patiatur me vti dicta ſeruitute,
& ꝙ officio veſtro caueat , ꝙ in futurũ me nō impediet, & iſte
eſt libellus in confeſſoria.Poteſt ēt nō tm̃ dici, dico fundo meo
talem ſeruitutē deberi,vt ſ.dixi.l.qui aliena.§.fin.ff.de neg.geſt.
& ibi vide Bar.Bal.& Ang.l.vnius.ff.de ſer.ruſt.præd.ſed ēt po-
a teſt dici,dico mihi talem ſeruitutem deberi per fundum [a] tuũ ,
l.8.§.1.ff.ſi ſer.ven. & ita dicit Bar.in d.l.ſi prius. in ver.2.ↄ hoc
11 oppo.ego dixi &c.¶†In negatoria [b] vero libellus ſic formatur.
b Dico me dñm, vel quaſi talis fundi , & ꝙ Titius per eum vadit
tanquam iure ſeruitutis itineris,ſibi liceat,cum tñ ſibi nō ſit ius
per dictum fundum meum eundi . vel dicas ſic,& breuius.licèt
nulla ſibi,vel fundo ſuo debeatur ſeruitus,ꝑꝑ ꝙ ego ſum læſus
in decem, & intantum mea intereſt, quare peto per vos decla-
rari mihi eſſe ius prohibendi , & negandi talem ſeruitutem ſibi
competere,& ipſum condemnari,vt me non impediat in liber
tate mea , & abſtinere debeat ab itineratione per dictum fun-
dum meum, & ꝙ ſoluat mihi dicta decem ratione præterіti im
pedimēti,& ꝙ veſtro officio caueat,ꝙ in futurum non ibit,nec
me impediet. iſta colligũtur de mēte Bar. in d.l.ſi prius.in verſ.
5.oppo.ꝙ confeſſoria debet proponi. vt in d.l.harum.& ibi gl.
arg.Bar.& Flo.in l.2.in prin.ff.ſi ſer.ven. & Bar. in l.ſi.ff.queād.
ſer.amit.& ibi gl.& Flo.& fuit de mente Bal.hic, vide Barto.&
alios doc.in d.l.qui in aliena.§.ſi.¶Clauſulas autem neceſſarias
& vtiles,quæ ſuꝑfluæ ſunt in vnoquoq; libello,ſemper videas,
vt dixi ſ.§.ꝑxi.¶Addas ſingulariter,quòd licèt diaerim ſ.quòd
debeat apponi in libello cōtradictio facti,ſi tñ nō apponeretur,
vel apponeret & non probaret, ſi tñ ex proceſſu intentato ap-
pareat cōtradictio verbalis,illud ſufficeret, vt quia negauit,ſup
ple tu, & contradicit mihi ſeruitutem non deberi. Vel in nega-
toria aſſeruit immo ſibi ſeruitutem deberi , nō autem ſolũmo-
dò negauit narrata prout narrãtur , quia per dictam negationẽ
non diceretur me turbaſſe.arg.no. per Bar.in l.ſi dubitetur.§.1.
in ſi.ff.de fideiuſſoribus.& no.Bar.in l.etiam.§.licèt.ff.ſolu.mat.
quod ſequitur Io.de Imo. in l.ſed hoc ita. §.1.ff.de re iud.& ita
debet intelligi qđ ſingulariſsimè dixit Bar.in d.l.ſi prius.in ver.
5.oppo.&c.tenendo lecturã Dy.quē ſequitur Lap.de Caſtel.in
ſuis alleg.alle.65. & bene facit pro hoc quod no.Ioan.Andr.in
Spec.in tit.de act.& pe.§.ſuper actionibus.& quod habetur in l.
is qui obtulit ſe. ff.de rei ven.& in l.ſi. ff.ſi vſuf.pe. & hoc etiam
ſequitur Ant.de But.in c.cum ad ſedē.extra de reſt.ſpol.dic ta-
mē latius,vt per Io.de Imo.in d.l.ſi prius.¶in ea.glo.ibi,& fru-
ctuario & creditori &c. innuit iſta glo. quòd vſufructuarius &
creditor dicant quaſi dñi . ſed hoc eſt falſum, ſm Dy.hic, licèt
habeant ius in re. pro quo tn allega text.no.in l. eorum qui. in
prin.ff.de dam. infec. & per hoc creditor agit vtili confeſſoria
pro ſeruitute,vt in l.ei qui.& quod ibi not. ff.de ſer. ſed vſufru-
ctuarius non agit directò pro ſeruitute , vt no. in d. l.ei qui.ſed
per quandam conſequentiam petẽdo vſumfructum.l.1. & l.vti
frui.§.1.& ibi no.ff.ſi vſusf.pe.vnde pone exēplum tu,vt ſequi-
tur in gl.in ſuperficiario emphyteuta,& feudatario. & adde bo
num tex.in l.prouinciali.§.ſi ego. ff.de no.ope.nun. ¶In ea.glo.
ibi,dum in rem &c.caue tibi , quia immo cōfeſſoria datur poſ-
ſidenti,vt hic,& nō poſsidenti,& contra poſsidentē,& nō poſ-
ſidētem,vt j.dicam.& ita pro negatoria,facit l.& ſi fortè.§.ſciē
dum.& ibi Flo.ff.ſi ſer.ven. & d.l.vti frui.§.1.& 2. ¶In glo.rem
12 actoris eſſe. in ſi. an aũt † quia agit rei ven. & ſic petitorio,vi-
deatur renuntiaſſe poſſeſsioni quã habebat ? Aduerte,aut igno
rabat ſe poſsidere,fortè quia poſsidebat ꝑ filium , & tunc non
perdit poſſeſsionem.l.ſi duo.in prin.ff vti poſsi. Aut ſcit ſe poſsi
dere,& tunc aut per alium poſsidebat , & tunc idem, quia talē
poſſeſsionem ſolo animo non poteſt perdere, nec ēt ſi alius in-
grediatur.l.peregrè.§.quibus,& quod ibi no.ff.de acq.poſ.Aut
poſsidebat per ipſum,& tunc,aut non agit rei ven.reſpectu di-
ctæ poſſeſsionis quam habet,videtur illæ ſuæ poſſeſsioni nō re-
nuntiaſſe,vt hac glo.in ſi.aut agit reſpectu alterius detentionis
vel poſſeſsionis, vel facultatis rei reſtituendæ , quam alius ha-
bet,& nō vr̃ ſuæ poſſeſsioni renuntiaſſe,vt no.per gl.ſm vlt.ſo
lu.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.& ibi ꝑ Bar.
in ver.quæro pro declaratione huius lecturæ , & pro gl. facit l.
officiũ.ff.de rei ven.¶In glo.vno caſu.ibi, vt ff.fa.er.l.1.&c.hoc
exemplum ſequitus Dyn.hic,ſed Iac. & Pet. contra,quia exce-
ptio debet eſſe de regula.nam ſupra dixi, quòd in rebus incor-
poralibus poſsidenti non datur actio , niſi in vno caſu, ſed ſm
glo.eſſent plures,quàm mille.Præterea in iſtis duplicibus iudi-
cijs,qui agit, non negat rem actoris eſſe, nec agit rei ven.prout
litera requirit.¶In ea.glo.in ſi.dic,nec ēt placet hoc Pet.& Dy.
quia ſm hoc,eſſent plus,quam mille caſus.vnde Pet.ponit exē-
plum, quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi,ſcilicet,quòd
res petita pertineat ad eum, & non ad actorem, vt l.circa. ff.de
proba. & hoc exemplum placet hic Io.Fab. nam litera non di-
cit,actor,ſed vicem actoris ſuſtinet , & ſic nō eſt propriè exce-
13 ptio,ſed quædam illatio.¶Extra gl.quęro,†an non tantum do-
mino vel quaſi , vel habenti ius in re (vt dixi gl. mag. & ſupra
dixi) iſtæ actiones competant, ſed etiam poſſeſſori tantum,vel
ēt non poſsidenti illud ius pro quo agitur . & vr̃ primò,quòd
poſſeſſori tantum.l.& ſi fortè.§.ſciendum.ff.ſi ſer.ven.vt hic,in
gl.iñ gl.in c.examinata,de iud.in gl.2.in ſi.determinat dari etiã
non poſsidēti, quod ſequitur ibi Inn.in gl.acceperit, vltra me-
diũ,vbi dicit,quòd confeſſoria cōpetit illi, qui non eſt in quaſi
poſſeſsione iuriſpatronatus , ſed tñ de iure hēt ius patronatus
contra eum, qui eum prohibet, vel qui ſe liti obtulit.quod no.
14 pro declaratione huius tex.& d. §.ſciendum. ¶†Quæro contra
quem competant iſtæ actiones,& negatoria,& cōfeſſoria?dic,
quòd vera confeſſoria datur nō tm̃ aduerſus dñm fundi ſeruiē
tis, ſed ēt contra quemlibet poſſeſſorem rei, quem dico fundo
meo ſeruitutem debere.d.l.vti frui.§.vtrum.& dantur etiã cō-
tra quaſi poſſeſſorem,vt qui dolo deſiit poſsidere,vel ſe liti ob
tulerit.l.ſi.ſi vſusfr.pe. & hic in gl. & etiam datur contra illum
qui me agentem pro ſeruitute vel libertate, nō patitur vti meo
iure contra tertium.arg.extra de reſcr. c.veniēs. & extra de de-
ci.c.dudum.ita conſonat Inn.in c.Abbate.extra de verb.ſign.&
15 ſentit in d.c.examinata.in ver. acceperit.¶Quæro †quid ſit ne-
ceſſe probari in iſtis actionib. dic,quòd ſufficit ſi probet,quòd
eſt in quaſi poſſeſsione iuris ſeruitutis,in ↄfeſſoria,& in negato

ria,

ADDITIONES.

a Fundum tuum . Vide nouiſſ.in d. §.ſi prius. Sed an in confeſſoria procedat talis libellus,dico,quòd aqua pluuialis quę de tecto meo cadebat,ſolita erat decurrere in curtem meam, & tranſire ad alium locum,& tunc me impedis, quare peto te condemnari ad præſtandum locum per quem aqua mei tecti pluuialis decurrere poſſit & dicit Pau. de Caſt conſi 271. & iſte libellus eſt ita aptus , ſicut ſi dicerem peto 10. quia es in Francia , quia non ſequitur aqua ſolita eſt decurrere,ergo eſt conſtituta ſeruitus .

b Negatoria. Vide Alex.conſi.137.lib.2.

ria,& in quaſi poſſeſsione iuris libertatis,vel ꝙ ius ſibi compe
tit, vt dixi ſ. ſm Inn.in d.c.eaaminata.nam iſta probando, cum
dominium ſundi veniat incidenter ex quaſi poſſeſsione, præſu
mitur dñs.l.quidã in ſuo.& ibi Bar.& Bal.ff.de cond.inſtitutio-
num.& l.1.ff.fam.erc. & ēt ſequitur aliud, ꝙ ille qui eſt in qua-
ſi poſſeſsione ſeruitutis, vel libertatis,neceſſariò ſequitur ꝙ eſt
in poſſeſsione prædij dominantis, vt prædij a quo ſeruitus de-
betur,vt ff.commu.pręd.l.1.& de vſucap.l.ſi aliena §.1.ita dicit
Bart.in d.l.ſi prius.in ver.2.opp.ſiue actor aſſerat ſibi &c.quod
intelligo uerum, ꝙ licèt ex quaſi poſſeſsione ſeruitutis releue-
tur ab onere probandi dominium, non tñ pp hoc releuatur ab
onere probandi ipſam ſeruitutem, vt l.1.ff.ſi ſeru.ven.& d.l.vti
frui. de quo per Flo.in d.l.1.in ver.quid autem debeo probare.
& eſt gl.no. & ibi Flo.in d.l.ſicuti. §.ſed ſi quæratur. Et per pñs
debet probare in confeſſoria ſeruitutem ſibi cõſtitutam pactio
nibus,vel ex teſtamento, vt ſup.de ſer.§.ſi.vel præſcriptione, vt
d.l.ſeruitutes.la grande.& ibi gl. ad quam præſcriptionem cau-
ſandam non requiritur titulus. vt l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.vē.
& no.gl.& doc.ĩ l.2. C.de ſer. & no.Bar.in l.ſi.ff.quemadm.ſer.
amit.dummodò inſit bona fides præſcribentis, & vſus fuerit iu
re ſeruitutis,vt d.l.ſi.& ibi Bar.requiritur etiam ſcientia aduer-
16 ſarij.l.quoties.la 1.in ſi.& ibi Flo.ff.de ſer.¶ †Quomodo autem
ꝓbetur,ꝙ fuerit vſus iure ſeruitutis, no.gl.& ibi Bar.in l.1.§.r.
ff.de iti.actuq; priu.& gl.& doc.in d.l.2.& latè per Flo.in d.l.ſer
uitutes.la grande.vbi ponit,ꝙ ſunt ſeptem ſpecialia in præſcri-
ptione iuris incorporalis,vt ipſe dicit ibi,in ver.ex p̄dictis con
clude in p̄ſcriptione incorporaliũ &c.Videlicet,primò,ꝙ non
requiratur vera poſſeſsio, ſed quaſi,l.ſeruus. §.incorporales.ff.
de acq.rer.domi. Secundò,quia procedit contra poſsidentem,
quod non eſt in corporali.l.2. C.de præſcrip.30.ann. & not.gl.
in l.1.ſuper verſi.præſcriptioné, & ibi do. C.de ſeruis fug. Ter-
tiò,quia non requiritur titu.d.l.ſi quis diuturno.ergo ſufficit ēt
non ſolennis, vt eſt caſus in l.poſt mortem.ff.de adopt. Quartò
quia requiritur ſcientia eius contra quem præſcribitur.d.l.2.C.
de ſer.Quintò,quia requiritur eius patientia,d.l.quoties.in fin.
Sextò, quia aliquando requiritur prohibitio pro adipiſcenda
quaſi poſſeſsione, eò quia nõ cadit alius actus corporalis ad ac
quirendum,qui ſit cõformis,niſi prohibitio. Septimò,quia præ
ſcriptio longi temporis in iſtis incorporalibus per ſolam miſ-
ſionem executoris interrumpitur, licèt ſecus ſit in corporalib.
vt C.de rei vend.l.more.& no Bart. latè in l.2.§.ſi.ff.ꝓ empt.&
hoc ſing volui gl.in d.l.2. C.de ſer.quam Bald. ibi ſingulariter
no.Sed Bar.ibi eam limitat,ꝙ ſi præſcribens habet titulum,non
ſufficit interruptio per executorem, aliàs ſecus.l.ſicuti.de præ-
ſcri.30.ann.naturalis tamen interruptio impedit præſcriptioné
longi temporis in iſtis incorporalibus,d.l.2.& d.l.ſeruitutes.fa-
cit l.1.§ Labeo.ff.de acqui.poſſ.& l.naturaliter.& ibi latè Bar.ff.
17 de vſuc.¶ †Aduertas tamen,ꝙ de iure canonico,omnis præſcri
ptio interrũpitur per ſolam miſsionem executoris, ratio,quia
ſuperueniens mala fides,etiam ſine aliquo indicio præſcriptio-
nem impedit,c.ſi.& quod ibi no.de præſcr.& no.Dyn.in c.2.de
reg.iu.in 6.& hoc ſequitur Bal.in d.l.2.C.de ſer.in ver. vlterius
quæritur, nunquid præſcriptio &c.quod no.quia hoc ſeruare-
18 tur in ſuo ſoro,vt no.glo.in c.2.de arb.lib.6.¶Quæro,† quãto
tempore præſcribuntur ſeruitutes? breuiter reſpondendo dic,
aut eſt ſeruitus quæ habet cauſam continuam, hoc eſt, quia ad
eius vſum non requiritur ſactum hominis, & tũc præſcribitur
10.vel 20.annis. vt d.l.2. C.de ſer.& in l.ſi.C.de præſcr.aut ha-
bet cauſam diſcontinuam, cuius vſus requirit factum hominis,
vt in ſeruitute itineris, & tunc regulariter nõ præſcribitur,niſi
tanto tempore, cuius initij memoria non extat. d. l.ſeruitutes.
la grande.& quod ibi no.quod eſt verum, in ſeruitute reali.ſed
in perſonali,in omnibus præſcribitur ad ſimilitudiné corpora-
lium,& per cõſequens requiritur titulus & bona fides, nec re-
quiritur ſciẽtia aduerſarij.d.l.ſi.Et eſt ratio, quia ſapiunt ius do
minij.l.4.ff.de vſufr.Et prædicta procedunt in profanis,ſed om-
nia iura ſpiritualia,& ſpiritualitati annexa, vt eſt ius patrona-
a tus.ª vt c.quanto.de iud.præſcribuntur ſpatio 40.anno.nõ atten
to,an habeant cauſam continuam,aut diſcontinuam,vt in c.de
quarta. de præſcr. facit quod no.in ca.conſultationibus.de iure
patro.ita dicit Bal.in d.l.2.ver.4.quæro, ſi volo præſcribere. fa-
19 cit Auct.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.¶ †Cautela tamen ſin-
b gularis eſt, quòd tu debes allegare titulum ᵇ ſeruitutis, vel al-
terius iuris incorporalis, quod pactionibus,vel teſtamento fue
rit tibi conceſſa, vt ſupra de ſer. §. ſi.quamuis verum non fue-
rit,& poſteà probãdo præſcrip.10. vel 20.anno.præſumitur ti-
tulus allegatus,ita dicit no.gl.in d.l.ſeruitutes.& ibi hoc ſequi-
tur Barto.& Flo. & idem glo.in l.1.§.ſi. & ibi Ioann.de Imo.ff.
de aqua plu.arcen.& ſic cum præſumatur habere titulum,ergo
dicitur legitimè cõſtituta, & hoc per l. cùm de in rem verſo.ff.
de vſur. & quod ibi glo.& Bart.qui allegat l.quam Tuberonis.
ff.de peculio.in princ.& ita communiter tenetur.Ratio,quia ta
lis patientia tanto tempore facit dictum tit.allegatum(vt ſupra
dixi) cõtra ſe pręſumi,& omnia ſolennia interueniſſe,pro quo
Bart.alleg.caſum in l.qui aliena.§.1.& ibi Barto.Ange.Bald.&
Ioan.de Imo.ff.de acquir.hære.& l.ſi filius.& ibi doct.C.de pe-
tit.hære.licèt Vltramon.contra.& Ang.in repet.l.ſi certis annis.
C.de pact.quia d.l.cùm de in rem verſo.non probat intentioné
gl.quia ibi loquitur in ſoluente,non in patiente,& etiam ſecun
dum Angel.ibi, non loquitur de ſubſtantia obligationis,ſed de
qualitate: ſcilicet,vtrum fuerit verſum in vtilitatem partis,nec
ne,& ſic etiam in qualitate loquitur.d.l.quam Tuberonis. & ēt
§:1.in d.l.cùm de in rem verſo. loquitur quando illa vnica præ
ſtatio vſurarum pro parte dotis habet tacitam annexam cõfeſ-
ſionem dotis promiſſæ,& debitæ,quod poteſt fieri etiam pacto
nudo.l.1.C.de do.promiſſ.quod videtur valde ſingulare ad in-
tellectum illius legis. Sed ipſe Ang. dicit contra caſum.in d.l.ſi
filius. & in d.l.qui in aliena. §.1.quæ iura etiã loquuntur in pa-
tiente, & etiam ibi non tantum præſumitur qualitas.ſ.interue-
niſſe,ſed etiã præſumitur ipſa aditio hęreditatis,& ſic ipſa ſub-
ſtantia obligationis,ideo non recedas a communi opinione,&
non eſt mirum, ſi in ſeruitutibus,& ſimilibus iuribus præſumi-
c tur ex longa patientia titulus ᶜ allegatus, quia tractatur de mo-
dico præiudicio,ſecus ſi de magno, vt eſt gl.ſingu.in ſimili in l.
pen.& ibi Bart.& doc.C.cõmu.diuidun.¶ Ex quo infero,quòd
prædicta procedunt in ſeruitutibus realibus,quæ ſunt quędam
qualitates fundi.vt l.ſeruitutes.in prin.ff.de ſeruitu.ruſtico.præ
dio.ſecus in perſonalibus, quia cùm ſint pars dominij (vt dixi)
cùm in eis tractaretur de magno præiudicio, ergo ex præſcri-
ptione non præſumitur titulus allegatus. ¶ Aduertas tamen, ꝙ
vbi ius commune eſſet cõtra præſcribentem,vel ſaltem præſu-
meret contra eum,vt quia quis habet pro ſe ſententiam,quæ li-
cèt non faciat præiudicium quò ad tertium, qui non fuit in cau
ſa quò ad petitorium,facit tamen præſumptionem contra eum
quò ad poſſeſsionem,& hoc caſu non ſufficit allegare titulum,
niſi probetur, vt eſt tex.no.in c.1.de præſcri.in 6.& facit eo.lib.
de reſt.ſpol.c.ad decimas.Et ſi dicatur ergo in pręſcribenda ſer-
uitute,ſemper debet probari titulus,cùm omnis præſcriptio vi
deatur contra ius commune, quod præſumit quamlibet rem li
beram.l.altius. C.de ſeru. Ad hoc reſpõde ſecundum Flo. in d.
l.ſeruitus.in ſi.prin.quòd immo præſcriptio non eſt contra ius,
ſed præter ius, vt plenè declarat Io.And. in d.c.1.in gl.magna,
pro quo tu alleg.l.1.ff.de vſuca.& ſup.de vſuca.in princ.Vel ſe-
cundum Ioan.de Imo.in d.l.1.§ ſi.de aqua pluu.arcen.ꝙ aliud
ſit de iure ciuili,vt hic. & aliud de iure canonico, vt ibi, quod
ſeruabitur in eorũ foro,vt ſ.diat. vel dicit,ꝙ illud c.loquitur,
quando agitur de præſcribendo aliquid, quod non eſt modici
præiudicij, vt eſt ius decimarum, ſecus ſi eſt de modico, vt ſer-
uitutes, facit d.l.ſi quis diuturno. & de hoc latius dic, per Ra-
20 pha.in d.l.1.in fin.¶Quęro,† quando dicatur quis eſſe in quaſi
poſſeſsione ſeruitutis, vel iuris incorporalis? dic,ꝙ quędã ſunt
ſeruitutes negatiuæ, vt altius non tollendi, & in his acquiritur
quaſi poſſeſsio per ſolam vnicam prohibitionem, cum patien
tia aduerſarij,quãdo vult vicinus domum ſuam depreſſam ſub
leuare,& ego ꝓhibeo, quia ante prohibitioné ſi ſtaret depreſ-
ſa per mille annos, non ſum in quaſi poſſeſsione ſeruitutis.d.l.
altius.& ibi doc.& gl.& l.qui luminib.& ibi glo.Bar.& Flor.ff.
de ſerui. vrb. prædi. quod not.quia quotidianum. Quædã ſunt
iura affirmatiua, vt quod liceat agere,ire.&c.in his quædã ſũt,
in quibus poteſt eſſe vſus per modum facultatis, vt ire per fun-
dum tuum,de hoc.n.eſt facultas,donec prohibeatur, vt l.diuus.
cum gl.ff.de ſerui.ruſtic.præd. tũc non acquiritur quaſi poſſeſ-
ſio per primum actum,niſi curſu ſecuto 30.dierũ.l.1.§.1.& qđ
ibi glo.& Barto.ff.de itine.actuque priua.quandoque vſus non
poteſt eſſe per modum facultatis, vt quis ducat aquam per fun
dum tuum, vel quòd aliquis ſit in conſilio generali, vel quòd
aliquis

ADDITIONES.

a Ius patronatus. Ius aūt patronatus quo ad intellectũ eſt partim temporale,& partim ſpirituale.no gl.in c.pię mentis.16.q.7.& ſequitur naturã ſpiritualitatis,vt in c.de iure,extra de iu.pat.c.quid in dubiis, extra de conſecra. eccl. vel alta & ſic mixtum ſequitur naturam ſimplicis,no. Bar. in l.præcipimus, ad ſi C.de appe.& in l.ſolent.ff.de adm.leg.& in l Aſſi. de don.& connexa ordinantur & iudicantur,ſicut ea quibus cõnectuntur.uide Pau.de Caſt.con ſil 252.in prima impreſſione.uide Abb in c.quanto,hic alleg Barth.ab Hoc.

b Titulum Facit,quia titulus etiã inualidus cauſat bonã fidem. Franciſ. Curtius conſi.168.habita diligenti,col.10.uer.titulus ēt.nu.35.parte 2.Ant.Co.

c Titulus.Adde Abb.conſi.6.uer.quartum remedium.in 2.lib.

a aliquis ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, tunc per primum actū[a] inducitur quaſi poſſeſſio l. 1. in prin. & §. qui autem. ff. de aqua quot. ita dicit Bar. & omnes doc. in l. 1. C. de ſeru. & aqua. & Bal. in l. 2. C. eo. ti. & Flo. in d. l. ſeruitutes. in ver. ſufficit in negatiuis vnus actus. Et aduertas, ꝙ ſeruitus retinetur, non tantum per ipſum, ſed ēt per quemlibet inuaſorem & malefidei poſſeſſorē, vt eſt caſus in l. qui fundum. ff quemad. ſer. amit. quod no. dixi
21 de præſcribenda libertate a ſeruitutibus. † Conclude, ꝙ eſt dr̃ia inter libertatem ſeruitutis vrbanæ, vel ruſticæ. Nam libertas ſeruitutis vrbanæ non præſcribitur, licet dñs dominantis non vtatur ſeruitute, ſed ēt requiritur factum præſcribentis libertatem, videlicet, ꝙ domum ſuam altius ſubleuet, vel foramina pro tignis obturet, ſed in pręſcribenda libertate a ſeruitute ruſtica, ſufficit tantummodo negligentia nō vtentis ſeruitute, licèt præſcribens libertatem nihil faciat, vt eſt caſus de utroq;. in l. hæc autem iura. & ibi gl. & Bar. & Flo. ff. de ſer. vrb. præd. & eſt ratio differentiæ, ſm Mar. Sill. & Bar. ibi, quia ſeruitutes vrbanæ ſunt nobiliores, & intereſt reipublicæ magis ꝙ conſeruentur. ideo difficilius in eis præſcribitur quam in ruſticis. Et aduertas, ꝙ licèt ſuprà dixerim, ꝙ in præſcribenda ſeruitute requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij, iſtud eſt verum in reali, ſecus in perſonali. l. fi. C. de pręſcr. long. temp. tamen libertas ſerui poteſt pſcribi, etiam ꝯ ignorantem, vt eſt caſus no. in l. ſi partem. §. ſi per
22 fundum. ff quemadm. ſer. amit. ¶ † An autem pro hmōi ſeruitutibus, & iuribus incorporalibus competant interdicta poſſeſſoria, dic, vt habetur in l. quoties. la 2. ff de ſer. & per tex. & ibi Fl. in l. 2. §. fi. ff. ſi ſer. ven. & Cy. & doc. in l. 1. C. de ſer. & Inn. & Cano. in c. querelam. de elect. nam pro tuenda quaſi poſſeſſione ſorium incorporaliū, datur utile interdictum, uti poſſ. l. ſicuti. §. Ariſto. in fi. ff. ſi ſer. ven. & l. fi. ff. vti poſſ. & ibi vide Bar. omninò & glo. & Bart. in l. 1. in prin. eo. tit. Nam diſtinguitur, aut pro ſeruitute perſonali, & habet locum, ut d. l. fi. Aut pro ſerui. reali, & tunc aut habet cauſam continuam, & non directam, ſed vtile habet locum, ut in d. l. 1. in prin. Aut habet cauſam diſcontinuā, & tunc habet remedium interdictū. de iti. act. priu. vt l. 1. §. 2. & ibi gl. latè Bar. ff. de iti. actuq; priu. & iſtud teneas, licèt Bar. ſimpliciter dicat, ſm Iac. de Are. in d. §. Ariſto. quòd nō cōpetit act. vti poſſ. ſed poteſt ſaluari, ꝙ ibi dicatur de directo, ſecus de utili, ne ſibi cōtradicat, ac ēt cōpetit vtile, vnde vi, d. l. 2. & ibi Flo. facit l. 3. §. vnde vi. & ꝙ ibi Bar. ff. de vi & vi arm. licèt gl. ibi ſen
23 tiat ꝯtrium. ¶ † Quæro ſi in medio uſus aliquid fiat ꝙ nō poſſum iure meo uti, vtputà, habeo ius hoſpitalitatis, claudit ianua domus, an per violentiam poſſum aperire. Et ideo ſi habeo ius
b ſeruitutis, & ſit ſepes, vel murus, an propria authoritate[b] poſſum illud obſtaculum amouere? & Pau. de Lea. in cle. 2. de cenſi. tenet, ꝙ non. per gl. in d. l. 3. §. unde vi. ff. de vi & vi ar. Sed Pe. de Anch. ibi tenet contrarium. per no. per Bar. in d. §. vnde vi. tu dic, ꝙ hoc ad literam vult Bar. in d. l. 1. in §. 2. ff. de iti. act. priua. in ver. 2. prodeſt in alio &c. & iſto caſu agenti vtili vnde vi, pro iuribus incorporalibus ſufficit probari ſolam poſſeſſionem facti, etiam ſi conſtat, ꝙ ſit iniuſta poſſeſſio, de quo per Dy. in c. qui ad agendum. de reg. iu. in 6. & ſm Inn. in c. cum olim. de priui. vbi dicit, ꝙ ille qui detinet, dubio alio non probato, præſumitur ciuiliter & naturaliter poſſidere. ita etiā dicit Bal. in d. l. 2. C. de ſer. in ver. quæro, an agenti vtile &c.

ADDITIONES.

a *Primum actum.* Ro conſi 70. dicit ꝙ ex duobus actibus acquiritur quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, & probatio ipſius quaſi poſſeſſionis, alle. text. quē dicit ſingularem in c. 1 § ſi non vaſallus, ibi, cum duobus vel tribus exceptātibus quaſi poſſideat in tit. quid ſit inueſtitura in uſib feud. quidquid dixerit Imno. quem refert Bal. in l. 2. C. de prob.

b *Propria authoritate* Addo Petrū Rauennatem in ſuo breuiario ſuper decret. de iure immu. col. 2. ver & no. vna pulchram, ubi inquit, ꝙ ſi quis me turbet in mea poſſeſſione, poſſum authoritate mea propria auferre obſtaculum, puta egeres, ceras & ſimilia & ad id multa pulchra citat Hipp. e Mar. 20 ver. & dixit no. Bar. & per præmiſſa alias abſolui euulſorem. A. C.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis quæ ſit.*
2 *Verbum tradere, an ſignificet dominij tranſlationem, & quid de verbo dare.*
3 *Traditio facta a vero domino ex cauſa habili, importat dominij trāſlationem, facta vero a non domino importat publicianam, aut vſucapiendi conditionem.*
4 *Actoris perſona magis inſpicitur, quàm rei ad cognoſcendum, utrum remedium ſit ciuile, vel prætorium.*
5 *Ius in quo ſit ſpectandum.*
6 *Actiones vel remedia deſcēdētia ex ꝓuiſionibus Marchionū, Epiſcoporū, Legatorū, & aliorum dominorū, an ſint ciuilia, vel prætoria.*
7 *Petitio hæreditatis quæ actio ſit.*
8 *Officium iudicis quibus actionibus deſeruiat.*
9 *Interdicta qualia ſint.*
cuius contrarium dicit ille tex. & quando eſſet certum, q erra
uerit, & ſic eſſet certum, q non volebat donare, funditus non
valeret, & ſic non eſſet opus dicere, q obſtat exceptio. & pro
hoc etiam eſt caſus in d. l. cum de indebito. in ſi. vbi loquitur in
cautione, & ſic etiam in promiſſione ſimplici, vt l. ſancimus. C.
de verb. ſign. quod clarius colligitur ex dicto c. ſi cautio, in fin.
ibi, niſi probaueris te indebitè promiſiſſe &c. & ſic nõ loquitur
de confeſſione, ſed etiã de ſtipulatione, & promiſſione. & hoc
ad dictum c. ſi cautio, vult Io. de Imo. in d. l. ſi à Titio, & tamen
ſine cauſa, facta ſtipulatione transfert onus probandi in ſtipulã
tem, quia cauſa promiſſionis faciendæ ſuberat, ergo requiritur
alia cauſa magis probata, quàm præſumptæ donationis, quia ſi
eſſet præſumpta donatio, non eſſet opus q ſtipulator cauſam
oſtenderet, quia ius pro eo præſumeret unam cauſam ſufficien
tem, videlicet donationis. vt argum. l. ornamentorum, & qđ
ibi Bar. ff. de auro, & argen. lega. & l. 2. §. ſed quia veremur. C. de
iuramen. calum. & iſtud teneatis. ¶ Nec obſt. l. hoc iure, & d. l.
1. §. 1. ff. de pollici. quia ibi conſtabat expreſsè, quòd volebat
donare, & ita dicunt Ang. & docto. ibi. ¶ Nec obſt. l. ſi diuortio.
quia ibi expreſſit cauſam dotis, quæ valet, propter affectionem
matrimonij præteriti bene tranſacti, argumen. l. unum ea fami-
lia. §. fin. ff. de leg. 2. Et prædicta ſunt vera in corporalibus, ſe-
cus in incorporalibus, vt ſunt ſeruitutes, & ſimilia, quia in il-
lis ſufficeret traditio ſine cauſa, vt no. Bald. in d. c. 1. §. ſi quis de
manſo. licèt in rebus corporalibus non ſufficeret, vt d. l. nũquã
nuda. & credo, q hæc ſit ratio, quia in eis nõ requiritur titulus,
& ſic cauſa, vt l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vend. & dixi ſupra
8 eo. §. æquè. ¶ † Secundò, prædicta ſunt vera, quando promiſſio
ſit purè, ſecus ſi fiat ſub cõditione, quia tunc etiã ſine cauſa va-
leret, qa pro cauſa conditio eſt, ut no. Bar. in d. l. à Titio. in prin.
quæ omnia tene menti. ¶ Reuertor tamen ad gl. ex qua no. q ad
hoc vt poſſit conſtitui, oportet, quod aliquo modo ſit debitũ,
& intelligas debitum ſiue re, ſiue etiam tantummodò ſpe, ut
eſt caſus in l. 2. C. de conſt. pec. ¶ Item intellige, q debitum pu-
rum poteſt conſtitui in diem, ſeu ſub conditione, debitum non
poteſt purè conſtitui, quin ſuſpendatur, adeò q deficiente con
ditione, vtraq; actio deficit, vt l. id quod. ff. de conſt. pec. ſed de-
bitum in diem poteſt citeriori die conſtitui, & põt agi, de quo
vide l. 3. §. ſi. cum l. ſeq. & l. hactenus. in princ. cum ſequentibus
9 legib. ff. eo. ¶ † Sed dubitatur de debito puro, cui obſtat exceptio.
& breuiter dic, aut eſt exceptio moderatrix condemnationis,
vel exactionis. & dic, vt l. 3. in princ. ff. eod. aut eſt peremptoria
actionis, & tunc, aut remouet vinculum naturale, & non tenet
conſtitutum, vt d. l. 3. §. 1. aut remouet vinculum ciuile tantum,
& tenet cõſtitutum, vt l. 1. §. debitum. ff. eo. aut vtrunque remo-
uet, & funditus non tenet, aut neutrum remouet, ſed elidit, &
tunc dic, aut exceptio eſt fauorabilis, & non tenet, aut eſt odio-
ſa, & tunc, aut errore facti conſtituit ſe debere, & nõ tenet, aut
errore iuris, & valet. ut no. gl. & Butrig. in d. l. 3. §. 1. facit l. qui
exceptionem. in prin. ff. de cond. indeb. & l. tametſi, cum gl. ff. ad
Macedon. Sed quid ſi ex falſa cauſa conſtituit ſe debere, vide
glo. & Bartol. & Raph. in d. §. circa. & docto. in dicta l. genera-
liter.

ADDITIO.

a Quæſtio eſt multum trita. Vtrum ſtipulatio ſine cauſa valeat; & ſic an actus promiſſus ſine cauſa valeat. ultra hic allegata, uide per Imo. in l. act. ff. de ver. obl. & quod no. in l. generaliter. & in l. triticum eo. tit. Sed quid in actu traditiuo ſine cauſa. ut ſi dico tolle pecuniam meam. de quo l. cum quid. ff. ſi cer. pe. & per Imo. ubi ſupra in d. l. actio, quid in actu confeſſiuo ſine cauſa, an uideatur factus animo donãdi, recurre ad notata in l. nuda ratio, de don. & ad l. cum de indebito §. fin. ff. de don. & ad c. ſi cautio, de fid. inſtr. quid autem in actu adhibitiuo, quando aliquis adhibetur ad ſtipulandum, an uideatur fieri animo donandi. recurre ad no. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. Sed quidem pacto nudo an præſumatur factum cauſa do. dic. plene poſt Bar. per Bal. in l. iuriſ. §. ſed cum nulla, de pa. & per Spe. in tit. de confeſſ. §. nunc autem. ver. ſinautem non ſit cauſa expreſſa. Bart.

10 liter.& gloſſ. in dicta l.3. §. 1. ¶ † Sed dubium eſt, qua actione
agatur, & dixit Bart. quòd aut id quod à ſciente fuit conſtitu-
tum, erat indebitum iure exceptionis tantum, & tunc non te-
netur actione de conſtituta, quia conſtitutum non tenuit, ut d.
l. 4. §. 1. ſed tenetur actione primæua, quia obſtaculum exceptio
nis tollitur, vt l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis. aut nullo iure erat
debitum, & tunc, quia rem donare videtur, ex donatione a-
gitur, vt dicta l. ſi quis argentum, & eſt gloſſ. in d. l. hactenus.
§. 1. ita dicit Bart. ſed Iac. But. hic voluit, quòd immo vtroque
caſu agatur ex donatione, quia conſtituens non agit antiquam
cauſam reſuſcitare, nec exceptionem ab ea remouere, ſed no-
uam obligationem inducere, & ſic eius actus ultra eius inten-
tionem non debet extendi, vt l. non omnis. in princ. ff. ſi cert.
petat. & ita tranſit Saly. in d. l. 2. C. eo. in qua omnino vide Bal.
in rubric. eod. titul. & Salyc. in verſic. ita tamen. & iſtud cre-
do verius. ¶ In ead. gl. in verſic. nulla. ibi. l. promiſſor. §. 1. die, ſe-
cundum docto. quòd propter modicum intereſſe iſtorum de-
cem dierum non debet tanta ſpecialitas introduci, quia etiam
in alijs actionibus, actor non debet venire cum ſacco paratus,
vt l. quod dicimus, & ibi Bartol. ff. de ſolu. eſt ergo ratio hic,
11 quia quandoque aliquid † permittitur acceſſoriè, quod prin-
cipaliter non concederetur, ſicut dicimus in ſimili de pactis
nudis appoſitis iuxta contractum, ex quibus non oritur actio,
ſi ſint de per ſe, ſecus quando accedunt pacto veſtito. ut l. le-
gem. C. de pactis, quod tamen intellige, vt ibi habetur. Idem
vidimus in hypothecaria, quæ eſt acceſſoria. l. ſi. per quas per
ſonas nobis acquiri. nam ſolo conſenſu perficitur, vt l. 1. ff. de
pigno. actio. & dixi ſupra proxi. §. ac etiam, quia huiuſmodi
conſenſus intercedens ſuper eodem debito magis operatur,
quàm unicus conſenſus. ¶ Tu tamen ad intelligentiam dictæ
12 l. promiſſor. † §. 1. vide Bald. & Angel. & Imo. in l. liber ho
mo. §. 1. ff. de verbor. oblig. qui dicunt ponderandum eſſe tex.
ibi, ſed modicum tempus ſtatuendum eſt, non minus decem
dierum &c. nam cum loquitur per verbum temporis futuri,
ergo non à lege, ſed miniſterio iudicis tempus ſit ſtatuendum
longius & breuius & vſque ad tempus quatuor menſium, quod
datur iudicatis, dummodo non ſit minus decem dierum, argu
men. not. in l. criminali. C. de iuriſd. omn. iudic. Vel poteſt di-
ci ſtatuendum, ſcilicet, à lege illa, ut ſentit Innocen. in cap. 1.
de plus peti. licèt ſit futuri temporis. facit l. ſi quis in tantam. &
quod ibi no. C. vnde vi. & ita ſentiunt doct. in l. promiſſor. §.
1. ¶ Sed aduerte, quia iſto caſu ſtatuitur ſibi à lege tempus de-
cem dierum exactioni, ita quòd non poſſit agi, ſicut nec in alia
obligatione habente diem, ut ſentit ibi glo. & ſic, ſi poſt decem
dies conueniatur, conſtituens habebit tempus ad ſoluendum,
quod daretur côuento, & iudicato ex alia obligatione in diem
tempore elapſo, & hic ſentit ratio glo. ibi poſitæ. Sed Bar. ibi
videtur ſentire, quòd conſtituens aliud tempus non habebit,
ſed ſtatim elapſis decem diebus poterit exigi, & ſecundum hoc
erit deterioris conditionis côſtituens, quàm alius ſe obligans,
& hoc ſatis vult glo. hic. Sed ſecundum intellectum Innocen.
vbi ſupra, & gl. in d. l. promiſſor. §. 1. conſtituens eſſet melio-
ris conditionis, ſed ſecundum intellectum Aug. & Imo. conſti-
tuens eſſet eiuſdem conditionis, & in aliquo melioris, ut patet
ex prædictis. Ego tenerem iſtam glo. & Bart. in d. l. promiſſor.
quia negari non poteſt, quòd ille. §. non velit aliquid ſpeciali-
tatis inducere in conſtituto, aliàs paruæ utilitatis eſſet, maximè
quando conſtitueretur debitum ciuile, & naturale, & ſic effi-
cax, quod no. pro intellectu illius legis. ¶ In ea. gl. ibi. l. ſi quis
13 argentum. §. ſin autem. † Aduertas ad intellectum d. l. ſi quis ar-
a gentum, [a] quia Bar. in omnibus locis, & maximè in l. legitima.
ff. de pac. dicit, quod ibi non oritur actio ex pacto, ſed propter pa-
ctum de donando, & ſic propter liberalitatem oritur conditio
ex illa l. quod d. Fran. de Ramp. vt refert Imo. in l. ædib. §. 1. ff.
de noua. reprobat, quod ibi detur conditio ex lege propter pactũ
de donando, quia hoc non reperitur iure cautum. Nam ſi bene
ponderetur d. l. ſi quis argentum, non loquitur de pacto de do-
nando, ſed quando ſit donatio, & res non traditur, ergo nõ eſt
noſtrum in materia correctoria extenſionem facere, ut l. præci-
pimus. in ſi. C. de app. quia aliud eſt donare, aliud eſt facere pa-
ctum de donando, ſicut aliud eſt vendere, & aliud eſt facere pa
ctum de vendendo, iuxta ea quæ habentur in l. in bonæfidei. ff.
de eo quod certo loco. & in c. pen. de elect. in 6. vbi bona gl. &
licèt emptio perficiatur conſenſu, non tamen perficitur pacto
de vendendo. Et pro iſta opinione ponderatur tex. in d. l. ſi quis
argentum. in prin. ibi, donauerit. in verſi. ſimilique modo dona
uerit, & ibi, ſi uerò donator. & ibi, donatorẽ, & in pluribus ver-
bis illius legis. ¶ Ex his dictis tu potes facere tres caſus. nam
aliud eſt donare actualiter, vt loquitur l. ſenatus. §. 1. cum ſim.
ff. de donat. cau. mor. & aliud eſt donare, & non tradere, & ita
loquitur l. ſi quis argentum, & ad hoc poteſt adaptari, vt ibi &
ſupra de dona. in §. perficiuntur. ¶ Tertiò caſu, quando per pa-
ctum nudum promiſit donare, & non cogitur tradere, quia nõ
reperitur iure cautum, ſecus ſi per ſtipulationem, ut l. Ariſt. §. ſi.
ff. de dona. Sed tamen ego teneo opin. Bar. quia contra eos eſt
tex. in d. l. ſi quis argentum. ibi, ſi quidem ſtipulatio. coniuncto
verſi. ibi, verò etiam hoc prætermiſſum ſit &c. & ſic non fuit
ſtipulatio, ſed pactum nudum. In primò ergo caſu interuenit
ſtipulatio de donando, in ſecundo, non interuenit ſtipulatio de
donando, ergo pactum nudum de donando, non autem ſtipu-
latio vel pactũ, de quo ibi in tex. poſſunt adaptari. aduerte be-
ne ad verbum dono, vel donauit, vt patet ad ſenſum igitur &c.
ac etiam tex. ibi ſubdit, quod donare æſtimauerit, & ſic in futu-
rum, vel ſuſpenſiuè, quòd non uidetur poſſe fieri non interue-
niente ſtipulatione, niſi pacto nudo promittendo donare, nam
ſi ſimpliciter diceret, dono, licèt non tradat, nõ eſſet deſtinatio
donationis, vt dicit ille tex. ſed eſſet perfecta donatio, vt d. §.
perficiuntur, igitur &c. cogita tu. ¶ Et prædicta procedunt in
donatione inter viuos, ſed an habeat locum in donatione cau-
ſa mor. quòd ex pacto nudo agatur, eſt glo. no. quod ſic. in l. cum
pater. §. Mæuio. ff. de leg. 2. & in l. 2. C. de iure dotium, & ita com
muniter ibi tenetur, ſed Imo. in l. cum ex cauſa. ff. de re iudic.
tenet contrarium, quia l. ſi quis argentum, eſt correctoria, ergo
14 non extenditur ad donationem cauſ. mor. nam ibi † dicitur ne-
ceſſitatem imponi donatori tradere quod donare æſtimauit, &
ſubdit, quod neceſſitatem habeat donator rem vel partem ſubſtan
tiæ, quam nominauerit, vel totam tradere, & ſic loquitur inter
uiuos, quia donator cauſa mortis ad id non cogeretur, quia poſ
ſet pœnitere, ut ſupra de donatio. §. 1. & quia ibi loquitur de
inſinuatione. conſtat autem quod in donatione cauſa mortis nõ re
quiritur inſinuatio, vt l. ſancimus. C. de don. nec obſeruatio mo
numentorum, quod requirit illa lex, igitur &c. Tu addas & ter
tiò, quod ille tex. loquitur de hærede actiuè & paſſiuè, ergo nõ po-
teſt habere locum in donatione cauſa mortis, quæ non tranſit
ad hæredem donatarij, ut ſ. de don. §. 1. Sed hoc non placet mi
hi, quia iſta donatio inter uiuos, & dona. cau. mor. æquiparãtur
à lege veteri in hoc, ut d. l. Ariſt. §. ſi. coniuncta l. 1. C. de iure do
tium, & côiuncto d. §. Mæuio, & quod ibi gl. & Bar. igitur cum
poſteà reperiatur nouum ſtatutũ in uno de æquiparatis, extẽdi
tur ad aliud, vt l. ſi quis ſeruo, cũ gl. C. de furtis, & in correcto-
rijs, vt ibi vult Bar. ac etiam ibi eſt expreſſa ratio in l. de quo ſ.
dicam. Nec obſt. quod neceſſitas tradendi imponatur, quia & hoc
poteſt habere locum in donatione cauſa mortis, donec nõ pœ-
niteat, ſed ibi nõ pęnitebat, ſed dicebat donationem nõ ualere,
quia pacto nudo facta, nam antequàm pœniteat, & donationẽ
reuocet, opus eſt, quod tradat, quia ẽt ex donatione cauſa mortis
intelligitur transferri dñium, ut l. ſi mortis cauſa res. in fin. ff. de
don. cau. mor. & ſic interim eſt utilitas donatario. ¶ Nec obſt. quod
dicitur de inſinuatione, quod nõ poſſit adaptari donationem cau-
ſa mortis, quia nõ adaptabitur ad eã, licèt iſtæ duæ donationes
in hoc etiam omnino æquiparentur, quia intelligitur in his, quib.
põt fieri adequatio, & põt ad utrunq; adaptari, ut eſt tex. & ibi
ſingulariter Bar. in l. 1. §. lex falc. ff. ad legem falc. & eſt gl. ordi.
in l. emancipia. in verbo eadem forma. C. de ſer. fugi. & eſt opti
mus tex. in c. indemnitatib. circa ſi. de ele. in 6. Et eodem modo
reſponde ad finem d. l. ſi quis argentum, quia ſi hoc nõ põt ada
ptari donationi cauſa mortis, non extenderetur ad hoc, tamẽ pro
pter hoc impediretur quod in alijs, in quibus diſpoſitio illius legis
põt eidẽ conuenire, quod nõ extendatur, vt d. §. lex falc. & d. l. ſi qs
15 ſeruo. quod ſingulariter no. ¶ † Tertiò aduertas ad dictam l. ſi
quis argentũ, quia Bar. in l. iuriſgẽtium. §. ſed cũ nulla, ſecundum Guil.
limitat d. l. ſi quis argentũ, trib. modis côiũcto eo quod dixit ea.
l. §. quinimmo, circa ſi. Primò, quod non habeat locũ, quando promitti-
tur factũ ex cauſa donationis, vt ire pro me Romã. Ex quo no.
Imo. in d. l. ædib. §. 1. quod licèt in d. l. ſi argentũ, ſit expreſſa ratio,
quæ ratio habet locum etiam in facto, quòd in materia corre-
ctoria non eſt fienda extenſio ex identitate rationis. & hoc etiã
voluit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. nec ex eorum.
Sed aduerte, ſecundum Ioan. quia hoc videtur contra tex. &
gl. in l. permiſiſti. in ſi. ff. de præſcri. verbis. & in l. ſi cum tu. cum
glo.

ADDITIO.

a L. ſi quis argentum. An hæc lex habeat locum in præſumpta donatione, ut oriatur actio. vide Bal. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. & Ang. in l. iuriſgentium. §. quinimmo. in l. hactenus. §. 10. de conſt. pecu. & adde ad Bar. in d. l. ſi quis argen. in prin. in prima apoſtilla. Bart. ab Horatio.

glo ff.de dolo. & hoc etiam ipſe idem Bar. videtur velle, in d.l.
qui ſaxum.ff.de dona.ubi tantum ponit exemplum, d. l. & hoc
voluit Flo. in d.§. ſed cum nulla, ſed Ioan. de Imo. concordat
opin. quia aut interuenit merum factum, quia promiſi ire pro
te Romam, & habet locum opin. Guil. & Bar. in d.§. ſed cum
nulla, ſed ubi eſſet factum habens in ſe miſturam traditionis,
& habeat locum dicta glo. vt eſt videre exemplum in d. l. qui
ſaxum, quia ſi permitto, ꝙ eximas ſaxa, videor donare lapides
extrahendos, ꝙ permitto patientiam eximendi, & etiam habet
locum d.l.ſi quia argentum. quia etiam hoc contingit in vſu-
fructu, quo caſu tenetur etiam ad patientiam, ut l. 3. §. dare.
ff.de vſufruc. ſed ſi dicta Bar. ponderentur, idem voluit, & pro
opinione, qua concluditur, ꝙ l. ſi quis argentum. non habet
locum in facto poteſt adduci, ſecundum Raph. Fulg. in d. l. in-
telligentium. in prin. in verſic. in ea glo. ad fin. immo etiam &c.
quia non videtur eadem ratio, quia obligatus dare, præcisè
compellitur ad dandum, & ſic ad dominium transferendum. ut
l. vbi autem. §. ſi. ff. de verb. oblig. Sed non eſt ſic in eo, qui tene-
tur facere, ut l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. Celſus. ff. de
uerbor. obligat. ſed tamen hoc non obſtante, idem dominus
meus tenet contrarium per ſupradictas glo. quia ſiue contineat
factum, ſiue dari. d.l. ſi quis argentum. confirmat donationem.
16 ¶ † Secundò, per tex. ſupra de donationibus, in d.§. perficiun-
tur, qui venit ad interpretationem dictæ l. ſi quis argẽtum, quia
facit mentionem de ea, vt maximè ibi patet in glo. & loquitur
generaliter de donatione, igitur loquitur etiam in facto, an
etiam, dicit, ꝙ ibi donatio in d. §. perficiuntur. eſt inſtar ven-
ditionis. quę poteſt continere factum. allegat l. vbi autem. §.
qui id quod in faciendo. ff. de verb. oblig. in d. l. ſtipulationes
non diuiduntur. ſed illæ leges loquũtur in ſtipulatione, allega
tu, quando venditur factum, vt quando venditur iactus retis,
& ſic factum, vt eſt caſus in l. nec emptio, tertio reſponſo. ff.
de contrahenda emptione. Vnde dicit confirmandam donatio-
nem, per dictam l. ſi quis argentum, quę continet aliquid facien
dum, & hanc opinionem dicit eſſe tenendam ſine dubitatione,
pro quo tu allega, quia cùm dictus §. perficiuntur, ſit lex inter-
pretans d. l. ſi quis argentum, quòd l. ſi quis argentum interpre-
tata, habebit locum in omni caſu, quo loquitur lex interpre-
tans. argumen. not. in Authen. vt fratrum filij. §. 1. Sed dictus
§. perficiuntur, non loquitur magis in dare, quàm in facere, &
vult donationem valere quocunque modo donator manife-
ſtauerit intentionem ſuam, & ſic etiam pacto nudo, ergo eo-
dem modo d. l. ſi quis argentum. Pro hoc etiã adducitur, quia
in d. l. ſi quis argentum, eſt expreſſa ratio in l. ergo poteſt ex-
tendi vbicunque dicta ratio locum habere poteſt, vt l. his ſolis.
& ibi doctores. C. de reuocan. donationb. quæ loquitur in pœ-
nalib. & in l. unica. cum glo. & ibi doc. C. de his qui ante aper.
tabu. quæ loquitur in exorbitantib. & in Authen. vt ij qui obli.
ſe habe. perhi. res mino. in §. 1. in verſi. curatorem, quæ loquitur
in correctorijs. Nam quoties eſt expreſſa ratio in lege, aut agi-
tur de extenſione fienda ad caſum, qui poteſt comprehendi
ſub expreſſo, ſaltem ſub lata ſignificatione, & tunc poterit fie-
ri extenſio, vt eſt gl. notabilis in verſi. eligatur. in clemen. 1. de
electio. & quod ibi not. Ioann. de Fantutijs, & Pau. de Eleaza.
nam ſub electione, (de qua ibi) poteſt includi prouiſio ſub
lata ſignificatione, quia qui prouidet alteri de beneficio, eligit
eum ad beneficium. facit quod habetur in c. querelam, de ele-
ctio. & c. relatum, de præbend. & in clemen. 1. de rerum per-
mutatio. vbi glo. & doctores videntur pati dictam extenſionẽ,
facit d. gl. in Auct. vt ij, qui perhib. ſe habere obligat. res mino.
in §. 1. aut agitur de extenſione fienda ad alium caſum, qui nul-
lo modo poteſt comprehẽdi in verbis ſtatuti in caſu expreſſo,
& tunc non fiet extenſio, etiam ex maioritate rationis. ut auth.
quas actiones, & ibi glo. Bartol. & doctores. C. de ſacroſanct.
eccle. & ſic loquitur clemen. auditor, coniuncta glo. in verbo.
Romana, & in clemen. 1. coniuncta glo. in verbo prolatus. Ita
dixit Imo. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matr. in verſi. fallit, ſe-
cundum quoſdam quãdo eſt ratio expreſſa in l. & idem voluit
dominus Mathæ. de Math. doctor ſolennis Bonon. in quoddam
ſuo tractatu extenſionum. Sed in vtroque caſu noſtro, appella
tione donationis comprehenditur donatio quæ continet dare,
& etiam illa, quæ continet facere, igitur ad vtrunque refertur
a ratio dictæ l. ſi quis argentum, [a] per d. §. perficiuntur, quæ om
nia etiam not. quia cõprehendit etiam donationem cauſa mor-
tis, quia verbi ſignificatio ſaltem lata non repugnat, ut notat
Bar. per illum tex. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cauſa mor-
17 tis. ¶ † Secundò & principaliter Bar. limitat d. l. ſi quis argen-
tum, quod non habeat locum ſi fieret donatio remuneratiua,
quia tantummodo haberet locum, quando ſit ex mera liberali-
tate. Vnde cum ſit exorbitans, non debet extendi. Sed Ioan. de
Imo. in d. l. in ædib. §. 1. tenet contrarium, quia loquitur ſimpli-
citer in qualibet donatione. Et etiam ratio ibi eſt uniformis, &
eadem ratio, vel maior eſt in caſu prædicto, igitur indiſtinctè
debet intelligi, licèt ſit correctoria, vt no. glo. ſingularis, in au-
then. ex teſtamento. C. de colla. & hoc mihi placet, per ea quæ
ſtatim dixi, ac etiam quia maior eſt ratio in donatione remune
ratiua, quia poteſt agere de euictione, & non indiget inſinua-
tione, & poteſt ſe tueri in poſſeſſione, & petere reſtitui officio
iudicis, vt l. Aquilius. & quod ibi glo. & Bar. ff. de donatio. quod
non eſt in mera donatione liberali, vt l. Ariſt. in fi. & l. Modeſti-
nus, & ibi Bar. ff. de donatio. Sed Bar. poteſt defendi ſecundum
Imo. quando ſimpliciter diceret, promitto decem, nulla præce-
dente interrogatione, quia ſeruiuiſti mihi, tunc, quia non eſt ex
preſſum verbum donationis, poteſt verum dicere Bar. aliàs ſe-
cus. ¶ Tertio principaliter, idem Bar. & doct. in d. §. quinimmo.
18 in fi. limitant d. l. ſi quis argentum, ꝙ non procedit, quãdo † ſim
pliciter nudo pacto promitto tibi decem, nulla cauſa expreſſa,
quia tunc non orietur actio, ne duo ſpecialia concurrant circa
idem, contra l. 1. C. de dotis promiſ. eſſent enim duo ſpecialia
in illo caſu, ſi orietur actio. Primò quia valet obligatio ſine
cauſæ expreſſione, contra ea, quæ habentur in l. cum de indebi-
to. §. fi. ff. de proba. Sed tu iſto caſu aduertas, ꝙ idem Bart. fuit
ſibi contrarius in l. 2. §. circa. ff. de doli exceptio. ac etiam dicit
Bar. quia pactum nudum produceret actionem contra dictum
§. quinimmo. Sed ego intelligerem prædicta ſecundum ea, quæ
dixi ſupra in glo. præcedenti, quando cõſtat, ꝙ non volebat do
nare, vel ſumus in dubio, aliàs ſi ſumus in caſu certo ꝙ voluit
donare, vt in l. hoc iure, in prin. & ibi doc. ff. de donatio. & l. Cã-
panus. ff. de operis liberto. tunc, quia ſicut ſtipulatio ſine cauſa
valeret, quia habet innatam cauſam liberalitatis, vt l. cuius per
errorem. ff. de reg. iur. ita etiam pactum nudum ſine cauſa, quia
ineſt cauſa donationis, & tamen tantum valet pactum nudum
quò ad effectum donationis exigendæ, quantũ ipſa ſtipulatio,
vt d. l. ſi quis argentum, igitur &c. non obſtat, qđ dicitur de dua
bus fictionibus, quia latè ad hoc reſpondet Bar. in l. ſi is qui pro
emptore, in quæſtio ſi. ff. de vſucap. quia quoties eſt vna conſe-
cutiua ad aliam, & non æquè principales poſſunt concurrere,
ut ibi dixit Bar. allegans text. in §. ſi ab hoſtibus. ſupra quibus
modis ius patriæ pote. ſolui. Nam conſecutiuum eſt, & ꝙ ſit do
natio, & valeat, & ꝙ per pactum nudum lex concedat condi-
ctionem ex d. l. ſi quis argentũ. Vel clarius principalis fictio eſt,
ꝙ promiſſio ſine cauſa valeat, quo facto conſecutiuè & neceſ-
ſariò ſequitur ẽt, ꝙ ſi fiat pacto nudo, ſortiatur effectum, per d.
l. ſi quis argentum, cogita tu. ¶ Quartò principaliter tu adde, q̃a
d. l. ſi quis argentum. non habet locum tm̃ in vera donatione,
ſed ẽt in ficta, vt eſt gl. no. in l. hactenus. §. ſi. ff. de conſt. pec. quæ
19 oĩa pro intellectu d. l. ſi quis argentum. tene menti. ¶ † In ea. glo,
ibi l. ad exactionem. dic, & eſt ſpeciale pp̃ dotem præſtandam,
vt mulieres poſſint maritari, & ſic reipublicę intereſt, arg. l. 1. ff.
ſol. mat. Sed dicas, ꝙ non eſſet eadem ratio, & ſic nec idem ius.
ſed econtra, ſi mulier pacto nudo cauit ſibi dotem ante tempus
reſtitui. vt eſt tex. ad literam in l. iuriſgentiũ. §. quinimmo. ver.
vt putà. ff. de pac. licèt alij dicant hic contra, quod bene no. ¶ In
ea. gl. ibi, de pollici. l. 1. dic, ibi eſt ſpeciale propter rempublicã,
ac etiam, quia illud ꝓ rempublicã inducitur, ꝙ non valet polli-
citatio etiã facta animo donandi, niſi cauſa iuſta exprimatur,
aliàs ſecus. ut l. hoc iure. ff. de donat. ¶ In ead. glo. ibi l. pericu-
lum. in ſi. dic, ꝙ iſtud eſt propter ſuſceptionem periculi, quod
in ſe fecit creditor. facit c. nauiganti. de vſuris. quia vbi eſt pe-
riculum, ibi eſſe debet & vtilitas, ut in reg. ſecundum naturã.
ff. de reg. iur. ¶ In ea. glo. l. frumenti. dic, ꝙ ratio eſt ibi, propter
incertam æſtimationem, eſt enim veroſimile ꝙ plus valeret.
arg. l. 4. de eo, quod certo loco. ¶ In ea. glo. in l. etiam. ibi opera-
tur fauor publicus ciuitatis, cuius res adminiſtratur per illos,
qui non ſic in ea, vt in ſua præſumuntur diligentes & ſolici-
tè verſari, arg. l. præſes. C. de ſeruitu. ¶ In ead. glo. in ſi. not. &
20 ſigna glo. quæ enumerat caſus, in quibus † ex pacto nudo ori-
tur actio. adde alios caſus. Primò in Authent. vt ſpon. largi. in
prin. ſecundum Bar. licèt mihi ille tex. neceſſariò hoc non cõ-
cludat.

ADDITIO.

a Si quis argentũ. De hmõi limitationibus vide vltra Bar. Alex. in d. l. intelligen
tium. §. quinimmo, & in l. ſi vnus. in §. pactus. de pact. & an habeat locũ in
donatione ante nuptias, & ſi factum permittatur pacto nudo. & an habeat lo
cum in donatione cauſa mortis, & quid in donatione remuneratoria, & in
apoſtil. inaga in uer. ſed ſi quis. in d. l. ſi quis argentum. Bart. ab Horatio.

cludat. Secundò etiam, quando ex interuallo apponitur pactũ nudum ad reſolutionem contractus in totum, vel pro parte, re tamen integra, quia ipſo iure quandoq; in totum primus contractus reſoluitur. vt l.fin. cum glo. & ibi Ange. C. quand. lic.ab emp.rec. Tu dic, quòd poteſt recedi ab emptione in totũ, vel pro parte, re integra, pacto nudo, & datur actori actio, & reo exceptio, vt eſt text. valde no. in l.iuriſgentium, §.adeò autem. ff. de pact. Tertiò, in l. vnica. C. de ſuffrag. in ſalario aduocati. Quartò, in l.1.& l.aduerſus. cum glo.& quod ibi per docto.ff.manda.& in l.ſalarium. cum glo. vbi in ſalario procuratoris, etiam non promiſſo, poteſt implorari officium iudicis ad hoc, vt conſtituatur, vt l. ſalarium. ff. manda. Quintò, in l. inter ſocerum.§.conuenit. ff.de pact.dot. Sed ibi omnino etiam ſine aliquo pacto, maritus cogitur alere vxorem, vt l.pro oneribus. C.de iure dot. & l.ſi cum dotem.§.ſin autem in læuiſſimo. ff ſolut. matri. igitur non eſt mirum, ſi ex pacto nudo de alimentando, actio ſaltem vtilis oriatur, vt ibi. Sextò ſupra de locat.§.adeò. propter ſpecialia ipſius emphyteuſis. Septimò, in l. & eleganter.§.ſeruus pactionis. ff.de dolo. Sed ibi fortè eſt ſpeciale propter immenſam liberalitatẽ, quam exercuit dominus in manumittendo ſeruum. Octauò, ex pacto nudo, oritur offi-
a cium iudicis, [a] ſecundum Bald. vt eſt glo. ſingularis in Auct. generaliter. C. de epiſco.& cler. Sed illud contingit ideo, quia promiſſio fit iudici, & in iudicio, vt l.eum qui. ff.de in ius voc. facit quod no.glo. in l.in plurium. ff.de acquir. hæred.& ex neceſſitate & authoritate illius legis, ergo non eſt mirum, ſi oriatur officium iudicis, quia tali caſu, poſſet fingi ſtipulatio. argu. l.cum oſtendimus. in fin. ff.de fideiuſ.tut. Nonò, in curia mercatorum, in l. Quintus, & quod ibi Bart. ff.mand. quando agitur de veritate & æquitate. Sed illa lex non dicit, ꝙ actio fuerit orta, ſed ꝙ fideiuſſor non oppoſuit illam exceptionem, immo magis innuit contrarium. Decimò & vltimò, & omnes tenent, ꝙ cum ex pacto nudo oriatur obligatio naturalis, vt l.1.ff.de pac. ꝙ per viã denuntiationis Euangelicæ in curia epiſcopali poteſt in effectu illud conſequi, vt in c.nouit, & ibi omnes doct. extra de iud.& not. Bart.in extrauag. ad reprimendum. in ver. per denunciationem, & no. Ang.in l. ſi certis annis. C.de pac. Et prædicta procedunt, ſecundum gl. Iac. But. & Bal. hic, & ſm Sal.in l. legem. C.de pac. Tu aũt per modum doctrinæ dic, ſm Bald.in l. fideiuſſor obligari.§.1.ff.de fideiuſ. q2 quãdoq; lex fauet pacto, gratia ipſius pacti, ut in contractibus bonæfidei, & hoc verũ eſt in his quæ perficiuntur conſenſu, tunc pactum dicitur veſtitũ ſolo conſenſu, & oritur actio ex eis, & per conſequens non oritur ex nudo pacto vt ſup. de oblig. quæ ex conſenſu cõtrahun. per totum. & ita etiam eſt in contractu dotis de iure antiquo. vt d.l.ad exactionem. Hodie verò eſt ibi tacita ſtipula. per l.vnicam. C.de rei uxo.act. Quandoq; lex fauet pacto ratione perſonæ, vel ratione rei in pacto nudo deductæ, & tunc pactum remanet nudum, & ex dicto pacto nudo oritur actio. vt d.l.etiã, ff.de vſur.& d.l.frumenti. C.eo.tit. Quandoq; lex non fauet pacto, ſed pp morã mora eſt ad inducẽdam actionẽ, & tunc pactũ remanet nudum, & nõ orit̃ actio ex pacto, ſed occaſione pacti, propter factum, vt d.l.ſi quis argentum. Adde quæ dixit Sal.in
21 d.l.legem, in ver.4.quæro, quid pactũ nudum operetur. † Quærit Sal. in d. l.legem, an in iſta materia ius canonicũ diſcrepet a iure noſtro, & ibi in ver. quæro ſeptimo an in iſta materia &c. dicit, ꝙ canoniſtæ tenẽt, ꝙ ſic. per c.1.extra de pactis. vbi dicit̃ in tex.ꝙ pactũ nudum ſuã obtinet firmitatẽ. Tu adde, & põdera tex. ibi, pacta ſeruent̃, & pacta cuſtodiant̃ &c. quia mortaliter peccat, qui recedit a pacto, 22.q.1.prædicãdũ, & quia Deus nõ facit differentiam inter ſimplicẽ loquelã, & iuramentũ. 22.q.5. iuramẽti.& quia dixit pſalmiſta. Quæ procedũt ex labiis meis, non faciã irrita &c.& hoc tenent communiter Canoniſtę. Ant. de Bui.& alij in c.nouit, extra de iud. licèt Inn. dixerit ɔ̃rium. in d.c.nouit.& hoc eſt ſecutus Bar.in l.ſi quis pro eo. circa prin.ff. de fideiuſſ. quia in canone prædictus dicit, pacta ſeruentur, & cuſtodiantur. (vt dixi) ergo ex eo oritur actio & exceptio, vt eſt caſus in l.ſtatuas.ff.de acquir. rer. domi. & idem tenet Dyn. in c.non eſt obligatorium. de reg.iur.in 6. Hoſtien. & alij in ca. per tuas, de arbitr. & glo.in d.c.1.ſed Bar.in extrauag. ad reprimendum.in verſi.per denuntiationem, & Inn.& Canoniſtæ, & doct.in d.c.nouit. dicunt, ꝙ per viã denuntiationis Euangelicæ promittens ex pacto nudo, poteſt conueniri, & idem voluit Ange.in l.ſi certis annis. C.de pac. ſed Bal.in l.petens, de pact. vult, ꝙ oriatur conditio ex canone confirmãte materiam patiẽtem. Et hoc etiam uoluit glo. 12.q.2.c.quicunque, pro quo facit in ſimili, quod diximus ſupra per l. ſi quis argentum, & per glo.no. in d.authen.generaliter. C.de epiſc. & cleri. quæ dicit, ꝙ oritur officium iudicis, vel conditio ex lege illa. Sed Richar. de Sal. & Bar. nepos eius in d.l.legem, dicunt, ꝙ iura canonica non debent dici noſtris contraria, ex quo poſſunt recta diuiſione iungi. arg.ff.de iureiur. l.ſed & ſi poſſeſſori. §.ſi iurauero. & ſic illa iura canonica intelligantur de pacto veſtito, non nudo, niſi in caſibus huius gl.& ſ̄.dictis. Et pro hoc inducebat d.c.1. vbi text. nouum robur, vel nouũ eſſe non addit, vel tribuit: cũ dicat, ſuã firmitatem obtineãt, ſed ſolum confirmat robur antiquũ. vt C. de donatio. inter virum & vxo. l.ex verbis. & l. ſcripturas, & quod ibi not. C.qui pot.in pig.ha. adde bonum tex.in Authen. vt ſpon.lar.in princ. & hoc etiam in ſimili dicunt Canoniſtę in confirmatione priuilegiorum, vt extra de confir. vti.vel inuti. c.1.& quod ibi per doct. Tu adde bonum tex. de iure noſtro.in l.iure noſtro. ff.de teſtamen. tute. Et pro hoc facit illud pronomen, ſuam, quod eſt demonſtratiuum & reſtrictiuũ, vt l.Quintus, & l.ſi ita, & ibi Bart. ff.de auro & argen. lega. ſic ergo ſuam firmitatem obtinet in agendo, ſi ſunt veſtita, vel in excipiendo, ſi nuda. & eodem modo dicit fore reſpondendum ad alia iura canonica. Sed Bald. in l.cum quis. C.de iur. & fac. igno. in verſic. vlterius etiã poſſunt poni exempla &c. dicit, quòd quoties pactum nudum habet æquitatem præſtationis, ut d.l.cum quis, tũc orietur de iure canonico naturalis, & canonica obligatio, & per conſequens actio, vt dicto ca.1. Sin autem non habet in ſe æquitatem præſtationis, ut in contractibus innominatis ante implementum, ut C.de rer.permut. l.ex placito. tunc etiam de iure canonico nõ orietur actio, quia non eſt ibi naturalis obligatio, ut not. extra de elect. ca.cum inter R.ſeniorem. Et ſic ex omnibus pactis, quæ ſunt nuda quò ad ſolennitatem verborũ, ſed non reſpectu cauſæ, ut in dictis contractibus nominatis oritur actio de iure canonico, ſed non in contractibus innominatis, niſi implemento ſecuto, vt no. Bald. in l. ſiue apud acta, in verſi. vlterius no. ex contractu tranſactionis non agi &c. C. de tranſact. Et licèt ſit communis opinio tàm Canoniſtarum, quàm Legiſtarũ, quòd de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio, tamen ego tenerem opinionem Salyc. quia negari non poteſt, ꝙ non ſit dubium de intellectu dicti ca.1. ac etiam ille text. non ſpecificet, quòd ibi fuerit pactum nudum, ac etiam non exprimit clarè, ꝙ ibi oriatur actio. Tunc ſuccedit regula Canoniſtarum, quòd per verba non clara, & quando deciſio non eſt manifeſta, per uerba obſcura, aut ſuppleta, uel ſubintellecta, uel tacita, uel a contrario ſenſu non inducitur legum correctio, ut eſt glo. ſingularis, c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti, de electio.in 6. ſed negari non poteſt, ꝙ ſi de iure canonico ex omni pacto nudo orietur actio, quòd ius canonicum corrigeret ius ciuile, quod non eſt concedendum, niſi ſpecificè hoc faciat, ut l.præ-
22 cipimus.in fin.C.de appellatio. ¶ Non † obſt. tex.d.c.1. dum dicit, pacta ſeruentur. & pacta cuſtodiãtur. quia (ut dicit Sal.) ſeruantur, & cuſtodiantur, vt ſunt, hoc eſt, ſi ſunt ad agendum, ad actionem, ſi ad excipiẽdum, ad exceptionem, ut ſi ſunt facta incontinenti, uel ex interuallo. ut eſt tex.in l.iuriſgentiũ.§.prætor ait.& ibi Flo.ff.de pac. ¶ Non obſtat arg. Bart. per l.ſtatuas. quia illud uerum, quando lex eſt ſimpliciter facta, ut not.glo. ad intellectum illius l. in authen. ſacramenta. C.ſi aduer. vendit. ſecus ſi vltra in ſpecie procedat, ut facit d.c.1. quia dicitur ibi disiunctiuè, aut eccleſiaſticam ſententiam diſciplinam. forſan voluit dicere, per denuntiationem Euangelicam, ut d.c.nouit. vel ſi intelligitur de excommunicatione, quod credo verius, tunc non dicitur ibi, procedendo ulterius ſimpliciter, ꝙ pariat actionem, argu.no. in l.non dubium. C.de legi. ſummitto tamen me
23 dominis Cano. † Vnum addas in materiã de conſtituta pecunia, ꝙ actio de conſtituta, non eſt neceſſaria, quando in conſtitutũ deducitur id, quod debitum erat ex conuentione partiũ. ita no. dicit Bar.in l.legitima. ff.de pact. in verſi. quæro exẽpla, dicit glo.&c. quod ego intelligo uerum, quando debitum eſt ciuiliter, & naturaliter, & efficax, & purum, & a debitore cõſtitutũ, quia tunc non eſt neceſſaria actio de conſtituta, nec eſt multæ utilitatis, niſi ꝙ poteſt dici, ꝙ creditor habeat contra ſuum debitorem plures actiones, ut uidebitis in §. ſic itaque. infra eo. Sin aũt eſſet debitum naturale tantum, uel ciuile, & naturale, &

elisum

ADDITIO.

a Officium iudicis. Sed Bal. ſequitur Inn. in c. nouit. de iudi. quòd actio non oriatur ex pacto nudo, ſed per officium iudicis ſed quòd immo etiam oriatur actio de iure canon. tenet Hoſtien. Ioan Andr. Dom. Anto & Pan. cum gl. in c 1. de pa & Archi. in c.quicunque ſuffragio. 12.q.2. & in c.iuramenti. 22.q ſaltem oritur conditio ex canone prædicto capit iuramenti. quod intellige in caſu, quando obligatur ad mortale peccatum, alias non, vide in ſumma Angel. in verſi. pactum. in 65. quæro utrum actio ex nudo pacto. Bartho. ab Horatio.

eliſum exceptione, vel erat in diem, & conſtituatur purè, vel ſi-
ne die, vel erat vtroque modo debitum.ſ.purè, & in diem, ſed
24 conſtituatur per tertiū, tunc erit vtilis & neceſſaria.arg.d.§.ſic
itaque. ¶ Vltimò in practica in actione de conſtituta ᵃ pecu-
2 nia, ſic forma libellum, dico contra Titium, ꝙ cum eſſet mihi
naturaliter obligatus ad decem, vel alio modo (narres dictum
creditum) dictus Titius dicta conſtituit mihi ſe ſoluturum, qua
re peto per vos dominum iudicem, dictum Titium condemna
ri ad dandum & ſoluendum dicta decem.

ADDITIO.

a De conſtituta. In actione de conſtituta in actu practico formauit libellum Do. Pet. Iaco in ſua ſumma libello. de actione de conſtituta pec. vbi ſubiungit poſitiones, & formam ſententiæ in eadem ferendæ. Ant. C.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio, & dominus pro ſeruo, an, & quatenus pro vniuſcuiuſque contractibus teneantur. & num 35.*
2 *Peculium quid ſit.*
4 *Actiones quæ, & quot ex contractu filij oriantur.*
6 *Peculium quid contineat.*
7 *Intellectus ad totum titulum de peculio.*
8 *Pater quando ſine conſenſu filij agere non poſſit.*
9 *Actio de peculio an ſit in rem, vel in perſonam.*
10 *Actio de peculio an ſit dativa, vel natiua.*
11 *Debitum filij, vel ſerui, an ſit debitū ſui peculij. & in quos trāſeat.*
12 *Libellus qualiter formetur in actione de peculio.*
13 *Statutum loquēs in vno correl atiuorū, an locum habeat in reliquo.*
14 *Statutum quod pater teneatur ex contractu vel delicto filij, an valeat & an reſtringatur ad commiſſa tantum in territorio ſtatuentis num 15.*
16 *Solutum à patre pro condemnatione filij, an debeat in legitimam imputari.*
17 *Seruus quo domino obligetur.*
18 *Libellus qualiter formandus in actione de in rem verſo.*
19 *Libellus in actione quod iuſſu, qualiter formetur.*
20 *Libellus in actione exercitoria, quomodo concipiatur.*
21 *Libelli forma in inſtitoria actione.*
22 *Libellus quatenus ſit formandus in tributoria actione.*
23 *Filio condēnato vt cōtumace, an fiat executio in peculio profectitio.*
24 *Publicatis bonis paternis an publicetur peculium profectitium in præiudicium filij. & an publicatis bonis filij propter delictum intelligatur publicatum peculium etiam aduentitium.*
25 *Filiusfamilias an poſſit eſſe in iudicio, tam in agendo, quàm in defendendo ſine conſenſu patris.*

Actiones autem. ¶ Ex contractu filij vel ſerui tenetur
pater, & dominus peculiotenus, iu-
1 re prætorio.h.d. ¶ † No. ꝙ actio qua tenetur pater de peculio ᵃ
2 filij, ex contractu filij eſt prætoria. vt eſt tex.hic & in l.1.in fi.ff.
de conſti. pec. quia pater & dominus non tenentur de iure ci-
uili ex contractu filij vel ſerui, nec ciuiliter, nec naturaliter,
ſed tantummodò de iure prætorio. facit titu. C.ne fil.pro patr.
Not. ꝙ peculium dicitur quaſi patrimoniū ſerui, vel filij. Et ad-
uertas, ꝙ plurib. modis peculium accipitur in iure, vt no.glo.
Bart. & Saly. in rubr.ff.de pecul. ¶ Item no. quòd pater non tan-
tum ex contractu filij maſculi, ſi conceſſit ei peculium, tenetur
de iure prętorio, ſed etiam ex contractu filiæ fęminę, quia fę-
mina poteſt negotiari, & eſſe artifex.l.1.cum ibi no.C.de eden.
Diffinitur autem peculiū, prout accipitur in iſta materia hoc
2 modo, videlicet. † Peculium eſt quædā parua pecunia, quam
ſeruus vel filius per parſimoniam acquiſiuit, vt l. peculium ex
eod.ff.de pec. vel quod dominus vel pater, vt merenti, conceſ-
ſit, ideſt, ꝙ ſit in peculio & habere permiſit, etiam tacitè, ſiue
proueniat à patre, ſiue ab alio contemplatione patris, & ſit ſe-
paratum à rationibus patris, vel domini, vt eſt tex.in l.peculiū,
in princ. ff.de pec. & l.quam Tuberonis, §.ſcire. ff. eo. Ita dicit
3 Bar. & Sal.in d.rub. † Et pro euidentia pręmitte, ꝙ de ſtrictis re-
gulis iuris ciuilis, vnus non debet teneri ex contractu alterius,
etiam pater pro filio, & econtra, vt hic, & C.ne fil.pro pat.per
totum, & l.dominum, & quod ibi Bal. & Sal.C.quod cū eo.ſu-
peruenit poſteà prætor plenus æquitate, vt l. quod ſi Epheſi.
ff.de eo quod certo loco. & §. emancipati.ſupra de hęre.quę ab
inteſt. & cōſiderauit, ꝙ eò ipſo, ꝙ pater vel dominus conceſſit
expreſsè, vel tacitè peculium ſeruo vel filio, tanq̄ proprium pa
trimonium filij, vel ſerui, cum in veritate tempore antiquo eſ-
ſet patrimonium patris, & domini. quia ēt quicquid quærebāt,
non ſibi, ſed patri, & dn̄o acquirebant, ut l.1.in princ.ff.ſi quis à
patre fue.manumiſ. ꝙ pater & dominus ex cōtractu filij vel ſer
ui, deberent obligari, cū hac tamen modificatione, ꝙ ipſe pater
vel dominus non teneatur, niſi quatenus conceſſerint rem in
pecul. & cum alia modificatione, quòd prius deducere poſſint
quod eis, & perſonis ſibi ſubiectis deberetur ꝑ filium, vel ſer-
uum, uel ēt quod deberetur eis, quos habent in tutela, vel cura.
4 vt d.l.dominum, & l.ſed ſi damnum, §.1.ff.de pec. ¶ Ex quo † ēt
no. ꝙ ex contractu filij duæ oriuntur actiones, una cōtra filium
inſolidū, etiam de iure antiquo, quo nihil habebat, quia acqui-
rebat patri (ut dixi) ſiue loquamur tam in cōtractib. ſiue ēt iu-
diciis, ac ēt in maleficiis, ut eſt caſus in l.tam ex cōtractib.ff.de iudic.
prætérquam in duob.caſib. videlicet, ex mutuo. vt l.filiusfami-
lias.la 2. & ibi no.ff.de act. & oblig. & in toto tit.ff.ad Macedo-
nia.in odium creditorum, vt l.1. & l.tam etſi.cum gl.ff.ad Mace
donia. & l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. & etiam in voto.
vt l.2.§.uoto.ff.de pollici. niſi perſonaliter uouendo ſe obliga-
uerit, putà, profitendo religionem, quia etiam ſine conſenſu pa
tris hoc facere poteſt, vt l. Deo nobis. & quòd ibi not.maximè
per Bal. & Sal. in princ. C.de epiſc. & cler. Et eſt ratio differen-
tiæ, quia filius vouendo Deo, in rem non tenetur, quia mitius
agitur cū Deo, quàm cum homine. ita dicit gl. in d.§.uoto. pro
quo facit in ſimili quod dicimus, ꝙ mitius agitur cū lege, quā
cum eius miniſtro. ut l.Celſus.in princ.ff.de arb. & in tantum fi
liusfam. tenetur regulariter, ꝙ poteſt conueniri, & condemna-
ri, licèt nihil habeat, & ſi non ſoluit, vel cedat bonis, carcerabi-
tur, vt l.3.§.ſed virum, & quod ibi no.ff.de min. & l.pen. C.qui
bonis ced.poſſunt. Et alia actio datur contra patrem, vſque ad
uires peculij, ut dixi, niſi iterum ratum habeat contractum fi-
lij, quia tenebitur inſolidum ex ſuo contractu ratihabitionis, vt
l. cùm fundus, §. ſeruum totum, ff.ſi cert. pet. pro hoc facit in
• ſimili de ſua ratihabitione. ° text. valde notabilis in auct.ſi qua
5 mulier, C.ad velleia. ¶ † Secundò præmitte, quòd pater, & do-
minus obligantur ex contractu filij & ſerui, etiā inuiti, & igno-
rantes, & etiam expreſsè prohibente Titio, quòd cum eius fi-
lio non contrahat. vt eſt caſus notabilis in l.ſi quis ſeruū, §.ēt,
ff. de peculio. & credo quòd ſit ratio, quia in facultate patris
erat, ſola voluntate peculium poſſe adimere. vt l.non ſtatim, ff.
de peculio. niſi fecerit in fraudem, vt infra dicam. ¶ Tertiò præ-
mitte, ꝙ ſicut peculium, & eius conſtitutio dependet a pura
voluntate patris, & ita & contraria ſimplici voluntate reuoca-
ri poteſt, vt d.l.non ſtatim.in fi. ¶ Quartò præmitte, ꝙ peculium
eſt nomē vniuerſitatis, ideſt, eſt quædam vniuerſitas, quia in eo
poſſunt eſſe mobilia, corporalia, nomina debitorum, & alia in
corporalia, vt l. quam Tuberonis, ff.de pecu.l.vendicatio.ff.de
rei vendi. ¶ Ex quo infertur, & quintò præmitte, ꝙ etiam ſi tem
pore, quo actum fuerit de peculio, nihil fuiſſet in peculio, ſi ta-
men tempore ſententiæ fuerit, ſatis eſt, vt l.quæſitum.in princ.
ff.de pecu. etiam ſi pater fuerit ſemel abſolutus, quia nihil erat
in peculio, vel nō tantum, quantū ſufficeret, & tamen ſi alio tē
pore erit, iterum non obſtante abſolutoria agere poterit, quia
peculium quotidie creſcit & decreſcit, & naſcitur, & moritur
vt homo, ita dicit text.in l.peculiū naſcitur. ff.de pec. & de hoc
eſt caſus in d.l.peculium, §.2. ¶ Sextò præmitte, ꝙ de eo ꝙ pa-
ter vult deducere quādo conuenitur de peculio, debet appare-
re aliter, q̄ verbis ſuis, nec etiam libris rationū ſuarum ſtabitur
niſi ſit inſerta iuſta & vera cauſa, vt eſt tex. in l.non ſolum, §.an
debitor, ff.eo. ¶ Septimò præmitte, ꝙ ſi pater adimat bona fide
peculiū filio, non tenetur amplius de peculio, vt l.1.circa prin.
ff.de in rem verſo, ſed filius remanet obligatus, vt l.ſi quis cum
filio.cum l.ſeq. ff.eod. ſecus autem ſi non bona fide, quia pater
tenebitur, quamuis ademerit peculium, vt l.ſed ſi damnum, §.
prætereà, ff.eo. ¶ Et aduertas octauò, ꝙ id quod ſ̄.dixi. & ēt vult
hic gl. ꝙ pater deducit ꝙ ſibi, & aliis ſuis debetur, illud eſt ve-
rum, niſi alio modo poſſet conſuli indemnitati ſuæ, vt putà, per
repetitionem ſoluti, vel alio modo. vt eſt tex.in l.ſi ex noxali.§.
6 quod autem, ff. de pecu. ¶ † Vltimò præmitte, ꝙ non tm̄ ꝙ pa-
ter concedit filio, etiam tacitè, dicitur eſſe in peculio (vt ſupra
dixi) ſed etiam aliud quæſitum per filium, dummodo id pater,
etiam ſi nō conceſſiſſet peculiū, haberet neceſſe præſtare filio,
ſi vero filius tunicas, vel aliud ſimile acquirat, ꝙ ei pater habe-
ret neceſſe præſtare tanq̄ pater, non dicitur eſſe in peculio, vt
eſt tex.ſing.in d. l.peculiū naſcitur. Ex quo ſequit, ꝙ ſi filius ac
quiſiuit ſibi ex ſua induſtria veſtimēta quotidiana, illa nō dicū
tur

ADDITIONES.

a De peculio. Adde hic, an pater pro filio ſuper peculio aduentitio conuento poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſt. vel poſt, ut legitimus adminiſtrator, & de hoc eſt deciſio Tholoſana.105. & ibi eſt apoſtilla, quæ diligenter eſt notanda.
• Ratificatione in ueter exempl.

tur eſſe in peculio,& per conſequens pater propter illa,credi-
tnribus filij non teneretur , ſecus ſi pater conceſſerit filio ha-
benti peculium,veſtimentum qootidianum,quia id etiam dici
tur eſſe to peculio , aliàs ſi eſſet veſtimentum feſtiuum,reman-
ſit paternum,& in dubio non videtur eſſe cōceſſum,vt ſit io pe
culio,vt videtur tex. valde ſing.in l.id veſtimentum.ff.de pecu.
facit quod not.Bar.& doct. in l.pen.io prioc. ff.ſoluto matri.&
Cyn.& docto.in l.quod in vaorem. C.de neg.geſt. ¶Ad vnum
7 aduertas,ꝙ iſte.§.& totus titulus, † de peculio loquitur,quan-
do hodie habet peculium profectitium. nam in caſtrenſi vel
quaſi,conuenitur ipſe filius,vt paterfamilias l.2.ff.ad Maced.In
aduentitio verò hodie agit , & conuenitur pater non nomine
ſuo, vt olim, ſed oomine filij,vt eius legitimus adminiſtrator,
vt l.fin.§.vbi autem. C.de bo. quæ lib.adhibetur tamen & filio-
rum conſenſus,vt ibi dicit tex.quòd facit ſecundum Raph.ibi,
ꝙ id,quod dicitur in l.1. C.de bon. mat. quòd pater conſtituit
procuratorem in aduentitiis,intelligitur cum cōſenſu filij.Sed
Bal.in d.§.vbi autem.dicit, quòd in cooſtitutione procuratoris
non eſt neceſſarius conſenſus filij. & ita intelligitur quod ha-
betur in d.l.1. Sed quando procurator litem conteſtatur , tunc
requiritur conſenſus filij.vt d.§.vbi autem.alias iudicium non
tenet. vt l. ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſoluto matri-
monio, licèt Bart.in d.§.vbi autem. dicat contrarium.quē Bar.
& eius opioionem ſequi videtur Ant.de But. in c.accedens.cir
ca princ.extra de procur. ſed primam opin.tenet Innoc.in d.c.
accedens.de quo vide per Ang. & Imo.in l.ſi.§.1.ff.de verborū
8 obligat. ¶Quintò dicit Ange.in d.§.vbi autem. quòd † non tan-
tum quaodo pater ageret per procuratorem, ſed quando agit
per ſe,requiritur conſenſus filij, ſi habuit iuſtam cauſam con-
tradicendi,aliàs non valeret iudicium.vt d.§.eo autem tempo-
re.coniuncta l.2.§.voluntatem.ff.ſoluto matr.Ego autem tene-
rem iodiſtinctè,ꝙ ſiue per ſe agat pater, ſiue per procuratorē ,
iudicium non teneat, niſi interueniat conſenſus filij, ſi eſt talis
ætatis quòd poſsit conſentire. vt videtur caſus io d.§.vbi autē.
Ne ergo iocidas io opioiooem doct. ſemper facias,quòd cōſen
ſus filij interueniat.¶In glo.de peculio.in fin.no glo.ſimilis gl.
eſt in l.3.§.cui congruit.ff.eod. & infra quod cum eod.§.pen.&
dixi ſupra eo.in princ.in fi.glo.ſuper verbo,actio.Et hoc ſequi-
tur Petr hic, per dictum §.cui congruit.ff.eod.Tu adde plento-
rem glo. in l.ſi tameo plures §.fi.ff.de exercito. & eſt magni ef-
fectus,quia cum prima eſſet bonæfidei, videtur etiam ꝙ cogno
minata de peculio ſit bonæfidei , & ecōtra quando prima eſſet
ſtricti iuris,eiuſdem erit illa cognominata,& hoc tenet hic Io.
Fab.per d.l.3.§.ſi filius.Et ibi hoc ſequitur Ang.in fi.cum §.ſeq.
& l.depoſiti.ff.de pecu.& l.fi.ff.de noxa.& pro hoc facit,ꝙ aliàs
haberet voiforme tempus præſcriptionis. & tamen conſtat , ꝙ
habet tale tempus, quale habet illa actio, cuius cognomen re-
cepit.ff.quaodo actio de pecu.eſt anna.l.quæſitum.§.fi.& l.cum
poſt mortem. eo. titu. Et quòd actio de peculio ſit cognomen
actioois,eſt etiam caſus in l.1.& ibi Sal.C.quod cum eo ꝙ idem
ipſe innauit etiam in l.pen.eod.tit.¶Extra glo.quæro,an † actio
9 de peculio ſit in rem,vel in perſonam. Quidam dicuot,ꝙ eſt in
rem,quia ille,ad quem tranſit peculium, etiam titulo ſingula-
ri,poteſt conueniri de peculio, vt l.& ancillarum.§.ſi ſeruus.ff.
de pecu.quod non eſt in actione perſonali, vt in l.1.§.ſi hæres.
ff.ad Treb.In cootrarium tamen eſt veritas, vt eſt caſus hic . &
dixi ſuper tex. & eſt caſus in l.ſumma.in fi. ff.de pecu. Non ob-
ſtat contrarium, quia etiam perſonalis ſcripta in rem,ſequitur
poſſeſſorem, & tamen remaoet perſonalis vt l. de eo.in fi.ff.ad
exhiben.& ibi gloſ.Ita dicit Bart.in l.frater a fratre. in verſicu.
ſumus expediti de ſecunda parte &c. ff.de condit.iodeb.¶Quæ
10 ro,† vtrum iſta actio de peculio ſit datiua,vel natiua? & vide-
tur ꝙ ſit datiua,quia ipſo iure pater ooo eſt obligatus , vt hic .
Sed licèt gloſſatores ſint varij in d.l.frater.tamen ibi Bar.in ver
ſicu. tertiò quæro , paſito quòd hæc actio &c. tenet,ꝙ ſit nati-
ua , quia habet obligationem ciuilem,quæ ſufficiens eſt ad pa-
tiendum actionem. quia quędam obligatio ciuilis eſt, quæ ha-
bet effectum oaturalem, vt obligatio,quæ deſcendit ea re iudi-
cata.vt l.actori.cum ſimilibus. C.de iureiur. Sed Paul.de Caſt.
in d.l.frater a fratre. dicit , quòd dictum Barto. videtur contra
iſtum text.& l.1.circa fin.ff.de conſtitu.pecu. vt patet ibi , nam
iure ciuili obligatus eſt , & hoc , vt ipſo iure non teneatur, niſi
dicas , ſecundum dictum Paul. qood glo. & Bartol. capiuot ci
uilem obligationem largè , ita qoòd comprehendat etiam ius
prætorium,cum & ipſum ius ciuile dicatur.vt l.nam & ipſum.
ff. de iuſtitia & iure. & de hoc vide Cyn.Bald. & Sal.in d.l.do-
minium. C.quod cum eo. & quòd ſit natiua & non datiua, te-
11 net etiam Ang.per illū tex.in l.3.§.ſi filius. ff.eo. ¶†Quæro,an

debitum filij , vel ſerui ſit debitū ſui peculij, ita ꝙ apud quem-
cuoq; vadat peculium, trāſeat cum dicto onere,dic,ꝙ eſt onus
peculij,ſed perſonale paternom, vt hic. oam ſi tranſiret ad ali-
quem peculium titulo ſiogulari, ooo ſequeretur poſſeſſorē di-
cta obligatio filij,& patris. arg.l.1.§.itē ſi hæres. ff.quādo actio
de pec.eſt anna.& l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb.ſi vero titulo vniuer
ſali, ſic, vt eſt caſus in l.quæſitum.§.1.ff.de pecu. & eſt caſus in
* l.1.§.ſi præcepto. * quando actio de pecu. eſt anna. & ita dixit
Bar.in d.l.frater a fratre.in verſi.venio ad ſecundā gl. mag.&c.
12 de hoc per Bal. in l.fi. C. quod cum eo. ¶†Quæro ergo io pra-
ctica,de forma libelli in actione de pecu.dic,vt per Cy.io l.pe.
C.quod cum eo. ſed melius ponit gl. in l.1.§.1. ff.ſi pars hæred.
peta. Et erit forma talis, videlicet, dico contra Titium dominū
Seij ſerui ſui, ꝙ dictus Seius habet quoddam peculium ea con-
ceſsione dicti Titij domini ſui,ea quo cum dicto Seio cōtraxi,
quia vendidi laoam pro decem , quod peculium dictus Titius
habet,& poſsidet,quare peto dictum Titium dominū dicti Seij
condemnari mihi ad dicta decem danda, & ſoluenda mihi ſm
vires peculij prædicti. Iſta colliguntur ea dicta glo.& ex dictis
Ioan.Fabri.& Bal.hic.¶In gl.io verbo,patrem.in fi.& in gl.do
13 minum.io fi.Nota,ꝙ † iſta ſunt correlatiua,& vno poſito, poni
tur & reliquum, vode dicendo pater eſt,ergo filius,& econtra.
quod facit ad ſtatutum eaorbitans, vel etiam pœoalem,vel ēt
correctorium,quod loquēs de vno de correlatiuis , habet locū
io reliquo,vt puta,ꝙ nullus vendat frumentum extra plateam
ſub pœna decem. nam hoc ſtatutum non tantùm vendentē,de
quo eapreſsè loqoitur, ſed etiam emeotem ponit dicta pœoa.
vt eſt caſus in l.fi.& ibi Bart. ff.de acceptila. & l.fin. & ibi Bart.
& doc. C. de indic. vidui.tollen. & io l.1. & ibi Bart.C.de eu-
preſſ.ea lucro Daph.oon cedeod. lib.11. & circa fi.tituli.& præ
dicta ſunt vera , niſi in vno de correlatiuis eſſet maior rō, q̄ in
alio. & eſt caſus,& ibi doctores.io l.fi.C.de reſcind. vend.quod
not.¶In glo.ipſo iure.& ſic pater nō debet teneri pro filio &c.
14 ¶†Quæro ab eaira,an valeat ſtatutum, quo cauetur,ꝙ pater te
neatur ex cootractu filij, vel delicto, & videtur ꝙ non,vt hic.
& l.1.& l.ſi filius. C.ne filius pro patre.& l.cum rem.C.oe vxor
ꝑ marit.Sed contrarium tenet gl.in rub. C.de decret.decurio.
lib.10.quod Bal.io d.l.1.& Sal.io d.l.ſi filius.C.ne fil.pro patre.
intelligūt in pœoa pecuniaria in maleficiis, per rationem illius
gloſſæ,quia ad illa pater poteſt ſe obligare pacto,ergo & ſtatu-
to.vt l.nec ex prætorio.ff.de reg.iur. & no.Bart.in l.non impoſ-
ſibile.& ibi doc.ff.de pac.& latè Bar.in l.omnes populi.ff.de iu-
ſtitia & iu. ſecus ſi pro pœna corporali ſe obligaret.23.q.5.cum
homo. cum glo.facit l.1. C. quod cum eo.& eſt ratio iſto vlti-
mo caſu, quia ſponte nemo poteſt ſe committere iniuriæ cor-
porali,quæ ſcindat carnem l.1.§.vſque adeò,& ibi Bar.ff.de in-
iuriis. vel vt alio modo torqueat perſonā,vt l. ioterdum. §.qui
furem.& ibi glo.& Bart.ff.de furtis.& licèt dictum ſtatutum pe
cuniarium videatur continere aliquam iniquitatem, tamen va
let argum.l.ſi quis in ſuo. §. legis. C.de inoffic. teſtamen. Et ita
etiam tenet Ang. & Imo.io l.cum filius. in princ. in verſi.extra
15 glo.adde dictis Barto.ff.de verbor.oblig. ¶†Quæro,an dictum
ſtatutum reſtringatur ad commiſſa taotùm in territorio ſtatuē
tis? & Bart.in tractatu repræſaliarum,in quarta quæſtio.primæ
quæſtio.priocipalis. dicit , ꝙ reſtringitur tantùm ad commiſſa
in territorio ſtatuentis.argum.l.cum vnus.§.ſio. ff.de boois au-
thorita.iudic.poſsid. Sed Bal.io d.l.1.& Saly.in d.l.ſi filius. licèt
hoc teneant , allegaot tamen quod dictum ſtatutum oon por-
riget vires extra ſuum territorium, vt l.fi. ff.de iuriſdictio.om-
nium iudicum.igitur cum extra territorium debeat ſeruari ios
16 commune , pater non tenetur, vt hic . ¶Quæro † an quod pa-
a ter ſoluit pro [a] condemnatione filij,debeat io legitimam com-
putari,dic, aut pater redemit filium captum ab hoſtibus, & vi-
detur facere pietatis cauſa , & ſic non imputatur in partē filij ,
vt l.liber captus.C.de captiuis. Aut pater ſoluit condemnatio-
nem pro filio virtute ſtatuti,& ſic ex neceſsitate,& filius debet
in legitimam computare , quia in neceſsitatibus nemo libera-
lis exiſtit l.rem legatam.& ibi Barto. ff.de adimen.lega.Si verò
ex mera liberalitate vel pietate, noo computar, quia eſt dona-
tio

ADDITIONES.

* In quibuſdam exempl incipit recepto.

a Pro condemnatione filij Sed an quis poſſit agere contra patrem ad legiti-
mā quæ debetur filio,qui condemnatus fuit ob delictum, Decio in l ſi qua
pœna ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. tenent ꝙ non, & ibi vide Bal.& Bar.
in l.1 §.ſi impubes ff de col bono per Spec in tit. de executio.ſenten. §.ſe-
quitur.verſ ꝙ ſi filius & vide Albert de Roſa in trac.ſtatuto.in tertia parte.
in q 26 quæ incip. item quæro pulchram quæſtionem . & per Bald. in l.ſi.
§.1. in pen. col.de vſu.rei iud.Bart.ab Horatic.

tio inter viuos, quæ donatio in legitimam in totum, vel in partem non computatur, niſi expreſsè id actum ſit, vt l. ſi quando. §. fin. cum ibi notatis per doctores. C. de inoffic. teſtamen. quem tex. ſingulariter no. pro mulieribus dotandis, quę vt plurimum renunciant fratribus hæreditatem paternam, quia propter dictam renuntiationem, etiam latiſsimam, non intelligitur eſſe renuntiatum iuri legitimæ, vel agendi ad ſupplementum legitimæ, vt ergo etiam hæc comprehendatur, facias, quòd in renunciatione, de hoc etiam fiat ſpecifica mentio. vt not. doctores in dicto §. fina. & Guil. & Bald. & do. Flor. in l. de his. ff. de tranſact. Sed fortè in caſu noſtro, immo computabitur, quia videtur eſſe donatio ob cauſam, quæ ſemper in legitimam computatur, vt l. quoniam nouella. & ibi doctores in l. omnimodo. §. fin. C. de inoffic. teſtamen. ita dicit Bald. in authenti. ſi captiui. C. de epiſc. & cleri. ſed iſtam materiam poſuit Bar. multum latiſsimè, licèt Bald. de eo non faciat mentionem in l. Sticho. poſt princip. ff. de pecul. lega. vbi ſingulariter diſtinguit, an filius habeat peculium vel non, quia quando habet peculium, in dubio videtur ſolniſſe de illo peculio, etiam in aduentitijs. argumen. l. Neſennius. ff. de nego. geſtis, & l. poſt mortem. & ibi Bartol. ff. quando ex facto tuto. l. cum poſt. §. 1. & ibi Bartol. ff. de adminiſtra. tutor. Si vero filius nullum peculium habeat, nec pater ſtatuto coarctetur ad ſoluendum dictã condemnationem, & tamen ſi ſoluit, videtur in dubio ſoluere ex cauſa pietatis. Et tu addas, maximè quando erat carceratus, vel quando in defectum pœnæ pecuniariæ erat corporalis, vt not. per Bart. in d. l. Sticho. in princip. quod not. Bald. in l. fin. C. de nego. geſtis. Et ideo ſecundum Bart. non repetit à filio, nec filius computat in ſuam partem, argum. l. 1. cum not. per doctores. C. de nego. geſtis. & iſtud credo verius. ¶ In eadem
17 gl. ibi obligatur ſeruus domino † naturaliter &c. Tu dic, ꝙ hoc debet intelligi de iuregentium primæuo, quo gentes vtebantur eo ipſo, quod gentes incœperunt ſtatuere, quia tunc quilibet liber erat, aliàs autem ſecus, quãdo incœperunt ordinare bella, & captiuitates introducere, vt ſupra de iure naturali. §. bella. ita dicit Bart. in l. ſi id quod dominus. ff. de condi. indeb. ¶ In ead. glo. ibi, vel ſeruus in rem domini vertit &c. Omiſsis multis quæ hic tanguntur per Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. in hac materia ſufficiat remiſsio, maximè cum intendam ponere materiam in §. in rem, infra eo. & vide Bal. in rub. C. de inſtit. & exercitoria. & Cyn. & Bald. & Saly. in l. penul. & fina. C. quod cum eo.
18 In practica in dic † formam libelli in actione de in rem verſo, Dico ꝙ Caio filio Seij mutuaui ſomam vnam frumenti, quam dictus Caius conuertit in vtilitatem dicti Seij patris ſui, quia cum eo pauit eius familiam, cùm ergo pater ex contractu filij teneatur quatenus verſum eſt in vtilitatẽ ſuam, ideo peto dictũ Caium mihi condemnari ad reſtituendam dictam ſomam frumenti æquè boni &c. facit l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. ¶ In eadem glo. ibi. ff. quod iuſſu. l. 1. & fin. de hac materia vide in l. ſi mandator. & ibi doctores, & Cyn. & Salyc. C. quod cum eo.
19 dicam infra eod. titu. §. ſi quis igitur iuſſu. † Forma autem in hac actione libellum ſic, Dico quod Titius dedit Caio filio ſuo, liberam poteſtatem contrahendi cum quocunque. Siue dicas iſto modo, quod Titius publicè notificauit, quòd vnuſquiſque cum Caio filio ſuo contraheret, vel contrahere poſſit, Vel dicas ſecundum caſus contingentiam, quod te rogauit, vel interpellauit, vel te ſolicitauit, vt cum filio ſuo contraheres, Vel dicas ꝙ poſtquam cum dicto filio ſuo cõtraxiſti, dictus Titius pater, verbo, vel epiſtola, vel nuntio hoc ratificauit, & qualiter tu vẽdidiſti pro decem lanam dicto Caio, virtute dicti iuſſus, propter quod dictus Titius pater eſt tibi ad dicta decẽ inſolidum obligatus, quare petis dictum Titium condemnari ad dandum & ſoluendum dicta decem. ¶ In eadem glo. ibi, exer-
20 citoria. † de hac materia dicam infra tit. 1. §. exercitoria, in qua forma libellum ſic, Dico quòd Titius præpoſuit Caium in magiſtrum ſuæ naui, quam rexit in tali loco pro mercibus & perſonis vehendis, & quòd dicta nauis indigebat ammolatione, vel reparatione pro ducatis centum, & quòd dictus magiſter Caius, pro dicta ammolatione neceſſaria, vel reparatione fienda, centum ducatos à me mutuo accepit, quare peto dictum Titium exercitorem mihi condemnari ad dandum & ſoluendum dictos ducatos centum. Nam tene menti, quòd ſi magiſter acciperet pecuniam mutuo in cauſam, in qua expreſsè habuit mandatum, quia habuit mandatum, vt acciperet pecuniam mutuo in certam & determinatam cauſam, tunc ſufficit, quòd tempore mutui illam cauſam exprimat, quia etiam ſi illa pecunia non egeat, nec illa cauſa eſſet tempore mutui vera, non noceret mutuanti. iſte eſt tex. not. in l. 1. §. non autem. & ibi Ang. & Paul. de Caſtr. de exerci. & hoc vult Bartol. in l. ciuitas. ff. ſi certum petat. & in authen. hoc ius porrectum. & ibi docto. de ſacroſanct. eccle. Sed quando non habet ad hoc mandatum expreſſum, ſed tacitum, quia ſimpliciter erat præpoſitus ad nauẽ, tacitè enim videtur præpoſitus ad omne ſine quo dictam nauem exercere non poſſet. argumen. l. 2. ff. de tur. om. iud. & per conſequens videtur habuiſſe tacitum mandatum ad nauem reparandam, & (ſi opus eſt) pro hoc pecuniam mutuo accipiendam, tunc non ſufficit, quòd voluit pecuniam pro naui reficienda, ad hoc vt mutuans habeat regreſſum ad dominũ, niſi quatuor concurrant. Primò, quòd magiſter dicat ſe in cauſam nauis reficiendæ accipere. Secundò, quòd in veritate, nauis indigebat reparatione. Tertiò, quòd tantum mutet, quantum in dicta reparatione erogari potuiſſet, & nõ plus. Quartò, quòd prædicta fiant in tali loco & tẽpore, quibus veroſimile ſit hoc, quòd nauis refici poſsit, aliàs ſecus. nam ſi dicta quatuor concurrant, habet regreſſum contra dominum, etiam ſi dicta pecunia non ſit conuerſa in dictam cauſam ſpecificatam, vt eſt caſus ſingularis in l. fi. & ibi Ang. & Pau. de Caſ. ff. de excep. quod perpetuò tene menti pro tutoribus, & alijs adminiſtratoribus, quando dicunt, ꝙ ad id quod fecerunt habuerunt ſaltem tacitum mandatum, quia tunc oportet, ꝙ dictæ coniecturæ concurrant. ¶ In ea. glo. ibi, item inſtitoria &c. de hoc dicam infra
21 tit. 1. §. inſtitoria. † Et forma libellum in ea ſic, Dico ꝙ Titius mercator præpoſuit & inſtituit Caium tali negotiationi, & cũ dicto Caio inſtitore eius rei cauſa cui præpoſitus fuerat contraxi, quia vendidi ſibi lanam pro decem, quare peto dictum Titiũ mercatorem & inſtitorem condemnari ad dandum & ſoluendum mihi dicta decem &c. de quo vide Spec. de ſolu. in §. per notandum. verſi. item frequenter &c. ¶ In ead. glo. ibi, item tri-
22 butoria. de hoc dicam infra tit. 1. §. introduxit. † Et in ea ſic forma libellum. Dico ꝙ Caius filius Titij in lana negotiabatur, & ꝙ ego ſciente & non contradicente eius patre vẽdidi & tradidi ſibi libras mille lanæ, valoris florenorum centum, dicitur autẽ ꝙ dictus Caius filius habet aliquos alios creditores, & ꝙ dictus Titius pater habet penès ſe omnes merces peculij dicti ſui filij, quare peto dictum Titiũ (qui aſſerit etiam ſe creditorem dicti ſui filij) condemnari ad contributionem, & ad dandum & ſoluendum mihi totum illud, quod mihi contingere poteſt, facta diuiſione dictarum mercium peculiarium inter omnes creditores dicti Caij. vide etiam Specul. in d. §. per notandum. verſi. porrò. ¶ In eadem gl. infra de noxalib. in fine ti-
23 tuli. Quid † autem ſi filius ex delicto conuenitur, & eſt contumax, an poſtquam nõ poteſt teneri noxaliter pater an ſaltẽ poſ-
a ſit fieri executio in peculio profectitio? [a] & glo. in d. §. fi. magis inclinat, ꝙ non. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. in fi. ff. de dãno infecto. dicit illud fore verum, ſi ſemper filius fuit contumax, & per conſequens cum eo non potuit modo aliquo dici contractum virtute dicti iudicij, ſupple etiã, ſi pater ſciuerit dictum iudicium contra filium agitari, vt eſt tex. cum glo. no. in l. præſes. & ibi Bart. & doc. C. de pign. & no. Dy. & Bart. in l. cum filius. in prin. ff. de verb. obl. Si autem filius fuiſſet litem conteſtatus, & ſic per hoc quaſi contraxiſſet. vt l. 3. §. idem ſcribit, & ibi glo. & latè Bar. ff. de pecul. & l. 2. § fin. & per glo. & Bar. ff. de prætor. ſtipu. licèt poſteà abſens fuerit condemnatus, tamen fieret executio in dicto peculio profectitio, vt eſt glo. no. in l. ſi condemnatus. ff. de nox. quod bene not. An autẽ & quando contumacia filij, vel eius confeſsio ficta vel vera, noceat patri, vide latè per Bar. & Dy. in d. l. cum filius. in prin. & per Bald. in l. 1. & per
24 Sal. in l. ſi filius. C. ne fil. pro patre. † An autem publicatis bonis paternis publicetur peculium profectitium in præiudiciũ filij. dicas, ꝙ non, vt eſt tex. ſing. in l. 3. §. ſed vitium. ff. de mino. & econtra, publicatis bonis filij propter delictum, an intelligatur eſſe publicatum peculium, etiam aduentitium? dicas, ꝙ non, ad præiudicium patris, vt eſt caſus ſingularis. in l. 3. C. de bon. damn. de quo latè per Bart. & Ang. Raph. & Imo. in d. §. ſi
25 de vectigalibus. Quæro † an filiusfa. poſsit eſſe in iudicio, & tàm de iure antiquo, quàm de nouo, tam in agendo, quàm in defendendo, ſine patris conſenſu? Et aduertendum, ꝙ olim quicquid acquirebat filius, illud acquirebat illico, etiam quò ad actiones, patri regulariter, ut dixi ſupra per l. 1. in princ. ff. ſi quis à pa. fue. manu. Ex quo ſequitur, ꝙ cum regulariter ſibi actio

ADDITIO.

a Profectitio. Adde Abba. in conſ. 66. in 2. lib. vbi in omnibus ſequitur Bar. in l. ſi finita. §. de vectigalib. hic allegata in hac quæſtione, ſed an publicatis bonis patris, publicetur vſusfructus, quẽ habet pater in bonis filij, vide Sal. in l. ſi quis poſt hac. C. de bon. damnat. vide Rom. in conſ. 134. Bar. ab Hotar.

actio non competeret, nõ poteſt aliquam actionem mouere in agendo, fruſtrà ergo tractatur, an illis caſibus ſtare poſsit in iudicio ſine patris conſenſu, tàm in contractibus, q̃ in delictis. In conueniendo verò, poterit ſtare in iudicio, vt reus, tam in contractibus, q̃ in delictis, vt l. tam ex contractib. ff. de iudic. Sunt tñ aliqui caſus, in quibus de iure antiquo, filio cõpetebat actio, vt eſt actio iniuriarum, quod vi aut clam, depoſiti commodati actio in factũ, non dico ſubſidiaria, ſed quæ popularis eſt, vt l. filiusfa. & l. in factũ. ff. de act. & obl. Et q̃ ſit ratio ſpecialitatis, in aliquibus ex dictis caſib. dicit Bar. ibi, ꝙ nunq̃ intellexit. erit ergo rõ per l. non oium. ff. de leg. Itẽ & in dote. vt l. 3. ff. ſol. matr. & l. filiusfa. §. ſed ſi filia. ff. de procu. Item in querela inofficioſi, quæ eſt propria iniuria filij, vt l. filius. ff. de inoffi. teſt. & iſtis caſibus licèt filio cõpeteret proprietas actionum, tñ earũ exercitium ſibi nõ competebat, nec aliquo modo agere poterat, quia nõ reperitur iure cautum, igitur &c. vt l. illã. C. de colla. immo ꝯtrium innuit tex. in l. quod ſeruus, & ibi no. ff. depoſi. Ex quo ſequitur, ꝙ ẽt iſto caſu fruſtra tractať de cõſenſu paterno. Et ꝓdicta ſunt vera, niſi in ꝓdictis caſib. vel aliquo prædictorũ pater eſſet abſens, cui cõpetebat exercitiũ dictarũ actionũ, nam ẽt hodie licèt proprietas actionis quæratur filio, vt in l. 1. cũ ſim. C. de bo. mat. tñ patri cõpetit exercitiũ, tàm in agẽdo, q̃ in excipiẽdo, vel defendendo, vt l. fi. §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. tunc qñ pater eſt abſens, & nullũ procuratorẽ dimiſit, ẽt generalẽ, tunc talis filius ex dicto ꝯctu ſuo, vel ex noxa, damno, vel iniuria ſibi illata, põt intentare vtilem actionem nomine patris. tñ iſte tex. & glo. & ibi omninò vide Ang. in l. ſi longius. §. 1. ff. de iud. Nam ẽt in dictis caſib. ſi pater eſſet præſens, vel procurator paternus filio denegaretur exercitium dictarum actionum. vt eſt caſus in d. l. filiusfa. in prin. & d. §. ſed ſi filia, & l. ſi unus. §. filio. & ibi Bar. ff. de iniur. Et in iſtis caſib. qñ filius exercet actiones tàm in ciuili, quàm in criminali, ẽt qñ conuenitur, non reperitur iure cautum antiquitus, ꝙ conſenſus paternus eſſet neceſſarius, ut in dictis iuribus, & l. noxali. cum ſeq. ff. de noxalib. & l. fi. §. 1. & ibi Bart. & Ang. & Imo. ff. de verb. obl. & in l. inter liberos. §. 1. & ibi Bar. in l. filiusfamilias, & ibi Bar. ff. de adulte. Hodie verò dixit Ang. in d. l. ſi lõgius. §. 1. & Bar. no. l. fi. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. ꝙ proprietas oĩum actionum in aduentitijs eſt filij, & uſusfructus patris, tamen filius nullo modo exercendo dictas actiones actiuè, & paſsiuè ſe intromittit, vt l. 1. §. fi. C. de ann. exceptio. & l. fi. §. ubi aũt. C. de bonis quæ lib. qa pater eſt legitimus filii adminiſtrator, vt l. 1. in fi. cum authen. ut ſi tricennalis. cum ibi not. per gl. & doct. C. de bon. mat. ſed vbi patri non quæritur vſusfructus, & ſic non eſt legitimus adminiſtrator, vt authen. excepitur, cum gl. C. de bonis quæ lib. tunc filius, etiam nomine ſuo intentat omnes actiones directas, & ſecundum Ang. in d. l. ſi longius. §. 1. tunc pater tenetur filio conſentire ad ſubſtantiandum iudicium, etiam pignoribus, captis & mulcta indicta. vt eſt tex. & glo. in l. fin. §. neceſsitatem. C. de bonis quæ lib. Et iſtud videtur ſequi Bart. in d. l. ſi longius. §. 1. & iſtam opinionem fuit ſecutus Accur. glo. in d. §. neceſsitatẽ, & vbique. Sed Lotha. glo. antiquus ibi dicit, ꝙ quando poteſt vſusfructus quæri patri, tunc in ſignum repudiationis requiritur conſenſus patris. Ita loquitur dictus §. neceſsitatẽ, nõ aliàs, ne dicta iura antiqua corrigãtur, vt d. l. noxali. cum ſeq. quia ſi de iure antiquo aliquo caſu perſona filii tam in agendo, quàm in defendendo erat integra, vt in iuribus ſupra allegatis, ergo fortius de iure nouo, vbi perſona filii in aduentitiis non eſt diminuta, immo aucta. vt l. 1. cum ſimilib. C. de bonis mater. Et ꝓ hoc Bartol. in d. §. neceſsitatem, allegat tex. in Authen. vt liceat 2 matri & auiæ. in princ. & allegat caſum, in cap. fin. extra de iud. in ſexto. Et iſtam opinionem Lothar. tenent Vltramont. & Cy. in d. §. neceſsitatem. circa principium. & Ang. ibi, in verſiculo, in eadem glo. ibi, dic, quòd pater ſine conſenſu &c. dicit, ꝙ hæc eſt vera, & approbata per omnes doctores tam in ſpiritualibus, quàm in aliis, in quibus patri nõ quæritur vſusfructus, quòd poteſt filiusfamilias tam in agendo, quam in defendendo ſiſtere in iudicio ſine patre, vt dicto cap. fina. de iudiciis. in ſexto. Conſulo tamen vt omnia ſine ſcrupulo procedãt, ut ſemper facias patrem conſentire cùm potes. Et hanc etiam opinionem fuit ſecutus Butriga. in d. §. neceſsitatem, & ibi Sal. in verſicu. Sed iſtam ſolutionem ſecundam reuoco in dubium &c. dicens, quod §. neceſsitatem. ſi bene ponderetur, loquitur continuatiuè ad præcedentia, & ſic intelligendus & reſtringendus ad præcedentia. ut l. hæredes palàm. §. ſed & ſi notam. ff. de teſtam. habet ergo ſecundum eum filius probare duo, quando eſt in iudicio, & ſumus in caſu quòd poſsibile foret vſumfructum patri competere, videlicet, quòd pater recuſauit uſumfructum. Item & quòd eius rei adminiſtratione habere nõ noluit, vt d. §. neceſsitatem. cum §. ſequ. & eo hoc non probante in ſignum repudiationis vtriuſq; ipſorum, ſeu alterius eorum, ꝙ filius tunc ſatis non probauerit, pater ei habet conſentire. & ita intelligit opi. Lotha. Sed Bald. in d. §. neceſsitatem. in verſi. quæro nunquid filiusfamilias ſit integer homo &c. tenet, quòd immo ſemper requiratur conſenſus patris. & ſic tenet opinionem Accur. glo. & dicit, ꝙ hæc eſt cõis opin. pro quo allegat dictum cap. fin. in verſ. huiuſmodi quoque. vbi dicitur, ꝙ regulariter filiusfamilias ſine conſenſu patris in iudicio eſſe non poteſt. ac etiam dicit opinio. Lotha. Vltramont. Bar. & ſequacium fore peſsimam, quia ſi pater prætenderet ſe habere vſumfructum, non poſſet compelli conſentire filio, & ideo dictus §. neceſsitatem, loquitur in aliis, quàm in aduentitiis. Concludendo dicas adhærens opinioni gl. & de aliis non cures. Tu autem nõ debes curare de opinione ſua, quia ſi §. neceſsitatem, loquitur in alijs, quàm in aduentitijs, non poteſt loqui in beneficialibus in quibus non requiritur conſenſus patris. vt d. l. fi. Aut in profectitijs, in quibus hodie nihil eſt immutatum, ſecundum gloſ. quam omnes docto. ſequuntur in d. l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib. & ſic non requiritur cõſenſus patris. Aut in caſtrenſi, vel quaſi, & clarum eſt, quòd in illis non tantùm non requiritur conſenſus, ſed etiã patre inuito poterit ſtare in iudicio, vt l. miles præcipuam. §. 1. ff. de caſtren. pec. ergo arguendo à ſufficienti numeratione partium, dictus §. neceſsitatem. neceſſariò loquitur in aduentitijs, ergo opi. Bart. falſiſsima. Sed Ioan. de Imo. in l. fin. §. 1. ff. de verbo. obl. dicit, quòd Moderni tenent opinionem Lotha. ſed tutius eſt obſeruare ſecundam opi. gl. Iſtud tamen dicit Ang. in d. §. neceſsitatem. & ibi etiam Sal. & Flo. videtur inclinare in hanc ſententiam. Ex quibus (ſi aduertas) Bar. & Ang. ſibiipſis adinuicem ſunt contrarij, de eo quòd ipſi notant in d. l. ſi longius. §. 1. & in d. §. neceſsitatem. Tu aduertas, quòd pro opinione glo. & Bal. multùm facit. §. neceſsitatem. in verſi. ac in dicium. vbi tex. videtur moueri tantummodò iſta ratione, quia pater tenetur conſentire filio, nõ in ſignum repudiationis vſuſfru. ſed ne videatur filios cõſiſtere in iudicio ſine paterna volũtate, quæ ratio eſt generalis, igitur vniuerſaliter intelligetur. Nec obſtat dictum c. fi. quia ibi loquitur in ſpiritualibus in quibus agit, & conuenitur ſine patre, ut integer homo. vt eſt gloſſ. ſing. de iure noſtro in l. ait prætor. in prin. ff. de mino. quæ beneficia æquiparantur caſtrenſibus, vt no. gl. valde magiſtra in c. ex parte M. de reſt. ſpol. ſed in caſtrenſib. non eſt dubium, quia ẽt ipſe agit in illis contra patrem, l. lis nulla. cum glo. ff. de iud. & contra quemcunq; etiam inuito patre, vt ſupra dixi, tamẽ hoc non obſtante, de iure credo veriorem opi. Lotha. & doc. Primò vt euitetur legum correctio. Secundò, quia §. neceſsitatem, videtur magis venire in diminutionem, & grauedinem patris nõ conſentientis, vt filius adeat, q̃ in fauorem patris, ergo ſaltẽ nõ debet operare correctionem iuris antiqui: quia ſi induceretur correctio, eſſet ibi ſenſus ſuppletus, & ſubauditur, ꝙ non permittitur in correctione, vt eſt gl. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti. de elect. in 6. Tertiò moueor per d. c. fin. in verſi. cum de his. coniuncta gl. quia ille tex. nõ tñ in beneficialibus, ſed etiam in alijs, in quibus non quæritur vſusfructus patri, loquitur, vt dicit ibi glo. & ſic ille tex. non fundat ſe, quia ſunt ſpiritualia, & ad ſimilitudinẽ caſtrenſiũ, ſed fundat ſe in hoc, quia in illis, & in quibus patri non quæritur vſusfructus, vt in gl. pater ſe intromittere non habeat. cũ ergo ibi ſit expreſſa ratio in lege, & non tractetur ibi de correctione, ſed eſt caſus exorbitãs, ergo vbicunq; habet locũ dicta ratio, habebit locũ legis diſpoſitio, vt l. 1. cũ gl. C. de his qui ante aper. tab. igitur in omnibus caſibus in quibus patri non quæritur vſusfructus, pater ſe non habet intromittere. quod maximè patet, quia in illis nõ datur curator. vt d. l. fi. §. ſi autem patre recuſante. C. de bon. quæ lib. igitur in illis non requiritur conſenſus, quando filius eſt in iudicio. Non obſtat ratio d. §. neceſsitatem. quia ille text. eſt correctorius, ergo ex eius ratione argui non poteſt, vt extendatur ad alium caſum. vt authẽtica, quas actiones. cum gl. & ibi Bar. & doc. C. de ſacr. ſan. eccl. & dixi ſupra proximo §. Cogita tu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti effectus quis ſint.*
2 *Iuramentum ſpecies.*
3 *Iuramentum quibus proſit.*
4 *Confeſsio an pro parte acceptari poſſit, & pro parte reſpui.*
5 *Iurare vel iuramentũ per partẽ eſſe remiſſum an, & qñ paria ſunt.*
6 *Actio an, & quæ naſcatur ex iuramento. & nu. 7. 8. 9. 11. & 13.*
10 *L. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iureiur. intellectus.*

13 *Iuramentum an habeat executionem paratam, vt ſententia.*
14 *Periurus an, & qualiter puniri debeat.*
15 *Iurans quando deum, aut ſolum iudicem habeat vltorem.*
16 *Iuramentum an, & quando ſit recuſabile.*
17 *Libellus qualiter formetur in actione in factum, quæ oritur ex iuramento informiter præſtito.*
18 *Libellus quomodo ſit formandus in actione in factum, & iuramento formiter præſtito, & qualiter ſit formandus in reali num. 19. & qualiter in publiciana num. 20.*

Item ſi quis. ¶ Diuiditur in duas partes. quia primò ponitur quæſtio. ſecundò, quæſtionis deciſio.
2. ibi, iuſtiſſimè. & h.d. Si quis iurauerit aduerſario deferente in
iudicio, datur ei ex ſacramento actio. h.d. ¶ No. ꝙ ex iuramento
datur actio, & datur actio in factum, ut no. in l. nam poſteà. §.
fi. cum glo. de iureiu. de quo per Bar. in l. ſi quis pro eo. in prin.
ff. de fideiuſ. & dicam ꝫ. in glo. in ver. actionem. ¶ No. ꝙ iſta
actio in factum ex iuramento, eſt perſonalis, & prætoria, vt ſ.
eo. titu. §. in perſonam. ¶ No. ꝙ ad hoc ut oriatur actio ex iuramento,
opus eſt, vt iuretur reo deferente, & non aliàs, vt hic in
gl. ¶ No. ibi, non illud quæritur. ꝙ iuſ̃m habetur pro veritate, &
per ꝯñs, iurans ad delationẽ aduerſarij non põt de falſo argui,
an aũt aliàs pœnas patiatur, dicã plenè cũ gl. fi. Ex quo no. & te
1 ne menti, † ꝙ iuramentũ deciſiuũ habet vim plenæ probatio-
nis, ut hic l. non erit. §. dato. & l. nã poſteà. §. 1. ff. de iureiur. Item
hẽt vim probationis, vt ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. cũ
gl. & per ꝯñs habet vim ſniæ, præcedentibus probationibus ve-
ris. Ex quo ſequitur, ꝙ non retractatur per inſtrumẽta de nouo
reperta, ſicut nec retractatur ſentẽtia, vt l. ſub ſpecie. C. de re iu
di. ſecus in iuramento neceſſario, & ſnia lata eius uigore, quia
illud hẽt vim fictæ probationis, ideo retractatur per inſtrumen
ta de nouo reperta, & non tñ ipſum iuramẽtũ, ſed ẽt ſnia re-
tractabitur, ut l. admonẽdi. & ibi latè Bar. ff. eo. tit. Ex his ẽt no.
2 † ꝙ iuramentum habet executionẽ paratam, [a] vt ſnia, nec ali-
a quid põt opponi, niſi prout no. gl. in d. §. dato. & quod ibi Ang.
Quod facit ad ſtatutum, quo cauetur, ꝙ ꝯ inſtrumentum gua-
rentigiæ, vel ꝯ ſniam non poſſit aliqua exceptio opponi, nã pp
b hoc non uidẽtur eſſe ſublatæ legitimæ [b] exceptiones, vt ibi, per
glo. & Ang. & per glo. & Bar. latiſſimè, in l. 1. §. 2. ff. quod vi aut
clam. & per Bar. in l. 2. §. prætor. ff. qui ſat. cog. & per glo. Cyn.
Bal. & Sal. latè in l. ita nobis pudor. C. de adult. & per Imo. in l.
fi. ff. a quibus app. nõ licẽt. ¶ No. ꝙ iuſ̃m facit de non debito de-
bitum, vt hic, ſicut ſententia, vt l. 1. §. cũ materia. C. de cõdi. ind.
3 & l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. man. ¶ Et præmitte, † ꝙ plures ſunt ſpe-
cies iuramenti. Nam quoddã eſt iuramentum conuentionale,
quod ex ſimplici conuentione partium præſtatur. l. 1. & l. iuſiu
randum quod ex conuentione. ff. de iureiur. Aliud eſt iudiciale,
ꝙ defertur a parte parti in iudicio, iudice approbante, vt hic,
& d. l. 2. in fi. Et tertium iuramentum neceſſarium, qđ pertinet
ad litis deciſionẽ. Et iſtud eſt triplex. Primò, qñ defertur in de-
fectum probationis, de quo in d. l. admonendi. Secundò, qñ de-
fertur iuſ̃m purgationis, de quo in l. præſenti. C. de his qui ad
eccl. confu. Tertium eſt, qđ defertur pp litem examinandam,
de quo loquitur tit. de iurein. Item eſt aliud iuramentum veri-
tatis, & aliud iuſ̃m in litẽ, de quo in tit. ff. de in lit. iur. Iſta habẽ-
tur per tex. & Bar. in l. 1. & gl. in rub. ff. de iniur. de quib. ibi ple-
nè, per Bar. vbi plura alia iuramẽta. hic autem de iuramẽto tã-
tummodò delato a parte parti, iudice approbante in iudicio, &
de hoc tantummodò dicetur. ¶ In gl. poſtulante. in fi. dicit Ioã.
Fab. Dic hoc verum in iurante ad ſui vtilitatem, ſed prodeſſet
parti aduerſæ, ſi iuraret ꝯ ſe, vt ff. de interr. act. l. de ætate. §. qui
interrogatus. Item poſſet vno caſu ſibi prodeſſe, ſi diceret con-
tra ſe, & ẽt pro ſe, & aduerſus niteretur ex confeſſione, q̃a tunc
aduerſarius habet accipere totum ꝯ ſe, ſicut vult accipere pro
ſe. facit pro eo. l. Publ. in fi. ff. depoſ. coniuncta l. ſi filius. ff. ad Ma-
cedo. Tu dic, ꝙ tali iuramento, & per ꝯñs confeſſioni omninò
ſtatur ꝯ ſe. Sed an probet pro ſe, ẽt ſi acceptata fuerit cõfeſſio
per aduerſarium, iudex æſtimabit, vt dicit tex. in d. l. Publ. in fi.
nam inſpiciet qualitatem ſcribentis, & an veroſimile pro ſe ſcri
pſerit, vel non, & ante potuerit dicta confeſſio pro parte acce-
ptari, & pro parte non, vt ſi eſt vno contextu, ſeu cõſtructu ver
borũ, ſeu ſeparata. vt no. Cy. in 13. q. & ibi Bal. in l. vnica. C. de
confeſſ. & ibi Sal. Raph. & Flo. & no. gl. Cy. Bar. Bal. & Sal. in l. ſi
quidem. C. de exce. & Bal. in l. 1. C. vt quę deſunt adno. in ſup. &
ibi Sal. vbi dicunt ꝯ cõmunem practicã procuratorũ producen
tium inſtrumenta, quia proteſtantur ſe producere in partibus
facientibus, pro ſe, & non aliter, quia talis proteſtatio, ſi produ
ctio acceptetur per partem, non releuat, de quo eleganter per
Bar. in l. poſt legatum. in prin. ff. de his quibus vt indig. & Bar. in
l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de lib. le. vbi ſingulariter diſtinguit
4 Aut ꝯ † confitentem eſt iuris præſumptio. vt qñ occidit homi-
nem, quod eſt de genere prohibitorum, ut cum dicit ſe feciſſe
ad ſui defenſionem, tunc pro parte poteſt acceptari talis con-
c feſſio, & pro parte reſpui, [c] aliàs ſi non eſſet iuris præſumptio
contra confitentem, tunc diſtingue, aut eſt negatio ante poſita,
vt nego te mutuaſſe, & ſi probaretur, dico ſi me ſoluiſſe, tũc ta-
lis confeſſio confitenti nõ nocet, quia aut in totum eſt acceptã
da, aut non. Iſta eſt gl. no. in d. l. ſi quidem. & ibi doc. C. de exce.
Si autem dicta negatio non procederet, tunc, aut eſt vnico con
ſtructu verborum facta, & nõ poteſt ſcindi, quia ſcinderetur ip
ſa confeſſio, aliàs ſecus. facit l. quinquaginta. ff. de prob. & quod
no. Bar. in l. vtiq;. ff. de except. & facit l. 1. C. ad l. Cor. de fica. cõ-
iuncta l. ſi non conuinij. C. de iureiur. & d. § idem quæſiit. Et ad
prædicta vide Bal. & Io. de Imo. in l. decẽ. ff. de verb. obl. & vide
Bal. in l. exceptionem. C. de prob. & Bal. & Sal. & Flo. in l. neque
codicillos. C. de cod. & Sal. in l. eum qui duas. C. de adul. & ego
dixi in tract. meo Maleſi. in ver. cõparet inquiſiri, & partim ne-
5 gant & partim confitent. circa prin. ¶ † In gl. iurauerit. in fi. no.
ꝙ paria ſunt iurare, vel per deferentem fuiſſe iuramẽtũ remiſ-
ſum. Sed aduertas, ꝙ antequam iuramentum ſit receptum, põt
deferẽs indiſtinctẽ pœnitere, & reuocare delationem iuramen
ti, vt l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. cred. & iureiuran. poſtquã
verò iuramentum eſt acceptatũ, non eſt locus pœnitentiæ, ſed
ſi deferens pœniteret, habetur pro remiſſo, vt l. non erit. §. fi. ff.
eo. Poſſet tñ ex cauſa, ẽt poſtq̃ iuramẽtũ eſt acceptatum, anteq̃
iuratum ſit reuocare delationem, vt ſi tempore delationis iura-
menti non habebat probationes, ſed poſteà ſuperuenerũt, vt d.
l. ſi quis iuſiurandum. & ibi vide Sal. ita dicit Bar. in d. l. nõ erit.
6 §. fi. ¶ In gl. deberi. ibi. §. Marcellus. dic, † ꝙ iuramentum delatũ
& præſtitũ ſuper cõtractu ſpecificato, quamuis in veritate nul-
lus ꝯtus prius interueniſſet, tñ habetur, ac ſi contractus fuiſſet
verè celebratus, & agitur non directa actione ex eo contractu,
cum in veritate non interuenerit, ſed agitur vtili actione ex al-
lo ꝯctu, ex quo directa naſceretur, ſi uerè ꝯctus fuiſſet celebra-
tus, ut d. §. Marcellus, & tamen talis utilis ex cõtractu prædicto
præſumptio non impedit, quin ẽt ex dicto iuramento naſcatur
actio in factum, ut eſt caſus. & ibi Bar. in d. l. ſi duo. §. ſi quis iu-
rauerit. ¶ Ex quibus no. ꝙ tale iuſ̃m, iurãdo formiter, primò fin
git ꝯctu, ex quo oritur vtilis actio in factum, ac ẽt facit, ꝙ ex di-
cto iuramẽto oriatur actio in factum, & ſi ſnia ſequatur, orie-
tur ẽt ex ſnia actio in factum, ut l. actori. C. de reb. credit. & ſic
iſto caſu iurans habebit tres actiones. facit tex. cum gl. in l. nam.
poſteà. §. fi. ff. de iurein. ¶ In ea. gl. ibi. l. nam poſteà. §. fi. dic idem,
7 ibi no. gl. & Bar. & idẽ ẽt in d. §. ſi quis iurauerit. & ultra † actio-
nẽ in factũ, datur vtilis rei uendicatio, ut eſt tex. cum gl. in l. ſed
& ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiu. Aduertas tñ, ꝙ licẽt regulariter
vtilis rei vendicatio detur ꝯ quemlibet poſſeſſorẽ, vt in §. 1. &
quod ibi no. & in §. ſed iſte. ſ. eo. tñ hoc caſu dicta utilis nata pp
iuramentum, non datur niſi ꝯ deferentẽ iuramentum, ut d. l. nã
poſteà. in fi. & d. l. ſed & ſi poſſeſſori. in fi. cum l. ſeq. Secũdò ad-
uertas, quia qđ dixi, dari vtilẽ rei vẽdicationẽ, eſt uerũ qñ de-
ferens erat dñs, ſecus ſi eſſet alier, & tñ virtute ſacramenti tra-
datur: nã cauſatur vſucapiendi conditio, cõiuncta l. eum qui. in
prin. ff. de pub. ita debet intelligi glo. in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. in
prin. quæ tantummodò datur ꝯ deferentem iuramẽtũ ante rei
traditionẽ, ut res tradat. Iſte põt eſſe caſus in d. l. eũ qui. §. ſi pe-
tẽti. & qđ ibi notaĩ. Sed poſtq̃ tradidiſti, & cadã a poſſeſſione,
tunc aut iuraui rem meam eſſe, & illud poſteã ẽt ꝯ nouum poſ-
ſeſſorem probo, & habeo rei uẽdicationẽ. ſi uerò hoc probare
non poſſum, quia tñ habui titulũ a te ex iuramento, & poſſeſ-
ſionem per tuã traditionẽ, & bonã fidem iuris præſumptione,
l. pe. cũ glo. C. de euictionibus. ago ꝯ quemcũq; publiciana. Idẽ
ſi iuraui & emi ab alio, & ſic habeam ius capiendi. Iſta eſt gl. no
tabilis in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. nã ſi fiat traditio pp au
thoritatem rei iudicatæ, & datur publiciana ꝯ quemlibet, vt l.
Pompo. §. ſi iuſſus. & quod ibi per gl. Bar. & doc. ff. de acq. poſſ.
latius per eundem Bar. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iuſt. & iu-
re. & latè per Cy. & Bal. & Sal. in l. 1. C. comm. vtriuſq; iudi. Eo-
dem modo qñ ex iuramento, quod habet vim eandem, ut l. ſed
& ſi poſſeſſori. §. fi. cum gl. & l. 1. §. fi. ff. de iureiur. & l. poſt rem.
8 ff. de re iud. & ita debet intelligi reſiduum gl. hic. ¶ † In ead. ibi,
quo

ADDITIONES.

a Paratam. An iuramentum habeat executionem paratam. uide Alex in l. 1. ff. de iurein.
b Legitimæ. Vide Pet. de Ancha. conſi. 212. Ange. conſi. 191. & conſi. 247. Roma. conſi. 212 & conſi 456.
c Reſpui. Vide Alex. in l. 2. ff. de ver. obl. & idem uoluit conſi. 2. 4. lib.

quo caſu exceptio tantummodò datur.dic,concordat.d.l.ſed &
ſi poſſeſſori.Et dicas,ꝙ eſt rô, quia quoties alicui poſsidenti ali
quid relaxatur,vel ex iuraméto,vt hic,vel ex tranſactione, vt l.
ſi profundo.C.de tranſac.vel ex ſnia,vt habetur in §.ſi.j.de off.
iud.& in l.Pompo. §.ſi iuſtus. ff.de acqui.poſſ. nûquã poſſeſſori
a paratur aliquis titulus. vt d.l.ſi pro fundo.nec aliquod dñium [a]
vt no.gl.in l.ſiue apud acta.C.de tranſac.nec paratur ſibi actio,
ẽt publiciana, vt l.eum qui.§.ſi petenti. ff. de publ. de quo vide
Bar.& doc.omnes in d.l.ſi pro fundo.& in d.l.ſiue apud acta.&
no.Bar.in l.eius rei.ff.de rei ven.& no.gl.Bal. & Sal. & doc.in l.
pen.& ibi Flor. C.de vſucap. pro emptio.Bart.in l.1. ff.eod.titu.
& Barto.in l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ.
in verſi.pro declaratione huius lecturæ &c. & Sal. in d.l.ſed &
ſi poſſeſſori.in prin. quod perpetuò tene menti, maximè qñ ex
laudia aliquid relaxatur poſſeſſori , ꝙ nullus titulus ſibi paret.
9 ¶†Extra quæro, quid in iudicis ſnia , an debeat adhiberi iſta di-
ſtinctio,ſicut dixi in iuramento, videlicet, ſi in ſnia côtineatur,
qualiter res non pertinet ad petitoré, nunquid poſteà ſi poſſeſ-
ſor cadat a poſſeſsione, habeat aliquã actioné ad illam rem cô-
tra tertium poſſeſſoré?Dicas,ꝙ non,vt ſ.dixi,quia iuřm & ſnia
æquiparantur,vt d.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.ſi cum de hæreditate.
cum gl.Et ideo ſis cautus,qñ aliquis a te poſſeſſore petit rem,ꝙ
in fine tuarum exceptionum dicas , ꝙ res non pertinet ad peti-
torem,ſed ad te,& ita petas declarari.& iſto caſu,ſi probaretur
de iure rei, & ſententia dicto modo ferretur , & caderet poſteà
reus a poſſeſsione,haberet ex dicta ſnia actionem ꝯ quemlibet.
10 Ita dicit Pau.de Caſt.in d.l.nam poſteà.§.ſi. ¶†Quæro,quia d.l.
ſed & ſi poſſeſſori . loquitur,qñ ſnia eſt lata pro reo qui iurauit
rem ſuam eſſe . Quid eꝯ , ſi lata eſt pro actore iuráte,& reus ré
tradidit , & poſteà actor cecidit a poſſeſsione,nunquid virtute
illius ſniæ pôt petere illã ré.Et vř,ꝙ non,per d.l.ſed & ſi poſſeſ-
ſori.in prin.in ver.ſi verò amiſerit . Ratio, quia vbi primû reus
tradidit ré & paruit ſniæ,ſtatim fuit liberatus,quia actor actio-
nem habebat virtute iuramenti, & ſniæ, vt res ſibi traderetur ,
vt l.eum qui.§.ſi petenti. ergo ſatisfactum fuit ſibi per traditio-
né rei,ergo omnis actio ſua fuit ſublata.vt ã.quib.mo.tolli.obl.
in prin.Et ſic vř ꝙ virtute obligationis dictæ ſniæ côueniri non
poſsit.facit l.in numerationibus.in ſi.& ibi Bar.ff.de ſol.& Bar.
in l.ſi hřs.ff.de act.emp.& Bar.& alij doc.in l.fideiuſſor.§. 1.ff.de
leg. 1.& no.Pet.de Anch. in ſimili cle.1.de vi. & hone. cle. Sed
ꝯ riû determinat Pau.de Ca.in d §.ſi. quia licèt traditione rei ſit
liberatus ab actione in factum , ex ſnia,non tñ eſt liberatus ab
officio iudicis,quod côpetit actori poſt ré traditã,vt ipſum cô-
b ſeruet [b] in ſua poſſeſsione,pro quo in alleg. ff.ne vis fiat ei.in l.
1.in prin.& per totû . & in l.ſi quis miſſum.ff.de dam. infect.&
in l.ait prætor.§.deinde. ff.de no.ope.nun. vnde cùm dicta poſ-
ſeſsio non ſit apud actorem,ſed apud ipſum reum,debet iudex
ex ſuo officio facere,vt mihi actori reſtituatur propter dictam
primam ſniam.Non ob.d. l.ſed & ſi poſſeſſori, quia ibi loquiř ,
qñ ille qui iurauit,nihil probauit de iure ſuo, & etiam non po-
teſt niti ex aliqua traditione,ſecus in caſu noſtro.argu.d.l.ſi pro
fundo.¶ In ea.gl.in ſi.no.ſecundum Dy.gl.pleniorem de corpo
re iuris.Tu ẽt addas altam gl.in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. in princ.
¶Quærunt ibi doc. & hic, quare in actione reali detur actio in
factû,ẽt ſi formiter iurauerit,ſecus in actione perſonali?pôt re-
ſpondere , ꝙ ex iuraméti delatione & ſuſceptione oritur quidã
quaſi ꝯctus, & ſic oriř ꝗdã obligatio , tunc ſi in actione reali nô
daretur actio in factû,nô oriretur aliqua obligatio, vt ſ.eo.§.1.
11 † ideo prætor introduxit ex dicto iuraméto actioné in factû,&
ſic obligationé ꝑſonalé,quã nô fuit neceſſe introducere,qñ iu-
ratur formiter in actione perſonali , ideo quia côpetit actio ex
ꝯctu.Hîc in actione reali, iô nô admittiř illa diſtinctio,quia ſem
per eſt vna cã,ſ.dñium, ideo ſemper eſt certa & vniformis, vt l.
& an eandem.§.actiones.ff.de exce.rei iud.¶ Addas,ꝙ tale iura-
mentum delatû non dř eſse credulitatis , ſed veritatis, quia de-
bet aſsertiuè iurare ſe eſse creditorem in decé, vt eſt tex.gl.Bar.
& doc.in l.iuſiurãdum,& ad pecunias.in prin. ff.eo. & ẽi debet
ſtatim delato iuramento iurare, vel ꝙ eidem remiſsum fuerit ,
quia habetur ac ſi iuraſset,vt d.l.non erit. §.ſi. nô auté ex inter-
uallo poteſt iurare,ut ibi, niſi aſsumat in ſe iuramentû,& acce-
ptet in ſe delationé,& petat dilationé qûo debeat iurare,iſto ca
ſu deferés,ẽt antequã iuretur , non pôt reuocare ſuam delatio-
nem,vt eſt caſus,& ibi Bar.in d. l.iuſiurandum, & ad pecunias.
Et ideo ſis cautus qñ defertur iuramentum tibi,ꝙ non petas ter
minum ad deliberãdû,vtrum velis,uel non, ſed illico acceptes
delationem,& offeras te paratum iurare,ſed qûo iurare debeas
petas dilationem,vt ibi.Et prædicta procedunt,ſi iudex appro-
bauerit delationem iuramenti, & mandauerit iurari,aliàs auté
licitum eſſet ipſum recuſare.ar. l.generaliter.§. 1.C.de reb.cre.
12 & iureiu.¶†Quæro,an iuramẽtum habeat executionem para-
tam,vt ſententia? dic,ꝙ ſic,vt l.poſt rem. ff.de re iudi. & l.non
erit.§.dato.ff.de iureiu.& ſ.dixi.Et ideo eſſet optima cautela in
inſtrumẽtis,in fine apponi,videlicet, verùm quia de prædictis,
ẽt poſſet dubitari in futurû, ideo ex nûc dictus promiſſor dedit
dicto ſtipulatori iuřm , ꝙ ſi iurauerit ſe debere recipere de-
cem , ꝙ ipſe promiſſor ſtipulatori teneatur,& ipſo ſtipulatore
iurante,ꝙ poſteà tale inſtřm, ẽt de iure côi,mandaretur execu
tioni, & deberes ſemper apponere in tuis inſtrumẽtis. Ita dicit
Bart.quem ſequuntur oẽs in d.l.2.in ſi. ff.de iureiu.Sed ego du-
bito, quia non interuenit authoritas iudicis approbantis dictã
iuramenti delationem, vt d.l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.cre.
& iureiu.niſi ſaluando Bart.adderes verbis ſuis, ꝙ notarius, vt
iudex chartularius(vt no.glo.& doc.in l.rem non nouam. C.de
iud.)approbet dictam delationem iuramenti , & eius accepta-
tioné,qm̃ præceptû,approbatio,& affirmatio dicti notarij ro-
gati de dicto inſtrumento,mandato iudicis ordinarij, operabi-
tur perinde,ac ſi dictum inſtrumentû eſſet factû corã iudice in
iudicio.Ita no.Bar.in l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio.ff.de acq.poſſ.
& no.Bar.in l.nô fatetur.in ſi.ff.de côfeſ.& in l. error. C.de iur.
& fac. ign. Quas autem vires vltra prædictas habet iuřm de-
latum,vide gl.& Bar.in l.qui iuraſte.in ſi.ff.de iureiu.¶Et aduer
tas,ꝙ qñ iuřm præſtatur in dubio,donec aliud probetur,tûc ꝓ-
ſumitur præſtitû,prout delatû fuit, vt l.tutor.& ibi no.ff.de iu-
reiu.¶ In gl.actionem.in ſi.no.ꝙ ex iuramento oritur obligatio
& actio, vt hic,& ẽt exceptio, vt d.l.nam poſteà.§.1.¶Sed côtra
hoc oppono, quia de iure ciuili ex iuramento nô oritur actio.
vt l.ſi quis pro eo.in prin. ff.de fideiuſ. patet, quia fideiuſſor nô
accedit,& ſic non oritur ẽt naturalis obligatio. Sed rñde ſecun
13 dum Bart.ibi, faciendo tres caſus . ¶†Quoddã eſt iuřm delato-
rium,& litis deciſorium,& tunc parit actioné,vt hic. Quoddã
eſt iuřm introductiuum, per quod vellé vnam obligationé de
nouo inducere,quæ côſtat nunꝗ fuiſſe, & tale iuřm nô eſt mo-
dus inducédę obligationis de nouo, vt d.l.ſi quis pro eo.Quod-
dam eſt iuřm côfirmatiuû ꝯctus inualidi, & tunc non eſt iura-
méto,ſed ex ꝯctu (quaſi cû iuraméto cohęreat) oritur actio. vt
in Auct.ſacramẽta. & quod ibi gl. C. ſi aduerſus venditioné.ita
dicit Bar.in d.l.ſi quis pro eo.in prin. Ange. verò & doc. in l.2.
C.de reb. cre.& iureiu.addunt,ꝙ ex iuramento iudiciali oritur
actio, ut hic, qñ eſt voluntariè delatum a parte parti,quia oriř
ex quaſi ꝯctu delationis & acceptationis iuramenti , ſecus ſi ſit
neceſſarium in defectû probationis, vt no.gl.ſingularis,in §.prę
terea.j.eo.¶ In gl.illud quæritur.ibi.l.admonendi. No.ſm Bald.
14 in l.2.C.eo.ꝙ aliqñ † periurus [c] ciuiliter punitur, vt l.ſi quis de-
c ferente.ff.de dolo.aliqñ punitur pœna infamiæ, [d] vt l.ſi quis ma
d tor.C.de tranſac.aliqñ punitur pœna remotionis a dignitate &
teſtimonio, vt l.quoties. C.de digni.lib. 12. aliqñ pœna exilij, vt
l.de periuro.ff.de crim.ſtellio. aliqñ ictu fuſtiû , vt l.ſi duo patro-
ni.§.ſi.ff.de iureiu.aliqñ pœna capitis,vt in Auct.vt non luxu.ꝯ
natu.§.1.& 2. Aliqñ pœna motu principis,tône côtemptæ reli-
gionis, vt l.1.C.de ſum.Tri.licèt ibi propriè nô ſit periurus. ali-
qñ pœna l.Cor.de ſica. vt l.1.§.1. ff.ad l.Cor.de ſica.aliqñ pęna
falſi, vt l.1.§.1. & ibi gl.& Bar.ff.de falſis. Tu auté per modû do-
ctrinæ, an & qñ periurus in foro ſæculari debeat puniri,diſtin-
gue ſm Sal.in d.l.2.aut iurauit per ſacramenta prohibita, vt per
viſcera & capillos Dei,aut per ſacramenta permiſſa.Primo ca-
ſu,aut habet ex conſuetudine,& tûc ſiue verum,ſiue falſum iu-
rauerit, vltimo ſupplicio punitur, quia in contemptum noſtræ
fidei iuraſſe creditur , vt dicta Auct. vt non luxur . ꝯ naturã.§.
1.& 2.Si autem non habet ex côſuetudine,tunc nô ſic atrociter
debet puniri.Et aduertas, ſm Cy. & Vltramon.in d.l.2.ꝙ binus
aut trinus actus côſuetudinem non inducit,quod placet ibi Sa-
ly.quia ex lubrico linguæ hoc côſiſtit,& ideo eſt ponêdus ad ca
tenam,vel aliter arbitrio iudicis puniendus. Aut iurat per ſacra
menta licita,& tunc aut iurat verum,& non punitur, aut iurat
falſum,& ſic deierat,& tunc,aut quæritur in teſte,aut in princi
pali ꝑſona. Primo caſu,aut in cauſa publici & capitalis iudicij,
&

ADDITIONES.

a Dominium. Adde Alex. in d.l.ſi pro fundo. vbi tenet poſt Barto. Bal. Pau de Caſt. & Fr. Tigr. ꝙ licèt actor renunciet liti & cauſæ motæ ſuper dominio fundi per eum poſſeſſi,non transfert dominium in reum,nec a ſe abdicat.

b Conſeruet. Vide Alex. in d.§.ſi petitor.& Pet.de Anch. conſ.38.viſa petitione &c.

c Periurus. Dic periurus punitur,ut no.in c.querelam.de iureiu.& ibi per Pan. & dicitur periurus,qui ſcienter tranſgreditur iuramentum,quod contra ipſa ex certa ſcientia fecit,ut in c. tua nos. el 1. de iureiu.

d Infamiæ. Adde an periurus ſit infamis,Fed.conſi.159 Cal conſi.4.de iureiu. & an infamis priuetur dignitatibus ipſo facto, per Rom,ſing.ſcia. ſo.85.

& tunc ſimilitudine ſupplicij caſtigabitur. vt l.1.§.1.& ibi Bart. ff.ad l.Cor.de ſica. Aut in alia cauſa ciuili, vel criminali, & tunc pœna falſi tenetur. vt l.1.§.1.& ibi gl.& Bar.ff.de falſis.& l.Luc. & ibi Bal.ff. de infamib. Secundò caſu, qñ quæritur de perſona principali, ad quem negotium ſpectat, & tunc, aut quodam calore iracundiæ iurat in iudicio falſum, & ſolum Deum habet vltorem. vt l.quicquid calore.ff.de reg.iu.& in l.1.C.ſi quis Impera.maledixe.ita pôt intelligi gl.hic, aut ex deliberatione iurauit, & tunc aut quęrit̃ de pęna retractationis iuramenti, & dic. vt l.1.C.de reb.cre.& iureiu.aut de alia pœna, & tunc aut iurauit per Deum parte deferēte, & ſolum Deum habet vltorem. vt d.l.2.aut per principem, & punitur ſm dictam l.ſi duo patroni. §.fi. Aut fuit aliud iuramentum, quàm litis deciſiuum, & ſic extra iudicium, & tunc, aut periurat ex cã legibus inſerta, & tunc non punitur. vt l.non dubium.in fi.C.de legib.& l.fi.ff.qui ſatiſ. cog.aut non ex tali cã, & tunc, aut iurat tale quid, quod non intereſt alterius, vt non commedere carnes, & tunc Deum habet vltorem. vt d.l.2.coniuncta gl. & d.l.Lucius.coniuncta glo. Aut iurat tale quid, quod alterius intereſt, & tũc aut iurat de præterito, vel de præſenti in alterius deceptionem, & tunc punitur crimine ſtellionatus. vt d.l. de periurio. aut iurat de futuro, & tunc, aut ſuper debito efficaci, & punitur ſm formam l. ſi quis maior. C.de tranſa. Aut efficax debitũ erat, & tunc, vt dicit Cy. & Pet.non punitur. vt l.iuriſgentium.§. & generaliter. & ibi gl. & Bar.ff. de pact. ita dicit in effectu Sal. in d.l.2. Vnum addas, quod ibi ſ̃.dixi, quem puniri de periurio, dic, ẽt ibi ſemper notari infamia. vt d.l.Luci.& ibi Bal.& d.l.ſi quis maior. & ibi doct. & ſic repellitur a teſtimonio, & qualibet dignitate. vt d.l. quo-

15 ties. Ita dicunt notanter doct.in d.l.2. ¶ Addas ẽt † ſm Ange.in d.l.2.ꝙ iſta non vendicant ſibi locum, niſi in iuramento delato a parte, ſecus ſi per iudicem, quia tunc ipſum haberet vltorē, vt d.l.ſi duo patroni.§.fi. Ac etiam prædicta non vendicant ſibi locum in caſibus in quibus iuramentum iudiciale, vel neceſſarium retractatur. de quibus caſibus habetur in l.1.C.de reb.credi.& iureiuran.tunc ſicut de periurio etiam iudiciali, poteſt q̃ri ciuiliter, & criminaliter, & retractari. vt d.l.1.ita ẽt criminaliter ad pœnæ impoſitionem. facit l.fin.ff.de priua.dele.& d.l. de periurio.coniuncta l.fi.ff. de litem iuran. ¶ In ea.gl.ibi.l. mani-

16 feſtæ.tu dic, ſm Bar.ibi, ꝙ non eſt differētia inter † ius antiquũ, & nouum in hoc, licèt hodie ſit magis declaratum, q̃ olim, nã delationem iuramenti factam a parte, poteſt aduerſarius licitè recuſare, ſed ſi iudex delationem comprobauerit, & præceperit parti cui delatum eſt, ꝙ iuret, ſi recuſat ſine cauſa poterit eũ tanq̃ confeſſum cõdemnare. vt l.generaliter.§.1.C.de reb.cred. & iureiu.nam ibi de iure antiquo nihil corrigitur, ſed declaratur. Et quæ ſint illæ cauſę recuſationis delationis iuramenti, no. Bar.in d.l.manifeſtę.ff.de iureiu.inter quas no.potiſſimè, qñ emptor conuenitur, & eidem defertur iurm̃, quia pôt recuſare ne

a perdat actionem de euictione ᵃ ɔ̃ autorem ſuum. quod perpetuò tene menti, quia iſtum caſum vidi in practica. Et caſus quibus quis non adſtringitur ad obſeruantiam iuramenti, vide no. per Bal.in l.ſi.C.de non nu.pecu.& ibi Sal. ¶ In ea.gl.ibi, qui in rationibus.dic, ſimilis gl.huic eſt in l.1.C.de reb.cred.& iureiuran.& ibi doc.In hoc tñ caue, quia licèt falſum iuret, tamē pro veritate accipitur, nec vltra quæritur, vt hic, niſi in dictis caſib. vt d.l.1.& 2.C.de reb.cre.dic tamē vt ſ̃.dixi.¶ In ea.gl.in fi. dic,

17 hanc vltimam oẽs doct.approbãt hic.& in d.l.1. † Forma autē libelli in actione in factum, quæ oritur ex iuramento informiter pręſtito, eſt talis, videlicet: Dico ɔ̃ Titium, ꝙ cum litigarem coram tali iudice cum eo, & ab eo peterem decem, quæ dicebam mihi deberi, & dictus Titius mihi detulerit iuramentum, vt iurarem ſi dicta decem erant mihi debita, necne, iudice dictam delationem iuramenti approbante ac mandante mihi, ꝙ iurare deberem, & qualiter ego ſtatim ſuſcepi dictam delationem iuramenti, & iuraui per Deum immortalem dicta decem mihi per dictum Titium deberi, quare cùm dictus Titius dicta decem mihi præſtare deneget, peto ipſum per vos con-

18 demnari mihi ad dicta decem danda & ſoluenda, &c.¶ † Si verò fuerit formiter iuratum, ſic forma libellum: Dico, ꝙ cum litigarem cum Titio coram tali iudice, & ab eo peterem decem, quæ dicebam me ſibi mutuaſſe, mihi detulit iuramentum in iudicio & coram dicto iudice, approbãte dictam delationem, ac mandante mihi vt iurare deberem, & ſtatim ſuſcepi delationē & iuraui prædicta decem mihi deberi per Titium ex dicta cauſa mutui, quare peto per vos eum mihi condemnari ad dãdum & ſoluendum dicta decem &c. Et prædicta in actione perſona

19 li. † In reali verò libellus ſic formabitur: Dico contra Titium, ꝙ cùm ipſe poſſideret rem meam, quam ego petij rei ven. tanquam dominus, in iudicio detulit mihi iuramentum coram iudice approbante ac mandante mihi, vt iurare deberem, ſtatim ſuſcepi delationem iuramẽti, & ſm ꝙ detulit, iuraui rem meã eſſe, vel ad me ſpectare iure dominij, quam rem de præſenti dictus Titius poſſidet, quare peto mihi quaſi domino rem prædictam reſtitui per dictum Titium, & ipſum ad prædicta condēnari. Non enim dicas in dicto libello ꝙ reſtituatur tibi domino, quia prętor non dat directum dominium, ſed vtile, vt ſupra

20 de bono.poſſ.§.quos autem.& in §.ſed iſtæ.ſupra eo.ti.† Si verò velis intentare publicianam, ſic dicas: Dico contra Titium, quòd poſſidet talem rem quam ego petij a Seio in iudicio quaſi meam, & ipſo inſtante, & deferente quòd iurarem per Deum dictam rem meam eſſe, iudice approbante talem delationem, ac mandante me debere iurare, & ſtatim ſuſcepi dictam delationem, & iuraui ſm ꝙ mihi detulit meam eſſe, & ob hoc fuit mihi tradita poſſeſſio rei dictæ quam Titius nunc detinet, quare peto mihi dictam rem reſtitui &c.

A D D I T I O.

a De euictione. Fulg.in d.l. manifeſtæ, vt refert d. Alex. dicit, ꝙ iura allegata p Bar. probant ɔ̃trarium, quia in l. ſi dictum.§. ſi compromiſſo. ideo ibi imputetur emptori ſi cõpromiſit, quia nemo cogebat ipſum compromittere, ſed vbi iuramẽtũ defertur neceſſe eſt iurare, vel deferre vt d. l. manifeſtæ, & honeſtius eſt deferre, vt eſt tex.in l. illud. §.1. infra de conſti. pecu. vnde ſi ſ̃ facias ex neceſſitate debes excuſari ſecundum eum ſed ſaluat Bar. ideo emptor non tenetur iurare, quia probabiliter ignorare poteſt, an res ſit ſua, vel non, l. iuſiiurandum & ad pecunias ff. de iureiu. Aliam ſaluationem, vide ibi, per Alex.

S V M M A R I V M.

1 *Affixa in loco publico delens, qualiter ſit puniendus.*
2 *Literis ſculptis an ſit credendum.*
3 *Actio pœnalis quotapliciter conſideretur.*
4 *Delinquentium vnus quando cæteros liberet & nu.10.*
5 *Diſpoſitio l. ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iudi. quando locum habeat & numero 8.*
6 *Lacerans vel amouens ſiue occultans ſcripturas alienas, vel literas, qualiter ſit puniendus.*
7 *Procurator vel aduocatus iura clientuli ſui oſtendens aduerſario, quomodo puniatur.*
9 *Mandans & mandatarius pari pœna puniuntur.*
11 *Pœna ſimpliciter per legem vel ſtatutam appoſita, cui applicetur.*
12 *Pœna albi corrupti cui ſit applicanda.*
13 *Pœna impoſita fraudanti gabellas ad fiſcum ſpectat.*
14 *Libellus in materia corrũpentiũ albũ fieri qualiter formandus ſit.*
15 *Libellus quomodo ſit formandus quando medietas pœna venit applicanda fiſco, & altera medietas parti.*
16 *Puer intactulis tantum an poſſit a filio ſine venia in ius vocari.*
17 *Citari ſine venia qui poſſint, & non poſſint.*
18 *Scholaris an poſſit ſine venia Doctorem ſuum in ius vocare.*
19 *Vaſallus poteſt dominum ſuum in ius vocare ſine venia.*
20 *Pœnam pecuniariam ſi quis ſoluere non poteſt, luat in corpus, quomodo intelligatur.*
21 *Pœna vel mulcta cuius ſit electio.*
22 *Index quomodo rei famam conſeruare poſſit.*
23 *Filiusfamilias non exiſtens ſoluendo in corpus caſtigatur.*
24 *Percuſſio manu vacua non eſt atrox iniuria.*
25 *Libellus ſaltem tantũ oblatus nõ habet vim litis motæ, nec citationis.*
26 *Proceſſus inualiditas an, & quando pendeat ex citatione.*
27 *Curator quando liti, aut perſonæ detur.*
28 *Vſusfructus an, & quando patri quæratur, & quãdo pater ſit legitimus adminiſtrator.*
29 *Pater an poſſit ex poſt facto inceptum iudicium per filium ratificare, & an per ſe, vel per procuratorem, vel per nuntium, vel per epiſtolam poſſit conſentire.nu.30.*
31 *Libellus qualiter formetur contra vocantem ſuperiorem ſuum in ius ſine venia.*
32 *Intellectus ad l.pen.ff.ne quis eum &c.*
33 *Eximens citatum de manibus familiæ, quatenus teneatur.*
34 *Solutione facta ab eximente an liberetur debitor, vel econtra.*
35 *Actio vt contra eximentem competat, quæ requirantur.*
36 *Citatio quibus ex cauſis non arctet citatum.*
37 *Creditori quid incumbat ad probandum in hac actione, & quomodo debeat in practica articulare, & probare.*
38 *Actio albi corrupti, eſt annalis.*
39 *Tituli duo ſſorum enucleati.*
40 *Interruptio quid operetur.*
41 *Præſcriptio an, & quando interrumpatur.*
42 *Libellus quomodo formari debeat contra vi eximentẽ in ius vocatũ.*
43 *Libellus qualiter ſit formandus contra eum qui dolo fecit, quominus citatus in ius veniret.*

Pœnales

Pœnales quoque. ¶Qui edictum in albo prætoris po
ſitum corruperit, vel qui vocat pa
trē, vel patronum in ius ſine uenia, & eximens dolo aliquē vo-
catum in ius, vel dolo eximi faciens, tenetur actione prætoria.
h.d. ¶Et primò ponit tria exempla. s. ibi, veluti. ¶No. q ſicut ius
ciuile poſuit actiones ciuiles pœnales, ita ēt prætor, imitans di-
1 ctum ius, vt hic. ¶† No. q licèt corrumpere edictum in albo po
ſitum. & ſic facit, ſi quis remouerit, vel deturpauerit, uel lacera
uerit ſchedulas appoſitas, & affixas valuis palatij, vel eccleſia-
rum, vel alio loco publico, q debet puniri, vt hic, de quo j. la-
tius dicam. Et idem ſi corruperit libros, uel aliquam ſcripturā
repoſitam in camera actorum communis Bono. vel ſi quis dele
uerit imagines aliquorum, qui ſunt depicti ob perpetuam infa
miam, ut ſunt proditores, vel ſimiles. vt not. doct. in l. ſi quis id
2 quod. ff de iuriſd. om. iud. ¶† No. q creditur ſcripturis, quæ ſunt
ſcriptæ, vel ſculptæ in parietib. uel lapidibus. de quo tñ vide gl.
in l. in teſtō, la 2. ff. de cond. & dem. & per Bar. in l. 1. in princ. ff.
de lec. tab. & vide tex. gl. Bar. & Bal. in l. monumentorum. C. de
relig. de quo dixi s. de teſt. ord. in §. nihil aū t. dic, vt ibi. ¶Not. q
filio vel liberto, non eſt licitum uocare ſuperiorem ſuū in ius
ſine venia petita, & obtenta à prætore, aliàs punietur, vt l. pen.
& fin. ff. de in ius uoc. ¶Not. q non ſufficit petere ueniam, niſi
impetretur, ut hic, & in ſimili in c. ſi religioſus. de elec. in 6. & ſi
iudex non concedit, qō eſſet cā iuſta concedendi, hr̄ regreſſus
ad ſuperiorem. arg. no. per gl. in d. c. ſi religioſus. in uerbo obiē-
ta. ¶No. q mandās cōmitti maleficium, punitur ſicut cōmittēs.
¶Not. q non ſufficit eximere, uel mandare eximi, ut incidat in
hanc pœnam, ſed ēt requiritur dolus, ita q dolo factum ſit. ¶Et
præmitte ſm̄ Dy. hic, q alia eſt actio perſecutoria, & alia actio
pœnalis. Perſecutoria eſt, qñ actori res abeſt, & reo adeſt. Pœna-
lis, qñ mihi actori non abeſt, nec reo adeſt, vt in ſecundo exem
3 plo huius literę. ¶† Et aduertas, q tripliciter conſideratur actio
pœnalis. Nam aliqñ dr̄ ſolum ex parte actoris, pœnalis actio, pſe
cutoria uerò ex parte rei. Aliqñ perſecutoria ex parte actoris,
pœnalis uerò ex parte rei. Aliqñ pœnalis quò ad vtrūque. De pri
mo pone exemplum, ſi aliquis aliquid tibi dederit, vt mihi ne-
gotium faceres, nam mihi nihil abeſt, & tibi adeſt ſimplum, ut
l. 1. & per totum. ff. de cal. De ſecūdo pone exēplum, in l. Aquil.
vt ſi interfeciſti ſeruum meū, nam mihi abeſt, & tibi non adeſt,
vt l. item Mela, §. ſi plures. & l. inde Neratius. in §. j. ff ad l. Aquil.
De tertio, videlicet, de pœnali, ex utraque parte, pone exemplū
in ſecundo caſu iſtius §. ¶In gl. pœnales. ibi l. in honorariis. dic,
vt ibi per gl. & Bar. Caue tñ tibi, quia ibi gl. loquitur de pœnali-
bus prætoriis, ſecus in ciuilibus pœnalibus, quia illæ, licet ſint
pœnales, tñ non finiuntur uno anno, immo ſunt perpetuæ, ut j.
de perp. & temp. act. in prin. ¶In ea. gl. ibi, l. ſi de interpretatio-
ne. dic, ſunt tñ quædā rei perſecutoriæ, odioſæ actiones, vt age-
re de dolo, & ad rem. vt l. j. §. ait prætor. coniuncta l. non debet.
ff. de dolo. ¶In ead. glo. in fi. dic, hoc procedit vbi eſt pœnalis ab
vtraque parte, vt d. l. 1. & ubi deſcendit ex delicto, ut l. itē Mela.
4 §. ſi plures. & ibi per gl. & d. Flo. ff. ad l. Aquil. aliàs † aūt ſi eſſet
pœnalis ex vna parte, vel accuſatio deſcēderet ex quaſi malefi-
cio, & cōtracto conſilio delinquunt, quo caſu vno conuento, &
exacto, alij ſunt liberati, vt eſt in. caſus in l. ſemper. §. ſi in ſepul
chro. & ibi latè Bart. quem omninò videas. ff. q vi aut clam. Si
verò in cōtracto conſilio plures delinquunt, & tunc ſi cōcurrūt
in idem tēpus, vnius conuentio liberat alios, vt hic per Dyn. &
Bar. in d. l. ſi quis id quod. ſed tu dic, q immo ſm̄ Bar. in d. §. ſi in
ſepulchro, tunc liberatur ſoluta pœna, & non aliter, vt l. 1. § ſi.
cum l. ſeq. ff. de his qui deiec. vel eff u. & ibi per Flo. & non ante
liberantur. Et iſtud eſt verius. arg. l. 3. §. 1. ff. de duob. re. coniun-
cta l. ableorem. ff. de pœn. Si verò delinquunt diuerſo tempore,
cùm ſint delicta pœnitus ſeparata, quamuis unus ſit exactus, nó
liberat aliū, probatur in d. §. ſi in ſepulchro, quia pœna debet te
nere ſeparatum unumquemque ſuorum, ut l. ſancimus. C. de pœ
5 nis. ¶† In gl. ex albo. in fi. dic, q hęc gl. ſentit, q in quocunque al
bo cuiuſcunque conditionis fuerit, habet locum pœna quinqua
ginta aureorum. Sed Pet. & Iac. hic volunt, q tantummodò ha-
beat locum in albo perpetui edicti, ſecus in temporali, utputà,
in citatione alicuius. pro quo facit tex. in d. l. ſi quis id quod. ibi,
perpetuæ &c. Item pœnæ ſunt reſtringendæ, & molliendæ, ut l. ſi
præſes. in fi. & l. interpretatione. ff. de pœn. Vnde cum d. l. ſi quis
id quod, loquatur ſolummodò in generali edicto, non extende
retur ad alios caſus generales, quia eſt odioſum, & pœnale, vt l.
cum quidam. ff. de lib. & poſth. Ex quo inferunt, q in corrum-
pente album temporale, habet locum pœna arbitraria, cum nō
ſit a iure ſtatuta. Et iſtud ſequitur Bar. in d. l. ſi quis id quod. li-
cèt gl. ibi ſentiens, hoc dicat, q iſto caſu punitur ex ſententia le
gis, licèt nō ex uerbis, ut l. lege obuenire, §. verbum ex legibus.
ff. de verb. ſign. Pro opin. tamen doc. facit l. 1. & per totum. ff. de
crim. ſtellion. Ex illa tamen gl. no. ſm̄ Bal. ibi, q ēt in criminali-
bus proceditur de ſimilibus ad ſimilia, vbi non eſt in verbis le-
gis expreſſum, ſed omiſſum. facit l. ſi quis ſeruo. cum ibi no. per
gl. & doc. C. de fur. Pro quo facit regula. l. non poſſunt. ff. de le-
gib. & quod no. gl. & doc. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de
infamib. Ego autem in hac materia ſic dicerem, aut eſt edictum
perpetuum, & perpetui effectus, ut ſcriptura archiui publici ſa
cta ad perpetuam rei memoriam, uel in patiente alicuius prodi
toris, ad ipſius perpetuam infamiam, & tunc habent locū ver-
ba, & mens edicti. d. l. ſi quis id quod. Aut eſt edictum tempora
lis effectus, vt citationes factę, vt intra menſem compareat, vel
alio tpe citius. Et tunc ſi remoueātur interim (ut quotidie fit)
vel lacerentur intra tpš citatorium, tunc uerba edicti non hñt
locum, ſed mens, tūc punitur iſte dicta pœna quinquaginta au-
reorum, ſm̄ gl. prædictam, quia eſt eadem ratio. Et hoc verius
credo. ſed ſm̄ doc. pœna non eſt determinata, ſed extra ordinē
arbitrio iudicis, vt l. 1. ff. de crim. ſtell. Aut lacerantur, uel remo
uentur poſt dictum tempus in citatione appoſitum, & tunc cū
finitus fuerit effectus dicti edicti, & nullius interſit, vr̄ q iſto ca
ſo lacerans, vel remouens, nullam pœnam incurrat, cùm talis
laceratio nulli ſit nociua, nec etiam ſit in uerecundiam prætō-
ris, igitur non punienda. arg. tex. cū gl. no. in l. damus. & ibi Bar.
& doc. C. de falſis. Niſi illa ſchedula, poſſet aliquo reſpectu eſſe
utilis, vel ipſi prætori ad probandum q citauerit fortè, quia nō
habet aliud originale dictæ citationis, vel partis aduerſæ inter-
eſt, quia tunc punitur. arg. not. ſing. per Bart. in l. 2. §. ſi plura. ff.
quemadm. teſt. aper. vbi omninò videas, q qñ teſtm̄ de uolun-
tate teſtantis eſt cancellatum, nō pōt notarius dilaniare, immo
petentibus debet dare copiam, prout cancellatum eſt. pro hoc
etiam eſt tex. notabilis in l. qui tabulas, in princ. ff. de fur. ¶Si qs
6 † autem non edicta poſita in loco publico, ſed ſcripturas alie-
nas, vel literas alicui trāſmiſſas amouerit, vel occultauerit, vel
lacerauerit, vel igne combuſſerit, vel bullas plumbeas de lite-
ris Papæ, vel ſigillum aliud appenſum amouerit, uel deleuerit
(vt quondie ſit inter ſcholares) an teneatur dicta pœna? Dic
primò, q tenetur furti, ad duplum. item ad intereſſe, ſi dolo fe
cerit, vt d. l. qui tabulas, & etiam tenetur pœna falſi, ſi dictas li-
teras aperuerit, & legerit aduerſario illius, cuius erant literæ,
aliàs ſi ſimpliciter legerit, & reddiderit, tenetur extra ordinem,
vt no. Bart. in l. qui teſtamento. ff. de falſis. In aliis autem caſibus
ſupradictis omninò pœna falſi tenetur, ſiue ſit ſcriptura publi-
ca, ſiue priuata. vt eſt tex. & ibi Bar. in l. Paul. rñdit. §. inſtrumen
7 torum, & §. 1. ff. de falſis. † Et idem qñ procurator, uel aduoca-
tus oſtendit iura clientuli ſui aduerſario, vel depoſitarius oſtē
dit iura deponentis eius aduerſario, ut eſt tex. & ibi Bart. in l. 1.
§. qui in rationibus, & §. ſeq. ff. de falſis. ¶In gloſ. corrupiſſet. ibi,
quamuis non corruperit. dic, idem ſi corruperit. antequam ap-
poneretur, uel impediuit apponi, vt d. l. ſi quis id quod, qa fal-
tem ex mente legis (ut ibi) tenetur. quod no. p̄ impedientes ap
poni aliquam ſchedulam citatoriam in oſtio citati, quia iſta cī
hr̄ pro citato, ut eſt tex. & ibi Barto. in l. 1. §. Ariſt. ff. quod vt aut
clam. ¶In ead. gl. ibi, & ſiue per ſe, ſiue per alium &c. Prędicta
8 intelligas vera † qñ dolo facta ſunt, ſi autem ſine dolo, non ha
bet locum dicta l. ſi quis id quod, putà, ſi per inaduertētiam, ru
ſticitatem, vel ſimplicitatem, vel caſu, uel iudicis mādato amo
uerit, vel deleuerit, vt ibi, ex quo ēt ſequitur, q requiritur verus
dolus, cum in lege ſit facta expreſſa mentio doli, & ideo quæli-
bet ignorantia, etiam iniuſta (vt putà iuris, quæ non dicitur eſſe
probabilis, vt l. liberorum. §. notatur. uerſ. ignorantia. ff. de infa-
mibus) excuſaret eum, vt no. Ang. in d. l. ſi quis id quod. p quo
tu dic, q eſt tex. in l. igitur. in §. 1. ff. de libera. cau. & in l. 1. in fi. ff.
de abigeis. & eſt gl. notabilis in l. plagij. la 2. C. de plagia. & no.
Bar. in l. iuſſè. in fi. & ibi doc. ff de acq. poſſ. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. ſi
quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit. & Bar. in l. pen. ff. de adul. §. ſin
autem lex non requireret dolum verum, tunc ſufficeret præſū-
ptus, cui æquiparatur lata culpa. facit l. quod Nerua. & ibi latè
Bar. ff. depoſiti. an tunc ignorantia iuris ipſum excuſaret? dicas,
q non, maximè ſi eſſet ignorantia iuris naturalis, vt l. venia. cū
ibi notatis. C. de in ius voc. hoc voluit Iac. de Arc. in l. regula. ff.
de iur. & fac. ig. Aduertas tñ, q in caſu in quo lex, vel ſtatutum
requirat dolum verum, & tunc ſi quis per ignorantiā iuris, vel
facti peccauerit, etiam iniuſtam, licèt non teneatur pœna a d. l.
inducta, ut in caſu noſtro quinquaginta aureorum, uel in ho-
micidio de ſicariis, tamen omninò extra ordinem arbitrio iudi
cis, propter dictum delictum puniri debet, quia debuit cautius
agere, & conſulere peritiores. arg. l. bonor. & ibi Bar. ff. de bon.

poſſ.

poſt.& l. ſ.§.hæc actio.ff.vi bon.rap. & ſ. vi bo.rapt.§.2.Ita ſin-
gulariter dixit Bar.in d.l.pen.ff.de adulter.& in d.l.iulle.in fi.&
in d.l.1.§.1.& in l.genero.ff.de infamibus.& no.Bal.in l.1.C.de
pęnis.& Bal.& Io.de Imo.in l.huiuſmodi.§.ſi ita cui.ff.de leg.2.
& Sal.in l.eũ qui duas.C.de adult. & facit quod no.Bart.in l.1.
ff.de legib.& Senatuſcon. & vide omninò plenè per Sal.in l.Se-
natus. C.de his qui ſibi aſcribunt.quod no.perpetuò. ¶ In ea.gl.
9 ibi,ambo tenentur.no.† ꝙ mandãs & mãdatarius pari pęna pu
niuntur.de quo in l.non ideo minus.& ibi Cyn.Bal. & Sal.latè.
C.de accuſat.& Bar.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.ff.de iniur.An
autem mandans dicatur propriè feciſſe & corrupiſſe edictum,
vel per fictionem,& ſic interpretatiuè,& per conſequens quæ-
ritur,an teneaẽ pęna ſtatuti municipalis,necne,no.Bar. in l.ſed
ſi vnius.§.ſi ſeruus.ff.de iniur. vbi ſingulariter loquitur.de quo
ego latè dixi in meo tract.Maleſi.in gl.in ver.Sempronium mã-
datorem &c.dic,vt ibi.¶In ea.gl.ibi,nec vnus liberat aliũ . dic,
pro quo etiam eſt caſus in l.plurium ſeruus . de noxalib. & no.
Bar.in l.1.in fi.prin.ff.ſi familia furtum feciſſe dica.& eſt text.in
l.itẽ Mela.§.ſed ſi plures.ff.ad l. Aquil.& ibi glo.& Flo.& dic,vt
10 ꝑ gl. in d. l.ſi quis id quod . Et ꝑdicta procedũt † in maleficiis,
ſed in quaſi maleficio,nõc vnius ſatisfactio pœnæ alios liberat,
vt l.ex maleficiis.§.pe.& ibi Bart.ff.de actionib. & obl.Et eſt ra-
tio,vt ibi voluit Bart.quia agitur ibi ad intereſſe. Item prędicta
procedunt , niſi plures delinquerent, non vt ſinguli,ſed vt vnũ
corpus, vt vniuerſitas ſcholarium,vel plures,vt officiales in of-
ficio,quia pęna ſoluta ab vno cæteros liberat,vt l.ſi multi.& ibi
Bar.& doc.ff.de publica.& vectig.& no.Bar.in d.l.ſi quis id qđ.
11 in fi.adde tu quæ ſ.dixi. ¶ † In ea.glo.ibi, & eſt in quinquaginta
aureos.dic,qm autẽ iſta eſt actio popularis,vt d.l.ſi quis id qđ .
Quæro igitur,cui prædicta pœna ſimpliciter impoſita,popula-
ris & pecuniaria , applicetur ? dicit Bar.in l.agraria.ff.de termi.
moto.quandoque lex ſiue ſtatutum pœnam imponens,inducit
actionem,quandoque introducit accuſationem,qñq; ſimplici-
ter loquiẽ.Primo caſu,regula eſt, ꝙ applicetur parti,vt l.ſi cui.
ff.de ver.ſig.& d.l.ſi quis id ꝙ, & ibi gl.& Bar.fallit,ſi aliter in l.
exprimaẽ,vt l.fi.ff.de liti.& l.Corne.in fi.ff.ad Sylla.qñq; indu-
cit accuſationem,& tũc applicatur fiſco, vt l.mulctarum. C.de
modo mulctarum.& 10.colla.quæ ſint rega.c.vnico.quandoq;
lex ſimpliciter loquitur , vtputà , iudicium dabo , & ſub pęna
quinquaginta aureorum,& tunc in dubio vẽ introducere accu
ſationem & pęnam fiſco applicandam,vt l.inbemus.§.his iudi-
12 cibus.cum ibi no.per gl.& doc. C.de ſacroſ.eccl.†Ex his ſequi-
tur,ꝙ in caſu noſtri §.applicabitur pœna fiſco. ſed gl.& Bar.in
d.l.ſi quis id quod,tenent contrarium.Ang.verò in d.l.ſi quis id
quod , dicit iſto vltimo caſu , qñdoque ſtatutum imponit pœ-
nam pro intereſſe iniuriam paſſi, & tunc applicabitur parti,vt
l.pen.& ibi doc.C.de leg.adde l.poſt legatum.§.amittere. & ibi
Bar.ff.de his quib.vt indig.qñq; propter publicam offenſam,vt
in caſu huius §. & tunc verum non dicit Bar. Ex quo Ange.ibi ,
13 infert,& dicit ſe conſuluiſſe, † ꝙ pęna quæ imponitur fraudã-
a ti gabellam , pertinet ad fiſcum , [a] quia fiſcus offenditur , non
ad emptorem ipſarum gabellarũ. & ita tenet Cyn.vt ipſe refert
per l.creditor.ff.de act.emp. in princ.credo quod ſit cõtrarium
per dictam l.creditor. Vnde forſan dictum Ange.eſt corruptũ ,
vitio ſcriptoris.& dr̃ etiam,ꝙ eſt caſus ꝯ determinationẽ iſtam
in l.ſi qs.C.de vectiga.& cõmiſ.Nec huic determinationi prin-
cipali obſt.dictus §. his iudicibus , qa licèt ibi eccleſia offenda-
tur,tamen quia loquitur in pœna publicationis bonorum,quo
caſu in dubio applicatur fiſco.argu.l.1. & 2.C.de bon.vacã.lib.
10.ſecus ſi pęna imponatur ſub nomine quantitatis. Nec ẽt obſt.
d.l.ſi.ff.de litigio.quia qñq; lex imponit pęnam per nomina re-
ſpectiua,vt duplum,triplum, & ſimil.qñq; per nomina ſimpli-
cia . Primo caſu,loquitur cõtrarium,& nõ põt eſſe quin duplo
inſit ſimplum in dubio , vt eſt caſus in l.hoc edicto. in §.1.ff.de
publica.Et ideo cum ſimplum veniat applicandum parti,in du-
bio etiam illud ſimplũ,ꝙ eſt pœna,ſimpliciter parti applicabi-
tur , vt ſic de ipſa pęna dupli intelligatur vniformiter diſpoſi-
tum,arg.l.hoc iure.ff.de uulg.& pup. ¶Secundò caſu,vt proce-
dat dictum Bart.ita dicit Io.de Imo.in rubr. ff.de publ.iud.Quæ
omnia no.Et adde quod no. Sal.in l.qui ſepulchra.C.de ſepulc.
vio.& quod no.Bar.Raph.& Io. de Imo.in l.viro atq; vxore.ff.
14 ſol.ma. ¶† Libellus autem contra eum qui corrupit album, ſic
formatur.Ego Titius popularis, & tãquam vnus de populo Bo
no.accuſo Titium, ꝙ cũ per poteſtatem Bononiæ eſſet ſcriptũ ,
vel appoſitum album,vel tale edictum talis continentiæ,ad pa-
rietem palatij , ſeu reſidentiæ, quo in effectu cauebatur,ꝙ nul-
lus iret de nocte ſub pęna decem , tamen dictus Titius doloſè
dictum ſubſtulit,vel dictum album, vel edictum corrupit,qua-
re peto ipſum condemnari in quinquaginta aureis , ſm formã
iuris,vel dicas, quare peto ipſum puniri,& cõdemnari in quin
quaginta aureis dandis , & ſoluendis mihi, cùm mea interſit in
particulari dictum edictum nõ fuiſſe corruptum.Si autem pœ
na eſſet applicanda fiſco , debet ſic concludere, quare peto ip-
ſum puniri ſm formã iuris &c.& iſtud ſufficit, vel dicere,qua-
re peto ipſum condemnari & puniri ad dandũ & ſoluendũ ta-
15 lem pœnam fiſco.¶†Vnum ſi tene menti,& nunq̃ exeat men-
tem tuam, ꝙ qñ aut ex forma iuris , aut ex forma ſtatutorũ ali-
qua pęna debeat partiri inter fiſcum , & priuatum, aut accuſa-
torem,vel denuntiatorem,vel alium paſſum damnum,debes in
concluſione libelli ſic dicere : quare peto ipſum condemnari
in dicta pęna danda,& ſoluẽda camerario cõmunis Bononiæ ,
poſteà diuidenda & partienda ſm formam talis ſtatuti , & ſic
datio , & condemnatio dictæ pęnæ debet fieri inſolidum dicto
camerario cõis, & tũc poſteà camerarius communis debet da-
re partem accuſatori. Ita dicit ſingulariter Bar.per illum tex.in
l.Senatus.§.Senatus.ff.de iu.fiſci.& in l.1.C.de rei ven.rerum fi-
ſca.cum priua.com.lib.10. Et hoc etiã voluit Sal.in l.3.C.ad le.
Fal.in ver. vlterius ab extra &c. ¶ In gl.in eum.ibi,vel patri.ſup
ple.& matri,etiã meretrici, vt l.quiq;.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de in ius
16 voc. ¶†An aut competat hoc edictum patri naturali [b] vocato
b in ius ſine venia ? Dic ſecundum Guil. ut refert Bal.in l.paren-
tes.ff.de in ius voc. ꝙ in prouiſionibus ordinatis a natura , vel
quaſi,ut eſt ius agẽdi, ius honorandi parentes, quòd quaſi pro-
cedit ea natura.ut l.honorari. ff.de obſe. a lib. & liber.paten.&
patro.præſt.l.2. C.de in ius voc. tali caſu appellatio parentũ,&
filiorũ,trahiẽ ẽt ad naturales tñ, niſi fuerit expreſſum aliter in
l.facit.l.Libertinum.coniuncta rub.& quod ibi Cy.& doc.C.de
interd.ma.& per ꝯñs iſto caſu,pater naturalis comprehendere
tur,in d.l.nec vocari poterit ſine venia. Tu dic,ꝙ de hoc eſt ca-
ſus in d.l.parentes. coniuncta glo.& etiam expreſsè voluit hoc
gl.in ver.vel parentes , quod intelligas verum,dummodò non
ſit natus ex inceſtuoſo coitu, vt eſt gl.ſing. quam oẽs ſequuntur
l.quia ſemper. ff.de in ius vocan. Et idem intelligas in quolibet
dãnabili coitu , qui poſſet criminaliter accuſari, ut in §.aduer-
ſus.& ibi plenè per gl.ſ.de nupt.ita dicit Ang.& Io.de Imo.in l.
ex facto.§.1.ff.ad Treb. & generaliter nulla perſona quæ ſit cõ-
prehenſa in uerbis edicti prætoris, non dico de iure ciuili, non
poteſt ſine uenia uocari in ius,ut eſt tex.cum gl.no.in l.genera-
17 liter.ff.de in ius uoc. ¶Ex quo infertur, † ꝙ ille qui leuauit aliũ
de ſacro fonte,cum habeatur loco patris ſpiritualis,ut in tit.de
cog.ſpir. ꝙ non poteſt ſine uenia in ius uocari. Ita no.Ang.in l.
adoptiuum.in prin. ff.eo. & Guil. & Ang.in d.l.generaliter.idẽ
in patre adoptiuo,ut d.l.adop. Item in ſocero & ſocru,quia pa
rentis loco habentur, ut l.quia parentis.ff.ſol.ma.quod ego in-
telligo uerum affinitate durante,ſed ea finita,putà morte mari-
ti,nurus agit contra ſocerum pro dotibus ſuis repetendis ẽt ſi-
ne uenia, & proceſſus ualet,quia nõ cogitur petere ueniam,ut
eſt gl.ſing. in l.ſed hoc ita.in uerſi. ſuccurrendum. in fi.& quod
ibi no. Ange.ff.de re iud.pro hoc uidetur etiam text.in l.cui eo-
rũ.§.1.ff.de poſt. ubi omninò uide Bart.Bal.& Ang.quo eſt no,
c dignum, & tene mẽti,quia ſemel uidi in practica. [c] Idem in de-
fenſore ciuitatis qui loco patris ciuilis habetur,ut in Auct.ut iu
di.ſine quoquo ſuffragio.§.eos autem. Idem in ciuitate,ex qua
quis eſt oriundus , quæ ſimiliter loco parẽtis habetur cùm na-
ſciẽ,ut l.1.§.& quia.ff.de uen.in poſſ.mit. & ff.de iuſt.& iu.l.ue-
lut. Idẽ dicendũ,ſi quis in ius uocaret Cæſarem, uel Papã,quia
ambo ſunt patres fidelium, ut l.Imperialis.C.de nupt. ita dicit
Ang.in d.l.generaliter. Addas idem in prælato, a ſuo clerico.&
idem in Abbate a ſuo monacho , quia non tñ ſunt loco paren-
tis , ſed ẽt habent ius uendicatiuum in eos , adiecta cauſa iñ de
iure canonico,ut no.gl.& doc.in l.1.§.1.ff.de rei uen. ¶†An aũt
18 ſcholaris poſſit ſine uenia doctorem ſuum in ius uocare , uẽ ,
ꝙ non,quia perſona magiſtri debet eſſe in reuerentiam,ut per-
ſona parentis,ut l.liberto. cum gl.ff.de obſeq.a lib.& libe.& pa
tro.præſt.Sed Io. de Pla.doctor.Bono.tenet hic ꝯrium, quia nõ
eſt reuerentia iuris paternitatis. quod intelligit uerum de cita-
tione uerbali,ſed realis citatio contra magiſtrum fieri non põt,
alias

ADDITIONES.

a Fiſcum. Adde ꝙ contrarium tenet Bal.in c.1.de cogn.feu.vbi refert ita tenẽ-
te Cy.in l.creditor.hic alle.& idem tenet Alex.vbi vide alias concor. in d.l.
id qđ.qui tranſit cũ Bar.& alle.Io And.in addi.ad Spe de inſtrumẽto edi.in
§.reſtat dicere.ꝙ vbi ex edicto ꝑtoris imponitur pęna ꝙ illa applicatur parti.
b Naturali. Vide Iaſ.& Alex.in l.parentes. C.de in ius voc.& in l.generaliter.
ff.eo.
c Practica. Facit quòd voluit Pau. de Caſt. in conſ.68.in prima impreſſione,
quòd ſtante ſtatuto,quòd inter affines fiat compromiſſum,quòd nurus mor
tuo marito non poſſit cogere ſocerũ ad compromiſſum,ita conſului Veronæ.

aliàs puniretur arbitrio iudicis, vt l. medicos. & quod ibi Bart.
C. de ꝓfeſ. & med. lib. 10. Sed tu aduertas, quia ibi loquitur, ꝙ non
tm̃ diſcipulo non permittitur captura doctoris, ſed nec permit-
titur cuicunq;. Ego credo ꝯtrium, ꝙ doctor a diſcipulo in ius vo
a cari non poſsit, [a] cum ſit iudex eius ordinarius, vt in Auct. ha-
bita. C. ne filius pro pa. & clarum eſt, ꝙ defenſor ciuitatis, qui
eſt iudex in paruis cauſis ciuilium, nõ poteſt a quolibet ſuo ci-
ue in ius vocari ſine venia (vt dixi) ergo eodẽ modo in docto-
re qui eſt iudex cuiuslibet ſui ſcholaris. Ac ẽt cum cuilibet ma-
giſtro, etiã mechanico, cõcedatur caſtigatio corporalis in di-
ſcipulum, vt patri, vt l. ſed & ſi quemcunq;. §. ſi. cum l. ſeq. ff. ad
l. Aqui. facit l. 1. C. de emenda. propinquo. & ſicut etiã dicimus
in domino, vt l. 1. C. de emen. ſer. ergo ſicut pater & patronus,
quibus permittitur caſtigatio leuis (vt etiam infra dicã) iõ non
poſſunt vocari ſine venia, vt hic, ergo nec etiã magiſter a diſci-
19 pulo, cui ẽt leuis caſtigatio permittitur. ¶ †Quæro, quid in va-
ſallo, an poſsit dominũ ſuum in ius vocare ſine venia. gl. eſt no.
ibi in c. 1. de mili. vaſallo qui cõtumax eſt, ꝙ ſic, quia non repe-
b ritur iure cautum. [b] ¶ In ea gl. ibi, caſtigabitur. dic, † ꝙ dicta re-
20 gula habet locum, vbicunq; quis conuenitur pœna maleficij,
vel doli, non autem in ſimplici debito, quod non deſcendet ex
aliquo maleficio, vt C. de exact. trib. l. nemo carcerem. lib. 10. &
ibi Bar. Bal. & Ang. ꝗ pœna quinquaginta aureorũ, vel alteratio
pœnæ, videlicèt, ꝙ ſi nõ poſsit ſoluere in ære, luat in corpus,
nũquã fieri, vel infringi põt, niſi quatenus ab offenſo petatur,
vñ eo inuito, non poſſet iudex loco pecuniæ caſtigare corpus,
vt eſt tex. in d. l. ſi. ff. eo. ibi, an querelam patroni, &c. quod intel
ligo verum, cùm pœna pecuniaria erat applicanda parti, ſecus
ſi fiſco, quia tunc ſicut patronus poſſet illud petere, ita ẽt ſyndi-
cus cõis, quia eſt eadem ratio. Et aduertas, ꝙ eò ipſo, ꝙ caſtiga-
tio impoſita eſt loco pœnæ pecuniariæ, ſtatim plenariè eſt li-
beratus. Vnde licèt poſteà perueniret ad pinguiorem fortunã,
non teneretur amplius, vt eſt tex. in l. ſed ſi vnius. §. cum ſeruus.
ff. de iniur. ita dixit Bal. in d. l. ſi. quod no. ¶ Quæro, an ſit neceſſe
in petitione poni & petere, ꝙ ſi non poteſt ſoluere in ære, luat
in corpus? Cy. in l. ſi non conuitij. in 17. q. C. de iniu. dicit, ꝙ nõ,
quia iſta alteratio pœnæ, licèt fiat ad petitionem partis, fit tamẽ
off. iud. ideo non eſt opus, ꝙ in libello petatur. & iſtud ſequitur
Flo. in d. l. ſi. pro quo, quod hoc fiat off. iud. ego allego tex. in l. 1.
in ſi. ff. de pœn. vbi dicitur extra ordinem cognoſcere, ergo cõ-
petit off. iud. vt ff. ſi cer. pe. l. cum filiusfa. viaticum. cũ gl. & ibi
21 doc. ¶ Extra quæro, † cuius ſit electio, vel ſoluere volentis quin
quaginta, vel caſtigari? & gl. in l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de
min. vr̃ velle, ꝙ ſit debẽtis. Sed Guil. de Cun. in d. l. ſi. dicit, ꝙ im
mo eſt ipſius creditoris, vt patet in d. l. ſi. ibi, ex querela patroni
&c. & hoc ſequitur Bal. per illum tex. ibi, ſi inopia &c. quaſi nõ
poſsit deueniri ad caſtigationem corporis, niſi in ſubſidium, fa
cta excuſsione, verum ſit ſoluendo, vel non, & dicit quædã glo.
ꝙ cum detineri in carcerem ſit pœna circa corpus detenti, non
poteſt ꝓ debito quis detineri in carcere, niſi facta excuſsione
bonorum, & ſic in ſubſidium, vt eſt glo. no. in l. 3. §. tutores. ff. de
ſuſpec. tu. quod no. Et cuius ſit electio eſt magni effectus, quia
ſi eſt creditoris, poteſt debitor detineri in carcere ad petitionẽ
creditoris, donec redimat dictos quinquaginta aureos. & ꝓdi-
cta procedunt in condẽnatione ciuili applicanda parti. Si autẽ
c eſſet criminalis, eſt altercatio, cuius ſit electio. [c] vide doc. in l.
quicſiq;. & ibi Bal. latè. C. de ſer. fug. & Bart. in l. 1. ff. vi bo. rapt.
& per Io. de Imo. in l. 1. ff. de pu. iud. & ego latè ſcripſi in meo
tract. Maleſi. ¶ In gl. in ver. quam ſi nõ ſoluerit, amputabitur ſi-
bi manus dextera. in ver. quid autem ſi ſtatutum imponit pœnã
alternatiuè &c. Opp. extra gl. ꝙ ſi caſtigabitur, ergo puniet ma-
iori pœna, ꝗ̃ quinquaginta aureorum. Quia quælibet pœna cor
poralis, etiam minima, eſt maior quamuis pœna pecuniaria, vt
in l. in ſeruorum. ff. de pœn. in ſi. ſed reſpondet Bar. in l. 1. in ſi. ff.
de pœn. qđ in perſonis vilibus, hoc non contingit, putà in liber
tis & ſimilibus, vt d. l. 1. in ſi. & idem no. Bar. in l. lenia. ff. de acc.
in ver. ſed ꝯ hoc facit &c. quod bene no. ad intellectum dictæ l.
in ſeruorum. Et de iſta materia, an, & qñ quis non põt ſoluere,
in ære, luat in corpus, vide Sal. in l. ſi. C. de ſepul. vio. & no. Cy.
& Sal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. ¶ Ex hoc Ang. in d. l. ſi quis id
quod. dat cautelam, ſi tu habes aliquem clientulum in carcerẽ
condemnatum in magna quantitate, ad hoc ut ibi non moria-
tur, quod facias per iudicem ſibi gratum, inferri aliquam pœ-
22 nam corporalem. Plus dicit, ꝙ † ſi velis eidem cõſeruare famã,
ꝙ ei non imponatur aliqua pœna vituperoſa, facias ergo eum
ante cum fune, aut cum aqua torqueri ſecreto in palatio, & ſe-
cretò facias fieri de hoc publicum inſtrm̃ in palatio, quòd hæc
tortura fuit illata ad iſtum finẽ, ut lueret in corpus, ex quo talẽ
pœnam, vel condemnationem ſoluere non poterat, & erit libe
ratus, quod ſingulariter no. Pro quo allega. d. l. ſed ſi vnius. in §.
cum ſeruus. ff. de iniur. & d. l. quod ſi minor. in §. ſi ſeruus. ff. de
23 min. ¶ In ea gl. ibi, idẽ fortè in filio. ¶ † No. ſingul. gl. quòd licèt
in filiofa. non habeat locũ noxalis actio. vt ꝭ. de nox. §. ſi. tamẽ
ſi delinquit, poteſt in ſubſidium, eo non exiſtente ſoluendo, ca-
ſtigari in corpus, licèt ſit ingenuus, ad ſimilitudinem liberti. vt
hic. & idẽ ẽt voluit gl. in d. l. ſi. quod no. quia lex pœnalis pro-
pter omnimodam identitatem rationis, extenditur. facit l. ſi qs
ſeruo. cum gl. C. de fur. & dixi ſ. eo. §. de conſtituta. Et ita cõiter
tenetur, licèt mihi aliquantulum faciat cõtra dicta, in d. l. quod
ſi minor. §. ſi ſeruus. in ſi. ¶ In ea gl. in ſi. ¶ No. quòd nullus excu-
ſatur, ſiue fuerit ſciens, ſiue in craſſa ignorantia, vel in non præ
ſtãdo reuerentiam patri vel patrono, vel alteri ſuperiori, quia
iſtud eſt ius quaſi naturale, ideo aliqua excuſatio non admittitur,
vt d. l. 2. C. eo. ¶ In glo. in ius vocaſſet. ibi. §. prætor ait. dic, quòd
hoc eſt verũ, niſi in magna pœna, & magnis flagellis cecideris.
Nã cedere aliquẽ flagellis, dr̃ eũ efficere grauiſsima iniuria. vt
24 ibi eſt tex. apertius & ibi no. Bar. Ex quo dicit ibi Guil. quod † re-
gulariter percuſsio manu uacua, ut alapa, uel pugno, non dicitur
atrox iniuria. Et ita tenet ibi Sal. Sed ego credo, quòd licèt non
d dicatur atrox, nõ tñ dr̃ leuis, quæcunq; eſt in perſonã illatã. [d] Et
ideo filius non excuſaretur, ſi etiam mandato patris alterũ cum
manu vacua percuſſerit, vt no. Bar. in l. non ſolum. §. ſi mãdato,
ff. de iniur. in uer. ſed huius gratia quæro &c. Et ego dixi in meo
trac. Maleſi. in gl. in ver. Sempronium mãdatorem. in ver. & eſt
25 ſingulariter aduertẽdũ, ſm̃ Bar. &c. ¶ † In ea glo. ibi. l. Libertus,
la 2. ¶ No. quòd libelli oblatio facta ſolum iudici, nõ aũt parti,
quia etiam parti libellus offerendus eſt. de quo tñ plenè dicam
c in §. oẽs aũt. ꝭ. eo. non habet vim litis motæ, neq; citationis, [e] vt
ibi, nec ẽt litis pendentiæ, vt no. doc. in d. l. Libertus. facit cle. 2.
vt lite pen. cum ibi no. & idem in reſcripto impetrato a princi-
26 pe, ſi nondum ſit facta citatio. ut ibi. ¶ † In ea gl. ibi. l. quamuis. ꝑ
illam legẽ dicit ibi Guil. quòd ſi proceſſus reperiatur factus, &
nõ appareat de uenia impetrata, quòd tñ teneat proceſſus ipſo
iure, ut ibi. qđ apparet quia libertus incidit ibi in pœnam. & ita
cõiter intelligitur, ut ꝭ. dicam. Sed tu dic, quòd hæc nõ eſt bona
ꝯña. incidit ibi in pœnam. igitur actus eſt aliquis, qm̃ ẽt aliqñ;
data ẽt nullitate actus, tñ quis incidit in pœnam, ut eſt tex. in l.
2. & ibi no. & maximè ꝑ Bal. C. de epiſ. aud. & in l. ſi quis in gra
ui. in §. fine in iure. ff. ad Syll. Pro quo uide ſingulariter no. per
Bal. in l. prætor ait. §. 1. ff. de ope. no. nun. Vnde fortè Bar. ibi in d.
l. quamuis. intelligit illud uerum ſi patronus comparuit, & paſ-
ſus eſt litigium, ut ibi. debuit. n. a principio opponere, aliàs ui-
detur conſentire, ut l. ſi. C. de excep. & ibi Bar. ſecus ſi proceſſus
eſſet factus ꝯ contumacem, uel inuitum patronum, quia nõ ua-
f leret. [f] Sed Bal. ibi dicit, aut in citatione fuit uitium expreſſum,
& tũc nullo modo ualet citatio, & per ꝯñs nec proceſſus. aliàs
ſecus. Sed Ang ibi ſequitur opi. Bar. licèt de eo nullã faciat mẽ-
tionẽ. Ego autẽ concordarem opi. ſic, aut in citatione eſt uitiũ
innatum, quia ſpecificè, ut patronus eſt citatus, & tunc, niſi ex-
preſsè patronus cõſentiat, non ualet proceſſus. & ita intelligitur
opi. Bal. quia omne iudicium ſumit initium a citatione, ut ꝭ. de
pe. teme. liti. §. ſi. & no. glo. in rub. C. de in ius uoc. & de hoc eſt
tex. gl. & Bar. in l. 2. in §. 1. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Aut non
fuit uitiũ expreſſum in citatione, & tunc aut non cõparuit pa-
tronus, & nõ ualuit iudicium, aut comparuit, & uidetur tacitè
conſentire, & remittere pœnam quæ erat introducta in ſui fauo
rem. facit l. ſi. in prin. ff. qui & a quib. & ita intelligatur opi. Bar.
& Ang. pro quo allego dictum ſingulare Bar. in l. 5. C. de rela. q
dicit, quòd taciturnitas in iudiciis habetur ꝓ cõſenſu, igitur cau-
tela eſt, qua ſẽper oẽs ꝓcuratores utuntur, quòd qñ fit in iudiciis
in tui præſentia aliquis actus, qui tibi põt eſſe nociuus, quòd di
cas, ꝑſente me, & nõ conſentiente. Ita dixit ibi Bar. qđ no. facit
l. filiusf. & quod ibi per gl. & doc. ff. de procu. ¶ In gl. cum id nõ
impe-

ADDITIONES.

a Non poſſit. Idem tenet Iaſ. in d. l. generaliter, referens ẽt per Abb. in c. 1. de poſtu. præla. dicit ꝙ iudex qui in iudicando ſecutus eſt opinionem ſui doctoris contra cõmu. opi. excuſatur a condẽnatione expenſarũ in ſyndicatu.

b Cautum. Idem tenet Alex. in d. l. generaliter. Sed Spec. in titu. de feu. § quoniam. in verſic. 17. tenet quod non. & idem tenet Iaſ. in d. l. generaliter. & idem in preſbitero parochiali dicit tenendum.

c Electio. Dicit Bal. in l. Lucius. ff. de leg. 2. ꝙ eſt iudicis. & ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ ſoluat centum, vel quòd amputetur ſibi manus, quòd iſta non eſt alternatiua, ſed ſubordinatio quædam in defectum pœnæ pecuniariæ.

d Illatam. Adde quod Io. de Ana. cõſ. 44. in ſi. dicit, quòd atrox eſt iniuria dicere compatri proditor. per id quod not. in §. atrox. Inſti. de iniur. & quæ habentur. in c. ita deligere. 30. q. 3.

e Citationis. Vide Alex. in rub. de in ius voc.

f Non valeret. Idem tenet Alex. in l. ſi. C. de in ius voc.

impetraſſet ibi.l.4.§.t.nota formã petitionis veniæ.¶In ea.glo.
ibi,ad ſimilitudinem iſtarum.no. ꝙ in criminalibus & pęnalib.
proceditur de ſimilibus ad ſimilia.de quo dic,vt dixi ſ.in iſto §.
¶In ea.gl.ibi.l.adoptiuũ.§.1.dic, & plures caſus enumerant ꝑ
gl.in l.lis nulla.ff.de iudi.in quibus poteſt eſſe lis inter patrẽ &
matrem,& filium ẽt in poteſtate.& no.ẽt glo.in l.ſi lenones.C.
de epiſc.aud. In quibus tñ omnibus caſibus,ẽt ſi filius ſit in di-
gnitate conſtitutus,opus eſt vt veniam petat,vt hic eſt gl.ibi,&
tunc cũ venia,vt ff.&c.& eſt gl.ord.& ibi doct.in l.cogi.§.ſi pa-
ter.ff.ad Treb.& facit tex.& ibi no.Sal.in l.fin.C.de in ius voc.
An aũt,& qñ hodie poſsit eſſe obligatio & actio, & per ↄñs lis
inter patrẽ & filium,cum hodie quæratur ſibi in aduentitiis,vt
l.1.C.de bo.mat.vide gl.& Bar.in l.ſi quis pro eo.§.t.ff.de fide-
iuſſ.& latè per gl.& latiſsimè ꝑ Bar.& doct.in l.frater a fratre,
de condi.indeb.¶In ea.gl.ibi.§.ſinaũt patre.no.gl.quæ facit dif-
27 ferentiam, an perſonæ vel liti detur † curator? nam ſi eſt filius
in poteſtate maior,ꝑ ſe adminiſtrat,ſinaũt eſt minor,nõ ſibi cũ
ſit in poteſtate paterna ſed liti dabitur, quod not. Aduertas tñ,
ꝙ iſto vltimo caſu,ſi iudex non diceret,do curatorẽ liti,vel bo
nis, vel hæreditati, ſed diceret, do curatorẽ Titio filiofamil. ad
adminiſtrandum talem hæreditatem, vel talem litem gerendã,
an valeat? & dixit Bar.& doc.in d.§ ſinaũt patre,ꝙ ſic,quia ap
paret de mente iudicis,ꝙ non voluerit dare curatorem in effe-
ctu perſonæ, in ꝑiudicium patriæ poteſtatis, ſed bonis, vt dixi-
mus,qñ dicit iudex,pronuntio tibi ſeruitutem deberi eundi ad
fundum tuum per fundum Titij.vt l.a.§.1.ff.ſi ſer.ven.& dixi ſ.
eo.§.ęquè.& pro hoc facit ẽt quod no.Bar.in l.1.C.de neg.geſt.
ſi iudex dixit, do talẽ agnatum in tutorẽ, quia exponitur.i.da-
tum a lege declaro, vt ſeruetur tutela, & verba intelligãtur ſm
ſubiectam materiam.vt l.ſi vno.ff.loc.¶In ea.gl.ibi,non habeãt
28 † vſumfructum.no.gl.ꝙ in omni caſu quo patri non quæritur
vſusfructus, vt in caſibus no.in auct.excipitur.ꝑ gl.& doc.C.de
bo.q lib. qđ illis caſibus pr̃ nõ eſt legitimus adminiſtrator filij.
Ex quo ẽt ſequitur,ꝙ cùm in maleficiis,ſiue agat,ſiue cõuenia-
tur filiusfam.non quærit vſufr. patri,ꝙ pater non eſt legitimus
adminiſtrator,nec ad hoc ut iudicium criminale cum filiofa.va
a let requirit̃ conſenſus patris,[a] ſed ẽt vt ſit maior ꝑ ſe,ſinaũt mi-
nor,dabitur ſibi ẽt ad rñdendum inquiſitioni curator. vt l.cla-
rum.C.de autho.præſtan.quòd aliter cõfeſsio facta ſine autho-
ritate curatoris,funditus eſt nulla.Ita dicit Cy.& doc.in d.l.cla
b rum.quod perpetuò tene mẽti.[b] facit l.fi.§.1.& ibi Bart.& Ang.
ff.de ver.obl.Tu dic,ꝙ prædicta ꝓcedunt,qñ agitur ad vindictã
publicam, ſecus fortè ſi non ageretur ad vindictã publicã, ſed
pro re familiari, vt furti, vel iniuriarũ eo viuẽte, vt no.gl.valde
magiſtra. in l. cùm emancipari.§.emancipatus.ff.de colla.bon.
quia tũc nõ poſſet quęri aliquid patri,& ſic põt eſſe legitimus
adminiſtrator,iõ eius conſenſus requiritur.l.fi.§.neceſsitatẽ.C.
de bo.quæ lib.¶In ea.gl.in fi.no.gl. ꝙ licèt in caſibus in quibus
patri non quæritur vſuſfructus,ſi filius ſit in iudicio,licèt pater
nõ cogatur autorare,cogitur tñ cõſentire,& ita tenet in d.§.ne
ceſsitatem.Sed Lothar.dicit,ꝙ immo filiusfa.põt eſſe in iudicio
vt olim ſine cõſenſu patris,& ſic leges antiquę nõ ſũt correctę:
& ad §.neceſsitatem, reſpondet, ꝙ ibi loquit̃ in ſignũ repudia-
c tionis,& ita cõiter tenetur,licèt in practica[c] ꝓ cantela ſeruaret̃
opi.gl.Ex his ibi infert Sal.ꝙ vbi vſufructus potuit ſpectare ad
patrem,duo habet probare filius,videlicet,ꝙ pater recuſauerit
vſumfructũ. Item ꝙ eius rei adminiſtratione,vti liberè non vo
luit.vt d.§.ſinaũt patre.qui tex.multum facit,& hoc eo non ꝓ-
bante,in ſignũ repudiationis vtriuſq; eorũ,ſeu alterius eorũ,ꝙ
ipſe nõ probauerit,pater habet ei cõſentire,& ita intelligit opi-
nio.Lotharij.Ego aũt credo,ꝙ ſi patri nõ quærit̃ vſufructus,&
hoc certũ ſit a principio,quia iſta cõditione fuerit relictũ filio,ſi-
ue pr̃ poſteà repudiauerit,& hoc cõſtat in actis, nõ eſt amplius
opus probare,ꝙ pater repudiauerit, ẽt adminiſtrationem,quia
iſtis caſibus,aut filius maior per ſe,aut minor per procuratorẽ
adminiſtrabit,vt eſt caſus in auc.vt liceat matri & auię.in prin.
¶Non ob.§.ſinautem patre.nam eò ipſo ꝙ repudiat,non habe-
re vſumfructum,vr̃ tacitè renũciare adminiſtrationi, quia vnũ
eſt cõſecutiuũ alterius.argu.l.illud.ff.de acq.hær. aliàs dictus §.
ſinautem patre.eſſet ↄ̃ dictum text.in d.auct. vt liceat matri, &
auiæ,quia non põt reddi bona ratio differentiæ,qñ a principio
relinquuntur bona ſub cõditione, ꝙ patri nõ quæratur vſusfru
ctus,vel qñ a principio põt quæri,& ipſe repudiet,& hoc con-
ſtet,tunc poſt repudiationẽ,quæ cõſtat,perinde eſt,ac ſi a prin-
cipio vſusfru.non competiiſſet.arg.l.ſeruũ filij.in prin.ff.de le-
ga.1.&c.Quæro,an ſufficiat,ꝙ a principio iudicij pater conſen
tiat,& hoc ſufficiat in qualibet parte iudicij,& in appellatione,
& ẽt in executione? dic,ꝙ ſic. vt eſt tex.& ibi doc.in l.3.§.ſed
vtrum de minorib.in ver.proinde ſi iuſſu. & ibi ẽt inuito patre
29 ex cõdẽnatione &c.Ita no.gl.& doc.in d.§.neceſsitatẽ.¶†Quæ
ro,an pr̃ poſsit ex poſt facto, iam incępto iudicio ratificare? &
gl.in d.§.neceſsitatẽ.in ver.an ante lit.conteſt.&c. tenet,ꝙ nõ.
& idẽ dixit gl.in l.ſi quis mihi bona.in §.iuſſum.ff.de acq.hære.
per tex.in d.§.neceſsitatẽ.ibi,argẽti &c.& per ↄñs tp̃e quo agi-
tur debet patris cõſenſus interuenire. pro quibus tu alleg. quia
qualitas adiũcta verbo, debet regulari ſm tempus verbi. vt l.in
delictis.§.ſi extraneus.& ibi gl.ff.de nox.& no.Bar.per illũ tex.
in l.Titius.ff.de teſt.mil. Et no.plenè Bar.in l.ex facto, in prin.la
grande.ff.de vulg.& pup.& ibi doc.quod Bar.ibi in d.§.neceſ-
ſitatẽ.intelligit verum,attenta opi.gl.ꝙ conſenſus patris requi-
ratur ad conualidandã perſonam filij, quæ nõ eſt integra,aliàs
d attenta opi.Lothã.ſufficeret cõſenſus qñcunq;.[d] ¶†Quæro, an
30 ꝑ ſe,vel procuratorẽ,vel nũtiũ,vel epiſtolam pater poſsit con
ſentire? dic,ꝙ ſic, vt eſt tex.in d.§.iuſſum.facit tex. cum gl.in l.
conſenſu.ff.de act.& obl.& in l.1. in fi.cum gl. ff.de ↄ̃hen.empt.
quæ omnia addas his quæ dixi ſ. eo. §.actiones autem de pecu-
31 lio.in fi.¶†Vltimò quæritur, qualiter formabitur libellus ↄ̃ vo
cantẽ aliquẽ ſuperiorẽ ſuũ in ius ſine venia? dicas ſic,ꝙ talis eſt
filius,vel libertus meus,& ꝙ me coram tali iudice in iudicium
inuitum traxit,& vocauit,ſiue citari fecit ſine veniæ petitione,
vel impetratione,ꝑꝑ quod incidit in pœnam quinquaginta au
reorũ,quare peto eũ de prædictis puniri & condẽnari ſm for-
mã iuris.Iſta cõcluſio ꝓbat̃ in l.1.§.1.& ibi Bart.ff.ad Turp. uel
cõcludas ſic,quare peto ipſum cõdemnari ad dandũ & ſoluen-
dum mihi nomine ꝑdictæ pœnæ, quinquaginta aureos.¶In gl.
32 itẽ aduerſus.ibi. ff.ne quis eum qui.l.pe.&c. No.i.gl.ꝙ † in hac
actione in factũ ↄ̃ eximentem iuratur in litẽ.dic,idẽ no.ibi glo.
quia ſpeciale eſt, ꝙ q̃uis ſit actio ſtricti iuris, tñ ꝑꝑ rigorẽ iuris
cõſeruãdũ,iuratur in litem. Tu dic,ꝙ hoc non dicit ille tex.ſed
ſimpliciter dicit, ꝙ condẽnat̃ quãti ea res eſt ab actore æſtima-
ta &c.& nõ ad id qđ in ueritate eſt &c. nã eximens tenetur,q̃-
e uis reus in nihilo tenebat̃,[e] immo fuit uocatus in ius per calũ-
niã,ut eſt tex.& ibi not.in l.ſed eximendi.§.itẽ ſi quis eum.ff.ne
quis eũ qui in ius uoc.& hoc tenet ibi Pet.Ex quo ſequit̃ ſm Ra
pha.ibi,ꝙ ſi loqueretur de iuramẽto,lex doceret mẽtiri.ↄ̃ l.me
minerint. C. vnde ui. Tu dic,ꝙ ẽt de hoc eſt tex.apertus in d.l.
pen.§.t.in fi.ibi,ẽt ſi calumniator quis ſit. ſed ut clarius intelli-
gatur,formo qõnẽ ſm Bal.in d.l.pe.§.1.Ponamus ꝙ petebam a
Titio fundum,uel cẽtũ, iudex citauit eum ꝑſonaliter capiẽdo,
& dum ducebatur ad iudiciũ,Seius abſtulit eum a baroariis ſeu
a ſubinguariis & eius ſociis, mõ quęrit̃, ad quid agetur ↄ̃ Seiũ,
& quõ probabitur? ſm gl.agã ad intereſſe,ẽt affectionis,quę ca
dit circa fundũ, non ſolũ ad aliud intereſſe, quod probabo,ꝙ
tñ mea intereſt per inſ̃m, non dico in litẽ,& ſic affectionis,&
licèt re uera agerẽ perperam ↄ̃ principalẽ reũ, tñ eximens non
põt hoc opponere. Tertia eſt opinio, ꝙ agã ad fundũ,& nõ eſt
neceſſaria aliqua probatio ↄ̃ eximẽtẽ,& ſic non oportet me iu-
rare uel deierare,& ſic q̃cũq; opi.teneas,uides,ꝙ eximẽs ſubiit
maius periculũ, q̃ ipſe reus, & eſt facilis probatio ↄ̃ eũ. iſte eſt
tex.no.in d.l.pe.§.1.facit l.fi.C.de ope.libe.& l.cõſiliarios.C.de
33 aſſeſ.& eſt tex.cũ gl.in l.quoties.C.de exac.trib.lib.x.¶†Adde,
ꝙ eximens captũ de manibus familiæ, tenet̃ ac ſi pro eo in om
nẽ caſum fideiuſsiſſet,ut eſt tex.ualde no. ĩ d. l.quoties.ita dixit
Bal.in d.l.addictos.C.de epiſ.aud.qđ eſt uerũ,niſi officialis iam
captum pro maleficio poſuiſſet intra męnia ſua,quia tunc exi-
mens,tenet̃ crimine læſæ maieſtat. ut eſt tex. & ibi Bar.in l.4.in
fi.ff.ad l.Iul.maieſt. qđ eſt uerum,qñ iam captus erat condẽna-
tus,vel omninò cõdẽnandus, quia cõfeſſus uel cõuictus de cri-
mine,ut d.l.4. in fi.cum gl.aliàs autẽ eximẽs punit̃. iuxta §.eri-
piãt aũt.in Auct.ut oẽs obe.iu.pro nin.niſi in caſu l.fi.C.de ma-
lefi.& mathe.ubi tenet̃ ad mortẽ.ita dicit Bart.in d.l.4 facit qđ
no. Bar. in l.legis Iuliæ. ff.de ui pub.niſi qñ eſſet cõdemnatus,&
ipſe,uel alius pro eo appellaſſet & iuſtè.iuxta l.non tñ.ff.de ap
pel.& tñ iudex non obſtãte appellatione iuſta, ſi uellet exequi
ſñiam ſuam,tũc tali caſu ẽt de facto põt reſiſti iudici,& impedi
re talẽ executionẽ,ut no.ſing.Inn.in c.ſi qñ.de off.dele.in gl.trã
ſactionem,qm̃ ꝑ appellationem ſublata eſt iuriſdictio iudicis a
quo,

ADDITIONES.

a Patris. Vide Anch.conſi.72.
b Tene menti. Adde Bal.conſi.160.3.lib.&c vide quod voluit Alex.conſi.116.
3.lib.
c In practica. Vide Pau.de Caſt in antiquis conſiliis.conſi.54.
d Quandoque. Idem tenet Io.And.in addi.Spec.in tit.de actore & Pau.de Ca.
vbi ſupra.& an ſufficiat generalis conſenſus, vide Bal.ꝙ ſic.conſi.154.
e Tenebatur. Adde Alex.conſi.25.2.lib.vbi qualiter puniatur eximens deten-
tum, & ſit reus criminis, ſiue non, & an iudex pedaneus poſſit eximentem
mulctare pro ſua iniuria turbatæ iuriſdict.

quo, qm̃ qñ executio eſt irretractabilis, tunc faciliter impediri
pôt.facit l.ſi quis prouocatione.cũ ibi no. C.de app.Hinc eſt,ꝙ
licèt ꝯ tres ſnias conformes, non poſsit de nullitate opponi, vt
in cle.1. & quod ibi no. de re iu. niſi qñ nullitas procederet ex
a defectu iuriſd.[a] vt gl.1.de ſeq.poſſ.& fruc.quæ reputatur ſingu-
laris.ſed tu adde de iure noſtro gl. in l.ab executione. C.quorũ
appel.non reci.& in l.1. C.de iur.& fac.ign. & in §.tẽporales.ĵ.
de exec.tñ illud eſt verũ,niſi earũ executio eſſet irretractabilis,
vel ẽt pſonalis.ita dicit Pau.de Eleaz.& Pet.de Anch.in d.cle.1.
de re iud.nã vt ẽt dicit Imo.in c.paſtoralis. in gl.magna.de offi.
dele.nunq̃ executor pœnæ corporalis debet illã exequi, qñ vi-
b det iniuſtam,ſed referre ſuperiori.[b] Pro quo tu allega text. in l.
1.in fi.cũ ibi no.ff.de quæſt. quæ omnia benè no. ¶ In ea.gl.ibi,
34 actio ex vtraq; parte pœnalis, vt dictum eſt. ¶†Quæro,an ſolu
tione ab eximente, liberetur debitor, vel cõ? & gl.in d.l.pen.§.
1.tenet ꝙ non,ſed aliqui antiqui tenent ibi ꝯrium. Sed Iac.But.
Ang.& Flo.ibi concordant opi.aut primò debitor fuit conuen-
tus,& ſoluit qđ debebat,& eximens liberatur quò ad ipsũ acto
rem , qa amplius ſua nõ intereſt , & primũ debitum extinctum ,
ergo amplius creditor non pôt iurare,vel alio mõ probare ſuũ
intereſſe. Aut primò fuit exactus eximẽs, & tunc non liberauit
eximens debitorẽ,nam id quod ſoluit eximẽs, vr̃ ſolutum in pę
nam ſui delicti.C.de ſer.fug.l. mãcipia. Sed ego non credo, hoc
verum,immo quamuis ſit primò exactus debitor, non erit libe
ratus eximens, quia debitor tenetur propter debitũ, & eximẽs
propter dolum & ſuum delictum. Pręterea, vt eximens teneat
nõ habetur reſpectus ad quantum in veritate teneatur citatus,
quia ẽt ſi in nihilo tenebatur, & calũniosè eſſet in ius vocatus ,
tñ eximens tenetur , vt d.l.ſed eximendi. §.item ſi quis eũ. & d.
l.pe.§.1.in fi.Pro hoc ẽt facit,quia ſi ſunt plures qui eximunt ci-
tatum,quilibet tenetur inſolidum, nec pœna ſoluta ab vno, li-
berat alium,& etiã remanet debitor obligatus, vt eſt text.& ibi
no.in d.l.pen.§.pe.facit l.ſi.ff.ne quis eum qui. Sicut ẽt dicimus,
ꝙ duæ cauſæ lucratiuæ procedentes a diuerſis debitoribus, pôt
cõcurrere in eadem re,etiã quò ad exactionẽ,qñ primò ęſtima
tio rei fuit exacta, vt l.Mæuius.§.duobus. & ibi latiſsimè Bar.ff.
de lega.2.& l.planè.in §.1.in 2.reſpon. ff.de leg.1. Præterea pôt
dici, ꝙ quò ad debitorem ſit rei perſecutio, & quo ad eximẽtẽ
ſit pœnalis, ſed pœnalis non tollitur per perſecutoriã,nec cõ ,
vt l.ſi pro fure.§.1. ff.de cõd.fur.cũ ſi. ſiue ſit exactus primo de-
bitor,ſiue non, quia nõ liberatur alter qui tenetur ad pœnam .
35 ¶ In ea.gl.ibi, pro parte tm̃ eſt pœnalis actio.¶†Quæro ad hoc
vt competat iſta actio,nunquid requiritur,ꝙ aliquis fuerit legi
timè citatus,ita ꝙ citatio arctaret citatũ ad debitum locũ, & p
iudicẽ competentẽ,licèt ẽt ob nullum debitũ,& ꝙ aut vi, & ſic
per violentiam ẽt ſine dolo, aut ꝙ dolo,ẽt ſine violentia fuerit
exemptus,vt eſt caſus in l.1.§.officialis.cum l.ſequ.& l.quod ſi
quis ſeruũ.in §.ſi quis ad pedaneum. & §. quod prætor. & l.ſed
eximendi.§.item ſi quis eum.& §.prætor ait. ff.ne quis eum qui.
36 ¶†Ex quo ſequitur,ꝙ quoties citatio poterat impugnari priui-
legio citati,vt in patre vel patrono exempto,qui fuit citatus ſi-
ne venia , vel alias poterat infringi de iure cõi, vtputa rõne lo-
ci , vt qñ citabat̃ quis extra territoriũ, vt l.extra territoriũ.ff.de
iuriſ.om.iu.quia citabat̃ ad lupanar, vel in taberna, vt l. ſi cum
dies.§.ſed ſi in aliquem locũ.ff.de arb.Vel ſi citabatur ad locum
ſibi notoriè non tutũ, vel rõne perſonæ,vel ẽt cũ literis ſalui cõ
ductus,vt in c.accedens.el 2.extra vt lit.non cõteſt.facit §.neq;
homicidis.& ibi gl.in auct.de man.prin. Vel qa erat in loco pe-
ſtis,vt l.ſed ſciendum. & quod ibi per doc. ff.ad Treb.vel etiam
per locum per quem neceſſariò debebat tranſire,erat periculũ,
vt eſt tex.cum glo.vt d.l.ſed eximendi.in §.fi.vt quia erat ibi la-
trunculi,vt hodie fit, vel ſi citato competebat notoriè declina-
toria fori,vt quia citatus non erat legitima perſona ſtandi in iu
dicio, vt ſeruus, vt eſt caſus in l.1.§.1.cũ l.ſeq ff.ne quis eũ qui,
& eadem rõne, idẽ erit in infante,vel puella citata, vt eſt caſus
in l.neq;. ff.de ius voc. vel ſi aliquis fuerit captus pro debito ci-
uili in domo propria,vel conducta, vel gratis cõceſſa,vel in ho
ſpitio,quia in domo pro debito ciuili capi non pôt,vt l.pleriq;.
cum l.ſeq.& qđ ibi no.ff.de in ius voc. licèt pro cã criminali,&
fiſcali debito,in domo capi poſsit,vt l.ſacrilegi. §.cum eo.aliàs
eſt lex,& quod ibi Bar.ff.ad leg.Iul.pec.& l.nemo carcerẽ.C.de
c exac.trib.lib.10.& ibi Ang.vel ſi erat captus in eccleſia[c] pro ciui
li cã,vel pro criminali nõ atroci,qa capi nõ poterat,vt l.1.& 2.
& quod ibi gl.& doc.& l.pñti.§.ſicubi.C.de his qui ad ecc.con
fu.facit auc.ſi quis.C.de adul.vel ſi erat fęmina quæ capta erat,
d quia fœmina[d] capi nõ pôt pro debito priuato, vel ẽt fiſcali, vt
auct.ſed hodie. C.de off. diuer.iud.his.n.caſibus citatio non ar-
ctat citatũ,per iura ſ.allegata . Secũdò & principaliter excuſat̃
eximẽs,qñ iuriſdictio iudicis non poterat ad reũ ſe extendere,
puta,quia iudex qui citauit, erat delegatus inter alios, facit l.3.
§. ſi qs ad pedaneũ. ff. ne quis cũ qui. vel fortè delegatus in ſuo
territorio nõ expreſsit ſuã delegationẽ.iux.c.cũ in iure peritus,
extra de offi.dele.& quod ibi no.Tertiò tu adde,qđ ẽt nõ tenet̃
eximens,ſi in citatione eſt vitium manifeſtũ,vtputà compareat
die S. Petri rñſurus Titio ſuper tali fundo, tunc eximens nõ te-
Io.de Imo. in l.inter ſtipulantē. 1. ff.de verb.obl. quæ omnia be-
ne no. ¶ Pro quo vltimo bene facit, quod dicimus de ſpoliato,
qui ante omnia eſt reſtituēdus, vt l. ſi quis ad ſe fundum. & ibi
gl.& omnes do. C.ad l.Iul. de vi. nam perdit tale priuilegium,
ſi patitur probationes fieri de dominio per aduerſarium, vt eſt
caſus, & ibi per do. in c.1. ex̃, de reſt.ſpol.& no. Bar. in l.naturali
ter. §.nihil cõe. ff.de acquir.poſſ.& no. Barto. in l.1.§.ſi is cui. ff.
de no.ope.nun. Et aduertas hic, ꝙ hæredi vel legatarius grauatis,
vel executori poſt requiſitionē & interpellationem debet
dari modicum tempus ad ſoluendũ legatum. ff.de colla.bo.l.ſi
28 quis filium. §.t.cum ſim. ¶ † In ea.glo. ibi, quis ſi fugitiuus. dic,
ibi fuit delictum conſumatum, ideo non admittitur pœniten-
tia, hic aũt non, vt ff. de fur.l.qui ea mente. dic, vt ibi pleoè per
Bar. Et aduertas, quia iſta pars glo. & reſiduum vſque ad quæ-
ſtionē finalē, melius eſſet ſituata ſupra in verſ. præced. in mate-
ria legis Aquiliæ, quia pœna iſtius verſ. itē mixta, habet locum
propter moram, & dilationē, quouſq; permittat ſe cõueniri in
iudicio, & non per negationē ſolã, ſed tñ ad gl. redeũdo dic, ſm
Ioan.Fab. ꝙ gl. procedit, qñ nititur ex confeſsione, & tunc aut
debitor ſtetit in negatione quouſq; fuerit victus in iudicio, &
tunc clerum, ꝙ eſt cõmiſſa pœna, quia iſto caſu, pœna non eſt
commiſſa ꝑꝑ negationem, ſed ꝑꝑ procraſtinationem, vt j.eo.
§.ſed cum ſu. verſ. illa igitur. Et probat alio modo, quia ſpecia-
le eſt in minore, ꝙ poſsit euitare pęnã quam cõmiſit negando,
vt l.ſi ex cauſa. in §.nũc videndũ. ff.de mi. ergo in ꝯrium eſt ius
cõe. vnde ſolum gl. procedit, qñ confeſſus eſt, antequã vocare-
tur ad iudicium. Tu dic, ꝙ hoc eſt verũ, ꝙ gl. procedit, & loqui-
tur antequã uocetur ad iudicium, & quãprimum patitur ſe vo-
cari in ius, & primò fuerit interpellatus & moroſus, & diſtule-
rit ſoluere, & paſſus fuerit ſe in ius uocari, ſtatim incidit in pœ
nam, aliàs autem ſi nunquam fuerit extra iudicium interpella-
tus, ſed ſimpliciter in iudicium vocatus, tunc aduertas, ꝙ etiam
procedit gl. quia ſi primò negat, poſteà incõtinenti cõfiteatur,
c antequam actor aliquo onere probationis ſit grauatus,[c] rele-
uatur à pęna, aliàs ſecus. argu. l.eum qui. in princ. ff.de iureiu.&
argu. huius tex. qui requirit duo. Primò, ꝙ diſtulerit ſoluere le-
gatum, quod eſt, vel ex lapſu diei appoſiti in legato tacitè, vel
expreſsè, vel ex interpellatione, vt l.magnam. C.de contrahen.
& cõmit.ſtipu. coniun. l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.obl.& con-
iuncta l.quod te. ff.ſi cer.per. & etiam requirit, ꝙ ſe patiatur in
iudiciũ vocari, ergo qñ primò non fuit interpellatus, & ſic non
diſtulerit ex ſola vocatione in ius, nõ debet cadere in hanc pœ
nam, quia verba iſtius legis nõ patiuntur, arg. l.interpellatione,
ff.de pœ. Nec l.ſi ex cauſa. in §.nunc uidendum, multũ facit, qa
ibi minor ſimpliciter negauit, & ꝑꝑ beneficium minoris ætatis
habetur pro confitente, quia quilibet diligens feciſſet illud, er-
go vt læſus, eſt reſtituendus, non aũt dicit, ꝙ poſt negationē cõ-
feſſus fuerit. ¶ Et aduertas ſm Bal. in rit. quæ fuit prima cauſa be
29 neficij amit. §.porrò. in verſ. nunc † generaliter. ꝙ cùm tracta-
mus de pœna augēda ratione negationis, ſemper intelligimus
de ea negatione in qua perſeuerat, ſed ſi nõ perſeuerat, licèt cõ
fiteatur, nõdũ liquidato negotio per probationes teſtium, tunc
euitat dãnum quod ex negatione emergebat, vt hic, in glo.& l.
alia cauſa. & quod ibi glo. & doct. C. de his quibus ut indig. tñ
ꝓpter iſtam confeſsionem, nõ cõſequeretur premium, quod
daretur confitenti ex aliqua lege, vel ſtatuto, quia primò negã-
do, videtur illi beneficio tacitè renunciare, ff.de fideiuſſ.l.ſi du-
bitetur. §.s.& ibi Bar.& facit quod habetur in auct. contra qui
propriam. & in corpore vnde ſumitur. C.de non nu. pecu. Tu
adde primò, ꝙ illud ꝙ dictum eſt ante factas probationes per
teſtes, eſt verum, ſecus ſi per iurm patris, quia ꝑꝑ hoc iura-
mentum

ADDITIONES.

a Hæredis. An executores habeantur loco hæredis, vide Bal.conſ.336. Spec. in tit. de inſtrumen. editio. §.compendiosè.
b Confeſsionem. Vide Rom. conſ. 150.
c Grauatus. Adde vt pulchre per Rom. conſ. 39. & 270.

mentum ab eo præſtitū, non dicitur eſſe grauatus ab onere pro
bandi, ergo aduerſarius negans nō incidit in pęnam dupli. iſte
eſt caſus, & ibi eſt glo. & Bar. in l. eum qui. in prin. ff. de iureiur.
¶Secundò addas, quòd illud ꝙ dicitur per d. l. ſi dubitetur. §. 1.
eſt verum alia ratione, quia ſatis operatur iſta ſecunda confeſ-
ſio, quia reuocat pœnā primæ negationis, nō aūt deberet etiam
poſſe inducere primū cōſtitutū confitenti. arg. l. quoties in diē,
30 & l. ſi ſernū. §. ſequitur. ff. de verb. obl. ¶Quæro, † quæ negatio
eſt illa, quæ facit creſcere condēnationem? dic, qñ negatur fa-
ctum, vt l. 2. ff. ad legē Aquil. Si aūt negatur qualitas, per quā fa-
cti ſubſtantia alteratur, idem eſt dicendū, vt l. denūtiaſſe. §. quid
tñ ff. de adul. Idē ſi cōfiteatur cum diminutione alicuius quali-
tatis, vel quātitatis, & ita intelligitur iſta gl. facit in ſimili de ſol
uente diminute ſpeciem, vt l. Iul. §. fundum, & ibi Bar. ff. de ver-
bo. obl. & l. 3. §. ſi reddita. ff. commo. Iſta tñ intellige vera, niſi ſit
alia qualitas, quæ non alterat ſubſtantiam facti, vt l. ſenatus. cū
materia. & ibi latè per Bar. ff. de acc. & l. in delictis. §. ſi detracta.
& ibi Flo. ff. de noxa. Vel hoc eſt verū, niſi ſit tale quid, quod ve-
riſimiliter poſſit ignorari, vt qa negat æſtimationē rei, vt l. in-
de Netatius. §. ſi ff. ad legem Aquil. ita dixit Bar. in d. l. eum qui.
in prin. de quo latè per Bart. in ſua diſputatione q̄ incipit, Cōi-
ter per Italiam ſunt ſtatuta. dic, vt ibi plenè. Nam ſcire debes, ꝙ
ab iſta pœna dupli, excuſat iuſtus error reſpōdentis, vt l. error.
cum materia. C. de iuris & fac. ign. & l. non fatetur, & ibi Bar. ff.
a de cōfeſ. facit extra, de ele. c. 1. in 6. Item excuſatur, ſi confiteāt [a]
ſtatim, poſt negationem ſuam reuocans. ita no. in c. 2. de cōfeſſ.
in 6. nam tu addas, ꝙ etiam confeſſionem meam, non tantū ne-
gationem ego poſſum reuocare, & non tantum in eadem inſtā
tia, ſed etiam in cā appellationis, vt eſt gl. no. & ibi Bar. & Io.
31 de Imo. in l. creditor, in §. iuſſus. ff. de ap. † Vnum addas, ꝙ vbi
pœna imponitur ipſo iure, non poteſt per negātem augeri, nec
per confitentem minui. vt ſing. no. Bar. in l. id quod ſeruus. ff. de
pecu. leg. pro quo eſt tex. in l. palàm. §. pen. in verſi. ego. ff. de ri.
nup. & prædicta vide plenè in dicto meo trac. in ver. Cōparent
inquiſiti, & confitentur totum. ¶In ea. gl. ibi. l. illud. dic ſm Io.
Fab. ꝙ omnes iſtæ q. procedunt, niſi eſſet iuſtus error, alias for-
tè excuſaretur. vt l. cōfeſſus. & l. quod ſeruum. & quod ibi Flo.
32 ff. de inter. act. & ſupra dixi. ¶In ea. glo. ibi. §. at ille, no. & † te-
ne menti illum tex. quia ibi eſt caſus, cum glo. ꝙ etiā in relictis
pijs locis, contra negantem ſimpliciter detur actio in duplum.
& ſic quæſtiones glo. de negante, congruenter ſunt poſitæ, licèt
ſ. aliud dixerim, ſed & hoc teneas. Et aduertas (prout dicunt do.
hic) ꝙ ille § parum facit, ſed melius facit l. poſt legatum. §. 1. ff.
de his quibus ut indi. & dicit Ioan. Fab. ꝙ credit primā opi. glo.
eſſe veriorem, quia iſta pœna ſolum eſt ea procraſtinatione, &
quia conuenienter debetur. vél (dicit ipſe) potes ſaluare glo.
qñ negotium eſt dubiū iuxta tex. no. in l. illud. ff. de pet. hær. ſed
credo, ꝙ hoc voluerit gl. non enim eſt credendum, ꝙ gloſſator
ſentiret, qñ res eſt clara. ꝙ fraudulenter facit, ꝙ non incidat in
pœnam. ¶In ea. gl. ibi. l. ſi. C. de fideicom. dic, hæc vera ſm Dyn.
nec habet dubitationem. ¶In ea. glo. in ſi. dic, hoc poteſt proce-
dere, ſm Io. Fab. qñ doloſe diſtulit, vt eſſet non ſoluendo, argu.
l. ſi. §. ſi. & quod ibi glo. & ibi Bar. ff. quæ in frau. cre. & dixi ſ. eo.
§. item ſi quis in frau. ſecus ſi eſſet ſimplex mora, vt ff. mand. l. ſi
procuratorem. §. ſi ignorantes, & quod ibi glo. & Bar. Nec obſt.
ff. de mino. l. quod ſi minor. in § ſi ſeruus. quia ibi loquit̄ in do-
33 lo adhibito in contractu, hic ex p̄ctum. Sed mihi videtur, † ꝙ
indiſtinctè gl. procedit, quia gloſſator (ſi ponderetur) ſolū dicit,
qñ non eſt ſoluendū duplum, & ſic pœna, ſed ſimplū præſuppo
nit eſſe ſoluendū, tunc regula eſt, ꝙ quicunque liber, vel ſeruus.
ingenuus, vel libertinus, nō pōt ſoluere pęnā pecuniariā cuicū-
que ſit applicanda, luat in corpus, ſiue veniat imponēda ex do-
lo, vt l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. omn. iud. ſiue ea ſola culpa, vt
l. pen. & ſi. ff. de in ius voc. coniuncta l. venia. C. eo. tit. & facit l.
1. in ſi. ff. de pœn. & quod ibi Bar. iſtam tamen intelligas, vt dixi
ſ. eo. §. pœnales, vnde videtis, ꝙ non eſt facienda diſtinctio quā
facit Io. Fab. ¶In glo. iudicio. ibi, l. interpretatione. dic, de hoc
eſt caſus. ī. eo. §. ſed furti. & ibi dicam. ¶In ea. gl. ibi minorū. dic,
pro quo facit. c. 1. de in integr. reſti. in 6. dic tamen ſm ꝙ debet
intelligi Io. Fab. ꝙ non tm̄ æquiparatur minori, ſed etiam pu-
pillo locus pius, vt no. in l. ſi vt ꝓponis. C. de rei vend. facit gl.
& ibi doc. in l. Imperatores. ff. de re iud. & glo. & doc. in l. ſi. C.
ex quibus cau. mai. & facit l. 1. cum ibi no. per glo. & Bart. C. de
34 ſent. aduer. fiſc. la. lib. 10. ¶Sed nunquid† dupletur totum, vi-
delicet, legatum, & vſuræ quæ debentur ea mora, ſi poſteà pa-
tiatur ſe in ius vocari, dic, ꝙ non, quia tantūmodo legatum du-
platur, vt eſt caſus in l. furti actione, in prin. & l. inficiando. §. 1.
& ibi gl. ff. de furt. & retenta iſta opi. ꝙ intereſſe non dupletur,
quæritur, an & legatum, & pœna, & vſuræ fructus, vel intereſſe
poſſint peti? & dic, ſm Io. Fab. ꝙ ſic. cum ſit pœna legalis, il-
lud quod datur nomine pœnę, ergo nō tollit rei perſecutoriā,
vt proprium intereſſe. vt ſupra proxi. §. & §. ſic itaque. & in l. ſi
pro fure. & in l. in re furtiua. ff. de condi. fur. ¶Quid ſi teſtator
pœnam appoſuit in ſpecie, videtur ſm Io. Fab. ꝙ nihilominus
ſit locus huic pœnæ, ſed tñ nō pōt exigi vtraque, ſed altera de-
bet eſſe contentus, vt l. 2. cum ibi not. per glo. & doc. C. de iur.
emphy. & l. ſi. C. de pac. conuen. quod ibi no. facit ad prædicta
quod no. Dy. & Bar. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de pub. ¶In ea. gl.
in ſi. dic, Dy. approbat omnes iſtas determinationes, quas dicit
eſſe notandas, & omnes ſcribentes tranſeunt cum glo. Sed ego
dubito in eo, quod gl. dicit de relictis factis reipublicæ & fiſco,
quia cū iſta æquiparentur eccleſiis, & piis locis, maximè in re-
lictis, vt l. ſi. C. de ſacroſan. eccl. ergo cum poſteà pro executio-
ne dictorum legatorum, reperiatur de nouo aliquid ſtatutum
in eccleſiis, ergo idem intelligitur eſſe ſtatutum in interpreta-
b tione paſſiua [b] in fiſco & republica, vt l. ſi quis ſeruo, cum glo.
& ibi Bar. & doc. C. de fur. Et eodem modo etiam dubito in eo
quod dicit de relictis in redemptionem captiuorum, quia etiā
iſta æquiparantur eccleſiis, vt patet in l. illud. C. de ſacroſan. ec-
cle. coniuncta l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. igitur, &c.
vt d. l. ſi quis ſeruo. Prætereà res ſacræ non poſſunt vendi ali-
quo modo, niſi pro redemptione captiuorum, cum anima ho-
minis ſit cunctis rebus præferenda, ut eſt caſus in l. ſancimus
nemini. C. de ſacroſan. eccl. igitur &c. pro hoc etiam facit quod
no. glo. quæ extendit illam l. in eccleſiis. in l. 1. C. de ſacroſanct.
eccle. & ibi Barto. in verſi. ſuper primo ſi relinquitur ad aliam
piam cauſam, & etiam gl. in d. l. illud. quæ eſt conſtitutio corre-
ctoria, & taxatiuè loquitur, tamen eam extendit etiam ad reli-
ctum pauperibus. & hoc ideo, quia eſt diſpoſitio fauorabilis, &
relictum loco fauorabili, ergo extēdenda. ut ibi per doc. & no.
Bar. in l. ſi conſtante. in 9. quæſt. ff. ſol. mat. facit etiam, quod no.
gloſſ. & Bartol. in l. ſi quis Titio. §. 1. ff. de lega. 2. pro hoc etiam
35 facit glo. hic in verſic. contra eos, quæ extendit iſtam † conſti-
tutionem, quæ loquitur de hærede ad legatarios & ad fideicō-
miſſarios & ad omnes alios, qui ſunt grauati reſtituere aliquid
pio loco, & pro hoc etiam facit quod dixi ibi, ſecundum doc.
qui etiam hoc extēdunt ex paritate rationis ad executores vlti-
marum voluntatum, ergo poteſt non tantum ex parte deben-
tium, ſed ex parte locorum & perſonarum, quibus debetur, ex-
tendi. pro hoc etiam facit §. fin. ſupra de oblig. quæ ex quaſi
contractu, vbi illud priuilegium non tantum habet locum in
eccleſiis & venerabilibus locis, vt hic, ſed etiam quæ religio-
nis & pietatis intuitu honorificantur. faciendo ibi punctū pro
copula, iuxta l. fin. in §. 1. ff. de condi. indeb. igitur etiam hic ſit
extenſio & ad fiſcum, & ad rempublicam, & ad relictum pro
redemptione captiuorum, vel etiam generaliter in quamlibet
aliam piam cauſam, quia erit extenſio paſſiua, cum ſimus in fa-
uorabilibus, ut dicta l. illud. cum glo. & l. 1. §. lex Falcidia, &
quod ibi Bartol. ff. ad leg. Falcid. & videtur caſus in l. 1. coniun-
cta l. generali, ibi pauperibus. C. de ſacroſanct. eccleſ. quæ om-
36 nia not. cogita tamen. ¶† Quæro ergo in practica, quomo-
do formabitur libellus contra hæredem, vel alium qui paſſus
eſt pro legato pio ſe vocari in iudicium? dic, quod formabitur
hoc modo: Dico contra Titium, quòd talis teſtator in ſuo vlti-
mo teſtamento legauit fabricæ Sācti Donati decem, & dictum
legatum pro parte dictæ fabricæ petitum fuit a dicto hærede,
pro quo legato dictus Titius hæres qui adiuit hæreditatem, &
qui nolebat dictum legatum præſtare, paſſus eſt ſe ad iudiciū
vocari & trahi, vel dictum legatum fraudulenter inficiatus
eſt, quare peto dictum Titium hæredem condemnari ad ſol-
uendum duplum dicti legati. ¶Et not. ſecundum Ioan. de Pla.
quòd ſacerdos ſęcularis habens adminiſtrationem ſuæ eccle-
ſiæ, poteſt agere tam ſuo nomine, quam nomine eccleſiæ, vt di-
cit Innocen. in c. edoceri. de reſcrip. ſecus autem in clauſtrali,
c quia non ipſe, ſed Abbas, [c] vel ſyndicus agit, & conuenitur,
vt not. in authent. cauſa quæ cum monacho. C. de epiſcop. &
cler. Et aduertas, quia dixi in libello, in tali ſuo teſtamento.
dic, idem, ſi fuerint relicta ab inteſtato, quia hic loquitur ge-
neraliter de relictis iure legati, vel fideicommiſſi, & ſic poteſt
habere locum ab inteſtato, ſicut ex teſtamento, vt ſupra de co-
dicil.

ADDITIONES.

a Confitetur. Quando confeſſio prætextu erroris poſſit reuocari, vide Roma. conſi. 391.
b Paſſiua. Fortifica, ut per Rom. conſi. 33. in 3. colum.
c Abbas. Vt per Io. de Imo. in cle. 5. & quæ ibi poſui in apoſtillis. de reſcriptis.

dicil.in prin.& §.1.cum ſi. ¶Et ſufficiunt in talibus relictis duo
teſtes, quia ſeruatur ius diuinum, ex quo in ore duorum vel
trium ſtat omne verbũ. vt in c.in nomine dñi. extra de teſti.ita
dicit Bar.quem ſequũtur doc.in l.1.C.de ſac.ſan.eccl.in ver.ad
primum redeo,an requiratur ſolennitas &c.intantum ꝙ ibi di
cit,ꝙ ſufficiunt etiam non rogati,quia ſolẽnitas iuris ciuilis eſt
in eis ſublata.vt in c.cum eſſes.& in c.relatum.de teſta.¶Sed tu
aduertas in eo,quod dixi,de duobus teſtibus, nam videtur mi-
hi,ꝙ vltra dictos duos teſtes requiratur,ꝙ ſit pręſens teſtamen
to presbyter parochianus dicti teſtatoris,vt videtur dicere tex.
in c.cum eſſes.ibi,teſtamenta quæ parochiani coram presbyte
37 ro ſuo,& tribus,vel duabus alijs perſonis idoneis &c.† Sed for
a te ibi loquitur,qñ nõ relinquitur [a] in piam cauſam,aliàs ſecus,
vt in d.c. relatum. quod non facit mentionem de parochiano,
ac etiam videtur mihi, quod d.c.relatum.velit teſtes debere eſ-
ſe rogatos.patet ibi in tex.trib.aut duobus legitimis teſtib.req-
ſitis &c.pondera verbum,requiſitis.facit.l. hæredes palàm.§.ſi.
cum ibi no.ff.de teſta.& ita videtur tenere ibi Ioan.And.& hoc
confirmatur de iure ciuili,quia miles poteſt facere teſtamentũ
ſine ſolennitate iuris ciuilis,& ſic ſm ius gẽtium vel diuinum,
& per ꝯñs coram duobus teſtibus. vt l.1.cum ibi no.per Bar.&
doc.de teſt.mili.Quando teſtatur etiam in caſtris extra exercita
tionem belli,oportet,ꝙ teſtes in ſuo teſtamẽto ſint rogati,aliàs
diſpoſitũ ab eo nõ valet,vt eſt tex. in l.diuus.ff.de teſt. mili.ibi,
b conuocatis ad hoc hominibus.& ibi Bar. hoc no.in ſi. cogita, [b]
quia iſta dominis Can.relinquo. ¶Vnum tamen tene menti, ꝙ
38 † de iure ciuili etiam in relictis ad pias cauſas, ſolennitas ſtatu
c torum non videtur eſſe remiſſa, [c] vt no.gl.4.in ordine in l.1.C.
de ſac.ſan.eccl.& videtur tex. in l. generali.eo.tit. vbi dicit tex.
quod debet eſſe teſtamentum omni ſolennitate munitum,cum
ergo nihil excludit,etiam relictum in minus ſolenni voluntate
& fiſco & reipublicæ,vel etiã Imperatori nõ valet. l.ea imper-
fecto.C. de teſt. ergo nec eccleſiæ. argu.l.ſin. C.de ſac. ſan.eccl.
39 † Præterea legatum alimentorũ,quod dr̃ pium,& in piam cau
ſam.vt in Auc.de eccl.tit.§.interdicimus.non valet in minus ſo
lenni volũtate.vt l.1.C.de fideic.ita dixit Sal.in d.l.1.de ſac.ſan.
eccl.in verſi.viſo de perſonis,nunc videamus &c.dic,vt ibi ple
nè per eum,& iſta faciunt ad ea, quæ dixi ſupra ante formatio
40 nem libelli.¶Item dixi in libello,ꝙ adiuit eius hæreditatẽ. † an
autem relicta ad pias cauſas requirant ad eius confirmationem
aditionem hęreditatis,& allegatur Bar.C.de ſac.ſan.eccl.in l.1.
in lec.ord.ꝙ requiratur aditio,in ver.qñque teſtm̃ deficit,quia
non eſt ſecuta aditio &c.per l.generali.eo.tit. Sed idem Bar. in
d.l.1.in eius repe. in ver. quartò quæro, an valeat talis volun-
tas &c. allegat pro contrario, quia in eis ceſſat omnis ſolenni-
tas iuris ciuilis,dummodo teneat,& ſic ſolenne de iuregẽtium
(vt dixi.) ſed de iure naturali vel gentiũ non requiritur aditio,
vt patet in ſimili in l.miles ita.§.ſi.ff.de teſta.mili.Et Apoſtolus
dicit ad Heb.9.c.vbi teſtm̃ eſt,mors eſt neceſſaria,& morte con
firmatur.& gl.exponit.i.per mortem.ergo aliud eſt a morte, &
ſic aditio hæreditatis non eſt neceſſaria, & iſtud etiam ſequitur
Bar.in l.1.C.de bon.vacan.lib.10. Et iſtã opinionem videtur ſe
qui Bal.& Ioan. de Imol.in l.1.in ſi.ff.de leg.1. vbi dicit,ꝙ cõis
opi.eſt,ꝙ legata ad pias cauſas debeantur,& tranſeat dñium ẽt
hæreditate non adita.pro quo alle.Spec.in tit.de inſtr.edi. in §.
compendioſe.in verſi.pone hæres.& ibi Ioã.And.in addi. Spec.
Sed idem Bal.in d.l.1.C.de ſac.ſan.eccl.in ver.innata hoc quęro,
an executori &c.dicit,ꝙ iſta eſt veritas. Aut quærimus, vtrum
requiratur hæreditatis aditio quò ad officium iudicis, quo ſit
executio talium relictorum,& dicit,ꝙ non.vt l.hæreditas.in ſi.
ff.de peti.hære.& de an.leg.l.quotiens,& facit.c.nos quidem.&
ibi,quod no.extra de teſta. Aut quò ad actionẽ, & obligationẽ
ex teſtamento,& rei-vendicationem,& hypothecariam, & tũc
requiritur aditio.vt l.1.vltra medium.C.commu.de leg.& hoc
ad literam ſequitur Ang.in l.qui filio.§.1.ff.de hęre.inſtit.tenet,
ꝙ non debeatur niſi adita hæreditate. ita dicit hic fuiſſe Bono.
determinatum per gl.ibi,facit quod no.Spec.in tit. de teſta.§.1.
ver.pone in primis.& in ver.reſtat.poſt princ.& de fide inſtr.§.
nũc aliqua.ver.ſed pone ꝙ ex eo.& facit quod no.in cle.diſpen
dioſam.de iudi.& hoc ẽt fuit ſecutus Bal.in d.l.qui fillo.§.1. ſed
idem Bal.in l.eam quam.C.de fideic.indiſtinctè vr̃ exigere adi-
tionem hæreditatis.Sed Sal.in d.l.1.de ſac.ſan. eccl.in ver.quæ-
ro.16.an hæreditate nõ adita &c.multũ latè diſputat iſtam qõ-
nem,& finaliter tenet ꝯ Bar.ibi,& per ꝯñs ꝙ non debeatur,niſi
adeatur hæreditas.per gl.in d.l.eam quã. & per gl. in d.l. qui fi-
lio.§.1.maxime in foro ciuili. per dictã gl. videmus ergo tot &
tãtos doctores inter ſemetipſos varios,quid ergo dicendũ eſt?
Dic ꝙ Ioã.de Imol.in d.l.qui filio.§.1.tenet illud, ꝙ nõ valeat

hęreditate nõ adita,& rñdet ad allegata per Bar.in d.l.1.in rep.
C.de ſac.ſan.eccl. Sed ut clarius,& melius rñdeas, vt ibi ꝑ Sal.
41 ¶Non obſt.l.miles ita §.ſi. † quia licèt ibi dicatur, ꝙ pupillaris
ſubſtitutio valeat hęreditate non adita,quia ideo illud eſt,quia
miles poteſt ſubſtituere filio,licèt ſibi teſtm̃ non fecerit, nõ aũt
dicit legata deberi, hæreditate non adita,immo contrarium vr̃
innuere per locum a ſpeciali.l.neqꝫ.n.§.1.eo.ti.vnde Bar. forte
per prædicta in d.l.eam quã. dicit, ꝙ tutius eſt, ꝙ petant adijci
bona,cã conſeruãdorum legatorum in piam cauſam, ſicut põt
peti cã libertatum conſeruandarũ. vt ſupra de his quæ lib.cau.
d adiec.& iſtud teneas, [d] quia hoc ẽt voluit Bar.finaliter in d. l.1.
in lec.ord.Non ob.d.l.hęreditas.in ſi.allegata ꝑ Bar.quia immo
ibi erat hæreditas adita, aliàs nõ poſſet hæres grauari adimple-
re voluntatẽ teſtantis.& iſtud ẽt ſequitur Flo.in d.l.eam quã.&
iſtud obſeruatur in practica.¶ Item dixi in libello, paſſus eſt ſe
ad iudiciũ uocari & trahi.dic,hoc procedit in legato facto pijs
42 locis,& condẽnetur in duplum,ſecus in alijs relictis,quia † nõ
ſtatim ꝙ in ius paſſus eſt ſe vocari,ſed poſt annũ,incidit in pœ
e nam grauiſſimã,quia priuatur, [e] tota hæreditate, & applicatur
ſm ordinẽ perſonarũ.de his eſt caſus in auc. hoc amplius.C. de
fideic. dũmodo hæres fuit monitus a iudice de præſtando lega-
to,ẽt ſi in iudiciũ tractus non ſuit, vtputa,quia ex parte iudicis
fuit notificatũ,proteſtatũ,& mandatũ tali hæredi, ꝙ tali legata
rio deberet legatũ præſtare. vt d.auc.hoc amplius,& qđ ibi per
doc.niſi ſit filius,quia tunc prædicto caſu ſibi reſeruat̃ legitima
tñmodo debita iure naturę. vt not. gl.& doc.in d.auc.hoc am-
plius.ſufficit vnica admonitio,cum curſu anni.vt ibi dicit gl.&
f doc.& ꝑdicta procedunt in hęrede.Si aũt eſſet datus executor [f]
in cauſam piã,& tractaret̃ de cõmodo & lucro ſibi auferendo,
tunc ẽt bina admonitio requirit̃,vt eſt videre in eo cui eſt lega-
tum in diſtributionẽ alimentorum pauperum, vel in eo cui eſt
legatum,vt redimat captiuos,& eſt caſus in auct.licet teſtator.
C.de epiſ.& cle.& eſt ibi rõ,quare ibi requiritur bina admoni-
tio,quia.ſ.anno nõ expectato,priuatur commodo, & datur epi
ſcopo,vt exequat̃,ideo illius executoris maior contumacia re
quiritur,q̃ hic,ac ẽt quia hic fuit primò procraſtinatus, poſteà
fuit in iudicium tractus,põt largo modo dici,ꝙ interuenerit bi
na admonitio, & ideo in iſtis non expectatur annus, ut ſit in d.
auc.hoc amplius. quia res in d.auth.licet teſtator. celeritatem
deſiderat.arg.l.1.de dam.infe. cũ ſit ibi periculũ vitæ & anima-
rum, ideo in d. auc.hoc amplius.vnica ſufficit, ꝑꝑ annũ ſibi an
nexum, qui continue vr̃ interpellare, & ſic habet vim cuiuſdã
alterius admonitionis.arg.l.2.cum materia.C. de iur.emph.ita
dñt doc.in d.auc.hoc amplius.Et prædicta procedũt,niſi execu
tores eſſent dati in teſtõ,quia hæres ẽt admonitus a iudice,non
patit̃ pęnã de qua hic,& in d.auc.hoc amplius. ſm Bar. & Sal.
ibi alleg.caſum in l.mulcta.in prin.ff.de condi.& demon.& ẽt,
qa cũ teſtator dat ſpecialem executorem, vr̃ voluiſſe, ꝙ hęres
g de hoc ſe non intromittat. [g] vt Auc.de eccl. tit. in §.ſi quis autẽ.
ꝓ quo tu alleg.l.fundi.§.1.ff de acq.poſ.niſi poneremus execu-
torẽ monitũ,non velle exequi,vel mortuũ, uel aliter nõ poſſe,
ut arg.l.ſi.in §.ſed & ſiquis.C.cõm.de leg. & in d.l.mulcta. tunc
.n.cũ executor habeat̃ pro nõ dato, põt hęres moueri & in ius
uocari,& incidere in dictas pęnas, qđ bene no. ¶Ex quo tu ſu-
ma cautelã, ꝙ cũ cõtter dẽtur in teſtamẽtis executores ꝙ inter
pellens bis executores ex parte iudicis ꝓ legato tuo.arg.d. auc.
& ipſis negligentib. ſoluere,poſteà moueri facias ꝑ iudicẽ, hę-
redẽ, & ſic fuerit moroſus ꝑ annũ a die monitionis, poterit ha
bere locũ pęna d.auc.hoc amplius. qđ ſingulariter tene mẽti.
Et prędicta Bal.in d.auc.hoc amplius.uer.uẽ,quęro,utrum iſta
auc.habeat locum in teſtamẽtis &c.dicit eſſe uera,ſi ꝑ donatio
nẽ executorum eſſet ligata poteſtas hæredis,nã tunc hęres non
poſſet eſſe monitus & inſſus,quia nõ ꝑtinet ad eũ. Si ãt execu-
tores eſſent dati cauſa facilioris executionis, non cã induſtrię,
uel cã exonerãdi hęredẽ,tunc ſine dubio haberẽt locũ dictę pę
nę,quia loquũtur quoties hęres põt in ius trahi, & moneri, &
monitus

ADDITIONES.

a Non relinquitur. Adde Spe in ti.de inſtrumento editio. §.compendioſe.ver
ſi.item per ius canonicum cuius dicta ſequitur Cald conſi.8. de teſta.& in-
tellige cum locus ubi teſtamentum ordinatum eſt, eſt de temporali iuriſdi-
ctione eccleſię,vt in dictis iuribus.
b Cogita Adde quod idem tenet Ro.conſ.306.& ibi dicit,ita tenere Lapum.
c Remiſſa.de hoc late in d.l.1 ꝑ Bar.cuius dicta ſequtur Abbas.in cõſ.33.2. li.
d Tenens Vide Pet.de Anch.conſi 8.& ibi pulchram limitationem.Rom cõ-
ſil.418.Abb.conſ.33. Bal.conſi.53 & conſi.185.4.lib.
e Priuetur. Adde vt per Alex.conſi 138.8.lib.
f Executor. Ad de quando tempus currat executoribus negligentibus Rom. in
conſi 69.99.& 238.Anch.in conſi 326.& 391.
g Intromittat. Adde Ioan.de Ana.conſi 56.

monitus eſt. argu. l. quidam teſtõ. ff. de leg. 2. Poteſt etiam hęre-
di non ſoluenti legata interdici adminiſtratio rerum cum fru-
ctibus, vt eſt caſus in d. c. ſi hæres. Et prædicta quæ dixi in hære-
de, vt hic, & d. Auct. amplius. habent locum executoribus, qui
habentur loco hæredis, & legatarijs, & fideicommiſſarijs grauatis,
vt dixi ſ. eo. in gl. ſuper ver. contra eos. Et aduertas, ꝙ legata
pia habent aliud priuilegium, ꝙ indebitè ſoluta, non repetun-
a tur.[a] vt §. fi. ſ. de obli. quæ ex quaſi contract. & no. gl. & doct. in
d. Auct. hoc amplius. C. de fideicom.

A D D I T I O.

a Repetuntur. Adde Rom. conſi. 428.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones mixtæ quæ. & quare mixtę dicantur. & nu. 5.*
2 *Actio familiæ erciſcundę in quem. & ad quid detur.*
3 *Actio communi diuidundo ad quid competat.*
4 *Iudex ex ſuo officio quando poſſit vni partium rem integram adiu-*
dicare, & transferre dominium partis alterius.
6 *Actioni familiæ erciſcundæ quando præſcribatur.*
7 *Iudicium familiæ erciſcundæ vt competat, quid ſit neceſſarium.*
8 *Actione familiæ erciſcundæ ſi ſemel actum ſit, an iterum pro non di-*
uiſis agi poſſit.
9 *Iudicium familiæ erciſcundæ pro quibus hęreditatibus competat.*
10 *Dolus & culpa veniunt in iudicio familiæ erciſcundæ.*
11 *Actione familiæ erciſcundæ an agatur, ſi cohæres aliquid geſſit ante*
aditam hęreditatem.
12 *Euictio an in iudicio familiæ erciſcundę veniat.*
13 *Libellus in actione familię erciſcundę, qualiter concipiatur.*
14 *Minor an poſſit fratres maiores prouocare ad diuiſionem hæredita-*
tis paternæ, quam communem habent.
15 *Actio communi diuidundo quando, pro quibus, & qbus cõpetat. 18.*
16 *Actio communi diuidundo qualis ſit.*
17 *Libellus in iudicio communi diuidundo quomodo ſit formandus.*
19 *Diuiſio qualiter & ꝙ quę inter plures fratres, vel ſocios fieri debeat.*
20 *Actio finium regundorum qualis ſit.*
21 *Agens finium regundorum an debeat in libello probare ſe dominum.*
22 *Intellectus ad l. 3. C. fin. regundo.*
23 *Iudex qua forma procedere debeat in actione finium regundorum.*
24 *Finium regundorum actio quanto tempore duret.*
25 *Pręſcriptio quando incipiat currere actioni finium regundorum, cũ*
fines qui per centum annos ſteterunt, poſtea conturbantur.
26 *Libelli forma in actione finium regundorum.*
27 *Calculator quando, an non ſit conueniendus.*

Quædam actiones. ¶ Actio familiæ erciſcun. pro
diuidenda hæreditate, & actio
communi diuidundo pro re particulari, & actio finium regun
dor. pro diuidendis fundis, & regendis finibus dicuntur actio-
nes miſtæ. ſ. reales, & perſonales. Vel proprius, Miſtam cãm ha-
bent, in quibus iudici licitum eſt vni partium adiudicare rem,
ſi æquũ ſibi videbitur. h. d. & diuiditur in tres partes. Primo, po-
nit dictum generale. Secũdò, illud ꝑ exempla declarat. Tertiò,
ponit quæ pñt eſſe partes iudicis in iſtis actionibus. ſecũda ibi,
qualis eſt. tertia ibi, in quibus iudicis &c. ¶ No. ꝙ tribus modis
1 dicit † actio miſta vno mõ. ſ. rei perſecutoria, & pœnalis. vt ſ.
proxi. §. Alio modo, reales & perſonales præſtationes, vt hic, vt
habeant miſtam cãm realium, & perſonaliũ. Alio modo qñ nõ
diſcernitur, quis ſit actor vel reus. vt l. in tribus. & quod ibi gl.
2 & do. ff. de iud. ¶ No. ꝙ † actio fam. erciſ. competit ad vniuerſalia
diuidenda, & cõpetit tantummodo hrẽdibus, vt hic, & ẽt bono
rum poſſeſſoribus de iure prætorio, & ẽt inter hæredẽ, & illũ,
cui reſtituta eſt hrẽditas ex Trebelliano. vt eſt tex. in l. ſed & eius.
in §. 1. fam. erciſ. & etiam inter hæredem & bonorũ poſſeſſorẽ
de iure prætorio. & an in iſto caſu vtilis vel directa, vel an vni
3 vtilis, alijs directa detur, dic, vt ibi no. ꝑ gl. & Flo. ¶ No. ꝙ † pro
diuidendo aliquid cõe, competit actio cõi diuidun. etiam ſi ſit
cõmune rõne veræ ſocietatis, licèt gl. hic dicat ꝯ̃rium, vt eſt ca-
ſus in l. 2. circa prin. ff. comm. diui. Item hoc eſt verum, non tm̃
pro vna re cõi, ſed ẽt pro pluribus. vt l. per hoc iudiciũ. §. 2. eo.
ti. licèt gl. ſup. de obli. quæ ex quaſi ꝯ̃ct. in §. item ſi inter. no. con
trariũ & malè. ¶ No. ꝙ pro agris diuidendis, & proponẽdo cõfi
nia, cõpetit actio finiũ regund. Vltimò no. caſus vbi ex natura
4 actionũ, iudex † põt ex ſuo officio vni partium, ẽt nõ petẽti, rẽ
integrã adiudicare, & transferre dñium partis alterius, & hoc
a ideo facit ꝑꝑ difficultatẽ rei diuidendæ, vel ex aliqua iuſta cã,[a]
nã ſine cã hoc facere non poſſet, ut hic facit. §. pe. & fi. j. de offi.
iud. ſicut dicimus in ſimili de arbitratore, qui põt de iure vnius
partis dare alteri, pro bono pacis, & cõcordiæ. ut l. ſi de meis. §.
recepiſſe. & ibi gl. Bar. & doc. ff. de arbi. & Bar. plenè in l. ſocie-
tatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſoc. & cano. in c. Quintauallis. de iu-
5 reiu. ¶ In gl. 1. in fi. dic Dy. vr̃ ſequi ſimpliciter, ꝙ ſit dare actio
nes miſtas, & ſic in iſto caſu addatur tertiũ membrũ primæ di-
uiſionis actionum poſitæ, in §. 1. in prin. ſ. eo. quod nõ vr̃ verũ,
ſm Bar. hic, cum tex. dicat, ꝙ habeat miſtã cãm, ſed non ꝙ ſint
miſtę. Pręterea ſm Iac. But. hic tractatur de natura actionũ quò
ad ipſarum originem, ſed eædem res non pñt habere originẽ ex
diuerſis cauſis ꝯ̃tijs, quales ſunt pſonales, & reales actiones. ꝑ
eo facit, qđ hr̃, in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poſ. ergo nõ eſt di
cendũ, iſtę actiones ſunt miſtæ quò ad originẽ. Prætereà actio-
nes q̃ oriunt ex ꝯ̃ctu, vel quaſi dñr eſſe perſonales, ut probat ſ.
eo. §. ſic itaq;. & in d. §. 1. ſed actio familiæ erciſc. oritur ex quaſi
ꝯ̃ctu, quẽ ineunt hæredes adeundo hæreditatem, vt ſup. de obli.
quæ ex quaſi cõtract. §. hæres quoq;. Itẽ ſimiliter actio cõi diui
dundo, eſt ex quaſi ꝯ̃ctu. ut eo. ti. §. ſi inter. ergo ſine dubio ſunt
perſonales, licèt in rẽ ſcriptæ, & ẽt pro rebus cõpetat, pñt tñ di
ci miſtæ inſpecto effectu & fine ipſarũ. Propter qđ eſt ſciendũ,
ꝙ actio dr̃ miſta triplici reſpectu. Primò, ꝙ partim ſit perſecu-
toria. Itẽ ꝙ nõ diſcernatur qs ſit actor, vel reus. Itẽ ꝙ partim ſa-
piat naturã perſonalis, & partim realis, & ſic ab effectu iudice-
tur miſta, nõ ab origine. & iſtis duobus vltimis reſpectibus iſtæ
tres actiones dicuntur habere cãm miſtã. & iſto modo ſm Iac.
But. põt ſaluari gl. ¶ In gl. fam. erciſ. ibi, itẽ petuntur fructus. dic
vt ſtatim dicã. ¶ In ex. gl. ibi ſ. eo. §. ſic itaq;. dic vt ſtatim ſ. dixi.
In ex. gl. ibi, de ann. exce. l. 1. §. 1. dic quod ſic vides in petitione
hęreditatis, q̃ licèt realis ſit, ut l. ſed & ſi lege. in §. petitio. & ibi
Bar. ff. de peti. hære. & eſt tex. in l. ſi autẽ. §. pe. ff. de rei ven. & di
xi ſ. eo. §. ſed iſte. ſuper gl. in verſ. tam in rẽ. ibi. §. quædã. tñ quò
ad pſcriptionẽ ſequit̃ naturã perſonaliũ. C. de peti. hære. l. hr̃di-
6 tatis. Sic ergo tali actioni fam. erc. † præſcribitur 30. ann. qui an-
ni incipiunt a tꝑe aditæ hæreditatis, quo tẽpore res incipit eſſe
cõis, vt ſ. de obli. quæ ex quaſi contr. §. idem iuris. & incipiunt
inuicẽ obligari, vt l. 1. ff. eo. ſm Io. Fab. cũ ergo præſcribat huic
actioni 30. annis, non dico domino rerũ, & per ꝯ̃ñs nec rei ven
dicationi, ſed diuiſioni fiẽdæ ſm gl. in l. 1 §. nemo. C. de ann. ex-
cep. patet, ꝙ ſi conſortes ſteterint in cõione 30. annis, ꝙ nõ poſ
ſint poſteà intentare diuiſionẽ inter eos. per gl. in d. §. nemo. &
hic, quã ibi ſequuntur Iac. But. Bal. & Ang. & ſic pręſcribit̃ huic
potentiæ petendi diuiſionẽ, ſicut præſcribitur potentię offeren
di, vt l. cũ notiſſimi. §. illud. C. de pręſcr. 30. ann. & nõ mireris,
(dicit Ang. in d. §. nemo.) q2 ſic, & aliàs ꝯtingit, ꝙ non põt peti
diuiſio, vt l. fi. ff. de alie. iu. mu. cauſa fac. & in l. ſi pupillorũ. ff. de
re. eo. ¶ Tu adde bonum caſum in l. iubemus nulli. in prin. & qđ
ibi per gl. & omnes doc. C. de ſac. ſan. eccl. & gl. & doc. in l. fi. C.
comm. vtri. iud. & j. dicam, & hoc tenet Flo. in d. §. nemo. ſed ut
ibi refert Cy. & Bar. & doc. Mod. ab eis ſunt in ꝯ̃tra opi. nam do
nec ſtamus in cõione, & ſimul poſſidemus, vnus aliũ recogno-
ſcit, & ſic ceſſat præſcriptio, ut l. cum notiſſimi. in §. ſed & ſi qs.
C. de pręſcr. 30. ann. facit eo. ti. l. malè agitur. Prætereà, actio cõi
diuidũdo, & famil. erciſc. cõpetit ẽt ratione doli, vel culpæ, ſed
non eſt dubiũ, ꝙ a die qua tu non vis diuidere, diceris cõmitte-
re dolũ, ergo ex die naſcitur iſta actio, & ei non põt dici pſcri-
ptum. ac ẽt dicit Cy. ſm Ray. & Plac. gl. ibi, quia ſi cõiter poſſi-
dent, ergo cõiter recipiũt ſubuentiones, ergo non vr̃ negligẽs,
ergo vr̃ ius ſuum conſeruare. probo nullus alteri põt imputare
negligentiã, ex quã cauſatur longiſſima præſcriptio, quare nõ
ꝓuocauit ad diuiſionẽ, quia ex ea negligẽtia, quia nõ petit diui-
ſionem, ſocius commodum ſentit, igitur &c. vt l. cum in fundo.
§. ſi mulier. ff de iure dot. ac etiã, quia conſocij adinuicem poſ-
ſideant, ergo non currit præſcriptio, ut no. gl. fi. in fi. C. de ſeru.
fug. l. 1. & illud teneas. quod ẽt ego probo alia rõne: clarum eſt,
b ꝙ pacto fieri non poteſt, vt res ſemper in cõione[b] ſtet, ſecus ſi
ad tꝑs fiat, ut eſt tex. valde no. in l. in hoc iudicium. §. pe. ff. com-
muni diu. ergo, nec præſcriptione, & ſic remedio legali iudici
poteſt. arg. l. non impoſſibile. & quod ibi not. ff. de pact. & iſtã
partẽ poſteà ſecutus eſt Flo. in l. 1. in prin. ff. eo. ti. & allegat ra-
tionem, neq;. n. conuenit, ꝙ actio cõmuni diuid. vel fam. erciſc.
quæ ex cõionem naſcuntur, ꝙ ex ipſa perſeuerantia cõionis de
beant tolli. arg. in ꝯ̃rium in l. Titio cum morietur. ff. de uſuf. leg.
& maximè ſi iudex uidet, ꝙ ꝑꝑ iſtã continuã cõionẽ inſurgãt li
tes, & cõtẽtiones, quia iudex ex ſuo officio mandabit diuiſionẽ
fieri. arg. l. in æquiſſimum. in prin. ff. de viuſr. ¶ In ex. gl. in fi. dic
effectus huius quæſtionis eſt declaratus ſupra proæ. quia ſi hæc
actio orietur a tempore quo alter prouocaret ad diuiſionẽ, non
currerct

A D D I T I O N E S.

a Iuſta cauſa. Adde ut per Rom conſ 55.
b Communione. Adde ut per Alex. conſi. 18. 2. lib. Rom. conſi. 18.

curreret ante præſcriptionem,ſi verò a tẽpore quo incideret in
cóionem,curreret ante diem,vt ſupra dixi. ¶ Quæro,ad hoc vt
7 competat hoc † iudicium famil.erciſcundæ,quid ſit neceſſariũ?
dic,ꝙ eſt opus,ꝙ agens confiteatur ab aduerſario cohæres, vel
ſi negatur cohęres,quod ſic in poſſeſſione hæreditatis, alias ſi-
bi non competit, ſed alia actione, puta petitione hæreditatis,
vel alia actione ſibi competenti eſt agendũ,vt eſt caſus in l.1.fa
mi.erciſ.cum ibi no.per gl.& Bar.& Rapha.& Flor. quod benè
no.quia vidi aliquos errare,& prædicta procedũt,qñ eſt oppo
ſitum.ſi autẽ non fuiſſet oppoſitũ,teneret iudicium.vt l.2.cum
gl.ibi Bar.& doc.C.commu.diui. & l.ſi mãcipia.§.1.ff.de euic.
& no.in d.l.1.Aduertas tamen,quod ſi agens probaret ſe cohæ-
redẽ,ſatis eſſet,licèt per aduerſarium negaretur.Ratio aũt qua-
re non opponendo tenet iudicium,eſt,ſm Io. Fab.quia nõ inſi-
ſtendo vĩ huic exceptioni renunciare.pro quo facit l.fin.C.de
anna.except.& quod ibi no.quid plura, quamuis nullũ ius ali-
quo modo cõpeteret agẽti, & nõ fuerit negatus cohæres agẽs,
& ſnia lata fuerit,quę tráſiuit in rẽ iudicatam, non põt aliquo
mõ poſteà opponi,& allegari,ſibi non competit ius agẽdi, nec
ꝑꝑ hoc ſnia reddĩ retro nulla,& etiã ſolutum virtute talis ſen-
tentiæ non põt, vt in debitum repet. vt eſt caſus ſingularis in l.
cum putarem.ff.fam.erciſ.ſed dubito in hoc,quia l.cum putarẽ.
loquitur,quando ille qui erat hæres inſolidum, egit hac actio-
ne ꝯ illum, qui non erat hæres in aliqua parte, licèt putaret eũ
cohæredem, ergo non mirum, ſi hæres inſolidum agat cum Ti-
tio,tanquam cum ſuo cohærede hac actione,ꝙ ſibi præiudicat
in parte hæreditatis,maximè facta executione.arg.infra de.off.
iud.§.ſi.cum gl.Si autem ageret ille hac actione, qui nullo mo-
do eſt hæres, & nullum ius, & per ꝯñs nullam actionem habet
in hæreditate,dubito fortiter, an videatur ius acquirere, & va-
leat iudicium, cum nunquam aliquod ius ſibi cõpetierit, etiã ſi
per aduerſarium hęredem inſolidum nihil fuerit oppoſitum,&
vĩ ꝙ non,vt vĩ eſſe caſus in l.2.in princ.ff.de do.pręl. vbi teſta-
tor non põt grauare hæredem, ꝙ conueniaĩ actione quæ non
eſt in rerum natura, ſecus autem ſi ſemel actio agenti compe-
tiſſet,licèt nunc non cõpetat,quia iſto caſu quis poteſt pati cõ-
tra ſe iudicium.iſtę caſus eſt propriè,in l.iul. quæ aliàs incipit,
ſi quis hominem.§.quantum.ff.ad exhibẽ. & ita eleganter dixit
Bar. in d.l.2.in princip.ver.pro declaratione induco &c.cogi-
a ta. ᵃ ¶ Quæro, † ſemel actum eſt famil.erciſcun. an iterum pro
8 non diuiſis poſſit agi? dic, ꝙ ſi diuiſio eſt facta in iudicio, non
põt amplius agi,quia eſt iudicium vniuerſale ex vtraqꝫ parte,vt
eſt tex.cum ibi no.in l.ſi filia.ff.fam.erci.ſecus ſi facta fuerit ex-
tra iudicium,vel fuerit facta per iudicium cõi diuidundo, tunc
quamuis ſemel actum fuerit, ẽt in iudicio, tñ iterum commu-
ni diuidundo agi põt. vt l.1.cum ibi no.per gl. & doct.C.eo.ra-
tio,quia cõi diui.eſt particulare iudicium,igitur pro ſingulis re
bus diuidendis ſæpius intentari poteſt; nec huic determinatio-
ni obſtat,ꝙ petitio hæreditatis,licèt ſit iudicium vniuerſale. vt
no.in l.3.in prin.ff.de eden.cum ſi.tamen cõpetit ſæpius.vt l.li-
cèt.ff.de pet.hære.& l.ſi a te.ff.de exce.rei iud. quia petitio hæ-
reditatis eſt vniuerſalis ex parte agentis,ex parte vero conuẽti,
ſi nõ poſſideat oĩa,eſt particularis, vnde de nouo, & pluries cõ
tra alium poſſeſſorem põt intentari,ſed ꝯ eundem,ꝯ quẽ ſemel
fuerat lata ſnia,ſi poſſeſſionem alicuius rei de nouo fuerit ade-
ptus, non expedit, vt de nouo intentetur, ſed vt ſniam prius ꝯ
eum latã petat exequi, ẽt in iſtã aliam rem de nouo poſſeſſam,
vt ff.de iureiu.l.ſed & ſi poſſeſſori.ĩ prin.& l.inter Caſtellianũ.
ff.de arbi.ſed actio fam.erciſ. eſt vniuerſalis tam ex parte acto-
ris,q̃ rei,& eſt iudicium duplex, & in eo veniunt tam poſſeſſa,
q̃ non poſſeſſa.vt l.1.& ſi plane.ff.eo.& ſic eſt vniuerſalis aptitu
dine,& actu in ipſius executione, ita dicũt Bal.& Saly.in d.l.1.
9 C.eo.quod no. ¶ Quæro,† pro quibus hr̃ditatibus cõpetat hoc
iudiciũ?dic,ꝙ pro vna,& pro pluribus diuerſis,dummodò ſint
cohæredes eiuſdẽ hęreditatis & patrimonij, ſecus ſi vnus eſſet
hæres vnius hæreditatis, alter alterius hæreditatis & patrimo-
nij,licèt eiuſdem teſtatoris, vt in milite teſtatore qui habet plu
ra patrimonia.vt in l.2.C.de teſta.mil.cũ ibi notatis. iſtæ eſt ca-
ſus in l.hæredes.§.1.ff.eo.& l.ex facto.la grande.ff. de hær. inſti.
& ibi Dy.licet ceſſat iſta actio,ſi omnia ꝯſiſtunt in nominibus de
bitorum,& in iuribus corporalibus,& in iuriſdictionibus,& ſi
milib. vt eſt caſus in d.l.hęredes §.ſi.¶ Aduertas tñ,ꝙ qñ pro hæ
reditate cõpetit iſta actio inter cohęredes, tunc ẽt inter eos po
teſt competere pro prælegato,& ſic pro re ſingulari.vt d.l.ex fa
cto.qđ notandum eſt, & ſic officio iudicis præſtabiĩ p̃legatũ in
10 ter cohęredes,vt ibi.¶ † Quid veniat ĩ hoc iudicio?dic, ꝙ dolus
& culpa venit.vt l.& puto.§.ſed & ſi dolo.ff.eo. ¶ Quæro,quid
11 ſi cohęres meus aliquid geſſit ante aditam † hæreditatem, vel
damnũ dedit,vel reditus recepit?dic,quòd nõ agiĩ hoc iudicio,
quia in eo veniunt,q̃ geſta ſunt, vt per cohæredẽ,& non aliter,
qđ fieri nõ põt,niſi adita hæreditate. vt d.§.ſed & ſi dolo. & eſt
12 tex.in l.qui hæres erat.in ſi.ff.eo.quod no.¶ Quæro,† an in hoc
h iudicio famil.erciſ.veniat euictio?ᵇ dic,aut diuiſio eſt facta per
teſtatorem,& non venit euictio.vt l.ſi cogitatione.cũ ibi no.p
gl.& doc.C.fam.erc.Aut fuit facta diuiſio p partes vel per iudi
cem,& venit euictio.vt l.ſi fam.erciſ. cum gl. & ibi doct.C.eo.
& no.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de ver.obl.in ſi.qđ eſt
verum,niſi inter partes actum fuiſſet,ꝙ non veniat euictio,tũc
non tñ euictio deberet, ſed ẽt non tenetur cohæres ad reſtitu-
tionẽ veri p̃tij,vt eſt gl.ſing.in d.l.familiæ.licèt in alijs ꝯctibus,
ſi nolo teneri de euictione,tñ omninò teneor ad veri pretij reſti
tutionẽ,vt eſt caſus ſing.in l.emptorẽ.§.pe.& ſi.& ibi gl.& Bar.
13 ff.de act.emp.¶ † Libellus autem in hac actione familiæ erciſ.ſic
formatur.Dico ꝯ Titiũ,ꝙ talis teſtator nos pariter inſtituit,vn-
de dictus Titius eſt mihi cohæres.dico ẽt, ꝙ in dicta hæreditate
ſunt multa bona mobilia,& immobilia,& quæ pariter pro indi
uiſo poſſidemus,quare cum nullus cogatur regulariter in com
munione perſiſtere,(cùm communio ſoleat vt plurimum gene
rare diſcordias,)peto dictam hęreditatem dicti teſtatoris inter
nos diuidi pro portionibus hæreditarijs pro diuiſo, & hoc peti
tur a parte.ſed iudex ſi poterit diuidere commodè res hęredita-
rias, & pro hæreditariis portionibus eas diuidet,prout petitum
eſt,aliàs autẽ omnes aſſignabit vni,vel maiorẽ partem,vel vni-
cã rem quæ diuidi non põt, & tunc in ſnia dicetur, cum com-
modè diuiſio bonorum hæreditariorũ inter tales cohr̃des fieri
non potuerit, idcircọ tali hæredi pro quinqꝫ partibus tales res
hæreditarias inſolidũ adiudicamus,& eundẽ dicto eius cohęre-
di pro parte hęreditaria quæ ipſum contingit in dictis reb.adiu
dicatis,in decem condemnamus.ita hĩ hic.& in §.pen.& ſi.j.de
14 off.iud. ¶ † Quæro,tota die contingit,ſunt plures fratres haben-
tes hæreditatem paternã cõem,& vnus eſt minor, an ille minor
poſſit prouocare alios ad diuiſionẽ? & vĩ, ꝙ non,vt l. ſi pupil-
c lorum.ff.de reb.eo.& l.pen.C.de præd.min. Tu dic,ᶜ aut quęri-
tur,an poſſit petere diuiſionem fructuũ, & redditũum, & põt.
arg.l.iubemus nulli.C.de ſac.ſan.eccl.ſm vnam ſol. Aut quæriĩ
quò ad proprietatem rerũ, & tũc aut ipſe minor prouocatur a
ſocijs,& clarũ eſt,ꝙ põt facere & pati diuiſionẽ,vt d.l.ſi pupillo
rũ. Aut quæritur,an ipſe poſſit alios prouocare,& tunc aut ſibi
expedit diuidere,quia habet fratres rixoſos,vel dilapidatores,
& tunc permittitur ſibi,vt d.l.iubemus nulli.ſm aliam ſol.gl.nõ
põt,vt d.l.ſi pupillorum. Et hoc ſequitur Bar.in d.l.iubemus. &
p̃dicta procedunt in minore,ſed in eccleſia cum quocunqꝫ con
ſorte põt petere diuiſionẽ,ſm Gul.de Cu.vt eſt caſus in d.l.iu-
bemus.quę loquitur indiſtinctè,ſecus in minore,vt ibi no.gl.&
eſt ratio,quia minores ſunt impediti impedimento tẽporali,ec-
cleſia verò, perpetuò,ideo ei cõceditĩ ꝓpria prouocatio, vt ibi,
quia cõio perpetua eſt prohibita ex conuentione,vt ff.commu.
diui.l.in hoc iudicio.§.ſi conueniat.Itẽ quia communio inducit
diſcordiã,vt l.in re communi.ff.de ſerui.vrb.prędio.ideo in ec-
cleſia non licèt eſſet perpetua, & ætas ſit temporalis, quia ſpera
tur,ꝙ minor maior efficietur. & pro hac ratione facit glo. ſing.
in l.niſi.in ſi.ff.de tu.& rat.diſtr.& iſtud ſequitur Sal. in d.l.iube-
mus.in 2.col.Iſta actio eſt expedita,veniamus ad actionem cõ-
15 muni diuidundo.¶ † In gl.in verb.cõi.ibi, agetur pro ſocio &c.
dic,immo ẽt iſto caſu agi poteſt cõi diuidundo,vt eſt caſus, in l.
2.ff.comm.diuid.quia hæc actio competit principaliter pro di-
uiſione rerum corporaliũ, actio verò pro ſocio magis cõpetit
ad pſonales p̃ſtationes,vt eſt caſus in l.1.ff.comm.diui. ¶ In ea.
gl.in ſi.præmitte,cui cõpetat illa actio.& dicunt doc. hic, ꝙ di-
recta competit illi,qui habet rem cõem pro indiuiſo, vel ẽt cõ-
petit illi, qui eſt in iſta opinione, ꝙ putat habere rem commu-
nem,vt l.ſi quis putans,in prin.ff.comm.diu. ¶ Sed aduertas,ꝙ ĩ
hoc vltimo caſu cõpetit vtilis ad ſumptus,& cætera damna, nõ
autem ad realem diuiſionem, quia non eſt res cõis, quæ diuidi
poſſit, quando aliquid cõe non eſt. Intellige tamen prędicta
in iſta actione communi diuid. ſm ꝙ ſtatim dixi in actione fa-
miliæ erciſcun.per l.cum putarem,ff.fam.erciſcun. coniuncta l.
2.in prin.ff.de dot. præle. Et prædicta procedunt ex quacunque
cauſa

ADDITIONES.

a Cogita. Vide Nouiſſimos in l.ſi Titius ff.de verb obl.

b Euictio Si facta diuiſione inter cohæredes aliqua res euincaĩ, an agi poterit de euictione de hac q.& de alijs plurib. quotidianis in hac materia vltra no. per Ang.hic,vide per Pract.Pap.diffuſius,in forma libelli pro hæreditate vel re ſingulari diuidẽda.gl.in verſi.cõiter.in uerſ reuoco in dubiũ,ſed alia pulchra,ĩ hac materia,& quotidiana,uideas p totã gl.in uer.cõiter. Bar.ab Hor.

c Tu dic Adde Rom.conſi.314.

cauſa res ſit communis. vt l.ſ. & 3.ff. eo.¶ Ex quo ſequitur, ꝙ
etiam pro rebus ſingulis ex hæreditate communi intentetur, ét
non intentato prius fam.erc.iudicio, vt no. glo. in l.4. in princi.
ff.eo.& in l.quibus cauſis.ff.pro ſoc. Vtilis aũt cõpetit hñti quaſi
dñium, vt in conductoribus ad non modicum tempus, ſuperfi-
ciarijs, & ſimilibus. vt ff.eo.l.communi diui.in prin. vel emeoti-
bus bona fide a non dño, vt ea.l.§. qui in rem. & ét alijs pſonis,
de quibus ea.l.§.ſi duo.& §. inter eos. & §.ſi. Nec diſtinguit an
poſſideat vterq; eorũ, vel alter tantũ, vel neuter. vt l.communis
ſeruus.§.apud.ff.eo.ſed tamen bene attenditur, an cõuentus fa-
teat̃ rem cõmune, & tunc hæc actio competit.an neget, & tunc
illi obſtat exceptio, donec probet̃ conſocius, & rem eſſe cõmu
nẽ propoſita rei vendicatione. vt l.1.ff.fam.erc.ſed ceſſat hoc iu
diciũ inter prædones, & clam poſſidentes, vel præcario, vt d.l.
cõi diuidundo.§.inter prædones.& §. Iulianus.ff.e.& l.1.in fi.ff.
vti poſ.nec ét dat̃ ſimplici detentori, vt ea.l.cõi.diui.§. idem eſt.
ver.ergo nec ét competit pro ſumptibus in ſeruitute factis, vel
alijs reb. incorporalib. vt l.arborũ.§.1.ff.e. ſed pro iſta ſeruitute
diuidẽda alternis dieb.iuxta l.4.ff. de ſer.& quod ibi. Flo. bene
competit actio familiæ erciſcundę, & cõi diui. vt eſt caſus no.in
d.l.Arborum.§.fi.in fi.licèt Flor.in rub.ff.eo.aliter dicat.Item in
iſta actione, habetur ratio ſumptũ factorũ in re communi, vel
occaſione rei communis.ſm d.l.ſi quis putans.in prin. quod eſt
verum, qñ negotiũ non potuit pro parte expediri, aliàs agi de-
bet actione neg geſt. vt d.l.ſi quis putans.§.1.in fi. & l. ſi cõmu-
nes ædes.cũ ibi notatis per gl.& doc.ff.de neg.geſt.¶ Itẽ habetur
ratio quæſitorum ex re cõi, vel ꝑꝑ rem cõmunem, vt & prædi-
cta debeant eſſe communia. vt ff.eo.l.ſeruus cõis. Tu allega me-
liorem tex.in l.ſi ſociũ qui in eo.cũ ibi no.per Bar.ff. pro ſocio.
¶ Item habetur ratio dãni dati in re cõi, vel per ipſum ſocium,
vel ab alio ꝑꝑ dictum ſocium, vel in deſpectum dicti ſocij, vt
eſt caſus in l.ſi is cum quo.& in d.l.ſeruus cõis.la 2.& l.ſequẽ.ff.
eo.facit l.ſi merces.§. culpæ. & quod ibi ꝑ gl.Bar.& doc.ff. loca.
& l.pe.in prin. & ibi Bar.Bal.Ang.& doc.ff.ſo.ma. & gl.& Bar.
in l.arbitrio.§.fi.ff.de dolo.& vide oĩno ſingularẽ tex.cum gl.&
16 Bar.& doc.in l.nã & ſeruus. i prin.ff.de neg.geſt.¶ †Quęro qua
lis ſit iſta actio, dic, ꝙ ex quaſi contractu.§.ſi inter.& dicitur bo
næ fidei. vt in §.actionũ.infra eo.Et aduertas, ꝙ ea quæ ſeruan-
tur in iudicio familiæ erciſcũdæ, ſeruant̃ in iſto. vt no.gl.& Flo.
in d.l.ſi quis putans.§.pe.fallit in caſib.ibi no.¶ Secundò aduer-
tas, ꝙ in iſto iudicio requirunt̃ probationes de dñio magis ex-
quiſitæ, quàm in alio fam.erc. vt l.inter cohęredes.in prin.& in
§.1.& ibi Flo.& Raphaẽ.fam.erc.& no.gl.& Fl.in d.§.inter præ
dones. iſta ꝑ magna parte habentur per Flo.in rub.ff.eo. & per
17 Azo in ſum.eo.ti.¶ † Quarto, qualiter ſit formandus libellus in
cõi diuidũdo iudicio? Reſpondeo, ꝙ aduertẽdum eſt, ꝙ libellus
habet duas partes, primò, narrationẽ, ſecundo ꝯcluſionẽ. In nar
ratione debet agens dicere, ꝙ cũ Titio habet talẽ rẽ cõmunem
ꝑ indiuiſo, & pro tanta parte, eò quia fuit eis à Caio donata, &
eſt in poſſeſſione dictæ rei, vna cũ dicto Titio, & ꝙ nõ placet ſi
bi, nec ſibi expedit amplius in cõmunione ꝑſiſtere, quare peto
dictũ fundũ partiri, & terminari, & mihi dictam partẽ pro diui
ſo aſſignari, vel alteri noſtrũ dictũ fundum iuſto pretio adiudi-
cari, prout veſtrę ęquitati videbit̃, verũ, qa in hoc iudicio qñq;
veniunt fructus, & ét habetur ratio damnorum datorum in re.
vt C.cõi diuidundo.l.ſi maior. debet in narratione fieri mentio
ſumptuum, & dãni dati, & in ꝯcluſione petere aduerſarium ét
ad illa ꝯdemnari. iſte eſt libellus Bar.in l. ad officiũ.C. cõi diui.
Et no. ꝙ dixi in libello ꝙ fuit nobis à Caio donata, nã ideo po-
ſui, quia gl.in l.cõi diuidun.in §.inter prædones. vr̃ determinaſ-
ſe, ꝙ libellus procederet, quo petitur diuiſio fieri ſolũ, quia poſ
fidei, nõ allegato aliquo iure reali. & hoc tenet ibi Old. & pro
hoc facit, ſm Flo.ibi, cui datur publiciana, datur cõi diuidun.
& econtra. vt ea.l. qui in rem. & ibi vide ét Flo. ita intelligit il-
lũ §.cũ gl.in l.minor.§.1.ff.de euic.& l.fundi.ff.de excep.lĩẽ cui
cõpetit vendicatio, cõpetit cõi diuidũdo. vt ea.l.§.ex quibuſdam.
18 Tu verò † dicas, ꝙ immo aliqñ dat̃ cõi diuidundo, ꝙ non dabi-
tur rei vendita. vt ibi, in ſoluto indebitè, & ſic cõi diuid.proce-
dit affirmatiuè.ſ. cui competit rei vendicatio, cõpetit cõi diui-
dundo: ſed non negatiuè, vt ibi, & ideo tex.ibi dicit, ꝙ illi datur
vtilis cõmunis diuidundo, qui poſſidet ex iuxta cauſa, & habet
ius vel titulum ſpecialem in re, putà dum dixit, ſi ex cauſa inde
bi.& in d.§. ſi inter prædones. dicit ex ſola iuſta, quia inter prę-
dones iuxta cauſa poſſidendi, vt eſt præcaria, non dat̃ cõi diui-
dundo.& hoc probat̃ fortius, quia per miſſionẽ in poſſeſſionẽ
ex cauſa dãni infecti ex primo decreto, nõ habet cõi diuidũdo
iudicium directum, vel vtile, licèt iuſtè poſſideat, authore præ-
tore. vt l.iuſti.ff.de acqu.poſſ. nõ habet (dico) dictũ remedium
pro ſumptibus factis in re. vt l.4.§.fi. cũ l. ſeq.ff. eo. & l.ſi finita.
§.cũ autem plures.de dam.infec.Et eſt ẽr ratio, quia habet aſini-
nã detẽtionẽ, miſſus regulariter ex primo decreto. vt l.4. in fi.
ff.de acqui. poſſ. ſed tameo miſſus in poſſeſſionẽ ex cauſa ven-
tris, vel legatorum, vel cuſtodiæ &c. vel pignoris cauſa ex ꝯuen
tione debitoris, ſi duo creditoris pignus poſſideãt. vt l.ſerui no
mine.& quod ibi per gl.& Bar.ff.de vſucap.tunc his caſibus dat̃
vtilis cõi diuidun. vt d.l.cõi diui.§.ſi duo.cum ſeq. & ibi Flo. Et
eſt ratio, quia prædicti prætẽdunt ius in re, vel ad rem, ille aũt
qui ſimpliciter poſſidet, vel detinet aliquod ius in re, vel ad rẽ,
nõ habet. Ex quibus infertur, ꝙ ex ſola detentione vel poſſeſſio
ne, non datur cõi diuidundo, vt hic videtur caſus, & in l. fundi.
in poſſeſsione quærenda, poteſt quis præiudicare ei, cui debet
acquiri. C. de acquir. poſſeſ. l. fin. & ita dicit, quòd videtur de-
terminare Franciſc. Tigri. per illum §. quòd ſi quid poſt. qui eſt
notabilis ad hoc. Sed domi. Raph. in d. l. quod meo. in princ.
in verſi. id poſſet dubitari &c. tenet primam partem, quoniam
cum cōſtituens ſe pro alio poſsidere, hoc ſciat, quod pro alio,
quò ad poſſeſsionem, non poteſt iuſta ignorantia excuſari in fa-
cto proprio. vt l. fin. ff. pro ſuo. ergo poteſt tanquam procurator
creditoris acquirere ſibi, etiam ignoranti poſſeſsionem, ex quo
fuit à principio volūtas creditoris, vt l. 1. §. per procuratorem.
ff. de acquiren. poſſeſ. Et pro hoc etiam adducit ad confutatio-
nem dicti §. quòd ſi quid poſt. quòd licèt acquiſita poſt ſocie-
tatem diſſolutam non ſint communia, vt dicto §. quòd ſi quid
poſt. tamē ſunt communicanda, quando indebitè diſſoluitur
ſocietas, vt l. ſi quis ſocietatem. cōiuncta l. prima. ff. pro ſocio.
& per cōſequens ille animus, quòd nō voluerit acquirere poſ-
ſeſsionem creditori, nō præſumitur ex poſt facto, quia nō præ-
ſumitur mutatio, ſiue variatio. Et iſtam partem Iac. Butriga. &
g ſequacium ego puto veriorem,[g] per rationem & mētem, d. l.
fi. videlicet, quia hoc eſt parui præiudicij. Dicerem tamen, ꝙ
quando

ADDITIONES.

a Deſtinata. Adde quod pulchrè voluit Rom. conſi. 295.
b Pretium. Adde Rom. conſi. 91. & Alex. conſi. 18. lib. 1.
c Tradendum. An princeps cogi poſſit ad tradendū, vide Alex. conſ. 70 4. lib.
d Præſtare. Adde Alex. conſi. 23. 1. lib. & conſi. 31. 2. lib. Io. de Ana. conſi. 18. Ro-
ma. conſi. incip. Quid autem ſi non habuit pretium niſi pro parte, an pro illa
teneatur ad fructus, vide Alex. conſi. 134. 4. lib.
e Pau. de Caſt. Adde quod idem Pau. conſi. 43. in 1. impreſſio. tenet ꝙ in exe-
cutione ſententiæ venditor opponere poteſt exceptio. pretij non ſoluti.
f Conſtitutum. Adde Alex. in l. quod meò. ff de acq. poſſ. Purp.
g Veriorem. Adde ꝙ Ang. conſi. 179. dicit, quod futura veniant, vbi agitur de
paruo præiudicio, vt in caſu d. l. fi. ſecus, ubi de magno præiudicio agitur.

quando creditor ageret cõtra tertium,aſſerẽdo quòd ipſe poſ-
ſidet virtute dicti precarij, ꝙ eſt ſibi dicta res hypothecata, ꝙ
articulet, & quòd probet, ꝙ tempore conſtituti,vel etiam po-
ſteà (ſecundum caſus contingentiam) ſuus debitor poſſedit,
aliàs non obtineret, vt diximus in l. & quæ nondum. §. quod
dicitur. ff.de pig. & dixi ſupra eodem §. item ſeruiana. ¶Non
obſtat, ꝙ creditor non poſſit poſſidere quid futurum,& quid
incertum, vt no.in l.3.§.t. ff.de acquir.poſſeſſ.quia illud eſt ve-
rum per organum medium habile, & propter ſcientiam ipſius
debitoris, vt d.§.per procuratorem,quia habuit,& habere præ-
ſumitur animum quærendæ poſſeſſionis creditori, & iſtud eſt
tenendum. ¶Non obſt.§.ꝙ ſi quid poſt.quia ibi apertè apparet
de animo cõtrario,ꝙ non volebat acquirere ſocio,quia diſſol-
uerat ſocietatem, ſecus in caſu noſtro, vbi de animo contra-
rio non apparet, igitur præſumitur animus continuatus,& nõ
mutatus, aliàs præſumeremus quòd voluerit fraudare cre-
ditorem,quod non eſt præſumendũ, vt l.meritò.ff.pro ſocio &
21 no. Bartol.in l.gerit.ff.de acquiren.hæredita. ¶†Quæro,iam eſt
menſis, ꝙ cõtraxi cum Titio, & obligaui ſibi omnia bona mea,
quæ conſtitui ſuo nomine poſſidere, poſteà hodie vendo vnũ
meum fundum Seio,& cõſtituo me nomine emptoris poſſide-
re, an in emptorem transfero dominium & poſſeſſionem? &
Barto.in l.quæ pignoris. ff.de acquiren.poſſeſſ. videtur velle,ꝙ
non transferatur poſſeſſio. per not. in d.l.quamuis. §.1.An au-
tem dominium transferatur, & idem Barto. in l. Celſus. ff. de
vſucap.in ver.ſed pone, debitor obligauit omnia bona ſua &c.
determinat, ꝙ ſic, ſecundum Iaco.Butr. in §. ſed iſte. ſupra eo-
dem. ſiue dictus debitor conſtituerit ſe precario poſſidere pro
dicto ſuo creditore,& ſic clarum, cùm penès dictum debitorẽ
omnis poſſeſſio remanſerit, vel ſaltẽ naturalis, vt l.interdum.§.
ſi. & ibi da materia precarij,vide Barto.ff.de acquir.poſſeſſ.ſiue
22 † ſimpliciter cõſtituerit ſe pro dicto creditore poſſidere, quia
licèt omnis poſſeſſio ſit in dictum Titium tranſlata. vt dicta l.
quod meo, tamen,quia illa poſſeſſio quæ eſt in dictũ credito-
rem trãſlata,eſt ad commodum debitoris, reſpectu dominij &
vſucapiendi conditionis. vt l. ſerui nomine. cum ibi not.ff.de
vſucapien. ergo poteſt in emptorem transferre dominium, &
vſucapiendi conditionem, ſicut erat apud debitorem,quia illo
reſpectu debitor dicitur poſſidere. & hoc eſt valde notandum,
quod credo verum, licèt in dicta l.Celſus.Ioan.de Imo.in ver-
ſic.item adde &c. inquantùm vult, quòd ſi debitor conſtituit,
videatur ſentire contrarium, quia fateor, quòd in emptorem
nulla poſſeſſio transferatur, quia quando debitor ſe conſtituit
pro emptore poſſidere,nulla poſſeſſio erat penès eum,ſed pe-
nès creditorem, ergo poſſeſſionem transferre non potuit in
emptorem, quam non habebat. arg.l.traditio. ff.de acquir.rer.
dom. & iſtud probatur in d.l.quamuis. §.1. Sed tu dicas, quòd
cum creditor ſit reſpectu dominij acquirendi, ergo eodem mo
do conſeruandi.argumen. gloſſ. & quod ibi Bart.in l.3.in prin-
cip.ff.de acquiren. poſſeſſ. ipſe poſſideat.non pro ſe,ſed pro de-
bitore. vt d.l.ſerui nomine. ergo non eſt mirum, ſi potuit do-
minium transferre in emptorem, quod habebat,cum dominiũ
non ſit modo aliquo tranſlatum in primum creditorem, & po
tiſsimè cum aliquando etiam ſine poſſeſſione transferri poteſt
dominium, vt l.ſi fundum.ff.de fun.dot.& no.gl.in l.ſi ager.ff.de
rei vendica. quod not. ¶Quæro de quæſtione quotidiana, Bo-
noniæ mihi obligaſti omnia bona tua,& conſtituiſti to meo no
mine poſſidere, & ego relaxaui tibi dicta bona, retenta in me
omni poſſeſſione, & quòd liceat mihi reuocato precario vel
non,propria autoritate ingredi, an ſi vado coram iudice,& cũ
eius licentia & decreto (vt vrbanius agam) poſſim per iudi-
cem ingredi poſſeſſionem non citato aduerſario? videtur, ꝙ
ſic, quia propria authoritate hoc facere poteram, ergo fortius
cum iudicis licentia. argumen. l.3 C. de pign. & quia factum
iudicis ſuccedit in locum partis. vt l. ſi ob cautam. C. de eui-
cti. Et pro hoc poteſt adduci,quod not.Bart. ſecundum Odofr.
in d.l.3.in ſi.vbi Bar.diſputat.an tali caſu tale pignus, ſit pignus
conuentionale, vel prætorium? & tandem determinat, quòd
eſt conuentionale. argum. l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.quoniam iu-
dex non dat pignus, ſed datum conuentione partium confir-
mat, vel exequitur. Non obſt. quod dicitur, ꝙ tutor confir-
matus dicitur datiuus, vt l. iure noſtro.in fin.de teſta. tut. quia
illud eſt verum,quoniam tutoris datio non valuit a principio,
ſed in caſu noſtro, talis licentia de ingrediendo propria autho-
ritate valuit. vt d.l.3.igitur &c. ſed idem Bar. in d.l.3. in verſic.
quintò principaliter eſt videndum.determinat contrarium,vi-
delicet, quòd talis licẽtia data per iudicẽ parte non citata, ni-
hil operatur, nec dari debuit. vt l. nam ita diuus. ff. de adop.l.
2.C.ſi per vim vel alio modo.l.meminerint. & quod ibi per gl.
& doct. C.vnde vi. ſicut nec iudex deberet mandare executio-
ni ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, parte non citata
ad opponendum, quare non debuerit fieri executio,quia mul-
tæ exceptiones poſſunt opponi poſt ſententiam quæ tranſiuit
in rem iudicatam. vt l. 1. cum ibi not.per gloſſ.& docto. C. de
iur. & fac. ign. de quo latè per Bar.Ang.& dominos meos.in l.
a diuo Pio in §.ſi ſuper rebus. ff.de re iudi. & per Cyn. & doct.
in l. ab executione. C. quo. app. non re. Et ego confirmo hoc,
quando talis licentia ſiue decretum iudicis eſt ſententia interlo
cutoria. vt l.fin. §.ſicubi.cum glo. C. de his qui ad eccle. confu.
facit l.cum clericis. C.de epiſc. & cle. ergo ſententiam interlo-
cutoriam non potuit proferre parte nõ citata, etiam in executi
uis.in d.§.ſi ſuper rebus, coniuncta l. de vnoquoque.eod. titu.
Aduertas tamen, quòd ſi iudex iſtud feciſſet, parte non citata,
nihil operatur, vt dicatũ creditor habere primũ iuſſum iudicis,
ſiue primum decretũ.iuxta gl.& Bar.in d.l.ſi finita. §.ſi plures.
& §. Iulianus. ff. de dam.infec. ſed perinde eſt, acſi ſua autho-
ritate intraſſet, & ideo per iudicem poſteà parte citata, & non
aliter erit in poſſeſſione confirmandus, vt l.3.§.ſi quis miſſum.
ff. de carbon. ¶Nec obſt. ſi dicatur, potuit propria authorita-
te ingredi, ergo fortius cum decreto iudicis inualido, ergo
dictum decretum & ingreſſus valet. argum. l.vnicæ.§.1.C.de
rei vxo.act. & quod not.glo.Bal. & Ange.in l.vinum. ff.ſi cert.
petat.quoniam hoc non eſt verum, nam habebat viam compe-
tentem, vt propria autoritate poſſet ingredi, vnde ſi illam non
eſt amplexus, ſed viam licentiæ iudicis, & nulliter, quia parte
non citata, ſibi imputet, & illa via competens ſibi pateat,arg.l.
Clodius.& quod ibi plenè Bar. ff.de acqui.hær. vnde tu Bonon
ſis bene no. quia ſi in confirmatione tuæ tenutæ & ingreſſus,
opus eſt vt omninò pars citetur,& alias non confirmatur.vt di
xi ſupra ſecundum Bartol. ergo melius eſt ante quam reuoces
precariũ,& ingrediaris poſſeſſionem propria autoritate,quòd
pars citetur, vt euitetur circuitus, vt l. dominus. ff. de condi.
indebit. & quia melius eſt ante tempus occurrere &c. vt l.
fina. C. in quibus cauſis in integr. reſtitutio. non eſt neceſ. &
quia poſſes in expenſis condemnari propter primam inuaſio-
nem nullam, vt dixi in ſimili ſupra proxi. §. circa ſi. quia pro-
pter hoc non diceris habere primum decretum, cuius vigore
poſſes venire ad ſecundum, & ſi fundares ſecundum decretum
ſuper dicto primo inualido, omnia corruerent, vt dicto §.Iuli.
23 quod not. ¶†Quæro, an venditor teneatur dare poſſeſſionem
rei vẽditæ vacuam emptori? & dic, quòd ſic, vt l.cum res.cum
ibi no.per Bart.& doct. & ibi etiam glo. C.de proba. & eſt tex.
& ibi Bartol.in l.ſecunda. §.vacua. ff.de act.empt ¶Quæro cir-
24 ca hoc, †quando dicatur poſſeſſio vacua? [a] dic,quòd tex.in d.
a l. ſecunda. §.1. ff.de actio.empt. & ibi Bartol. dicit, quòd tunc
dicitur vacua, quando a nemine alio detinetur vel poſſidetur.
Ex quo ſequitur,(vt ibi dicitur)quòd ſi quis eſſet in detentione,
etiam ex primo decreto, putà creditor venditoris, iuxta l.ter-
tiam. §.fin.cum ibi not. ff.de acqui.poſ. & l.ſi finita. §.Iulianus.
& ibi latè Bart.ff.de damno infec.non dicitur venditor dediſſe
poſſeſſionem vacuam, & ſic nõ impleuit contractum ex parte
ſua. quod not. diceretur tamen vacuam poſſeſſionem fundi
tradidiſſe, licèt ipſe fundus debeat alicui ſeruitutem realem.&
hoc firmat Bar.in d. §. vacua. quod probatur, quia non agitur
ad totale intereſſe, acſi res tradita non ſit, ſed agitur & agi de-
bet ad intereſſe, quia libera tradita non ſit. vt eſt text. in l.quo
ad ſeruitutes. ff.de eui. & in l.Mæuius. §.fundo. ff. de lega. 2. Et
prædicta procedunt, quando in inſtrumento dictum eſt, quòd
promiſit tradere vacuam poſſeſſionem, ſinautem dictum eſ-
ſet,quòd promiſit dare vacuam liberã, & expeditam, tunc cla-
rum eſt,quòd ſi deberet ſeruitutẽ,quòd non dr̃ poſſeſſio tradi-
ta libera. vt d. l. quò ad ſeruitutes. vt eſt text. in l. vim facit.ff.
de vi & vi arm.& ita no.Bar.in d §.vacua. & in d.l.vim facit.&
in d. l.Mæuius. §.fundo. quod not. quia ſemper verba inſtru-
menti ſunt ponderanda, & iſto anno habui de facto pro qua-
25 dam domo de Muzatellis, & hoſpitali de Vita. ¶†Quæro, in
omni inſtrumento venditionis vel ſimilis dicitur ſic, Titius de-
dit, vendidit & tradidit Seio talem fundum,quid important di-
cta verba præteriti temporis? dic, quòd licèt ſint præteriti tem
poris, tamen quia continet id, quod poſſibile fuit interue-
b nire tempore conficiendi inſtrumenti, quòd illo tunc,[b] & non
ante,

ADDITIONES.

a Vacua] Adde quando poſſeſſio dicatur vacua, Ian. de Caſt.in l.cum res.C.de proba Bal.conſi.172 lib 3.

b Illo tunc. Adde Ang. conſi.156.

ante,præſumitur venditio facta.arg.gl.in l.1. C.de fid. inſtrum.
& iure haſtæ fiſc.lib. 10.& quod ibi Bar. facit, quod no.gl.in l.ſi
ex cautione.C.de non nu.pec.facit quod no. Bar. & doc.in auc.
ſi quis in aliquo.in fin. C.de eden.ita dixit Bart.in l.poſt dotem.
ff.ſol.mat.in verſi. expeditis lecturis veniamus,&c. & in l. ſi ita
ſtipulatus.in §.Chryſogonus. ff.de verb.oblig. & in l.prædia.ff.
de acq.poſſ.& iſtud teneas, q tunc tempore inſtrumenti vẽdiderit,&
tradiderit,& non ante dicatur vendidiſſe, vel tradidiſ-
ſe.& hoc etiã ſequitur Ang.Raph.& Ioan.de Imo.in l.5.§.ſtipu
latio.ff.de verb. oblig. licèt idem Rapha. aliter videatur dicere
in d.l.prædia.¶ Aduertas tamen, q per illa verba, dedit, vendi-
a dit,& tradidit, non probatur vera & actualis traditio,ᵃ vnde ſi
ex hoc vellet emptor dicere ſibi trãſlatum dominium ex dicta
venditione,& ſic ex titulo & traditione prædicta,iuxta l.tradi-
tionibus.C.de pactis.non poſſet,ſed per prædicta verba impor-
tatur licentia conceſſa emptori intrandi fundum propria auto
ritate pro libito voluntatis ſuæ.contra l.ſi ex ſtipulatione.ff.de
acquir.poſſ.ita dixit Bar.in d.l.prædia. & Ang.Raph. & Imo.in
d.§.ſtipulatio.quod bene no:.¶Ex quo ſequit, q ſi emptor pro-
bet ſe aliter ingreſſum, vel acquiſiuiſſe poſſeſsionem,non pro-
bat dominium,vel vſucapiendi conditionem,argu.l.nunquam
nuda. ff.de acqui.rer.domi.¶Ex quo etiam infertur, q illa alia
clauſula quæ vulgò ſolet apponi in inſtrumento, videlicet, de-
dit licentiam intrãdi & apprehendendi poſſeſsionem dicto em
ptori propria autoritate &c.non eſt neceſſaria,quia emptor di
ctam licentiam fuit conſecutus per illa verba videlicet, dedit,
vendidit,& tradidit.¶Vnũ tamen tene menti,q illud quod di-
xi, q prædicta verba videlicet,dedit, vendidit, & tradidit,non
important traditionem poſſeſsionis,& per cõſequens dominij
& vſucapiendi conditionem,eſt verum,niſi inſtrumentum ven
ditionis fuerit celebratũ in dicto fundo, quia tunc ſtatim tran-
ſlata eſt poſſeſsio,& vſucapiendi conditio,vt l.2.cum ibi no.C.
de acquir. poſſ.& d.l.prædia.ita dicit Bart.& præfati doc.in d.§.
ſtipulatio.& ibi etiam Bar.vel niſi inſtrumentum fiat in conſpe
ctu dicti fundi, quia tunc per aſpectum transfertur & acquiri-
tur poſſeſsio,& dominium,& per conſequens vſucapiendi cõ-
ditio, vt l.1.§.pe.& no.in l.3.§.ſaltus. & l.quemadmodum.& l.
quod meo.§.ſi per venditorem.ff.de acquir.poſſ.ita dixit Bar.in
d.l.prædia. & in d.l.2. ¶Item aduertas quod dixi ſupra, q pre-
tium debet eſſe & interuenire in pecunia numerata, alias non
eſſet emptio, vt in §.pretium. ſupra de cõtrahen.empt.illud eſt
verum a principio,in celebratione contractus,& in ipſa vendi
tione,ſed pro ſolutione dicti pretij poteſt ſolui dicto venditori
quælibet res æſtimata, & remanebit contractus venditionis, vt
eſt caſus in l.pretij cauſa.& quod ibi not.C.de reſcind.vend.&
ita not.Bar.in l.ſingularia.in fi.ff.ſi cert.pet.& ibi Bal.& Sal.in l.
ſi pro mutua.C.ſi cert.pet.& eſt opus (vt dixi) q pretium ſolua
26 tur ipſi venditori,vt d.l.ex empto.¶†Aduertas tamen,tu tabel-
lio,q nunquam in inſtrumento apponas,q habuit dictum pre
tium,niſi tu videas, & in tui præſentia & teſtium fuerit datum,
aliàs autem redargui poſſes de falſo, vt no.glo. & doc.in l.ſi ex
cautione.C.de non nu.pecu. facit quod no.Inno.in c.quoniam
contra. de probati. ſed quando partes ſunt concordes de ſolu-
tione pretij,& actualiter non ſoluitur, debes dicere,quod pre-
tium dictus venditor fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe, tunc
talia verba non important de neceſsitate, q venditor pretium
receperit. Sed ſi in inſtrumento dicatur, q dictus venditor fuit
confeſſus habuiſſe & recepiſſe centum, quæ in veritate habuit
& recepit in præſentia mei notarij & teſtium, tunc tale inſtru-
mentum concludit de neceſsitate, q venditor dictum pretium
recepit.Si autem ſimpliciter dicatur, q dictus venditor fuit cõ
feſſus habuiſſe & recepiſſe dicta centum, quæ habuit & rece-
pit,nec addatur in præſentia mei notarij & teſtium,tũc hoc in-
ſtrumentum de neceſsitate, non concluderet numerationem.
Nam totum hoc poteſt eſſe de confeſsione dicti vẽditoris, qui
dixit,confiteor me habuiſſe, & recepiſſe dicta centum,quæ ha-
bui & recepi,notarius verò poſtea hoc ſcribẽs ſcripſit in tertia
perſona illud, quod venditor dixerat in prima, & ſic notarius
non teſtificatur de neceſsitate,q re vera receperit,ſed tantum-
modò de confeſsione venditoris. Sed ſi inſtrumentum diceret
ſic, fuit confeſſus ſe habuiſſe dictus venditor dicta centum, &
habuit & recepit, & ſic non per relatiuum,quæ,ſed per dictio-
nem,ſiue copulam,&,tunc tale inſtrumentum de neceſsitate ta
lem numerationem continet, nec illa verba modo aliquo poſ-
ſunt referri ad venditoris confeſsionem. Nam ſi venditor dixe-
rit,confiteor me habuiſſe,& recepiſſe,& habui,& recepi,nota-
rius deberet dicere ſic, talis venditor fuit confeſſus ſe habuiſſe,
& recepiſſe, & dixit, q habuit,& recepit,aliàs illud habuit,&
recepit,non poteſt referri ad illud participiũ confeſſus,ſecũdũ
naturam recti ſermonis & bonæ grammaticæ.iuxta l.Plautius.
ff.de auro & arg.leg.quod perpetuò tene menti, & iſta ſunt ſin
27 gularia verba Bart.in d.l.ſi ex cautione.¶†Quæro,quid ſi in in-
ſtrumento dicatur, venditor fuit confeſſus ſe habuiſſe dictum
pretium a dicto emptore numerante de propria pecunia, nam
tali ſermo poteſt intelligi vno modo, vt illud,numerante,refe-
ratur ad viſum notarij & teſtium. Alio modo, q totum ſit vnũ
cõſtructum,& vna oratio cõfeſsionis. Vnde dicit Iac.Bu.quia
de neceſsitate non concludit veram numerationem, q tale in-
ſtrumentũ non probat niſi ſolam confeſsionem,quia probatio
debet eſſe neceſſariò cõcludens, vt in c.in præſentia.de proba.
Quod intellige verum, qñ debitor negat numerationem,ſecus
ſi non negat,neq; confiteatur, vnde nõ præſumitur pro eo,niſi
neget,cum confeſsio ſua, quæ in dubium nõ reuocatur,debeat
ſibi nocere, vt patet in d.l.ſi ex cautione.ibi,exceptione oppoſi
ta &c.a contrario ſenſu.& eo.ti.auc.contra qui propriam.& d.
28 §.Chryſogonus.¶†Quid ſi non apponatur participium,ſed ge-
rundium?verbi gratia,dicit inſtrumentum:Titius fuit confeſſus
ſe habuiſſe dictum pretium a dicto emptore dãdo & numeran-
do dictum pretium.Reſpondeo,q iſta gerundia ſonant in actũ
qui viſui ſubijcitur.ar.l.vim facit. ff.de vi et vi arma.facit quod
no.in rub.C.& ff.de eden. Sed de hac materia gerundij, ego la-
tius ſcripſi ſupra eo.in rub.cùm ergo,ſm rationem recti ſermo
nis,ac etiam intellectus,gerundium importet per viſum,igitur
b probat veram numerationem.ita eleganter dixit Bald.ᵇ in d.l.ſi
ex cautione.in verſi.quartò quæro,ſi verba &c.& in ver.ſeq.&
29 10 l.ſi ex pretio. C.ſi cer.pet.quod no.¶†Quid ſi in inſtrumento
venditionis dicatur, venditor fuit confeſſus habuiſſe & rece-
piſſe,& habuit,& recepit, & venditor vult dicere cõtrarium,& ad
ducit teſtes deſcriptos in inſtrumento, qui dicunt, quod bene
ibi viderunt pecuniam,ſed nõ viderunt, q venditor eam rece
perit, an inſtrumentum redargui poſsit de falſo? dicas,q non,
quia venditor dr habuiſſe pretium, eò ipſo quod pecunia erat
præſens, & ſic per aſpectum, vt l.1.§.ſi iuſſerim.ff.de acq.poſſ.
30 ¶†Quid ſi in inſtrumento dicatur,quod dictum pretiũ habuit,
& recepit,& venditor ad probationẽ inducit teſtes, qui dicũt,
quod fuit facta quædam demonſtratio pecuniæ,& q licèt fue
rit numerata venditori, tñ illico reddidit dicto emptori, & di-
ctus emptor dictũ pretium totum ſecũ reportauit, dicas, quod
pp hoc inſtrumentum non eſt falſum,immo probat veram ſo-
lutionẽ pretij, & potuit eſſe quod vẽditor dedit emptori dictũ
pretium receptum, vel in depoſitum, vel in commodatũ, vel
in mutuum,vel fortè donationis cauſa, vt l.ſi tibi pecuniã. ff.ſi
cer.pet.& l.ſi quis duos.ff.de ſolu. ita eleganter no. Bar.in l.ſin-
gularia.ff.ſi cer.pet.in ver.ſed quæro,dicit notarius.&c. cũ ver.
31 ſeq. quod perpetuò no. ¶†Quæro, an vẽditor cogatur rẽ præ-
c ciſè præſtare?ᶜ & dic breuiter, aut habet facultatẽ rei præſtan-
dæ,& cogitur præciſè aut,non habet,nec dolo deſijt habere,&
liberatur præſtando intereſſe.ita no.gl.ſing.in §.pretium. ſupra
de emp.& ven.& no.gl.& Bar.in l.1.i prin.ff.de act.emp. & no.
plenè Bart.& doc. in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.
ob.& iſto caſu qñ præciſè vel non præciſè teneatur,modum &
formam libellandi, vide prout infra dicam.Aduertas tñ,q ven
ditor dicitur eſſe obligatus tali obligatione, quæ vocatur, rem
tradi, & ſic eſt ſtipulatio indiuidua, vt d.l.ſtipulationes non di-
uiduntur.in prin. & quod ibi Bart.¶Ex quo ſequitur,quod etiã
inter hæredes venditoris non diuiditur.Ex quo no.quod ſi ven
ditor deceſſerit pluribus hæredibus relictis ante traditionẽ rei,
quod quilibet hæredum eſt obligatus inſolidum ad rei traditio
nem,ſed vno tradente,alij liberantur,vt l.1.§.ſi apud duos.& l.
32 ſi duo.in fi.ff.depoſi.& ibi hoc vult Salyc.¶†Quæro,datæ ſunt
arrhæ pro venditione,& venditor nõ vult date arrhas duplica
tas,an propter hoc liberetur in totum a cõtractu? & videtur,q
ſic.vt l.contractus.in fi.& quod ibi no. C.de fid.inſtru.& no.gl.
in l.quod ſæpe.in prin. de contrahen.empt. Sed contrarium te-
nuit Cy.& Bar.in l.1. §.vnde quæritur.in fi.ff.de pub.vbi dicũt,
quòd immo ét poteſt cõuenire ad totale intereſſe.vt l.ſi quis a
ſocio.ff.pro ſocio.& l.prædia.& quod ibi glo.et Barto.ff.de act.
empt. et hoc ſequitur Raph. et Ioan.de Imo. in d.§.vnde quæ-
ritur.et hoc videtur tenere gl. et apertius Bart.in d.l.cõtractus.
Sed

ADDITIONES.

a Traditio Adde Ang.conſi 304.& Rom.conſi 309.

b Dixit Bal Dictum Bald.refert & ſequitur Fely.in c ſi cautio. in 13.col. extra de fi.inſtru.de quo dubitat Do.Fulg.ſuper ru. C de eden.in 3. tract. Et adde poſtillam quam habeo ad Bar.in l.ſi ex cautu. hic alleg ſuper verſi tu aduerte. in fi. Purpu.

c Præſtare Adde Alex.conſi.70.4.lib.

Sed ibi Sal.in verſi.quæro tertiò, venditore recuſante &c.tenet
contrariũ,quia natura arrharum eſt, vt qui dat arrhas, aut eas
perdat,aut ſuſcipiat duplicatas,ex quo videtur tacitè agi,quod
poſsit a cõtractu recedi. & allegat adhoc ſupra de emp.& ven.
§.1.ibi, is qui recuſat &c. & ita dicit,quod ſeruatur in practica.
Sed quicquid dicat Saly.ego dico,quod immo ſeruatur in pra-
ctica alia opi.quæ etiam de iure eſt verior, quia per promiſsio-
nem hominis ſemipleuam,non vr̃ recedi a prouiſione legis ple
na,vt l.ſi maritus.& ibi doc.C.de procu. & l.ſi.& ibi gl. & doc.
C.de pac.conuen.& l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſolu.mar.& l.a.&
ibi gl.& doc.C.de iure emphy.& Bar.in d.§.vnde quæritur.er-
go & per dictam promiſsionem arrharum factam ab homine,
non vr̃ eſſe receſſum a prouiſione legali ſuper intereſſe, quod
eſt maius.Non obſt.d.§.is qui recuſat.quia ille tex.non negat,ꝙ
etiam non poſsit petere intereſſe, vt ibi ſentit gl.quatenus exce
deret arrhas.argu.l.ſecundæ.ff.vi bon.rapt. Aduertas tamen,ꝙ
arrharum datio nõ eſt neceſſaria, quia contractus eſt perfectus
de per ſe ſine arrhis, quia arrhæ dantur vt ſit probatio contra-
ctus celebrati,vt l.quod ſæpe.in prin.ff.de contrah.emp.Nec di
ctarum arrharum dato facit rem deſinere eſſe integram, quin
nudo conſenſu partiũ poſsit ab emptione diſcedi,niſi datæ fue-
rint pro arrhis ex parte pretij, qñ interuenit in pecunia nume-
rata,vt eſt tex.& ibi glo.& doc.in l.a.C.qñ lic.ab empt.diſce.
33 ¶Quæro,quando dicatur† perfecta,[a] venditio, vt periculũ aut
a damnum tranſeat in emptorem? & dic,ꝙ eſt neceſſe,ꝙ iſta con
currant,videlicet,ꝙ cõtractus fiat purè,& ſine ſcriptis,& certę
ſpeciei earum rerum quæ deguſtatione,menſuratione,aut pon
dere non indigent, niſi culpa vel mora venditoris aliud indu-
cat,ita dicit ibi gl.mag.in l.neceſſario.in prin.& ibi Bar.ff.de pe
ri.& com.rei vend. & vide bonum tex.& gloſ.ſupra de emp.&
vend.in prin.& quod habetur in l.2.& ibi Saly.C.quando lice.
34 ab empt.diſce. & econtrà, † augmentum quod contingit fun-
do vendito ante rei traditionem cui proſit: dic,aut venditur ad
menſuram, & prodeſt venditori, vt l.Iulianus.§.ſi Titius.ff.de
act.emp.quia talis venditio dicitᷣ eſſe conditionalis,donec men
ſuretur,vel deguſtetur, ideo ante menſurationem augmentum
non prodeſt venditori, vt l.1.§.1.coniuncta l.in venditione.§.1.
ff.de peri.& com.rei ven.Secus ſi ſimpliciter vendatur talis fun
dus pro centum, & dico ꝙ eſt decem iugerum, tunc augmen-
tum prodeſt emptori.vt eſt tex.ſupra de emp.& ven.in §.ſi poſt
emptionem.Aduertas ad id,quod dixi,ſupra quando venditur
ad menſuram,quia illud eſt verum,niſi ſcienter & falsò dixerit
eſſe venditor maioris menſuræ, quàm fuerit,quia tunc augmẽ
tum contingens ante menſurationem, nõ prodeſt venditori,ſe
cus ſi ignorans dixerit eſſe maioris menſurę,quam fuerit, vt eſt
caſus ſingularis in d.§.ſi Titius.quod not. Et tene etiam menti,
ꝙ non tantum videtur venditus fundus, ſed etiam fructus ex-
tantes,etiam ſi non dicatur, & pẽſio quæ debetur.vt l.Iulianus.
§.ſi fructibus.& ibi Bar.ff.de act.emp. & non eſt mirũ,quia fru-
ctus extantes,ſunt pars rei. vt l.fructus pendentes.ff.de rei ven.
& etiam in dicta venditione fundi, veniunt aggeres & foſſata,
& illa etiam debent vt fundus menſurari ad veritatem vẽditio-
ris,vt l.littora.& ibi Bar.ff.de cõtrah.empt. & l.prædia.§.ita le-
35 garum, & ibi gl.& Bart.ff.de fun.inſtru.quod no.¶†Quæro,an
perfecta venditione, quæ perficitur ſolo conſenſu, vt ſupra de
b emp.& ven.in prin. poſsit vẽditor cogi dare fideiuſſorem[b] pro
defendenda re vendita, ꝙ non,niſi immineat euictio in limine cõ
tractus, quia tunc emptor non cogitur ſoluere pretium,niſi ſi-
bi cũ fideiuſſore caueatur, vt l.ſi.§.1. ff.de reſcin.ven. & l.1.§.n.
ff.de peri. & comm.rei ven.& l.ſi poſt perfecta. C.de euic. Niſi
emptor ſubmiſerit ſibi aliquem, qui moueret ſibi litẽ, quia ta-
lis lis & quæſtio procurata,ſibi non prodeſt, vt d.l.ſi poſt perfe-
ctam.& quod ibi Bart.& doc.& vide bonam gl.in l.3.§.ſtipula-
tio duplæ.ff.de præto.ſtipu.licèt gloſ.aliter dicat in §.pen.ſupra
de ſuſpe tu.& malè, vt ibi latè dixi,& præſtita fideiuſsione,quã
tenetur præſtare non tantùm pro illo,qui iam mouit litem,ſed
pro omni euictione, a quocunq; petatur, vt eſt tex.in d.l.ſi.§.1.
ff.de reſcin.ven.licèt glo.de hoc dubitauerit,in d.l.pen.§.1.ff.de
peri.& commo.rei vendi.& in d.l.ſi poſt perfectam.tunc em-
ptor tenetur ſoluere integrum pretium: ita dixit Bart. Bald.&
Saly.in d.l.ſi poſt perfectam.& Bart.in d.l.1.§.ſtipulatio duplæ.
vbi Bar.enumerat quinq; caſus,in quibus in contractu emptio
nis & venditionis venditor tenetur dare fideiuſſorem, & non
36 aliàs.& dic, vt ibi. ¶†Quæro, quid ſi in inſtrumento venditio-
c nis dicatur, & ſi plus valet dicto pretio, dedit & donauit,[c] an
propter hoc perdatur beneficium.l.2.C.de reſcin.vend.ſi fuerit
deceptus vltra dimidiam iuſti pretij? dicas tu,ꝙ ad hoc vt iſtud
ſit,opus eſt,vt dicantur iſta verba,videlicet,illud plus quod va
let,ſiue illud ſit quantitas modica, ſiue magna, (addas tu,etiam
ſi excederet dimidiã iuſti pretij) ſponte, & ex certa ſcientia de-
d dit & donauit. vel etiam addas, & renuntiauit beneficio.[d] l.2.
C.de reſcin.vend.ita dicit Bart. & doc.in l.ſi quis cum aliter.in
fin.ff.de verb.oblig.& Bar.Bal.& Saly.in d.l.2.C.de reſcin.ven.
& Bar.in l.ſi quis donationis.& ibi Pau.de Caſt.C.de contrahẽ.
emp.quod not.vt ſcias quæ verba ſunt neceſſaria apponi in in-
37 ſtrumento.¶†Quæro, in inſtrumento venditionis data eſt pote
ſtas emptori, ꝙ propria authoritate poſsit fundũ intrare,vt ſu-
pra dixi.dic,ꝙ hoc intelligitur,dummodò non reperiat reſiſten
tem,quia tunc propria authoritate intrare non debet, vt l.non
eſt ſingulis.ff.de reg.iu.ita dixit Bar.in l.3.C.de pig.& ibi Sal.&
38 plenè Sal.in l.in poſſeſsionem.C.ad leg.Iul.de vi. ¶†Quæro,an
illud ius ſiue facultas,ꝙ quis poſsit propria authoritate fundũ
e ingredi,poſsit cedi?[e] & Bar.in l.1.in fi.cum l.qui viam.ff.de no.
ope.nunc. per illum tex.quo meliorem,dicit ſe in mundo ne-
ſcire,dixit,ꝙ ſic, & ſic actus extraiudicialis poteſt cedi,& in eo
fieri procurator in rem ſuam.Tu addas ſecundum Ludo.de Vr-
be.ibi tex.in l.Gracchus.C.de adul.& gloſ.paruam in l.1.C.de
decu.& cohor.lib.12.& gloſſ.in l.fundus.ff.de vi & vi arma.&
in l.qui precario.ff.de pig.act.& quod no.Bal.in Auc.de pace
39 iur.fir.in §.ſi vero.Nec obſt.c.† conſtitutus,extra,de in integ.
reſt.quia ille tex.tãtummodò loquitur, an illi filij poſsint offer
re pro parte patris, non autem dicitur in illo tex.an in illa fa-
cultas offerendi poſsit cedi,vel ne. Nec etiam ob.quod no.Bal.
& Sal.in l.ad officium.C.commu.diui.quia ibi expreſsè loqui-
tur, quando erat beneficium perſonale,& domus erat conſor-
taria.facit l.cum pater.§.libertis.& l.peto.§.frater.ff.de leg.2.er
go ſecus quando non eſſet priuilegium perſonale. facit quod
habetur in l.quia tale.ff.ſolu.mat.& vtrum ſit conceſsio perſo-
nalis,vel realis,vide no.per Bar.in l.pen.ff.de dn.præle.Additio
40 domini Aug.¶Quæro, venditur res de qua † eſt emptori mo-
ta lis,& an.quando,& quomodo debeat denuntiare venditori?
dic, ꝙ clarum eſt, ꝙ debet denuntiari, vt l.1.ff.de peri.& com.
rei ven.& ibi Bar.Bal.& Saly.& debet tali tempore denuntiari,
ꝙ ius venditoris ſit ſaluum, videlicet, ꝙ ipſe potuerit facere de
fenſiones ſuas, vt l.ſi rem.§.ſi.& ibi glo.& Bar.ff.de euic.Et de-
bet fieri denunciatio iſto modo,videlicet,denuntio tibi per Ti-
tium mihi talem litem fore motam ſuper tali fundo, quem ven
didiſti, quare venias ad defendendum me in iudicio,ad dictam
cauſam,& ad ſuſcipiendum in te litem prædictam, aliàs autem
niſi modo prædicto denunciaretur, non haberet regreſſum de
euictione,vt no.Bar.in d.l.3.& in l.non ſolum.& ibi doct.ff.ſol.
mat.& in l.non ſolum.§.morte.ff.de no.oper.nunc.& debet in
ipſa denunciatione ipſum venditorem plenarie inſtruere de di
cta lite,ꝙ fit, mittẽdo copiam libelli actoris in denunciatione.
ita dixit Bar.& doc.& ibi Bal.& Sal.in l.empti.C.de euic.Et pdi
cta procedunt,quãdo denuntiatur venditori viuo,ſed eo mor-
tuo pluribus hæredibus relictis, tunc vnicuiq; hæredum inſo-
lidum denuntiandum eſt. vt l.in executione.§.in ſolidum.ff.de
verb.oblig.& non ſufficit,ꝙ vnuſquiſq; hæredum defendat par
tem ſuam,ſi omnes non defendant, immo vno non defenden-
te, contra omnes pœna dupli committitur, vt l.cùm ex cã.&
ibi glo.& doct.ff.de verb.oblig.niſi præſens etiam pro abſente
cohærede ſuſcipiat defenſionem.l.pen.ff.ſi ex noxa.cauſa aga-
tur.ita dixit Bar.& doc.in d.l.cum ex cauſa.& l.4.§.fi.ff.de ver.
oblig. Sin autem ſit pupillus venditor, vel qui ſucceſsit vẽdito-
ri, ſufficit ſibi tantummodò fieri denuntiatio prædicta, ſi tutor
eius non appareat,& tunc talis denuntiatio ſufficit vt teneatur
de euictione,vt eſt tex.nor.& ibi glo.& doct.in l.ſi dictum.§.ſi.
41 ff.de euic.& no.doct.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de ver.ob.¶†Quid
ſi venditor eſt abſens, & ſine dolo non reperitur? dic,ꝙ denun-
tiandum eſt domi, et familiæ, vel procuratori ſuo, ſi habet,vel
ſaltem amicis venditoris, vt emptor de euictione agere poſsit,
vt eſt glo.valde no.in l.aut qui aliter.§.et ſi forte.ff.quod vi aut
42 clam. ¶†Vnum tamen tene menti perpetuo, ꝙ ſi res vendita
tranſijt ad plures manus ex venditione, et vltimo emptori et
poſſeſſori mouetur quæſtio. vt l.1. cum materia.C.vbi in rem
actio.

ADDITIONES.

a Perfecta. Adde Pet.de Anch.conſi.150.
b Fideiuſſorem. Adde Rom.conſi.70.Io.de Ana conſi.32.
c Donauit.Quid operentur prædicta verba, vide Bal conſi 3.& 40.5.lib.
d Beneficio. Beneficium l.2.C.de reſcin.ven.non habet locum, vbi venditor donauiſſet ipſi emptori maioritatem pretij, quantumcunq; aſcenderet Bal. Alex.& Iaſ.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.ob.& conſuluit Step. Ber.conſilio 92.ex propoſitis deductis.col.fi.verſi & quæ donatio.nu.13.vol.3.& dixi in d.l.2.ver.limitat non procedere.nu.83. Ant.Caius.
e Cedi. Adde Pau.de Caſt.in conſi.137.in 2.editione. & Rom. in conſi.584.

actio. ad hoc vt primus venditor teneatur de euictione, non
tantum vltimus emptor tenetur denuntiare ſuo autori imme-
diate, ſed etiam opus eſt, vt eius author ſuo autori denuntiet
vſq; in infinitum, quouſq; ad primum venditorem deueniatur,
aliàs aũt ille venditor, cui non eſſet denuntiatum, non teneret,
licèt alijs fuerit denuntiatũ, vt eſt gl. ſing. in l. ſi pro re pupilli. in
§. 1. in gl. in verb. agere. ff. de euic. qđ no. quia fuit hoc anno præ
a terito de facto in practica. [a] ¶ † Quæro, denũtiaui authori meo
43 litem motã, comparet vẽditor, & q̃a eſt miles, vel habet aliud
priuilegium, vult rñdere moleſtanti rem venditã coram ſuo iu
dice, an poſſit? dic, qđ non, per caſum in l. vẽditor. in prin. ff. de
iud. & per l. 1. C. vbi in rẽ acti. Et vr̃, quod habeat locum, ẽt ſi
author meus eſſet clericus. & hoc allegãdo vr̃ ſequi Bal. & Sal.
in d. l. 1. C. vbi in rẽ acti. & qđ clericus cõuenatur in foro ſæcu-
lari, & ibi debeat rem defendere, no. Ang. in l. non ſolũ. §. quod
vulgò. ff. de vſuca. Nec ob. c. ſi diligenti. de foro compe. quia ibi
loquitur, qñ clericus conuenitur ad ſui vtilitatẽ, vel damnum,
principaliter actione perſonali, vel reali, qñ ipſe principaliter
poſſidet p̃ ſe, vel per aliũ, ſed q̃ò noſtra, & d. l. venditor, loquũ-
tur, qñ iudicium eſt fundatum ſuper poſſeſſione emptoris, qui
poſſidet per ſe, vel per alium ad ſui vtilitatẽ, meritò non debet
dictum iudicium iam inceptũ mutari ex perſona defenſoris ne
ceſſarij. ar. l. vbi cœptum. ff. de re iudic. & pro iſta parte tu potes
adducere, quod no. gl. in l. nullum. C. de teſtib. Sed Spe. in tit. de
primo & ſecundo decreto. §. reſtat. verſi. quid ſi clericus eſt do-
minus &c. tenet, q̃ immo clericus, vel eccleſia venditrix, non
pòt comparere coram iudice ſeculari, ẽt volens renũtiare. d. c.
ſi diligenti. & in hanc partem vr̃ inclinare Io. de Imo. in d. §. qđ
vulgò. dum dicit, q̃ d. l. venditor. loquitur in eo qui poterat ſuo
b priuilegio renũtiare. & iſtud obſeruatur. [b] pro quo facit quod
not. doc. in d. l. nullũ. reprehendẽdo glo. ibi, licèt pro alia parte
44 multùm faciat argumentatio Angel. ¶ † Et iſta faciunt ad illam
q̃õnem; vnus ex fratribus vendidit mihi fundũ, alter frater mo-
uet mihi litem, venditor meus comparet, vel ex denuntiatione
mea (vt dixi) vel ẽt proprio motu, nam venditor pòt ẽt non de-
nuntiatus venire in iudicium, & cauſam defendere, vt eſt caſus
notab. in l. ſi parẽtes. C. de euic. & ex forma ſtatutorũ, venditor
petit cauſam inter ipſum & fratrẽ ſuum cõpromitti, an poſſit?
de quo per Bar. in d. l. venditor. & in l. procurator ad exhiben-
dum. §. 1. ff. rem rat. hab. & in quadã ſua q̃õne quæ incipit, conci
lium ciuitatis Piſanæ decreuit, & Bal. & Sal. in d. l. 1. C. vbi in rẽ
act. dic, vt ibi, & q̃ clericus poſſit opponere declinatoriã ex ſua
perſona, no. Ang. in d. l. venditor. & ſic eſt ſibi ɔ̃rius. & pro hoc
45 alleg. gl. ord. 11. q. 1. c. clericũ. Nã ſciendũ eſt, † q̃ regulariter de
fenſor neceſſarius pòt opponere exceptionẽ cõpetentẽ tam ex
perſona ſua, q̃ ex perſona illius, quẽ neceſſariò defendit. vt eſt
tex & ibi Bar. & doc. in l. idemq; §. generaliter. ff. manda. & not.
Bar. in d. l. procurator ad exhibendũ. §. 1. & no. Bar. & doc. in l. ſi
actor. ff. de procu. & no. Bal. Sal. & doc. in d. l. 1. C. vbi in rem act.
46 quę oĩa bene no. † Quid ſi venditor ſcit litẽ motam, an ẽt ſcien-
ti, debeat fieri denũtiatio? Bar. in l. empti. C. de euic. in l. non ſo-
lum. ff. ſo l. ma. & in l. denuntiaſſe. §. 1. ff. de adul. & in l. nomẽ. C.
quæ res pig. ob. poſ. & vbiq; tenet, q̃ ſic, quia denuntiatio nõ fit
ſolũ ad iſtũ finẽ, vt ſciat, ſed ẽt vt a dicto venditore aliud conſe
quatur, videlicet, vt veniat ad ipſum defendendũ, & litẽ in ſe ſu
ſcipiendũ, igitur non ſufficit, q̃ venditor p̃ ſe ſciat, quia illa de
nũtiatio nõ ſimpliciter notificatoria, licèt gl. & Io. de Imo. in d.
l. nõ ſolũ. ſentiant ɔ̃rium, & malè, quia pro opi. Bar. eſt caſus in
l. ſi res quã. ff. de euic. & eſt caſus. & ibi hoc not. Bar. Bal. Ang. &
doc. in l. q̃ abſentẽ. ff. de procu. & firmat Bal. in ti. ſi de feu. vaſal.
ab aliquo interpel. fue. c. 1. & iſtud teneas. ¶ Quęro, an emptor te
47 neatur appellare † a ſñia lata ɔ̃ ſe? & quidam dicunt, aut fouet
iuſtã cauſam, & debet appellare, & proſequi, aut fouet malam
cauſam, & tũc aut venditor eſt pręſens prolationis ſñiæ, & nõ
cogit̃ appellare, aut venditor erat abſens, & cogit̃ appellare &
proſequi, vt vr̃ tex. & ibi doc. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euic.
licèt ibi gl. aliter ſentiat. facit quod hr̃. & ibi Bar. in l. ſi p̃curato
rem. §. ſi ignorantes. ff. mand. & qđ no. per doc. in l. inuitus. C. de
procu. & facit l. minoribus. & qđ ibi no. per do. & maximè per
Bal. C. de his qui. vt indig. Sed Ioã. de Imol. in l. ab executore. §.
alio. ff. de app. dixit, q̃ qñ eſt clarũ, q̃ fouet malã cauſam, vel qñ
eſt dubium (cum in dubio pro ſñia pręſumatur. vt d. §. Caia.) q̃
nõ tenet̃ appellare, vt ibi. Sed ſi appellauerit, cũ talis appellatio
extinguat pronuntiatum, & ſic illa præſumptio pro ſñia tollit̃,
q̃ tunc teneatur cauſam proſequi, niſi p̃p paupertatem excuſe
tur. vt d. §. ſi ignorantes. & vide Spec. in tit. de app. in 2. parte.
in §. ſi quis poſſit. in verſi. ſed quid emptor. Non ob. ei quod
dixi, q̃ tenet̃ ẽt proſequi. quod hr̃ in d. l. inuitus. & in c. non in-
iuſtè. extra, de procu. quia ibi loquitur in procuratore, & ſic in
proſequente cauſam alienam, & noĩe alieno, hic in proſequen-
te cauſam ſuam, & ſuo noĩe principaliter, licèt in quandam cõ-
ſequentiã commodũ & incommodum ſpectet ad venditorem,
& ideo magis arctatur emptor. facit quod no. Bar. in d. §. ſi igno
rantes. Tu dic plenius ſm̃ doc. & do. meum Pau. de Caſtr. in d.
§. Caia. aut conſtat, q̃ cauſa erat mala, quia notorium erat rẽ ad
alium pertinere, & tunc nõ tenetur emptor appellare, ſiue ven-
ditor ſit præſens prolationi ſñiæ, ſiue non, ita pòt intelligi glo.
in d. l. Herennius. §. 1. in fi. aut conſtat q̃ cauſa erat bona, & tũc
tenetur appellare & proſequi, vt ibi, in fi. ſm̃ vnam opi. gl. ſiue
venditor fuerit pręſens, ſiue nõ, quia emptor conuenit̃ & dam-
natur ſuo proprio noĩe, & iſtis duobus caſibus non propriè lo-
quitur d. l. Herennius. §. 1. interdũ dubitat̃, an ſit bona, vel mala
cã, & tunc ſi venditor eſt præſens, non cogitur appellare, p̃p
duo. ſ. p̃p pręſentiam venditoris qui potuit appellare, & nõ ap
pellauit. vt d. § alio. & l. a ſñia. & l. ſi proluſorio. §. 1. & qđ io eis
plenè Bar. ff. de app. & ſic nõ appellãdo vr̃ acquieſcere. Nec p̃t
imputare culpam emptori, in qua ẽt ipſe venditor fuit ſecũdo,
quia pręſumitur pro ſententia, & ſic altero ipſorum deficiẽte,
vtputà, ſi venditor eſſet abſens, nõ procederet, quia emptor de
beret appellare. vt d. §. Caia, vſq; ad verſi. ſi verò emptor appel
lauit, licèt non teneatur appellare, venditore præſente, & tunc
debet ẽt proſequi, rõ, quia tunc non præſumitur pro ſñia, poſt
quã fuit appellatum. l. 1. in fi. ff. ad Turpil. cũ ſit reſciſſa. & ſic vr̃
emptor fouere iuſtam cauſam, vnde tenetur proſequi cauſam
appellationis, ſicut tenetur proſequi primam inſtantiã. quod be
48 ne no. ¶ † Et aduertas; quia qñ rem defendit emptor, q̃ non tñ
c habeat regreſſum de euictione, ſed ẽt oẽs ſumptus [c] factos in
lite recuperat a venditore, ẽt ſi obtinebat in cauſa, & ſic iniuſtè
fuit ſibi mota lis. vt l. vẽditores. & ibi Bar. Ang. & doc. ff. de ver.
obl. quos tñ ſumptus legitimè feciſſe demonſtrabitur. vt not. in
d. l. venditores. quod eſt verum, ſi in inſtrumento emptionis di-
ctum fuerit, de quibus ſumptibus dictus venditor voluit, & cõ-
ſenſit ſtare ſimplici verbo dicti emptoris, vel eius iuramẽto, an
tamen illud valeat? & Bar. in l. ſi. ff. de præt. ſtip. poſt multorum
opiniones dicit, q̃ talis conuentio nõ obligat, quin ego poſſim
reuocare, antequam tu declares ſumptus. alle. caſum in l. ſi quis
iuſiurandum. C. de reb. cred. vbi eſt delatio facta in iudicio, quæ
habet vim ſtipulationis. vt l. cum omnibus. in fi. ff. de fideiu. tu.
& tamẽ poteſt reuocari, multomagis ſi hoc eſt factum extra iu-
dicium, ſed poſtquã declarauit ſumptus, valet eius declaratio,
tamen debet reduci ad arbitrium boni viri. vt l. ſi libertus iura-
uerit. ff. de ope. lib. Nec obſt. ſi dicatur, q̃ videtur non valere, q̃a
inuitatur emptor ad delinquẽdum, qm̃ arbitrium boni viri tol-
lit contrarium. Nec obſt. ſi dicatur, q̃ qñ confertur in ſimplicẽ
voluntatem, q̃ nõ habet locum arbitrium boni viri. vt no. in l.
1. ff. de lega. 2. quia ſemper intelligitur, dummodo dolus malus
abſit. vt l. creditor. §. Lucius. ff. mand. ſed dolus præſumit̃, ſi plus
debito arbitraret̃, ergo &c. pro hoc vltimo alle. Bar. in l. ſocieta
tẽ. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. Sed Ray. dicit, q̃ immo ſtabit̃ tali di
cto, nec poterit peti reductio, vel reduci ad arbitriũ boni viri,
maximẽ qñ iurauit. ar. l. nõ erit. §. dato. ff. de iureiu. cũ ſi. & facit
l. fideicõ. libertas. ff de fideic. lib. & l. fideicõmiſſa. §. cũ eſſet, de
leg. 2. dũmodo nõ declaret infinitũ. ar. l. videamus. §. iurare. ff. de
in litẽ iurã. Sed Ang. dicit, q̃ ſi emptor eſt effectus poſteà vnus
ribaldus, q̃ eſt iuſta cã reuocandi cõmiſſionẽ, ar. l. ſi cũ Coroe-
lius. ff. de ſol. aliàs ſecus. Nõ obſt. d. l. ſi quis iuſiurandũ. qm̃ ibi
delatũ iur̃m reuocat̃ p̃p iuſtã cauſã ſuperuenientẽ, q̃a de nouo
ſuperuenerunt probationes, aliàs nõ poſſet reuocare. vt d. §. da-
to. ſed Io. de Imo. in d. l. ſi. tenet opi. Bar. cum illa modificatione
Ang. per d. l. ſi cum Cornelius. licèt ſibi non placeat reſponſio,
quam facit Ang. ad d. l. ſi quis iuſiorandum. quia ibi non appa-
ret, q̃ ſuperuenerint probationes. Vel tu reſpondeas ſm̃ Raph.
in d. l. ſi. quia in d. l. ſi quis iuſiurandũ. eſt iuſta cauſa, quia ſuſpe-
ctus diceretur eſſe eo ipſo, q̃ vult iurare, qñ deferens vult pro-
bare, hic autem non volebat probare negatiuã. Item in caſu no-
ſtro ſe adſtrinxit, alioqui promittens arbitratu ſtipulatoris poſ-
ſet reuocare. Prætereà in delatione iuramenti Bal. non vr̃ bene
dicere per d. §. dato. & dixi ſupra eod. §. ſi quis poſtulante. & ſic
con-

ADDITIONES.

a Practica. Adde Io. de Ana. conſ. 38. & Ale. conſ. 67. 2. lib. & an ſufficiat denun
tiare pupillo, & an certus certiorari debeat, vide Are conſ. 36.

b Obſeruatur Adde q̃ Fra. Are. conſ. 130. ſequens Bal. dicit, q̃ Ant. de But. in
c. quoniã frequẽter. §. q̃ ſi ſup. vt lit. nõ conteſt. vult, quod ſi vẽditor nullã ex
ceptionẽ fori opponere poſſit ex perſona ſua, ideo ibi cõſuluit, q̃ vẽditor nõ
poteſt opponere, q̃ ſit in magiſtratu. & ibi vide de quæſtione ſequenti.

c Sumptus. Adde Ioan. de Ana. conſ. 38. Alex. conſ. 67. 2. lib.

concluſiuè teneas, ꝙ dictam commiſsionem vẽditor reuocare
nõ põt, & ſi malè declarat, poterit ad bonum virum recurri. vt
l. hæc vẽditio. in prin. ff. de contrah. emp. & l. quod ſæpe. §. 1. eo.
ti. & no gl. & doc. in l. in emẽtis. C. de contrah. emp. & valet ta-
lis remiſsio, licèt in liberam volũtatem alterius contrahentiũ,
a quia iam contractus erat firmatus, & remittitur in acceſſorijs,[a]
vt l. ſi quis in emptione. & l. domum. ff. de cõtrah. emp. & no. gl.
in d. l. in emẽtis. & Bar. & doc. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb.
obl. melius tñ eſſet dicendum, ſm Rapha. ꝙ debeat declarare,
præmiſſa taxatione iudicis, ſicut qñ defertur iuramentum in ex
penſis. vt l. ſancimus. cũ auct. ibi poſita. C. de iud. & in iuramen
to in litem. vt l. videamus. §. pe. ff. de in litem iuran. & parte præ
ſente, tunc talis declaratio non poteſt peti, ꝙ reducatur ad arbi
trium boni viri. quod tene menti. ¶ Vnum tñ addas, ꝙ nũquam
49 de euictione † agi põt, etiam ſi res euincatur, niſi euicta fuerit
iudicialiter, & per ſniam iudicis in totum, vel pro parte, quia
tunc agitur de euictione, etiam ſi expreſsè defenſio, & per ꝯñs
euictio promiſſa non fuerit, vt eſt tex. cum ibi no. per gl. & doc.
in l. 1. & 2. coniuncta l. non tñ. & l. habere. & quod in eis not. ff.
de euic. nõ autem ſufficit, ꝙ ſit euicta per compromiſſum. vt l.
ſi dictum §. ſi compromiſero. ff. de euic. niſi in inſtr̃o emptio-
nis expreſsè cautum ſit, ꝙ venditor teneatur de euictione, quo-
cunq; & qualitercunque res euincatur, quia tali caſu tenebi-
tur de euictione, quamuis per laudum fuerit euicta. vt eſt glo.
ſingu. & ibi Flo. in l. cum pœna. ff. de arb. quod ſingulariter
not. vt cum opus ſit in tuis emptionibus illa verba apponi fa-
cias, aliàs nunquam compromittas de re empta, niſi cum con-
ſenſu venditoris. Et prædicta procedunt, quando ritè & rectè
b fuit euicta, ſecus ſi per imperitiam[b] vel per ſordes iudicis,
quia tali ſententia non nocet venditori. vt l. ſi per imprudẽn-
tiam. in princ. & quod ibi no. per gl. & doc. ff. de euic. facit
quod not. dixit Bal. in l. exceptione. ff. de fideiuſ. Et etiam præ-
dicta procedunt, quando in proprietate fuit euicta, ſi autem
quò ad poſſesſionem tantum, non poteſt agi ex ſtipulatione
de euic. vt eſt tex. & ibi Bar. in l. 3. in princ. ff. de acti. emp. ni-
ſi expreſsè in inſtrumento dictum fuerit, quòd promiſit du-
plum noĩe euictionis, ſiue euincatur in poſſesſione, ſiue in
proprietate. facit l. Iulia. in §. ſi poſſesſio. ff. de act. emp. ita di-
cit Bar. in l. 3. & Bal. in l. 1. C. de pericu. & commo. rei ven.
¶ Et aduertas, quòd prima actione ex empto, non poteſt agi,
quia ab illa eſt liberatus, eo ipſo, quòd a principio rem tradi-
dit, vt l. ab emptione. ff. de pact. ſed ſtatim re euicta in totum,
vel pro parte, oritur noua actio ex empto pro euictione. vt l.
qui concubinam. in §. ſi hæres. ff. de leg. 2. & ibi Bar. & latè &
ſingulariter per Bar. in l. Ariſt. §. 1. ff. de noua. & dicam infra in
formatione libellorum. Ac etiam addas, quòd ad hoc vt em-
ptor habeat regreſſum de euictione, opus eſt vltra prædicta,
quòd non tantum defendat rem emptam (vt dixi) ſed etiam
conducat bonos procuratores & aduocatos. nam & ſi aduo-
catum conduceret non bonum, & cauſam perderet, non ha-
beret regreſſum de euictione. vt eſt glo. ſing. in l. quod ſi no-
lit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edic. quod perpetuo tene menti.
quod eſt verum, niſi notorium ſit, quòd emptor non foueat
iuſtitiam. Et rõ eſt, quia non cogitur defendere (vt dixi) im-
mo poteſt agnoſcere bonam fidem, vt eſt caſus in l. empto-
rem. in prin. ff. de act. emp. Et prædicta procedunt, niſi expreſ-
sè actum ſit, quòd non teneatur de euictione, quia tunc non
tenebitur, tenetur tamen, non obſtante dicto pacto ad dicti
pretij reſtitutionem. vt eſt caſus not. & ibi gl. & doc. in l. em-
ptore. §. pe. ff. de act. emp. Et quod dixi pretium reſtituẽdum, eſt
verum, niſi in vno tñ caſu euictio fuerit exceptuata, in quo ca-
ſu non voluit teneri de euictione, ſed in alijs ſic, quia tunc in
dicto caſu exceptuato, non tenetur pretiũ reſtituere. vt eſt tex.
ſing. cum gl. in l. qui libertatis. in prin. ff. de euic. & vide Bal. in l.
1. & ibi Sal. C. de peri. & commo. rei ven. ¶ Et etiam prædicta ꝓ-
cedunt, qñ ſententia eſt lata emptore præſente & defendente,
ſecus ſi lata eſſet eo abſente, quia tunc magis præſumitur lata,
quia cauſam non defendit, quàm ꝙ malam cauſam habuerit. vt
eſt tex. notabilis in l. ſi iden. in princ. & ibi Bar. ff. de euic. Quod
eſt verũ, niſi ſit abſens neceſſaria, vel probabili cauſa. vt eſt gl.
notanda in l. 2. C. de contra. iudi. tute. & no. Bald. in ti. ſi de feu.
fuc. vaſal. ab aliquo inter. c. 1. & vide quod no. gl. & oẽs doc. i d.
50 l. 1. C. de pericu. & commo. rei ven. ¶ Quæro † quid importent
illa verba quæ cõiter ſolent apponi in inſtrumento emptionis,
videlicet, promiſit dictam rem venditã defendere ab omni per
ſona, armata manu? Bar. & doc. in l. ſtipulatio iſta. in prin. ff. de
verb. ob. & doc. Bal. & Sal. in l. ſi. C. de act. emp. tenent, ꝙ nõ, q̃a
videretur promiſiſſe factum alienum, ergo non valeret ſtipula
tio, vt d. l. ſtipulatio iſta. quia iſte eſt caſus fortuitus. vnde nõ ve
nit ex natura cõtractus emptionis. vt l. Lucius. ff. de euic. nec eſt
ſpecialiter enumeratus. vt l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis
cau. & quia verbum, de facto, poteſt intelligi pluribus modis;
vnde in dubio non comprehendit id, quod eſt contra naturam
contractus. vt ff. qui po. in pig. hab. l. inſulam. Idem ergo ſi dictũ
eſt, promiſit defendere de iure & de facto. quæ verba debẽt in-
telligi ciuili modo. vt ff. de ſeruit. l. ſi cui. quod tñ intellige verũ,
ſm Bar. in d. l. ſtipulatio iſta. & Sal. in d. l. ſi. licèt ibi Bal. conetur
mordere Bart. niſi ante dictam promiſsionem venditor fuiſſet
cauſa & origo huius impresſionis & moleſtationis, quã nũc de
facto habet emptor. arg. l. ſi merces. §. culpæ. & quod ibi glo. &
Bar. ff. loca. & l. pen. in prin. & ibi Bar. & doc. ff. ſol. ma. facit opti
51 mè tex. cũ gl. in l. nam & ſeruus. in prin. de neg. geſt. ¶ † Quid er-
go operabuntur iſta verba, promiſit defendere de iure & de fa-
c cto?[c] Reſpondeo ſm doc. ꝙ in iudicio debet defendere de iu-
re & de facto hoc modo, videlicet, liti aſsiſtere, & expenſas in
lite facere, & ſolicitare procuratores & aduocatos, quæ omnia
facti ſunt. Et etiã aduertas, ꝙ illa verba important, ꝙ ſi res euin
catur, etiam per iniuriam iudicis, ꝙ vẽditor tenetur de euictio
ne, ſm Richar. Mal. & Cy. in d. l. ſi. ſed iſtud reprobat ibi Bal. &
Salic. quia iniurioſa ſententia dicitur caſus fortuitus, ergo non
comprehẽditur, niſi expreſſe dictum fuerit, videlicet, ꝙ etiam
52 vult teneri, quamuis fuerit iniurioſa ſententia lata. ¶ † Quæro,
quid important iſta uerba in inſtrumento appoſita, & promiſit
habere licere, & vim aliquã non inferre? &c. Reſpondeo, ꝙ tan
tum important, quantũ quod de iure habere liceat, niſi ſtipula
tor ſit talis perſona, quæ de iure habere non poſſit, ſed factum.
vt d. l. ſtipulatio iſta §. hi quoq;. Ac etiam important, ꝙ ego pro
mitto tibi uim nõ inferre, nec iudicis ſententia, nec propria au
thoritate, aliàs teneor ad intereſſe uel ad pœnam. ut no. gl. Bar.
& doc. in d. l. ſtipulatio iſta. in prin. Sed illa verba, promiſit vim
non inferre, important. ſ. propria authoritate, ſed iudicis autho
ritate poſſum litem mouere. vt no. Bal. & Sali. in d. l. ſi. pro quo
53 tu allega in ſimili. l. quæro. § inter locatorem. ff. loca. ¶ † Quid ſi
promiſit de euictione de ſuo facto tantummodo, an teneat de
facto hæredis? & videtur, ꝙ non, per illam taxatiuam, tantũmo
do. facit l. qui in futurum §. 1. & ibi Bar. ff. de pac. Sed Bal. & Sal.
in d. l. ſi. determinant contrarium, quoniam illa dictio taxatina,
venit ad excipiendum perſonas penitus extraneas, non autem
ad excipiendum ſucceſſores. vt eſt tex. notabilis in d. l. ſtipulatio
iſta. in verſic. ſed ſi obligat. & ibi Barto. Ange. & doc. quod not.
54 ¶ † Quid ſi duobus res eſt vendita, quis eſt potior? Dic, ꝙ ille
d cui res fuit primò tradita.[d] vt l. quoties. cum materia. C. de rei
vendi. & talis venditor vendendo duobus, tenetur pœna falſi.
vt l. qui duobus. ff. de fal. & ibi Bartol. quod eſt verum, niſi pri-
mus emptor diſtulerit ſoluere pretium, nam ſi ceſſauerit impu
ne vendit ſecundo, ſecundum Odo. qui ita no. ff. de her. vel act.
hoc voluit Bar.in l.ſi.C.depo.& ibi vide doc. ¶ In ea glo.ibi.C.
commo.l.prætextu.& de cōmodato,& de eius priuilegiis,& ꝙ
non poſsit retineri,vide per gl.ibi.& ibi latè per doc.¶ In ea.gl.
ibi,non quantitates.dic vt j.dicam.¶ In ea.gl.ibi.C.de compen.
l.ſi.in ſi.iſtud de violētia,intelligas,vt ibi no.gl.& do.¶ In ea.gl.
in ſi.vide oīnò gl.in d.l.ob negotium.quæ eſt magiſtra, & enu-
merat ibi oēs caſus,in quibus ceſſat cōpēſatio. dic,vt ibi. ¶ Pro
13 perfectione materiæ† quærunt Vltram.Cy.Bal.& Sal.in d.l.fin.
C.eo.& Bar.in l.procurator ad exhibendum.§.j.ff.rem rat.hab.
Quid eſt compenſatio ? rñdeo. quod compēſatio eſt debiti , &
crediti inuicem contributio.i.debitorū hincinde loco ſolutio-
nis,& ideo,quod non pōt ſolui, non pōt compenſari . vt ff.qui
pot.in pign.hab.l.ſi debitor.& l.amplius non peti.rem rat. hab.
14 ¶ Secundò quærunt doc.† quare fuit introducta compēſatio.&
tex.in l.3.ff.e.dixit,quòd melius eſt non ſoluere,quam ſolutum
repetere, & dixi ſ.in gl.in verſ.oppoſita.Dicit tamen Sal.in d.l.
fin.quòd illa rō non eſt perfecta,quia tñmodo ſibi locum ven
dicaret in his,quibus lex compēſat ipſo iure abſque facto hoīs,
ita quòd actionem minuit,ut hic.Vide,alij dicunt,quòd rō eſt,
quia debitam functionem inter ſe recipiunt.arg.l.2.in princ.&
§.mutui.ff.ſi cer.pet.ideo vnum & idem reputatur, nam ſi fun-
ctionē non reciperent,compēſatio non admitteretur, ſicut nec
ſolutio inuito creditore,vt d.l.2.§.1.& l.Paulus.& ibi Bar.ff.de
ſol.& ſic ſentit idem,quod uoluit gl.in d.verſ.appoſita.ego aūt
ſtarem cum rōne iuriſconſulti,quia ſiue idē,ſiue tantundem in
genere repetendo conſequi poſſum, mea intereſt potius nō ſol
uere, quam ſoluere, & repetere. facit quod hř in l.qui ſic.ff.de
15 ſol.& l.ſi ego.ff.ſi cert.pet.¶ † Tertiò quærunt doc.in quibus de-
bitis pōt fieri compenſatio. dic,quòd ſi ſit debitum exceptione
eliſum,nō habet locum compenſatio, vt eſt caſus in l.quæcun-
que.ff.e.tit.& ibi vide oīnò gl.Si aūt non ſit oīnò exceptione eli
ſum,nec liquidatū,nec in breui liquidādū, & idem, vt d.l.ſi.C.
eo.Si

ADDITIO.

a Ipſo iure. Adde. vt per Fulg.conſ.196.2.col.& Alex.conſ.22.in 2.lib.

eo. Si aũt eſſet debitum ẽt naturale tñ, dummodo non eliſum
exceptione, pôt in cõpenſationẽ deduci. vt l. etiam. ff. eo. quod
intellige verũ, vt no. gl. in d. l. quæcunq;. & tantò fortius pôt de
duci in cõpenſationẽ ſi eſt debitum vtroq; iure. Sed in debito
ciuiliter tantum, dicunt doc. ꝙ non admittitur cõpenſatio, quia
ſemper aliqua exceptione eliditur, & ideo nec in conſtitutũ de
ducitur. vt l. 1. §. debitũ. l. 2. & l. 3. §. 1. & quod ibi no. ff. de conſti.
pe. & ideo de debito ex mutuo cõfeſſato, ſiue ex literarũ obliga
tione ante bienniũ non admittit̃ compenſatio, ſed poſt bienniũ
ſic, quia ei tunc adiungit̃ aliquid naturalitatis, ſaltẽ fictæ, vt no.
16 gl. & doc. in l. generaliter. C. de nõ nu. pe. ¶ † Quid aũt ſi iudex
iniuſtè abſoluit verũ debitorem meum, an ei poſteà agenti cõ-
tra me ad aliud debitum potero opponere cõpenſationẽ, & vi-
detur, ꝙ ſic per prædicta, quia remanſit naturalis abſolutio. vt
l. Iulianus. & quod ibi plenè habetur per gl. & Bar. ff. de cond.
indeb. cõiuncta l. etiã. & pro hoc videtur caſus in d. l. procura-
tor. ad exhib. in §. 1. & ita tenet ibi Dy. & Cyn. in l. ex cauſa. C.
eo. & glo. ſentit in d. l. procurator. §. 1. Sed glo. vult contrariũ in
d. l. quæcunq;. ff. eo. quia iſta naturalis fuit iuncta cũ ciuili, & ſic
per ſententiã fuit eliſa, licet non fuerit ſublata. facit, quod habe
tur in l. ſi vnus. §. pactus. in prin. ff. de pac. quia actus ciuilis non
potuit tollere naturalem obligationẽ. vt ſ. de leg. agn. tu. in fi. &
l. eas. ff. de ca. dimi. ſecus, quia tũc haberet locũ dicta lex, ẽt ſi nõ
eſſet eliſa. & hoc tenuit Bar. in d. l. procurator. §. 1. & doc. in d.
17 l. ex cauſa. ¶ † Quartò trahitur in dubium, in quibus rebus ha-
beat locum compenſatio. & dic, ꝙ in rebus, quæ recipiunt fun-
ctionẽ in gñe ſuo, non in alijs, & eſt rõ, quia cõpenſatio eſt ima
ginaria ſolutio, & per pñs (vt dixi) ꝙ nõ pôt ſolui inuito credi
18 tore, nec pôt compenſari. ¶ † Ex quo infert̃, ꝙ nedum de ſpecie
ad quantitatẽ non habet locũ compẽſatio, ſed etiã nec de vno
genere ad aliud genus, & ſic nec de frumẽto ad pecuniam, nec
de vino ad oleũ, immo dixit Pet. & Cy. ꝙ nec de vno genere pe
cuniæ ad aliã pecuniam diuerſæ materiæ, ſecus ſi eſſet eiuſdẽ
materiæ. vt dixi ſ. in gl. in verb. in iure aperto. in prin. ſed ĩ hoc
Sal. in d. l. ſi. dubitat, ſed ego credo, ꝙ in pecunia ſit attendendã
19 conſuetudo regionis. vt no. glo. & Bar. in d. l. Paulus. ¶ † Quin-
tò refricatur in dubiũ, ſi pecunia debeatur vt ſpecies, an cõpen-
ſatio de ea admittatur? & glo. magna hic in prin. dicit, ꝙ non.
& idem tenet in l. fi. C. eo. ff. ſi cert. pet. l. cum fundus. & §. ſer-
uum tuum. Sed Lotha. in d. l. fi. quem ſequitur ibi Iac. de Are. &
Cy. tenet contrariũ, quia in ſpeciebus ideo nõ admittitur cõpẽ
ſatio, quia in eis cadit affectio, quæ nõ poteſt cadere in pecunia.
20 vt l. nũmis. ff. de in litem iur. † Sed Dy. Guil. Iac. But. & Sal. in
d. l. fi. tenent glo. per tex. in l. ſed ſi certos. ff. de leg. 1. vbi dicitur,
ꝙ nũmi legati vt ſpecies permutationẽ non recipiunt. & ſub-
dit litera, ꝙ exemplo cuiuslibet corporis æſtimãdi ſunt, ſed exẽ
plo cuiuslibet corporis non æſtimarentur, ſi reciperẽt compen
ſationem. ergo &c. Vnde Sal. ibi cõnatur reducere opi. ad con-
cordantiã, nam aut pecunia petitur vt mera ſpecies, aut petitur
ad numerũ, vt centũ aurei in ſacculo ſignato. Primo caſu non
admittitur compẽſatio. Secundo ſic, quia iſto ſecundo caſu ma
gis attendit̃ numerus, q̃ ſacculus ſignatus. arg. l. qui teſtamento.
in prin. de leg. 1. pro hoc bene facit l. qui ſaccũ. ff. de fur. & quia
ſpeciale eſt hic in depoſito in quãtitate facto, vel ad quantitatẽ
redacto, ergo in cõtrarium eſt ius cõe. Vel poteſt dici alio mo-
do ſm Sal. aut petẽti certam quãtitatem objicit̃ compẽſatio de
ſacculo, in quo eſt tantundem pecuniæ, & poteſt objici, quia
ſi reſtitueret ſibi ſoluere tãtundem. Aut qs ſimpliciter petit ſac
culum, & ei nõ poteſt objici cõpenſatio, & ita intelligatur glo.
21 præcedens. concordia mihi magis placet. ¶ † Quæro, petis à
me coram iudice centum, ego oppono compẽſationẽ de ducẽ-
tis, & probo, dic, iudex me à tua petitione de centum abſoluet.
Sed an ẽt poterit te in alijs meis cẽtum cõdemnare. & glo. 2. in
l. cùm Papinianus. C. de ſenten. & ibi doc. dicit, ꝙ nõ, niſi fuerit
à me oppoſitũ ꝑ modũ recõuẽtionis, ita ẽt dixit Bar. ꝙ de hoc
eſt caſus in l. in rebus. §. fi. & ibi etiã hoc voluit Bar. ff. commo.
de quo per gl. & do. meũ Flo. in l. fundus. ff. cõt diuid. Vnde eſt
multũ aduertẽdũ quõ opponitur cõpẽſatio, nam qñ tãtundem,
vel minus, tu reus debes ab actore recipere, ſic dicas. Ego debi-
tor (vt dicit̃) Titij in decẽ ex cauſa mutui, oppono cõtra eun-
dem Titium, & cõtra dictũ debitũ de decem petitum, ꝙ ipſe Ti
tius eſt debitor meus in quinq; ex cauſa ſtipulationis, quare de
dictis quinq; mihi debitis ad dicta decẽ petita per Titium exce
ptionẽ compẽſationis eidem oppono, & offero me paratũ præ
dictã meam exceptionẽ cõpenſationis intra breue tẽpus veſtro
arbitrio ſtatuẽdũ ꝓbare, qđ ex nunc per vos cum inſtãtia mihi
peto aſsignari. vt fuit de mente Bal. hic. Si aũt tu pluri eſſes cre-
ditor, q̃ debitor Titij, opus eſt, vt ante litem conteſt. in iudicio
agitando per Titium coram eodem iudice ad tuum creditum
aduerſarium tuum reconuenias. iuxta l. fi. & Auc. ibi poſitam.
cum ibi no. per glo. & plenè per Bar. & doct. C. de ſent. ¶ Vlti-
mò, quia iſte tex. facit mẽtionem de libera poteſtate iudicis, &
ſæpenumero fit cõmiſsio, vel à lege, vel ab homine iuriſdictio-
nis cum libera, vel cum plena poteſtate, vel arbitrio boni viri,
ideo de his aliquid videamus. Et ne decipiamur æquiuoco, pri-
mum videndum cenſeo, quæ ſint verba, quæ important merã,
& liberam voluntatem, vel arbitrium regulatum à iure, & ſic
22 arbitrium boni viri. † Et verba, quæ important liberam volun-
tatem ſunt iſta, videlicet. Primò, verbum (volo) puta, cõmitti-
mus tibi, vt in tali cauſa procedas, vt volueris. vt l. cum quidã.
& ibi latè Bar. ff. de leg. 2. & ff. de fideicom. lib. l. fideicõmiſſaria
libertas. Secundò eſt verbum, libet, vt puta, procedas, prout
tibi libuerit, quia tñ eſt dicere libuerit, quantũ eſt dicere, libe-
re volueris, ita dicit Bar. in extrauaganti ad reprimẽdũ, in verſ.
videbitur. circa prin. Tertiò, vbicũq; eſt verbũ ſui natura impor-
tans arbitriũ boni viri, ſed additur aliqua qualitas, ex qua appa
reat, ꝙ poſuit in ſimplicem voluntatem, vt puta, quia verbo ar
bitrio tuo, quod ſui natura importat arbitriũ boni viri, vt l. 1.
cum ibi no. ff. de le. 2. & l. ſi quis arbitratu. cũ ibi no. ff. de verb.
obl. Additur verbũ, liberũ, vel plenũ, vel merũ, vel quid ſimile,
tunc importat merã voluntatẽ. vt l. fideicõmiſſa. §. q̃q̃. & ibi no
23 ta. ff. de leg. 3. ¶ † Quartò verbũ, iudicio tuo ꝓcedas, importat
ẽt voluntatẽ liberã, vt eſt tex. cũ gl. in l. Thais. in §. Lucius. ff. de
fideicommiſſ. liber. ſed tex. ibi ſimpliciter conſideratus dicit cõ
trarium. videlicet, ꝙ immo importat arbitrium boni viri. quid
enim eſt dicere, iudicio tuo, niſi facta diſputatione adinuicem,
poſteà iudices, quod ſine dubio ad arbitrium boni viri referri
debet. & hoc tenet Bar. in extrauaganti ad reprimẽdum. in d.
verſi. videbitur. licèt Bar. Raymundus. & Ant. in l. ſi ſic. in prin.
ff. de leg. 1. teneant cõtrariũ. Sed ꝙ importat arbitriũ boni viri,
vt ſupra dixi, Bar. ſequitur Bal. & Io. de Imo. in d. l. ſi ſic. nam iu-
dicium dicitur quodammodo iuriſdictio, & ius dicitur quaſi
iuſte. vt ea. forus. §. iudicium. & §. iudex. & §. ius dictum. extra.
de verbor. ſignifica. & per conſequens videtur potius ſignifica
re arbitrium boni viri ex proprio ſignificato, quàm meram vo-
luntatem, arguendo ab etymologia vocabuli, quod licet. vt ſu-
pra de teſt. ord. in prin. & pro hoc facit, quia ſm Bar. in d. verſ.
uidebitur. & ſm Bal. & Ang. in d. l. ſi ſic. omnia verba ſignificati-
ua æqui, & iuſti iudicij, ſunt importantia arbitrium boni viri.
Non obſtat dictus §. Lucius. quia ex alij verbis ibi prolatis per
teſtatorem manifeſtè comprehendi poteſt, ꝙ voluit ponere in
meram voluntatem hæredis, ſecus ergo ſi ſimpliciter dixiſſet,
24 iudicio tuo manumittas, facit §. ſoror. ea. l. ¶ † Quintò, idem
erit dicendum in verſi. videbitur. vt puta committimus, & pro-
cedas, vt ibi videbitur, in d. extrauag. ad reprimen. in uerſic. vi-
debitur. & ibi per Bar. in prin. & facit ad l. Thais. in §. ſororẽ. &
in l. Lucius. §. fideicommiſſaria libertas. eo. tit. & ita etiam vo-
25 luit Barto. & doc. in d. l. ſi ſic. in princ. ¶ † Sextò, idem ſi dixerit
ſuperior, committimus, vt poſsis omnia facere, ſicut nos poſſu-
mus, quia videtur data libera poteſtas, & uoluntas, ut l. credi-
tor. in §. Lucius. & ibi Bart. ff. manda. Ex his uerbis, & ſimilibus
exceptis, vt puta, ſi dicit, procedas, vt tibi placebit, vel ad tuum
arbitrium, vel prout putaueris, uel ſimile. ut d. §. ſororem. im-
portatur arbitrium boni uiri. vt d. l. fideicommiſſa. §. quanquã.
ita dixit Bar. in d. verſ. videbitur. & d. l. creditor. §. Lucius. Et eſt
vtilitas magna, quia quando continet meram voluntatem, ſta-
bitur declarationi ſuæ, etiam ſi indignum, vel iniuſtum profe-
rat. vt d. l. cum quidam. & ibi latè Bart. dummodò dolus malus
abſit, in d. l. creditor. §. Lucius. Et iſta poſſunt verſari, ſiue in ꝯcti-
bus, ſiue in iure eligendi, ſiue in actu iudicãdi. vt plenè ꝑ Bar. in
d. verſic. videbitur. & ideo ſunt notanda. Sed qñ verba importãt
arbitriũ, intelligitur de arbitrio boni viri, & ſic iudicis. vt l. vir
26 bonus. ff. iud. ſolui. ¶ † Quid diceretur de verbo, licentia, ut ſi di
catur, damus tibi licentiã procedẽdi in tali cauſa &c. & Inno.
in c. cũ ad monaſteriũ. in ver. licentia. in fi. ex̃ de ſtat. mon. dicit,
ꝙ importat liberum arbitrium. ſed Bar. in l. alio. ff. de adi. leg. in
verſi. procedo vlterius, poſito ꝙ poteſtas &c. tenet, ꝙ immo im
portat arbitriũ boni viri, nam verbum, licẽtia, deſcẽdit à verbo,
licet, ꝙ tñ eſt dicere, quantum licitũ eſt, ſed nõ eſt dubiũ, ꝙ iſta
verba, ſi tibi uidebitur iuſtũ, vel licitũ, importãt arbitriũ boni
viri. vt d. l. fideicõmiſſa. in §. quanquã. itẽ hoc probatur in l. 1. C.
de ſacroſ. eccle. quia licet habeat qs licentiã teſtandi, non pôt tñ
filium iniuſtè exhæredare, ut l. ſi quis ad declinandã, in prin. C.
27 de epiſ. & cle. ¶ † Quid de verbo, poteſtatis? vt puta tibi ꝯcedi
mus poteſtatẽ procedẽdi &c. dic, ꝙ ſimpliciter dãdo poteſtatẽ,
refert ad arbitriũ boni viri, quia id dicimur poſſe, qđ de iure, &

cum honeſtate poſſumus, vt l.nepos proculo.ff.de uerb.ſign.ita
dicit Bar. in d.l.in alio.in verſ.quæro, quid ſi hoc dictũ, liberã
28 poteſtatẽ &c.¶ †Quid ſi cõmittit, vt in cõſcientia tua procedas,
dic, ꝙ gl.in c.ſtatutum.in §.aſſeſſorem.de reſcr.in 6. vĩ velle, ꝙ
omninò ſtetur determinationi ſuę, & ſic importat merã volũta
tem, ita ꝙ nõ põt appellari ab eo, quod talis agit, quia cõſciẽtię
ſolus Deus eſt ſcrutator. & illam gl.ſequitur Bal. in l.ſolã.pro-
pe finẽ ſui apparatus.C. de teſt. in l.rẽ nõ nouã.C. de iudi.& in
l.2.C.de ſen.ex breui reci.& Ang.in l. inter ſtipulantẽ.§.1.ff. de
verb.obl.& Imo.in l.ſi ſic.ff.de leg.1. Sed contrariũ ſentit gl. &
melius in cle.1.de iure patto.& facit quod no.Ange.& d. meus
Io.de Imo.in l.ab executore.in prin.ff.de app.& no. Ioan. And.
in nouel.in c.2.de iure calum.& in c.2.de confeſ.in 6.& dicit ĩ.
eo.§.ſed iſte.& vide Bal.in l.1.C.de reb.cred.in d.l.2.C. de ſent.
ex bre.reci.& Imo.in d.l.ſi ſic.qui ſtudẽt dictas gl.cõcordare.&
dixit Ang.in d.l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de ope.no.nun.ꝙ il
le, cuius cõſciẽtiæ fit cõmiſsio, debet per ſuã cõſciẽtiã firmare, &
iurare, ꝙ rectè & iuſtè aget, & ſm quod dictabit eius cõſciẽtia.
29 ¶ †Secundò principaliter eſt vidẽdũ, qñ cõmittit alicui aliqua
cã ꝑ verba importãtia merã voluntatẽ, vt qñ dicat libera ptãs,
vel liberũ, vel plenũ arbitriũ, vel ſimilia, ad qđ iudex tenet, vel
qd põt facere? dicit, qđ licet non teneat ſeruare ſolẽnitates iu-
ris ciuilis, tñ tenet obſeruare ſolẽnitates, & ꝓcepta iuris diuini,
& ſic nõ poterit omittere citationẽ. vt in cle.paſto.§.cęterũ. &
ibi gl.de re iu.& Bar.in extraua.ad repri.in verſ.ſine figura iudi
cij.& patet in l.1.ff.de na.reſt.& in Auc.quib.mod.nat.effi.legi.
in §. licet. Vñ nõ poterit tollere partis defenſionẽ, q̃ eſt de iure
naturali.vt l.vt vim.& qđ ibi no.ff.de iuſt.& iur.& no.gl.ſm le
giſtas in cle.ſæpe.in ver.defenſiones.de ver.ſig.Sed tantũmodo
dicta verba importabũt remiſsiones circa ſolẽnitates, q̃ figurã
iudicij reſpiciũt, nõ ãt importabũt, qđ videant tollere acta cau
ſę, i.q̃ inſtruũt & decidũt cãm, vt ibi ſingulariter dixit gl.facit l.
1.cũ ibi no.ꝑ Bar.cõiuncta l.filius.ff.de teſt. mil.& idẽ ſi cõmit-
tat, ꝙ nõ teneatur obſeruare aliquã ſolẽnitatẽ iuris, & ſic vni-
uerſaliter per ĩ.dicta iura.vt no.Bar.& doc.in l.filiusfa.ff.de do.
a in verſ.quæro, qd ſi eſt dictũ [a] &c.& Bar.in d.l.1.C. de teſt.mil.
Sed an in talibus caſibus poterit recipere teſtes ſine iuramẽto?
& Bar.in d. l.filiusfa.in verſ. itẽ an tũc poſſit recipere teſtes. &
in ver.ſeq.quia hoc põt per partes remitti, vt no.gl.in l.1. circa
prin.ff.de fer.& habetur in l.2.§.ſed qa veremur.C.de iur. calũ.
Itẽ in talibus caſibus poterit ẽt ſtari teſtibus, qui ꝓhibentur de
iure ciuili teſtificari, ſed nõ ſunt prohibiti, vel ſtatus eorũ dimi
nutus de iure gẽtiũ, vt putà, teſtibus infamibus, qa põt eis cre-
dere, & ſtare dictis ſuis. vt l.cognitionũ.§.1.de var.& extraord.
cog. Sed idẽ Bar.in d.extraua. ad repri.in verſ. ſine figura iudi-
cij.& in ver. itẽ an de calũnia &c. & in ver.an his caſib. in qui-
bus &c.tenẽt ꝯrium per c.& ſi Chriſtus.cx̃, de iureiu. & Exod.
c.11.ꝙ hoc ſequitur do.meus do.Io.in d.l. filiusfa.& iſtud cõi-
ter tenetur, nec ẽt poterit procedere virtute ampliſſimæ cõmiſ
ſionis die feriato in honorẽ Dei, qa tali die nõ põt ꝓcedi, qñ cõ
mittit ſine figura iudicij, vt no. Bar.in d. ver.ſine figura iudicij.
& habetur ꝑ glo.& doc.in d.cle.ſæpe.ergo nec hoc caſu, qñ da
tur plena poteſtas procedẽdi, qa iſta æquiparant, vt voluit Bar.
in d.l.filiusfa.nã de iure diuino dictũ eſt, Sabbata ſanctifices.qđ
verũ eſt in caſu.l.prouinciarũ, & ibi no.C.de fer. & facit l. oẽs,
& l.fi.& qđ ibi per gl.& doc.C.de fer. ¶Quid ſi dicatur ꝙ poſ-
30 ſit procedi de bono & ęquo? dic, ꝙ † iſta verba important, ꝙ
non habeat reſpectus ad apices iuris ciuilis, qui veritatẽ nego-
tij nõ tangunt, vt putã, ſi eſt intẽtata actio directa, & non cõpe
tebat niſi vtilis, vel ſi iudiciũ erat agitatum ſine li.cõteſt. tñ va
let iudiciũ.vt eſt tex.& ibi Bar.in l.fideiuſſor.§.quędã.ff. mand.
vel ẽt iſto caſu non poterit opponi iſta exceptio, (nõ interue-
nit ſtipulatio, qñ me obligaui, ſed fuit pactũ nudum) vt elegan
ter dixit Bar.per illũ tex.in l.Quintus.eo.ti.ff.man. quod perpe
tuò tene menti, ꝙ cum in curia mercatorũ, vbi procedit de bo
na æquitate, ꝙ ẽt ex pacto nudo poteſt ibi agi, nec apices iuris
poſſent ibi allegari. Quod intelligas ſanè, vt nõ credas, ꝙ nullo
modo habeat reſpectus, etiã vltra ius naturale, & gentiũ, ad iu-
ra ciuilia, quę cõcernunt veritatẽ negotij, & defenſionis partis,
qa ẽt ius ciuile eſt bonũ & æquum. vt l.1. circa prin.ff. de iuſt.
& iur.& bonũ, & æquum obſeruat.l.1.C.de legi.& l.ſi ſeruum.
§.ſequit.ff.de verb.obl. & no.eleganter Ang.in repe.l. filio præ
terito.ff.de iniuſto rup.& irri. teſt. & per ꝯñs miſſum debet ſer-
uare iura diuina, naturalia, gentiũ, & etiam ciuilia. vt no. dixit
Bar.in d.§.quędã.per tex.ſing.& ibi ẽt hoc voluit Bar.Bal.& Sa
ly.in l.bona fides.ff.depo.& idẽ ad literã no.Bald.in l. ſi pro ea.
circa ſi.C.man. vbi ẽt oppoſuit, ꝙ dictũ Bar.in d.l. Quintus. ſit
ꝯrium ei, ꝙ dixerat in d.l.bona fides.quia in d. l. Quintus.vide
tur velle, ꝙ nullo modo ſeruetur ius ciuile, ſed merè ius gen-
tiũ.Sed ſoluit, ꝙ aut ius cõe detrahit iurigẽtiũ ea cã, & tũc ſer-
uandũ eſt ius cõe, vt in ſolẽnitate teſtamẽtorũ, aut ius ciuile nõ
intromittit ſe detrahendo iurigentiũ, ſed non addit ei robur, &
tũc eſt obſeruandũ iui gẽtiũ, vbi mera, & ſola æquitas debet at
tendi.qđ eſt no.dignũ. Vel tu potes ſaluare Bar. qa in l. Quin-
tus, remanẽt iura ciuilia, q̃ non reſpiciũt veritatẽ negotij. vt di-
xit Bar.in d.§.quędã.Sed ſi pacto nudo promiſit, vel ũ eſt dice-
31 re, ꝙ ſe obligaui, igit &c.¶ †Quid ſi iudici detur arbitriũ ꝓce-
dẽdi de iure & de facto, an poſſit credere teſtibus allegãtibus
nullã, vel malam cauſam ſui dicti, qñ fuerunt interrogati de cã
ſcientiæ? iuxta l.ſolã.cũ ibi no.ꝑ gl.& do.C. de teſt. & Bal. in d.
l.ſolã.in fi.dixit, ꝙ non, quia vir bonus eſſe debet, licẽt cũ arbi-
trio.Ego credo, ꝙ hoc voluerit dicere, maximè ꝑꝑ miſturã iu-
ris, dũ dicit, ꝙ poſſit ꝓcedere de iure, & de facto, & non debet
eſſe homo temerarius fundans ſe ſine rõne.ar. l.continuus.§.cũ
ita.ff.de verb.obl.ſi tñ teſtes aſſignaſſent rõnẽ, licẽt non plenã,
ſed perſuaſiuã, põt ea ſua cõſciẽtia tali teſti credere.ar.gl.in d.
§.aſſeſſorẽ.Operat ẽt illæ clauſula, ꝙ poſſit ꝓcedere de iure, &
de facto, ꝓut ſibi placuerit, ꝙ ad ſimilitudinẽ arbitratoris poſ-
ſit teſtes recipere, ẽt die feriato in honorẽ Dei, vt no.Inn.& alij
doc.in c. Quintauallis. de iureiu.in cle.1.de offi. deleg. & facit
32 qđ no.Bar.in d.l.filiusfa.ita ẽt dicit Bar.in d.l.ſolã.in fi.¶ †Quid
aũt ſi dicatur, ꝙ in tali negotio procedat ſtatim, & de facto.dic,
ꝙ intelligatur manu regia, vt l. 2.§. deinde exactis.ff. de orig.
iur.& ſic in tali caſu, omiſſa omni ſolẽnitate iuris ciuilis, nõ tñ
quod ius alterius in aliquo lædatur cõtra naturalem æquitatẽ,
& hoc etiam habet locum per quæcunq; verba concipiatur cõ
miſſio, non.n.poteſt quis magis eſſe ſolutus legibus, q̃ Impera-
tor, & tamen ſua mera libertas, & facultas ad hoc ſe non exten
dit.vt no.in l.ſi.C.ſi contra ius, vel vti.pub.& l.digna vox.C.de
legi.cum ſim.Sed tali caſu quæritur, an iudex, qui habet dictam
plenam poteſtatẽ, poſſit reijcere exceptionem præſcriptionis,
vel aliam procedentem ex mero iuris rigore? Reſpondeo, in
his, quæ iudex poteſt facere de nouo, non tenetur ſequi regulã
iuris ciuilis, ſed in his, quæ iã à iure facta, & ſtabilita ſunt, tene-
tur obſeruare, ita ꝙ per dictam cõmiſſionẽ ius iam alteri quæ-
ſitum non poteſt tollere, vel immutare, ſed tenetur illud ſequi,
vt eſt caſus no.in l.bonafides.ff. depoſi. aliàs autem eſſet auſer-
re ius alterius, quod eſt contra naturalem æquitatem. ita ſin-
gulariter dicit Bar.in d.extrauag.ad repri.in verſi.videbitur. in
fi.quod ſequitur dominus meus Ioan. de Imo.in l.ſi ſic.in prin
33 cip.ff.de leg.1. ¶ †Quid ſi fiat commiſſio, ꝙ audiat, & decidat
ſola veritate facti inſpecta? dic, ꝙ ſufficit, quòd veritatem ha-
beat, & informationem veritatis ſine aliqua ſolennitate, vel for
ma iudiciaria, quia partes ſunt redactæ ad merum ius natura-
le, gentiũ, quo ſola veritas attenditur. facit quod no. Bald.in d.
l.ſolam.in fi.& quod no. Bal. in l.fin.C. de fideicommiſſ. facit
quod not.glo. & dominus meus Flor.in l. volui ff.de interrog.
act.& quod no.gl.in l. 2.§.dies.ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſer.
& l.nec quicquam.in §. de plano. & quod ibi Bartol. not.ff. de
offic.procon.& leg. ¶Quid ſi fiat commiſſio per verba impor-
tantia arbitrium boni viri? dic, ꝙ cum bonus vir ſit iudex.vt d.
l.vir bonus, ſed iudex debet ſequi ius ciuile & ordinem iudi-
cij, vt l. iudices.C. de iudic. & quod ibi habetur, ideo illo caſu
debet etiam ſeruare ius ciuile, & ordinem iudiciarium, vt ibi
34 no.Aduertas tamen, ꝙ huiuſmodi cõmiſſiones † præter formã
iuris nullus facere poteſt, niſi princeps, ita ꝙ nec etiam legatus
de latere hoc poſſit, niſi in ſpecie etiã hoc habeat in mandatis.
vt eſt glo.ſing.in c.cum ſecundum. de hære. in 6. & vide Bald.
in d.l.fin. C.ſenten.reſcind. non poſſe. Verum quia ſæpenume-
ro in dictis commiſſionibus ſolent apponi illa verba, placeat
b ex certa veſtra ſcientia [b] &c.quid dicta clauſula importet? quia
eſt aliquantulũ extrauagans, ſufficit remiſſio. vide ſingu. Bart.
in l.conficiuntur.§.1.ff.de iure codicil. & eſt glo.notabil. & ibi
doc.in c.ad hoc.de reſcrip.& Bal. in c. vnico.§. naturales.ſi de
feudo defunc. cont.ſit inter domi. & agn. vaſal. & Bald. in d.l.
fin.C.ſenten.reſcind.non poſſ.Solet etiam apponi in reſcri. alia
clauſula, videlicet, non obſtantibus quibuſcunque &c. quid
impor-

ADDITIONES.

a Quid ſi eſt dictũ, ꝙ poteſtas nullã iuris ſolennitatem teneatur obſeruare, qđ
iſta verba importent? dicit Ant. in d.l.filiusfa. hic allegato, ꝙ oĩs ſolennitas de
iure ciuili tollitur, ea verò, q̃ ſunt de iure naturali vel gẽtiũ remanẽt. nõ ideo
poterit condẽnare per ſupradicta verba, & virtute talis arbitrij. niſi ſibi con-
ſtet, vt iudici. ita Bal. in l.miliites. §. 1. de teſt.mil. & ꝑ Bal. in l.ſi ꝓ ea.C. man
da. nec poterit torquere ſine iudicijs, ſecũdũ Pau. de Leazar. in cõmẽt. c.gra-
uis, I vii. col. de depo & vide de iſtis plenè ꝑ Ro. I sub de arb. maxime I 7. q.
b Scientia. Adde de hoc clauſula Rom. conſ. 327. & 369.

importat dicta clauſula,& quomodo debet formari? vide no.p Bar.in in d.extrauag.ad repri. in verſ. non obſtāt. vbi plenè, & ſing.loquitur,& doc.in l.fi.C.ſi contra ius, vel vtil.publ.& Bar. & doc.in l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de lega.3.& Bal. in l. humanum.C.de leg.& Sal.& doct.in l.ſancimus.C.de teſta.

S V M M A R I V M.

1 Iudicis in arbitrarijs quæ ſit poteſtas.
2 Actiones arbitrariæ quæ,& cur ſic dicantur.& nu.4.6.8.& 56.
3 Officium iudicis quotuplex ſit.
5 Actiones arbitrariæ quot ſint.
7 Actiones bonæfidei quare non dicantur arbitrariæ.
9 Exhibere quid ſit.
10 Actio ad exhibendum quotuplex ſit.
11 Actio ad exhibendum cui competat.
12 Actio ad exhibendum contra quem detur.
13 Verba iudicis, dico ad vlteriora eſſe procedendum ſaluis exceptionibus, quid importent.
14 Probatio quæ requiratur in actione ad exhibēdū ad intereſſe actoris.
15 Iuratur in litem contra reum non exhibentem ad mandatū iudicis.
16 Libellus in actione ad exhibendum quomodo concipiendus.
17 Sententia lata ſuper actione ad exhibendum abſolutoria, non parit exceptionem rei iudicatæ in rei vendicatione.
18 Cauſa ſummaria tripliciter dicitur.
19 Actio noxalis vnde dicta.
20 Actio noxalis vnde ortum habeat.
21 Actio noxalis contra quem detur.
22 Actio noxalis qualis ſit.
23 Dominus ob noxam ſerui quatenus teneatur.
24 Seruus vſque ad quantum tempus præſtari poteſt pro noxa.
25 Dominus an teneatur emēdare damnum per animal brutum illatū.
26 Libellus in actione noxali vel de pauperie quomodo ſit formandus.
27 Libellus in quibus caſibus ſit dandus.
28 Cautio damni infecti à quo peti poſſit. & quid requiratur, vt de damno infecto caueatur.
29 Libellus in actione de damno infecto, quomodo formetur.
30 Nouum opus quis poſſit denunciare.
31 Denuntiatio noui operis quot modis fiat.
32 Libellus an dandus ſit in noui operis denuntiatione.
33 Libellus quomodo concipiendus in operis noui denuntiatione.
34 Dolus quis ſit.
35 Dolus an culpa appellatione contineatur.
36 Dolus quotuplex ſit.
37 Saluus conductus an,& quando ſit ſeruandus.
38 Dolus quid differat à fraude.
39 Actio de dolo an ſit in rem ſcripta.
40 Dolus an dicatur crimen.
41 Dolus an ipſo iure annullet contractum vel diſtractum.
42 Contractu nullo qua actione agatur.
43 Libellus quomodo in actione de dolo formetur.
44 Dolus an neceſſario ꝓbari debeat, vel ꝑſumatur,& quomō probetur.
45 Libellus in actione arbitraria propter locum, qualiter formetur.
46 Soluturus certo loco, quando vbique poſſit conueniri, & ſtatus loci ſtatuta ſint ſeruanda nu 47.
48 Actio quod certo loco an ſit arbitraria.
49 Fideiuſſor ſimpliciter acceptus an teneatur ad pœnam, vel intereſſe. & nume 50.
51 Actor an debeat ire ad domum rei, an reus ad domum actoris, quando ſolutionis locus non eſt deſtinatus.
52 Iuramentum in litem quotuplex ſit, & quandò præſtetur. & nu.53.
54 Iuramentum in litem cui deferatur.
55 Materia habilis ad concedendum iuramentum in litem quæ ſit.
57 Iuramentum in litem affectionis quæ neceſſario requirat.
58 Iuramentum in litē vt deferatur, in quo dolus cōmiſſus eſſe debeat.
59 Iudex in arbitrarijs actionibus quomodo ſententiare valeat.
60 Iudex an,& quando teneatur officiū ſuum non petitum interponere.
61 Libellus in iuramento in litem affectionis quomodo formetur, & qualiter in iuramento in litem verſetur.nu.62.

Prætereà. Actiones arbitrariæ ideo dictæ ſunt, quia merè in arbitrio iudicis ſunt, & ſunt tam reales, quàm perſonales, h.d. Et diuiditur in tres partes. Primò, quare dicantur arbitrariæ. Secundò, quæ ſint iſtæ arbitrariæ. Tertiò, quid iudex in his poſſit. Secunda ibi, ſed iſtæ. Tertia ibi, in his enim. ¶ Nota. quòd non reſtituens rem ad mandatum iudicis, vltra rem condemnabitur. de quo in l. qui reſtituere.ff. de rei vend. & infra dicam. ¶ No. quòd actio ad exhibendum contra non exhibentem ad mandatum iudicis eſt arbitraria. ¶ No. quòd actio publiciana,& hypothecaria ſunt actiones reales. vt hic. & ſupra eo.§.ſed iſtæ. & §.item Seruiana.coniuncto §.in perſonā, ſupra eo. ¶ No. ꝙ actio de dolo,& actio quod metus cau. & actio ad intereſſe propter locum ſunt actiones perſonales, & arbitrariæ, & quæ ſit vtilitas, & quæ differentia vtrum actio ſit in perſonam, vel in rem, habetur, & ibi dixi ſu-
1 pra eo. §. 1. ¶ † No. ꝙ in his actionibus arbitrarijs iudex habet magnam poteſtatem ſm naturam cuiuſcunq; negotij ex æquo, & bono iudicare,& per ꝯñs quāuis aliqd ſit poſitū in mero arbitrio iudicis, debet tñ iudex hr̄e ante oculos bonū, & ęquum, vt hic,& l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco,& idē ſi concedatur alicui libera poteſtas, tñ nō videtur, ꝙ poſſet poſtponere bonum,& ęquum, vt dixi ſupra.§ proxi.circa fi. ¶ Ad eui-
2 dentiā dicendorū,& intelligentiā huius.§. præmitte, quæ † dicatur actio arbitraria? & dic, ꝙ actio arbitraria eſt, in qua exercetur officium iudicis mercenariū actioni prædictæ deſeruiēs, & incidēs,& extrinſecus,& hoc ideo dixi, quia ꝑp hoc cognoſcit̃ in quo differt actio arbitraria ab actionibus bonæfidei, in quibus actionibus bonæfidei ēt deſeruit officium iudi.mercenarium, ſm naturam actionis propoſitæ.facit l.4.cum ibi not. per glo.& doct.C.de poſ. Nā ex natura actionis bonæfidei veniunt vſuræ, intereſſe,& aliæ acceſſiones, & iuratur in litem, & alia ſi. vt no.gl.ſupra §.proxi.ſed in actionibus ſtricti iuris, ſm naturam actionis ꝓpoſitæ hoc non pōt fieri, ſed ſi æquitas ſuggerit propter adiectionē loci, vel ſimile, ſic extrinſecus, vt iudex habeat rationem intereſſe vtriuſq; rei, ſcilicet & actoris, vt l.1. & 2.ff.de eo, quod cer.loc.ideo propter hanc adiectionē loci, vel ſimilium, actio dicitur arbitraria, vt hic eſt caſus, ita not. dicit Bal.in l.1.C.vbi conuenietur qui cer.loc.da.pro. ¶ Secūdò, præ-
3 mitte, ꝙ eſt † triplex officiū iudicis, quoddā eſt nobile, & iſtud eſt duplex, nam quoddā eſt litis deciſiuum per quod petuntur reſtitutiones in integrum, vel aduocatorū ſalaria, & ſimilia, & de his hic nihil dicitur, ſed habetur in l. quod ſi minor. in §. fi. ff.de mino.& in l.Quintus.ff.de annu.leg.& l. qui per colluſionem.§.1.ff.de actio.empt.& l.cum poſtulaſſem.in prin.ff. de dāno infec.& l.1.§.in honorarijs.& ibi latè Bar.ff.de var.& extraord.cogni.& l.ſalariū.ff.mand.& l.1.& l.3.C.man. Aliud eſt officium iudicis merum, & nobile ad ordinandas lites, & ad libellos acceptandos, vel ineptos reijciendos. de quo in l.1. cum ſimi.ff.de aſſeſſo.& reijcere inhabiles ad poſtulandum, vel procurandum, vt l.quos prohibet.ff.de poſtulan.& l.ita demum.cū ibi no.& l.alienā.C.de procu.Tertium eſt officium iudi. mercenarium, quod deſeruit naturæ actionis intentatæ, & iſtud officiū iudicijs verſatur in actionib.bonæfidei,& de hoc officio nihil dr̄ hic, ſed aliquid dixit gl.ſ̄.§. proxi. licèt in hoc iuretur in litem. vt in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.& ῑ.dicam.Quartū eſt offic.iudi. non deſeruiēs actioni propoſitæ ſm naturam ipſius, ſed accidentaliter eueniens propter aliquod accidēs extrinſecus ſ̄.naturā actionis, cui deſeruit, & iſtud eſt officium iudicis,
4 quod verſatur in arbitrijs,& de iſto loquitur † iſte §.Tertiò eſt præmittēdum, ꝙ actiones arbitrariæ nō ſic dicunt̃, quia ſit propriū nomē actionis, ſed eſt cognomē, quēadmodū actio de peculio, vt l.2.§.hæc actio.ff.de eo quod cer.loc.facit qđ dixi in ſimili.ſ̄.eo.in prin.ti.& in §.actiones autem de peculio. ¶ Quartò
5 præmittendum eſt, † ꝙ actiones arbitrariæ ſunt triplices. quædam enim ſunt arbitrariæ, in quibus verſatur officium iudicis, in quid condemnet, quædam ſunt arbitrariæ inquantū condemnet, quædam verò in quale iudex cōdemnet.facit l.vbi aūt non apparet, in prin.ff.de verb.obl.Primò caſu, in quid condemnet, ſunt arbitrariæ, ſicut eſt actio quod met.cau.de quo dixi ſ̄.eo.§. quadrupli.& actio ad exhibendum,& ſimiles, in quibus ſm gl. duæ feruntur ſententiæ. vt l. ſi cum exceptione.§. in hac.cū no. per gl.& doc.ff.quod met.cau.Secundo caſu, in quātum cōdemnet, ſunt actiones arbitrariæ. pro eo, quod quis ꝓmiſit certo loco ſoluendū. vt d.§.hæc actio.& l.ſi hæres.& l.ſi alij.ff.de eo qđ cer.loc.item de eo, quod qs conſtituit ſe ſoluturum. vt l.ſi duo. §.1.ff.de conſt.pec.Eſt & tertia arbitraria, in qua iudex arbitrat̃, quale eſt hoc,& qualiter iudex debeat cōdēnare, vt eſt in actionibus noxalibus, vbi iudex arbitrat̃, vtrū debeat condēnare inſolidum, vel noxaliter. vt l.1.& 2.ff. de noxal. de quibus omnibus hic per Dyn.& Cy.& oēs doc.in l.1.de eo quod cer.loc. &
6 per Bald.hic. ¶ † Quintò præmitte, ꝙ in actionibus arbitrarijs quatuor ſunt regulæ, quare dicantur arbitrariæ, quæ ſatis pōt colligi ex prędictis, ſed clarius dic, ꝙ ſunt arbitrariæ, primò ꝑp officiū iudicis, qđ verſat̃ in arbitrando intereſſe ratione loci, vt in toto tit.de eo qđ cer.lo.Secūdò, in taxando quantitatē,& in deferēdo iuramentū in litē. vt d.l.in actionibus.& ibi gl. & latè Bar.Tertiò in interrogādo, qd pręſtare velit reus, vt in actione noxali.Quartò, dñr arbitrariæ ad imponendam pœnam. vt d.§. in hac.& in actione de dolo. vt l.arbitrio.in prin.& ibi gl.& Barto.ff.de dolo.ita no. dixit Barto.in l.hoc edicto.in princip.ff.de

publi. ¶Quo autem formetur libellus in officio iudicis? dixi ſ.
eo.in prin.dic, vt ibi, vbi aliquo de offi.iu.dixi, ſed et ibi addas.
¶In gl.in verbo, actiones arbitrarias.ibi, eſt iure actionis.no. quod
iure actionis bonæfidei veniunt acceſſiones. vt ſ.dixi, aliàs eſſet
falſum, quod dicit gl.ff.de acti.emptio. l.qui per colluſionē.§.t.
¶In ea.gl.ibi, & iudice tm̄. eſt no.gl. quod tantummodo reſidet in
arbitrio iudicis concedere, vel nō cōcedere intereſſe pp locū,
& ſic cōcedendo, vr̄, quod non teneatur in ſyndicatu, de quo dixi
ſ.eo.in prin.¶ In ea.gl.in fi.dic, ratio no. ff.de in lit.iur.l.in actio
nibus.in prin.& iſta vltima eſt vera, aliàs, vt dicit glo. non eſſet
ſufficiens diuiſio actionū, & et, quia nulla actio bonæfidei eſt ar
bitraria, immo ſm Io.Fab.diſtinguitur per oppoſitū.vt ff.de eo
quod cer.loc.l.in bonæfidei.& Bar.ibi aſſignat rationem, qua-
7 re † actiones bonæfidei non dñr arbitrariæ, quia in eis officium
iud.ex natura propria actionis, multū pōt. vt ſ.dixi.vnde nō in-
diget alio arbitrio, vel adminiculo extrinſecus, vnde ſtatim cū
debitor eſt in mora in actionibus bonæfidei, æquitas, quæ mo-
uet iudicis officiū, eſt iā ineſſe formata ab ipſa actione, ſed in a-
ctionibus ſtricti iuris veniunt pter naturā actionis. vt l. quicquid
adſtringendæ.ff.de verb.obl.Ideo denominant ab arbitrio iudi-
cis, quod per ſeipſum venit ex ſola æquitate. Actiones aūt bonæ
fidei non determinanē ab arbitrio, ſed à ſeipſis, non a iudice
pcedat arbitrium.& hoc eſt vtile ſcire, ſm Pau.de Caſt.in d.l.in
bonæfidei.pp id, qđ habeē in l.fi.eo.ti. nam fideiuſſor acceptus
in actionibus ſtricti iuris arbitrarijs non tenetur ad intereſſe ra
tione loci, ſiue interceſſerit ante morā rei.vt l.centū Capuæ. ſi-
ue intercedat poſt morā rei.vt d.l.fin. de eo quod cer. loc. quia
æquitas, quæ mouet iudicē pp certum locū, nō eſt adhuc ineſ-
ſe formata, quouſq;, & donec perueniatur ad iudiciū in alio lo
co, ſed ſi accipiatur fideiuſſor in actionibus bonæfidei, in qui-
bus eſt actum de ſoluendo certo loco, bene tunc fideiuſſor te-
netur ad intereſſe ratione loci, licèt hoc veniat officio iudicis,
quia tn̄ venit ex natura actionis. vt l.quæro.§.1.ff. loca.quod be
ne no.¶ In gl.ea arbitrio.ibi, in actione in rem.dic clarum, quod in
illis non eſt obligatio.vt in §.1.ſupra eo.& ibi dictum fuit. ¶ In
ea.gl.in fi.no.bene, & ſigna iſtā gl. quæ melius ſentit intellectū
verū huius §.q̄ aliqua alia gl. vt j. patebit. Et aduertas bene, quia
facit, ſi pro te in maleficijs fideiuſſore, vel etiam in contractu, &
pœna per nouum tuū factū ſit augumentata, non dico ſimplici
ter pperua, quod ego fideiuſſor nō teneor ad illud plus, vt ē caſus
& ibi gl.& Bar.& doc.in l.1.fi.de in lit.iur.& eſt bonus caſus in
l.ſi ff.de fideiuſ.de quo plenè dixi in trac.meo maleſi.in ver.pro
quibus Antonius fideiuſſit &c.¶ In gl.reſtituit.ibi, l.qui reſtitue
re.aduertas, quòd Bar.in l.in actionibus.ff.de in lit.iur.in verſic.
tertio, habet locum in arbitrijs, &c. dat vnam regulā, quod omnis
8 † actio, in qua res non reſtituitur ſm præceptum iudicis, dicitur
arbitraria, vt iudex habeat poteſtatē deferendi iuramētum in li
tem, & ſm illud condēnandi, ſiue ſit actio bonæfidei, ſiue ſtricti
iuris, ſiue perſonalis, ſiue in rem, ſiue quæcunq; actio ſit. & alle
gat d.l.qui reſtituere.ad fi.qđ credo verū pp idētitatē rationis,
quia in oībus caſibus conuenit maieſtas prætoria. qđ bene no.
p ampliatione d.l.q reſtituere. ¶In gl.exhibeat.in fi. videamus
hic aliqua regularia in actione ad exhibendū, quæ eſt multum
neceſſaria & præparatoria aliorū actionū, & potiſſimè rei ven
9 dicationis.vt l.1.ff.ad exhi.¶ Quæro, igit̄ primò † quid eſt exhi-
bere? & iuriſcon.in l.2.ff.eo.dicit, quod exhibere eſt in publico po-
10 teſtatē facere, vt ei, qui agit experiūdi ſit copia.¶ Quæro, † quo-
truplex eſt actio ad exhibendū? & dic, quod triplex eſt, vna reſtitu-
toria, de qua in l.Celſus.§.idem Iulia.& §.idē Celſus.& l. tigni.
§.fi.& l. Iul.§.quæſitum.ff.ad exhi. & iſta non poteſt ſimul pro-
poni cū rei vendicatione, quæ in effectu datur ad idē, ſed opor-
tet, quod eligat, arg.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.act.Alia
eſt exhibitoria, & tunc quædam eſt neceſſaria, vt ſeparatoria, &
illa etiā non proponitur ſimul & ſemel cum rei vendicatione.
vt l.gemma.eo. ti. ſed ſucceſſiuè ſic, & talis libellus admittitur
arg.gl.in l. conductores.C.loc.& dixi ſ.eo.§.rurſus. Quædā ve-
ro & tertia eſt actio ad exhibendum vtilis, & regularis.vt d.l.1.
ff.eo.& illa bene pōt concurrere cum rei vendicatione.vt l.fin.
11 C.eo.& ibi gl.& doc.ita dicit Flo.in l.1.ff.eo.¶ † Quæro, cui cō
petit iſta actio ad exhibendum? reſp.non tantū domino, vel qua
ſi, ſed etiam olim poſſeſſori, vel qui prætēdit modo aliquo ſua
intereſſe.vt eſt tex.in l.3.§.eſt autem.cum §.ſeq. & §. ſciendum
autem.ff. eo. dummodò ſit intereſſe pecuniarum ratione iuris
in re, vel ad rem.vt d.§.eſt autem. Siue quis prætendat intereſſe
de præſenti, ſiue veriſimili cauſa, & iuſta de futuro, vt eſt tex.in
d.§.ſciendum.iudex itaque ſummatim examinabit ante omnia,
an actor habeat iuſtam cauſam exhibitionis petendæ, nec ne,
12 vt eſt tex.in d.l.3.§.eleganter. ¶ Quæro, † contra quem compe-
tat iſta actio ad exhibendum? & dic, quod datur contra poſſiden-
tem, ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter tantum poſſideat. vt d.l. 3.§.
fin. cum l. ſeq. quinimmo ſi eſſet nudus detentator, vel cuſtos
rei, poteſt iſta actione conueniri, & omnis ille, qui quomodoli
bet haberet facultatem rei exhibendæ, vt eſt tex.in l. Celſus. in
prin.ff.eod.ſicut dicimus in ſimili de rei vendicatione, & publi
ciana in l. officium.ff. de rei vendi. & dixi ſ. eo. §.1. ¶ Et iſtud
iudicium eſſet ſummarium, vt d.l.3.§. ſciendum. & ibi gloſ.&
doct.quod declarat Bar.in l.1.§.fin.ff. de præto. ſtip. & plenius
per eundem in extrauag.ad repri.in verſi ſummariè.in ver.quæ
ratur quæ ſint cauſæ ſummariæ.& Bar.& Raph.in l.à diuo Pio.
in §.ſi ſuper rebus.ff.de re iu.dic, vt in dictis iurib. In quo iudi-
cio non admittuntur exceptiones requirentes altiorem inda-
ginem.vt d.l.3.§.ibidem.cum gloſ. ſingu. in verſic. obſcuro. &
dixi ſupra ptoxi. §. ſi autem requirat altiorem indaginem, de-
13 bet eam reſeruare in alio iudicio ordinario. vt ibi dixi. † Sed ad
uertas, quod talis reſeruatio, quam iudex ſæpe facit.vtputà, dico
ad vlteriora eſſe procedendum ſaluis exceptionibus. quod iſta ver
ba ſunt tantæ importantiæ, quod ſi verè exceptiones obſtabant, p-
ceſſus redditur retro nullus. vt eſt glo.in fin. in c.cum contingat.
& ibi doct. & Ant. de But. extra de offic. deleg. & ita dicit ele-
ganter Bar.in l. ille à quo. in §. ſi de teſtamento.in fi.ff. ad Tre-
bel. quod tene menti. Scias tamen, quòd iudex iſtas reſerua-
tiones, vt plurimum facere debet, volentibus partibus, & con-
ſentientibus, vel ſaltem non contradicentibus, quia videntur
tunc tacitè conſentire.vt no.Bar. in l. 1. C. de rela. Vel etiam ſi
partes contradicerent, poſſet illud facere, niſi appellarent, quia
in actibus iudicialibus, quando quis grauatur, non ſufficit ſim-
pliciter contradicere, niſi etiam appellet: vt ſingulariſſimè di-
xit Inn.in c.quod ad conſultationem.& ibi caſus.extra de re iu
dic.& voluit do.meus Io.de Imo.& Ang.in d.§. ſi teſtamento.
14 in fi. quod in practica tene menti perpetuò. ¶ Quæro, † quæ
probatio requiratur in hac actione de intereſſe actoris? dic, quod
ſufficit iuramentū, ſm Bar.in l.theſaurus.per illū tex.ff.eo.quod
iuramentum defertur cū aliquali cauſæ cognitione, & non ex
abrupto, quaſi ſit iuramentum calūniæ, & tēpore congruo pro
bationum, quod eſt verū duobus alijs neceſſarijs cōcurrentib.
videlicet, quod cauſa ſit ſummaria, vt iſta, & modici præiudicij, aliàs
non defertur iuramentum, niſi adminiculo ſemiplenæ proba-
nis adiuuaretur. vt l.admonendi.& ibi glo.& latè Bar.ff.de iure
iuran.ita dicit Bal. in d.l. theſaurus. Et etiā intelligas dictū Bar.
verū, vbicunq; petitur ſola exhibitio.ſed ſi in iſta actione veni-
a ret [a] etiā poſſeſſionis tranſlatio.vt in d.l.Celſus.in §. Iulianus.
vel ſi aliter per dictā actionem ad exhibendum damnificaretur
reus, tunc non ſufficeret ſola probatio per iuramētum, ſed re-
quiritē plena pbatio, ſicut in alijs poſſeſſorijs.vt no.gl.& doc.in
l.1.in 2.gl.C.quorum bo.ita dicit Barto.in extrauag.ad repri.in
verſic.ſummariè & in verſi.circa modum probādi in hac ſum-
15 maria &c. ¶ † Quæro, nō exhibet reus ad mādatū iudicis, dic,
quod iuratur in litē contra eum.vt l.ſi non ignorabit.C.eo. de quo tamē
16 dic, ut vbi per gl. & doc. ¶ † In iſta actione ſic formatē libellus:
Dico contra Titium, quod ipſe detinet volumen coopertū tali corio, &
pro parte miniatū, & litera pariſina, quē librum mea intereſt in
iudicio exhiberi, maximè cū intendam pro dicto libro vendica
tionē proponere, quem librum dictus Titius occultat. Quare
peto ipſum Titiū veſtra ſententia cōdēnari, vt dictū librū in iu
dicio exhibeat, & copiam inſpiciendi faciat, & ſi velles cū di-
cta actione ad exhibēdum intētare rei vēdicationem, vel publi
cianā (quod fieri pōt, vt dixi) dicas ſic, addendo ſupradicto li-
bello. Quē librū ſic exhibitum, cū ipſe ſpectet ad me iure dñij,
vel quaſi, ex tunc cū exhibitus fuerit, vēdicare volo, & intēdo,
& pro eius vēdicatione peto me dñm, vel quaſi declarari, & di
17 ctum Titium cōdēnari, vt dictū librum mihi reſtituat &c. † Ad-
uertas tn̄ iſto caſu, quod ſententia lata ſuper dicta actione ad exhi
bendum abſolutoria, non parit exceptionem rei iudicatæ in rei
vendicatione, cùm iſta actio ſit ſummaria, & rei vendicatio or
dinaria. vt l.1.C.eo.& ibi doc.facit quod dixi in ſimili de publi-
ciana rei vendicatione. ſupra eo.§. ſed iſte. ¶ No. etiam, quòd
18 † cauſa dicitur ſummaria tripliciter. Vno modo rōne ordinis,
quia procedit ſine ſolēnitate iudiciorū. vt in d.extrauag.ad repri.
in d.cle.ſæpe.& in cle.diſpendioſam.de iud.Secundo modo, di-
citur

ADDITIO.

a Veniret. In iſta actione ad exhibendum qualiter procedatur, & quales pro-
bationes requirantur, no plenè Spec de ſum.cogn. § poſtremò verſic. lex
quærendū ſed an in eodem libello poſſit attentari cum rei vend. no in ti.de
act. & pet.§. ſequitur.verſi.& non, quod dicitur & in tit.de iu. § vltimo viden-
dum.& no.Bal.in l.non ignorabat.C.ad exhiben.

eiũ ſummaria reſpectu probationũ,& fidei, qa nõ requiruntur
probationes oĩ exceptione maiores, ſed ſufficiũt pſumptiones
vel indicia, quæ iudicẽ ad pſumptionẽ inducãt, vt in iſta actio-
ne, vt d.l.3.§.ſciẽdum.& d.l.theſaurus.& facit, quod no. glo. &
doc.in l.1.C.quor.bon.quod tñ intellige, vt ſ. dixi. Põt ẽt tertiò
modo dici ſummaria, tam ratione ordinis, q̃ ratione probandi
ſimul. vt ff.de car.edic.l.3.§.cauſæ.& ita dixit Bal.in d §.ſciẽdũ.
¶ In gl.noxali cauſa.in fi.ad euidentiam huius actionis noxalis,
19 præmitte, primò, † q actio noxalis dicta eſt à noxia, quod eſt
delictũ, vel à noxa, quæ dr̃ ſeruus delinquens. vt j̃. de noxa.§.
20 noxa. ¶ Secũdò præmitte, q † iſtæ actiones ortum habẽt ea de
licto ſeruorũ. vt ff.eo.ti.l.1. nõ aũt à delicto filij, vel liberi hoĩs
bona fide poſſeſſi. vt ff.de interrog.act.l.confeſſionibus.§.fin.&
l.ſi is.& no.gl.j̃.de noxa.§.fi. ¶ Tertiò præmitte, q iſtæ noxales
21 dantur † contra dñm oĩbus illis caſibus, quibus directa ꝯ delin
quẽtem ea maleficio cõpeteret, nec mirũ, quia qualis eſt dire-
cta, talis eſt noxalis, vnde ſi illa eſt prætoria,& iſta noxalis,& ſi
illa eſt ꝑpetua,& hæc noxalis. vt ff. de noxa.l. pe.§.1. Et illa di-
recta datur hæredibus, & iſta noxalis, in hæredes aũt noxalis
datur non tanquam in hęredes, ſed tanquam in dños poſſeſſo-
res. vt d.l.pe.§.1.& eo.tit. l.ſi plurimum.§. fi.cum l.ſeq. non ta-
men datur dño vero, vel putatiuo, vt bonæfidei poſſeſſori, etiã
ſeruo manumiſſo, vel alienato, non datur domino, quia inter
dñm,& ſeruum nõ naſcitur actio ex delicto. vt l.ſerui & filij.ff.
de fur.niſi ratione nouæ contrectationis, vt eſt caſus, & ibi do.
& maximè Saly.in l.1.C.eo. nec etiam pro omni ſeruo cõi alte
ri dñorum, contra alterum competit, quia cui tenetur noxali,
non poteſt illa agere. vt C.de furtis.l.apud antiquos.& ff.de no
xa.l.cum ſeruus.ff. de iniur.l.ſed ſi vnius.§. ſeruus. in quo, ſi tñ
ex delicto familiæ dñs ab vno cõuenitur, non tenetur pro ſin-
gulis, vt l.quod aũt.ff.eo.fallit in caſu ſpeciali.l.cũ familia. cum
ibi no.ff.de iuriſd.om.iud.vbi autẽ conuenitur dominus, à plu-
ribus, habet locũ l.ſi quis à multis.ff.eo.¶ Quartò ſciendũ eſt, q
iſta noxalis,& ſic ea delicto ſerui, nõ ſemper eſt merè noxalis,
quia dñs aliquando tenetur inſolidũ, exẽplum habes.ff.mand.l.
inter cauſas.§.ſed cũ ſeruus cõis.in §.quod verò.& in alijs caſi-
bus no.in l.1.ff.de noxa.& ibi Flo.¶ Quintò ſciendum eſt, q iſtę
noxales intentaĩ ꝯ dñm verũ, vel putatiuũ. vt ff.eo.ti.l.ſi bonæ-
fidei.& ẽt ꝯ bonæfidei, vel malæfidei poſſeſſorem, vel. non ſo-
lum.eo.ti.& intelligas dominũ verum, vel putatiuum de pñti,
& non in præteritũ. vt l.2.in prin.& §.1.eo.ti.dummodo ẽt ha-
beat, teneat, & poſſideat ipſum ſeruum. vt l.quoties. in princ.
eo.ti. vel niſi dolo deſijſſet poſſidere, vt eo.tit. l.noxa.& l. ele-
ctio.§. item ſi.& l.ſi plurium. in prin.quo caſu põt agens elige-
re vtrum agat ꝯ deſinẽtem dolo poſſidere, vel conueniat nouũ
poſſeſſorem, vel manumiſſum, ſi ſeruus manumiſſus ſit. vt eod.
ti. l.de illo.& l.ſeq. Contra fructuarium autem ſerui, vel credi-
torem habentem eum obligatum, noxalis non datur, ſed defen
ſionem omittens priuatur iure ſuo.ī para l.noxalem.eo.ti. ¶ Et
aduertas, q iſta actio noxalis appellatur quaſi lucratiua, ſm gl.
in l.apud Celſum.§.de auctoris.ff.de do.except. & bene not. di-
ctionem (quaſi) quia ſentit, q non propriè dicitur lucratiua pp
damnũ tibi illatum. & hoc ſequitur Bar. in materia duarũ cau-
22 ſarum lucratiuarum in l. Meuius.§.duobus.ff. de leg.2. ¶ † Vlti-
mò ſciendum eſt, q iſtę actiones noxales dicuntur perſonales,
tamẽ in rem ſcriptæ, quia reſpiciunt capita corporum, vel alte
rius cuiuslibet poſſeſſoris, vel ipſorum ſeruorum ſi ſunt manu
miſſi. vt j̃.de noxa.in §.diuus. vbi ẽt videas gl. & vide Flo.ff.eo.
in rub.datur autem iſta noxalis ex delicto ſerui non ex contra-
ctu, quia ea contractu conuenitur dñs, vel de peculio, vel alio
modo, vt vidiſtis ſupra eo.§.actiones autẽ de peculio. vel tene-
tur de dolo. vt l.ſi oleum.in §.pe.ff.de dol. & facit infra de nox.
23 in prin.ff.eo.in l.1. ¶ † Aduertas tñ, q licet dñs teneatur ex de-
licto ſerui, non tñ teneĩ ex oĩ delicto, ſed tantummodo ex deli-
cto non capitali, nam ſi eſſet delictum capitale, criminaliter cõ
ueniretur ſeruus, vt l.1.cũ ibi no. per gl. & doc. & maximè per
Sal.C.eo.ti.non aũt teneretĩ dñs. vt l. hos accuſare.§. omnib. &
ibi per Barto.ff.de accu. Et prædicta procedunt, quoties dñs eſt
ignorãs ſeruum delinquere.i. tibi damnum inferre. ut l.1.ff.eo.
Si autem fuerit ſciens,& potuit prohibere eo tẽpore, & ea ho-
ra, qua ſeruus delinquebat, & non prohibuit, tunc dñs tenetur
inſolidũ ad emendã damni,& nõ liberatur dãdo ſeruũ pro no-
xa. vt d.l.1.& l.2.in prin. & quod ibi no. maximè per Flo.ff.eo.
Et poteſt eſſe ratio, quia tunc dominus diceretur magis conue-
niri ex facto proprio, igitur &c. Et ad intellectum d.l.2. in prin.
vide omninò, quod circa hoc no. eleganter Barto. & doc.in l.
in illa ſtipulatione, per te non fieri.in fi.ff.de verb.obl.¶ Ex quo
ſequitur, quòd agens iſta actione debet ſimpliciter fundare

ſuam petitionem in emendatione ſui damni,& ſuper illa emen
datione debet formari ſententia. Nam facultatem dandi ſeruũ
pro noxa, videtur cõſequi dominus condemnatus à lege. vt eſt
tex.in l.miles.in §.decem.ff.de re iudi. & ibi vide glo. Barto. &
doc.& ideo ſi eſſet condemnatus ad centum pro emenda dam-
ni, vel ad noxæ deditionem, & ſic alternatiuè, adhuc noxæ de-
ditio intelligitur eſſe tantummodo in ſolutione, & non in con
demnatione, ratio, quia cum non poſſim agere dicta forma, vi-
delicet ad centum, vel ad noxæ deditionem, vt ibi, & ideo iu-
dex pronuntiando intelligitur pronuntiaſſe, prout de iure ſibi
incumbit, & vt dicitur in d.§ decẽ. ſecus ſi eſſet ſtipulatus dño
centum, vel noxæ deditionem. & quæ ſit ratio differẽtiæ, vide
24 ibi ſingulariter per Bar.& doc. ¶ † Quæro, vſque ad quantum
tempus datur iſta facultas præſtandi ſeruum pro noxa? dic, vſ-
que ad lit. conteſt.ſuper actione iudicati. vt l. item veniunt.§.
idem rectè.& quod ibi no.ff.de pet.hære. quod qualiter intelli-
gatur, vide Saly.in l.ſi pacto quo pœnam.C. de pac.& per Ioã.
de Imo.in l.ſi inſulam.ff. de verbo. obliga. & Bar. in l. ſi ita ſti-
25 pulatus fuerim decem in melle.ff. de ſol.¶ Et iſta ſunt † vtilia,
quando tuum animal brutum damnum alicui intulerit, an dñs
teneatur? & clarum eſt, q ſic, quia dñs tenetur aut emendare
damnum, aut dictũ animal pro noxa dare. vt l.1.ſi quadru. pau
pe. feciſ. dic. ſiue ſit animal quadrupes, vt ibi, ſiue bipes, vt eſt
Gallus. vt l.hæc actio.eo.ti.& non tñ tenetur dñs ſi damnum,
& nocumentum ſit illatum in aliud animal brutum.l.1.§. cum
arietes.eo.ti. & l.quemadmodum.§. ſi nauis altera.ff.ad leg. A-
quil.& ibi etiam Flo. ſed etiam ſi non tantum in ſeruum, ſed ẽt
in liberum corpus ſit noxa commiſſa. vt l.ex lege.eo.ti.dummo
do tale animal noceat contra naturam ſui generis,& crudelita
te ſit commotum. vt d.l.1.§. itaque vt ſeruus. & infra ſi quadr.
pau.feciſ. dic. in §. hæc autem actio.nam natura equorum eſt,
vt ſint manſueti,& idem in bobus; ſi ergo vnus equus ſit calci-
troſus, vel bos cornu petat,& ſic damnum inferat, non videtur
teneri dominus. vt d.§.hæc autem actio.& d.§.itaque vt ſeruus.
niſi dominus fuerit in culpa, vel quia non prædixerit, vel quia
concitauerit equum. vt l.1.§ ſed & ſi inſtigatu. Sed tu dic, quòd
immo tenetur ſaltem vtili actione prædicta de pauperie. vt no.
gl.in d.§.hæc autem actio.per tex.in §.fi. eo. tit. Si autem culpa
dñi damnũ datum ſit,(vt dixi) clarum eſt, q ipſe tenetur, vt d.l.
1.§.quod ſi pp.non dico eũ teneri iſta actione de pauperie, ſed
inſolidum,& ſic legis Aquil. vt ibi habetur,& ſic non liberareĩ
iſto caſu dando animal pro noxa, vt ibi dicitur. quod not. quia
26 quotidie eueniunt. ¶ † Quæro, quõ formabitur libellus in hac
actione noxali, vel de pauperie? dicas ſic. Dico ꝯ Titium, q Sti-
chus eius ſeruus mihi damnum intulit in decẽ vulnerando Ca
ium ſeruum meum, vel qñ animal tuũ fecit pauperiẽ, & ſic di-
cã, q tale tuum animal crudelitate, vel feritate cõmotũ percuſ-
ſit talẽ meũ bouem, & me in decẽ damnificauit, & depaupera-
uit, quare peto dictum Titium condẽnari ad emendã dicti mei
damni, quod eſt in decem.& prædictus libellus procedit in no-
cepto,ut teneat̃ ad intereſſe ꝑꝑ locū, ſed mora ꝓpria noceret,
ut d.l.centum Capuæ. & d.l.ſi.quod tñ intellige,ut ſtatim latius
dicam.¶ Item dixi in libello,ꝙ eſt lapſum tm̄ tempus,quo com
modè potuit peruenire &c.hoc iō dixi, quia obligatio de ſol-
uendo certo loco,etiam ſi nō exprimatur, ſemper in ſe habet ta
citum tēpus, quo ueriſimiliter ad locum potuerit applicare,ut
l.centum Capuæ. ff.de eo quod cer.lo. & d.l.interdū.in prin.&
l.continuus. §.cum ita.ff.de uerb.obli.niſi tu, & ego habeamus
inſtitores Aretij,quos creditores primò fecimus,& promitto ti
bi ſoluere hodie Aretij centum, quia ualet, ut eſt caſus in l.ſi.§.
ſi inter eos.ff.de uerb.obl.nec aliud tēpus intelligitur,ut ibi,qđ
nunc.¶ Itē dixi in libello,peto rōnem haberi de eo,quod mea in-
tereſt &c.nā licèt ita rei, ſicut actoris intereſſe ueniat, ut ſupra
dixi,tñ ſit ſatis,ꝙ actor in libello enarret ut petat ſuū intereſſe,
nec cogitur dicere de intereſſe rei,quia illud non extenuat ipſo
iure intereſſe actoris, ſed debet expectare actor, ꝙ reus de ſuo
intereſſe opponat.arg.l.ſi cōſtat.cū ibi no. C.de cōpen.ita dixit
Bar.

ADDITIO.

a Mora ſoluendi. An ante tempus cōmittatur mora, & quis dicatur moroſus. & quando poſſit purgari,uide Phil. Decium in conſi.1.col 3. conſi.6.col.1. conſi.146.col.3 & conſi.148.col.3.& an dicatur mora pendente termino cō-ſil.111.2.col.& cōſi.119.col.4.Adde de materia moræ per Pra. Pap.in forma reſpōſio.rei cōuēti,in gl.in uerſ.inter mino.de iure & in for. libel quo agit. ut pacta ſeruēt. I gl.I uerſ. trāſactione. an aūt mora debitoris noceat fideiuſ-ſori. uide p eūdē Papi.I forma libelli cōtra plures,reos.in gl.1.uerſ abſolutē

Bar.in l.3.in fi.ff.eo. quod intereſſe cõſiſtit ẽt in lucro, quod eſt
verũ in ſolito lucrari, vt d.l.3.§.fi. & ibi gl.Bar. & doc.& habe-
49 tur in l.1. C.de ſen.q̃ pro eo quod intereſt ¶ †Et ꝑ cõplemento
materiæ,quia ſ̃.dixi,ꝙ mora rei nõ nocet fideiuſſori,videamus
an hoc ſit verũ , ꝙ fideiuſſor ſimpliciter acceptus teneatur, vel
non teneatur ad pœnam , vel intereſſe ꝑꝑ locum , vel ad aliud
acceſſorium ? & antequam concludã,ꝑ modũ diſtinctionis prę
mittẽdum cenſeo aliqua.Et primò, ꝙ quoddam intereſſe venit
in actione arbitraria ꝑꝑ locũ citra hominis promiſsionem, de
quo tractatur in d.l.centum Capuæ.in prin.in verſi.nec oporte
bit.quoddã verò interuenit ꝑꝑ locum , ex promiſsione tamen
hominis , quia promiſſum per ſtipulationem, de quo hr̃ in d.l.
centum Capuæ. in verſi. nec.n.quoddam eſt intereſſe,quod nõ
venit citra hominis promiſsionem, ſed ꝑꝑ ipſius actionis natu
ram cohærentem,de quo in l.quæro.in prin.& ibi glo.plenè &
Bar.ff.loca.& l.4.C.depoſi.& l.mora.§.in bonæfidei.ff.de vſur.
& no.gl.ſ̃.proxi.§.¶ Secundò ad euidentiã præmitte,ꝙ in actio
ne arbitraria ꝑꝑ locum fideiuſſor habet duplicem dilationem,
vnã ex parte rei,quia non põt deuenire ad obligationẽ fideiuſ-
ſoris ipſius rei.Secũdam habet dilationem ex perſona propria.
vt eſt tex.in l.ſi de teſtamento.§.fi. & quod ibi no.& ibi Bart.&
Ang.ff.de fideiuſſ. ¶ Tertiò præmitte,ꝙ fideiuſſor ſimpliciter ac
ceptus,licèt videatur fideiubere in omnem obligationẽ tã prin
cipaliter,q̃ ſecũdariò,quæ cõmittitur ex mora, vt d.l.quæro.in
prin.non tñ videtur fideiubere ad intereſſe, quod nõ eſt in obli
gatione,ſed venit accidentaliter ꝑꝑ moram, vt d.l.centum Ca-
puæ, & d.l.fin.¶ Quartò præmitte , ꝙ in iſto intereſſe variabili
ꝑꝑ locũ fideiuſſoris , obligatio nõ põt ſemper eſſe ꝯformis cũ
obligatione rei,hoc patet,quia aliter põt intereſſe fideiuſſoris,
& aliter rei.facit d.l.ſi de teſtõ.§.fi. & ideo reus nõ dat regulam
in forma fideiuſſori,qm̃ in difformibus nõ põt dari eadem for
50 ma,ita dixit Sal.& plenius Ang. in d.l.centũ Capuæ ¶ †Quibus
a præmiſsis , q̃ritur an fideiuſſor teneatur ad aliquam pęnã,[a] vel
intereſſe ex mora rei?dic, aut pœna, de qua quæritur, eſt debi-
ta iure obligationis, vt eſt vſura in ſtipulatione deducta, & tũc
fideiuſſor tenetur ad illã, vt d.l.centum Capuæ. in 3.reſpon.&
hoc qñ ſtipulatio vſurarũ ꝓcederet obligationẽ fideiuſſoriã,ſe-
cus ſi ſequat̃,q̃a tunc nõ tenet̃,arg.l.fi.ff.de pac.& ita no.in d.l.
cẽtũ Capuę.in a gl. mag. Aut illa pęna nõ iure obligationis eſt
debita,ſed officio iudicis,& tunc,aut q̃rit̃ in pęna vſurarũ, aut
in pęna intereſſe creditoris,ſi vſurarũ, aut mora rei iam ꝓceſſe
rat,& ſic vſuræ erant iã debitæ,officio tñ iudicis,vt in cõtractũ
bonæfidei, & tunc fideiuſſor tenetur, vt d.l.quæro.in princ.ſ̃m
lec.Azo.in d.l.centũ Capuæ. Aut mora rei non præceſſerat,ſed
ſecuta eſt poſt acceptationẽ fideiuſſoris , & tunc diſcordia fuit
inter Pla. & Io.gl.ſed cõiter tenet̃ opi.Io.videlicet, vt fideiuſſor
teneatur , quia licet tales vſuræ veniãt ex officio iudicis,tñ ve-
niunt ex natura actionis bonæfidei, vt d.l.q̃ro.& d.l.mora.§.in
bonęfidei.cũ ſim. Si autẽ quęrit̃ pęna intereſſe , & tũc q̃a inter-
eſſe ſ̃m varios reſpectus, & ꝯſiderationes multipliciter põt dici,
ideo in eo diſtingue , q̃a aut q̃ritur de intereſſe, ad qd̃ ſuccedit
obligatio ꝑꝑ morã, vt in obligatione facti, vt ff.de verb.obl.l.ſti
pulationes nõ diuidũtur.in prin.& tũc fideiuſſor ad illod tenet̃
ex mora rei.ff.de verb.obl.l.cũ filius.& ibi Bar.in princ.& ff.de
ope.lib.l.ſi libertus morã.qd̃ eſt verũ,ẽt ſi reus ꝓmiſiſſet factũ,
& fideiuſsor intereſse,vt eſt caſus not. in l.ſi ſtipulatus es opus.
ff.de fideiuſ.facit qd̃ no.in l.ſi qs ꝓ eo. & ꝑ gl.in prin.ff.de fide-
iuſ.Aut loquimur de intereſse,qd̃ venit officio iudicis rõne rei
debitæ,& idẽ,vt l.mora.coniuncta l.ſi ſeruũ.in prin.& §.ſequit̃.
& §.nũc videamus.ff.de verb.obl.& no.gl.a.mag.in d.l.centum
Capuæ.& eſt rõ iſto caſu,q̃a nõ tñ obligatio auget̃,quãtũ obli
gatio ꝯſeruatur,& ꝑpetuat̃,vt dictis iuribus,facit d.l.ſi ſeruũ.in
fi. Aut q̃ritur de intereſse rõne affectionis , & nõ tenet̃ fideiuſ-
ſor, vt l.1.ff.de in lit.iur.qd̃ ſñ intellige,vt ibi ꝑ gl.Bar.& doc.fa
cit l.fi. ff.de fideiu. aut loquimur de intereſse rõne loci , & tunc
aut fideiuſsor ꝓmiſit iudicatũ ſolui,& ad illud tenet̃,ſed reus i
alio intereſse ꝯdẽnabitur, vt d.l.cẽtũ Capuæ.ſ̃m lec.Nic.de Ma.
quã ſequit̃ ibi Bar.& cõiter doc.ꝓ quo eſt caſus in d.l.quæro.in
prin.in verſ.at ſi ita fideiuſsiſset inquãtũ &c. Et idẽ intelligo,ſi
fideiuſsor ꝓmiſit reũ ſeruare indẽnẽ.arg.d.l.q̃ro. in fi.3.rñ. Aut
fideiuſsit ſimpliciter, & aut añ morã rei, & non tenet̃ ex mora
rei,ſed ex ſua propria,in d.l.centum Capuæ. ſcd̃ò reſp.& eſt rõ
differentiæ inter hoc intereſse , & vſuras in ꝯ̃ctibus bonæfidei .
de quibus ſ̃.dixi.quã poſuit gl.mag.in d.l.centũ Capuæ.in verſ.
vel clarius. videlicet,ꝙ licèt vſuræ in ꝯ̃ctibus bonæfidei veniãt
officio iudicis,tñ veniunt ex natura ꝯ̃ctus,& actionis. Vñ,cum
fideiuſsor ſe obligat, ſubeſt cã de præſenti.ſ.natura contractus,
q̃ eſt apta nata parere officium iudicis. de quo cũ fideiuſsor ac-
cedit, videtur cogitaſse , cum ſit de præſenti , & ſe adſtrinxiſse
uideatur ad omne illud , quod ex dicta cauſa põt ſequi , ſed in-
tereſse loci uenit ꝑter naturã actionis ſtricti iuris,& nõ ex hoc
ſolo,ꝙ locus fuerit appoſitus in ꝯ̃ctu, ſed ex alio ſuperueniẽti,
q̃a agitur in loco nõ deſtinato, aliàs nõ ueniret dictũ intereſse,
ut d.l.qd̃ ſi Epheſi . Ex quo ergo iſto caſu fideiuſsor accedit,nõ
ſuberat tũc cã,q̃ pareret officiũ iudicis, cũ tunc nõdũ ageretur
in loco nõ deſtinato.¶ Ex quo ſequit̃ ꝙ ſiue fideiuſsor interceſ-
ſerit añ morã rei,nõ uĩ de illo cogitaſse,ut d.l.cẽtũ Capuæ.ſiue
interceſserit poſt morã rei , anteq̃ tñ petat̃ in alio loco, q̃a idẽ
erit,vt eſt tex.in l.fi.eo.tit.ibi,uellet agere &c.Et eſt rõ,q̃a poſsi
bile erat,ꝙ in loco deſtinato peteret̃, & ꝑ ꝯñs nõ ueniret dictũ
intereſse,ut d.l.quod ſi Epheſi. & ſic nõ uĩ cogitaſse,ꝙ petatur
in loco nõ deſtinato,cum hoc poſset habere ad eſse, & nõ eſse,
ſecus ergo eſset,ſi fideiuſsor,poſtq̃ inceperat, petere ĩ loco nõ
deſtinato, interceſserit, ut d.l.fi. a ꝯ̃rio ſenſu, quia cũ iam eſset
orta æquitas, quę habet mouere officium iudicis,uñ cum ſit de
pñti fundatũ,uĩ fideiuſsor de illo cogitaſse, ſ̃m opi. Bar.nota-
bilem in d.l.centum Capuæ.qd̃ ſequitur ibi Sal.& Pau.de Caſt.
Vel ſ̃m Sal.ibi,poteſt dici,ꝙ ratio differẽtiæ eſt,quia officiũ iu-
dicis in cõtractibus bonæfidei naturaliter ſeruit,& neceſsariò.
& ideo nõ eſt mirum,ſi fideiuſsor tenetur ad uſuras,& acceſsio
nes , quamuis illas non promiſit, ut eſt text.apertus, ſ̃m doc.in
l.ſi poſteã.ff.rem pupilli ſaluam fore. Sed in hac arbitraria pro-
pter locum,ſeruit ſuper naturaliter,& non neceſsariò,quia ma
gis ex arbitrio propter locum , non tantum propter morã rei,
cum etiam ſine mora actoris habeatur etiam ratio intereſse ip-
ſius rei,licèt tunc habeatur ratio intereſse actoris,niſi poſt mo-
ram rei,& tunc uel petitur propter utrunq;, uel magis propter
locum,ut d.l.3.§.de officio.Hic eſt, ꝙ ſi cõuenitur in loco de-
ſtinato,licèt etiam poſt moram, actio non erit arbitraria,ut di-
xi. Præterea cum a reo nihil petatur, eius mora non debet attẽ-
di,ſed ipſius fideiuſsoris, a quo alibi, quàm in dicto loco deſti-
nato, petatur , cum talis compulſio ſit cauſa potentior ad hoc
arbitrium inducendum. & hoc vult d.l.centum Capuæ. in uer-
ſic. nec enim . dum litera dixit, hic autem uni pecuniæ creditæ
&c. declaro ſ̃m Sal.ibi in uerſi.nũc quæro de ratione diuerſita-
tis,quia non tm̃ per ſe , ſed fideiuſsor ratione ſuæ promiſsionis
uidetur promittere ſe ſoluturum in eodẽ loco, & ſic mora rei
non afficit fideiuſsorem,qui ſuam propriam obligationem ha-
bet,& ex qua debet conſtitui in mora, quia intelligitur promi-
ſiſse de ſoluendo non ſimpliciter,ſed in illo loco.ideo expectã-
dus erit,ut ad locũ peruenire poſsit , & ſic ſua mora ei nocet,
quia de ea uidetur cogitatum , & non de mora rei, ut d.l.centũ
Capuæ.¶ Nunc redeo ad diſtinctionem, aut fideiuſsit poſt mo-
ram rei,& tunc fuerunt opin. inter Io. & Azo.quas Barto.uno
modo cõcordat,quia ſi fideiuſsit ante lit.conteſt.licèt poſt mo
ram,& fideiuſsor non tenetur, ut in opin.Ioan.aut poſt lit.con
teſt.& tenetur,ſ̃m Azo.ut d.l.fi. & aliis legibus allegatis per A-
zo. Vel dic ſ̃m Sal.ibi, ꝙ aut fideiuſsor ſciebat moram a reo cõ
miſsam,& tunc tenetur : aut ignorabat, & non tenetur . & hæc
concordia mihi magis placet , quia magis amicatur literę. d.l.
fi.cum non poſsumus ibi dicere litem.fore conteſtatam , cũ ibi
dicatur,agere nelle &c. & ſic non eſt lis cõteſtata, ut l.amplius
non pet. ff.rem ra.quæ omnia no.Or uedemo ſe hai lo intellet-
51 to de la legge,centum Capuæ. & de la legge finale.¶ †Quæro ,
locus ſolutionis non eſt deſtinatus ,an actor debeat ire ad domũ
rei,an reus ad domum actoris pro ſolutione fienda?iſtam quæ
ſtionẽ mouent gl. Gui.& ibi latè Bar. Bal.Sal.& Ang.in l.item ſi
la.§.c.ff.de cõſti.pe. & Bar. Ang.& Io.de Imo.in l.cum filius.§.
fi.ff.de uerb.obl. In quo articulo conclude ſic, aut ex ſolutione
fienda quis uult alium ſibi obligare, & tunc debet ad domũ il-
lius accedere,ut ff.de condi. & demon. l.pe.§.fi.& C.de condi.
inſer.l.cum quidã.Aut ex ſolutione fienda quis uult ſe exonera
re, & tunc aut eſt obligatus ſimpliciter ſine die , & creditor te-
netur accedere ad domum rei , cum requiratur interpellatio,
aut erat obligatus cum die,& tũc aut erat obligatus in genere ,
uel in quantitate,aut in ſpecie. Primò caſu,aut id quod eſt ſol-
uendum cõcernit merè perſonã creditoris , & ſic eſt quid per-
ſonale præſtandum, & tunc ad domum creditoris,licèt ſint di-
uerſi fori,debet debitor accedere,ut l.cũ patronus. in princ.cũ
fi.ff.de

ADDITIO.

a Pœnam. Sed an teneatur de caſu fortuito,& de damno domini. vide per Phi
lip. Dec.conſi.7.in princ.& ſi fideiuſſor excedat obligationes principalis,an
ſit fideiuſſor & ſi ſoluit. an repetat. vide per eundem conſi.95.col.4. & qua-
liter fideiuſſores obligẽtur. vide plene per prac Pap.in for. libel. cõtra plures
reos debẽ.in glo in verſ. interceſſerunt.& ad liberandum fideiuſſorem, vide
cautelam, ubi ſupra in glo.in uerſi. ſoluit.

ſi.ff.de ope.lib. & 10.col.in tit.hic finitur lex Conradi.§.1.& 2.
Aut id,quod eſt ſoluendum, concernit tantummodo commo-
dum pecuniarium, & tunc ſi eſt debitor ex delicto, & ipſe dēt
ire,& portare ad domū creditoris, vt extra, de rspto.c.1.& ip-
ſius debitoris periculo, & expēſis, vt arg.l.inter ſtipulantem.§.
pe.ff.de verb.obl.& l.in re furtiua.§.1.& l.ſi.de condi.fur.& l.1.
cum ibi no. C.quod met.cau. quod eſt verum,niſi illius delicti
fuerit cauſa is,cui reſtitutio debet fieri, vt in vſura reſtituenda,
vt extra,de vſur.cum tu. & ibi per gl.& doc.Aut eſt debitor ex
contractu,vel vltima voluntate, & tunc aut ipſe vult pœnam,
aut cōmiſſionē moræ euitare,& tūc debet accedere ad domum
creditoris,ſi ſunt eiuſdem fori. vt d.l.item illa.§.1.cum glo.& l.
2. C.de iure emph.Si verò ſunt diuerſi fori, tunc nō tenetur de
bitor ire ad domum creditoris, ſed creditor tenetur ire ad do-
mum debitoris,quod eſt verum,ſi eum vult in mora conſtitue-
re, vt dicta l. item illa. §. 1. & ita debet intelligi l. forma. §.1.
ff. de cen. Aut vult iam moram commiſſam purgare, & tunc
quicquid dicat glo.debet ad domum aduerſarij accedere,ſecū-
dum Bal. & Sal.in d.l.itē illa. & eſt ratio, quia ex tali purgatio-
ne vult aduerſarium ſibi obligare, & in mora conſtituere, &
ſic aliquid vult ſibi quærere, ergo &c. vt d. l.cum quidam.¶ Ex
quo ſequitur, ꝙ ſi ſolutio eſt facienda reſpectu alicuius rei, vel
pro aliqua re, vt canon, vel cenſus, quia eſt onus,quod reſpi-
cit rem, vt l. cenſus. ff.de proba. & tunc ſi reus eſt de illo foro,
vbi illa res eſt ſituata, debet ire ad domum creditoris, vt d.l.2.
C.de iure emphy. & d.l.forma. §.ſi verò agrum.Ex qualibet ta-
men cauſa fiſco volente,& creditore exiſtente,poſſit fieri ſolu-
tio in loco propinquo, & nō in loco vbi res ſita eſt. C. de ann.
& trib.l.pro locis.& l.nemo.& l.ſeq.lib.10.Secūdo caſu princi-
pali,qñ eſt obligatus ad ſpeciē præſtādā, & tunc ſpecies eſt ſol-
uenda in loco,vbi eſt,& ad illū locū tenetur actor accedere,&
ſuis expēſis, & ſuo periculo eā portare, niſi alibi eſſet ex facto,
vel culpa debitoris, vt l.cū res.§.1.cū ibi no.ff.de leg.1.& l.præ-
tor.§.ſi.ff.de eden. de quo tñ latè dic, vt habetur per gl.& do.in
l.quod legatus. ff.de iud. Iſta actio eſt expedita &c.¶ In gl.ſimi-
52 libus ibi, ſed iſto caſu non ideo iuratur in litē &c.†Ad euiden-
tiā huius materiæ iuramenti in litē,ſciēdū eſt,ꝙ duplex eſt iura
mentū in litē, nā vnū dr̄ iuramētum in litem,quod eſt affectio-
nis,aliud,quod eſt veritatis, vt eſt tex.in l.videamus.in princ.ff.
de in li.iur.Primū, quod eſt affectionis, præſtatur in actionibus
ſtricti iuris,aliqñ ēt & in arbitrariis, vt l.nūmis. & in l.actioni-
bus. §.planè. ff.eo. quæ erit ergo forma iſtius iuramenti, debet
ne iurare pro quanto voluiſſet carere retro,an vero pro quāto
nollet carere tunc tēpore ſententiæ?dic, ꝙ tēpus ſententiæ inſpi-
citur, vt l. 3. §.in hac.ff.cōmo. Secundū aūt iuramentū in litem,
quod præſtatur in actionibus ſtricti iuris,non arbitrariis,refer-
tur ad tēpus lit.cōteſt.ergo nō ſufficeret,nec valeret,ſi deferre-
tur iuramētū,quāti tua intereſt hodie vtere,ſed deberet refer-
ri ad id,quod inter fuit retro,ita dicit Bar.ſing.per illū tex.in d.
l.3.§.in hac.¶ Videamus itaq; rationem de æſtimatione rei,ſiue
a de intereſſe,& iuramētū in litem,qđ eſt affectionis, [a] nunq̃ de-
fert, niſi pp ſolū dolū cōmiſſum in nō parēdo iudici pcipiēti,
ꝙ reſtituat. vt d.l.i actionib.i prin.& ibi Bar.ff.de do.l.arbitrio.
in prin. & ibi glo.Bar.& doc.ff.de rei ven.l.q reſtituere.& hoc,
qñ nō paret iudici, qđ iurat in litē (vt dixi) pōt habere locū in
omnibus actionibus,nō ſolum in re, vel arbitrariis, vt no.Bart.
in l.ſi cum dos.§.1.ff.rerum amo. & d.l.in actionibus. quod eſt
verū, vbi de iure actionis actū fuerit, ſecus ſi officio iudicis. vñ
no.gl.in l.harū.ff.ſi ſer.ven.& Iac.But.ĩ.eo. §.æquè. & ibi aliqd
dixi.& iſtud ſequitur Bar. in l.ſi prius.ff.de ope.no.nun.verſi.2.
quæro,pone,ꝙ reus &c.licet in d. l.harū. teneat ↄ̃rium. ſed do.
meus Flo.ibi dicit dictū Bar.quod eſt in d.l.ſi prius.fore verius.
¶ Addas tñ,ſm eundē Bar.in d.l.ſi prius,ꝙ licet non poſſit iura
ri in litem, qñ agitur officio iudicis principaliter intētato,ſiue
incidenter,ſiue ex officio iudicis mercenario, tamē ↄ̃ nō paren
tē iudici pōt agi actione in factū ad intereſſe ex titulo. ff.ſi quis
ius dicēti nō obtē, vt l.1.§.1.& qđ ibi no. Ex quo bñ no.in pra-
53 ctica, † quid debes intentare, quæ oīa no.ad intellectū,d.l.qui
reſtituere.Cū ergo iſte dolus,qui cauſat hoc iuramētū,commit
tatur ſolū tpe ſniæ,meritò ad tēpus ſentētiæ refertur iuramen-
tū, nec pōt referri ad tēpus moræ, quia mora iſtud iuramentū
nō cauſat.Et ideo lex ſemper dicit,quāti ea res eſt,vt dictis iuri
bus.Iuramētū verò in litē,quod eſt veritatis,præſtatur pp dolū
cōmiſſum ante ſententiā, quoq; pp difficultatē probationis,vt d.
l.in actionib.§.planè.meritò iſtud iurō refertur ad tempus doli
commiſſi, vel moræ cōmiſſæ, quæ eſt cā huius iuramēti, & iō
in d.§.in hac.dicit tex.lit.cōteſt.&c.quia tūc indubitanter com-
mittitur mora,& dolus. Idē tñ ſi ante dolus interceſſiſſet, & ſic
oēs leges loquūtur in præteritū, vt quāti interfuerit &c.vt d.l.
nūmis.ita no.dixit Bar.in d. §. in hac.in ver.ad euidētiā pmitto.
54 ¶†Quæro, cui deferī iuramētū in litē? dic, ꝙ deferī omnibus
litigantibus ꝓprio noīe,vel in propria cauſa,l.2.§.in propria.ff.
qñ appel.ſit. vt Syndico pro vniuerſitate, & Economo pro ec-
cleſia,& tutori ꝓ pupillo, & curatori pro adulto,ſi huiuſmodi
perſonæ volūt ſubire in dicto iurō, quia non coguntur,vt l.vi-
deamus.in prin. & quod ibi habetur. ff.de in lit.iur.non aūt de-
fertur procuratoribus,vel cōiunctis pſonis, quãuis fuerint dñi
inſtãtiæ,vt eſt caſus in d. l. videamus in matre. & eſt tex.ſm in-
tellectū Bar.in l.vulgo.eo.tit. ff.de in lit.iur.quod no.tu iudex,
vt nūquam procuratori deferas iurm̄ in litem. quod ego ſanè
intelligo verū, niſi dictus procurator habeat ſpecificū,& indi-
uiduū mādatū,nō ſolū ad iurādū in litē,ſed ad ſic iurādū ſpeci-
ficè.arg.not.per Bart.in l.qui bona.§.ſi alieno.vltra mediū.ff.de
dam.infec.& in l.2. §.rectè defendi. ff. ex quibus cau.in poſſ.ea.
& in l.ſi.& ibi oēs doc. C.de procu.¶ Aduertas tñ,ꝙ nō tm̄ ad-
miniſtrator non cogitur ſubire dictū iurm̄ inuitus, ſed nec il-
le,qui litigat in cauſa propria, nec cogitur nō acceptū referre,
ſm qđ alias dicitur in alio iurō, vt l.manifeſtè.ff.de iureiu.nam
pōt dicere,ego nolo iurare,ſed volo per teſtes probare,vel alio
modo cum hoc iurm̄ ſit merè introductum in fauorem ſuum,
cui pōt renūtiari.facit l.ſemper.§.in hoc interdicto.ff.qđ vi aut
55 clam.ita dixit Bar.& Ang.in l.ſi.ff.eo. ¶†Quæro,quæ eſt mate-
ria habilis ad concedēdum hoc iurm̄ in litē? reſpondeo,ꝙ do-
lus.vt l.2.ff.eod.& ſi d.l.arbitrio.ff.de do.Item contumacia,ſiue
perfidia.vt d.l.5.& l.5.non aūt ſufficit culpa ēt lata,quia in hoc
iurō deferēdo lata culpa nō æquiparatur dolo, quod eſt verū,
niſi ↄ̃ tutorem, ſed non ↄ̃ eius hæredem, vt no.glo.Bart.& doc.
in d.l.in actionibus. in prin. ¶ Aduertendum tñ eſt iſto caſu,qñ
dolus non interuenit, ſed culpa, ꝙ licèt non iuretur in litem,
tñ vera æſtimatio rei eſt reſtituēda, vt l.2.cū ibi no.eo.tit.quod
iurm̄ in litem, quamuis iudex certus ſit de affectione ēt immē-
ſiſſima actoris,nō eidem dictum iurm̄ defert,vt eſt gl.no. & ibi
Bar.& doc.in d.l.5. & hoc (iudicio meo) non eſt mirum,qꝛ in
poteſtate iudicis eſt dictū iurm̄ non deferre, vel deferēdo pri-
mò taxationē facere vſq; ad quā quãtitatem velit iurare, vt eſt
caſus in d.l.videamus.§.pe.& ſi. & d.l.in actionibus. in prin.de
in lit.iur.Et ſis cautus, ꝙ hoc iurm̄ in litē non eſt deferendum a
parte parti,nec ēt p notariū actorū, ſed per metū iudicē ex offi
cio, vt d.l.videamus.§.deferre.& ibi gl.& Bar.& do.¶ In ea.glo.
in ſi.dic ſm Bar.in d.l. in actionibus. in verſ.3.habet locū in ar-
56 bitrariis &c.ꝙ omnes leges allegatæ in glo.poſſunt dici † arbi-
trariæ iſto reſpectu,ſi ponamus primò iudicē præcepiſſe rē re-
ſtitui in aliquo de dictis caſibus, & poſtea per contumaciam
partis nō reſtituētis iuratū fuerit in litē, nā iſto caſu arbitraria
dicunī pp iudicis arbitriū, qđ hēt circa dictā actionē pp ali-
quod extrinſecus accidēs præter naturam actionis, vt puta,pp
adiectionē loci.vt ĩ.eo.§.loco aūt.& ſ̃.dixi.& pp alias qualita-
57 tes, vt in hoc §. ¶†Et pro perfectione materiæ dic, ꝙ ad hoc,
vt ad iuramētum in litē affectionis deueniatur,quinq; ſunt ne-
ceſſaria.Primū,ut natura actionis hoc patiaī,ut quia ſit bonæ ſi
dei,uel ſtricti iuris arbitraria, ut d.l.in actionibus.Secūdum,ꝙ
interueniat dolus aduerſarij. ut d.l.in actionibus. & l.2.eo.titu.
uel ↄtumacia, uel pfidia. ut l.1.eo.tit. Nec ſufficit lata culpa,ut
dixi. Tertiū,ꝙ iudex deferat, ut d.§.deferre.Quartum,ꝙ ille ſit
habilis ad iurandum, iuxta d.l.uideamus.in princ.& d.l.uulgo.
Quintum,ut res ſuper qua iuramentum defertur, ſit talis natu
ræ,ꝙ in ea cadat affectio. ut l.nūmis.eo.tit.Sed ad hoc,ut defe-
ratur a iudice iuramētum in litē ueritatis, nō exigitur concur-
ſus oīum prædictorum,ſed duorum tm̄ ex prædictis,uidelicet,
ꝙ interueniat dolus,& difficultas probationis, ut l. ſi quando.
cum gl.& ibi Bar.& do. C.unde ui. & in c.ſi.cū ibi not.per doc.
extra quod met.cau.& l.ſēper. §.in hoc interdicto. ff.qđ ui aut
clam.& ff.de in lit.iur.l.cū furti. nā ibi difficile eſt probari æſti-
mationem rei,quæ non apparet, quia fur eā contrectauit.ac ēt
dicas,ꝙ ſufficit in mora in non reſtituēdo,& difficultas proba-
tionis, vt quia poſt moram res nō extat, quia non poteſt ſubij-
ci oculis æſtimatoris,ut d.l.in actionibus.§.planè.cum l.ſeq.uel
exiat deteriorata.ut l.in hac.de triticaria.& l.3.§.ſi reddita,con
iuncto §.in hac.& quod ibi Barto.ff.commo.uel ſufficit contu-
macia, & difficultas probationis. ut patet in condemnatione
expen-

ADDITIO.

a Affectionis. Adde de huiuſmodi iuramento in litem ſuper intereſſe ea,quæ ponit Frac. Pap.in forma libelli in actio rea.in gl.ſuper verſ.& in ſorenſis a. ſed an poſſit hæredi deferri iuramentum in his, in quibus non habuit notitiam facti,vide per Alex.in conſi.39. circa ſi.in 5.lib.

expenſarum, vt l.ſancimus.cũ materia. C.de iud.ac etiam ſufficit, ꝙ aliqñ interueniat dolus & qualitas,ſeu habilitas actionis, licet probatio ſit difficilis, vt d.l.nũmis. cũ ibi not.Si aũt dolus tñ adeſſet,&c.deficiant.non ſufficit ad dictum iuramentum ẽt veritas,ſm Iaco.But.in rub.ff.de in lit.iur.licet gl.innuat cõtrarium in d.l.nummis.de quo latiſsimè per Bal.in d.l.in actionib. in ver.& vt clarius intelligatur,notãdũ eſt,&c. vbi dicit de multiplici obſcuritate probationũ, vel aliorum obſcuritatũ,nec in omni caſu obſcuritatũ probationis ſufficeret iuramentũ deferri ad deciſionẽ cauſæ, dic vt ibi per eũ. ¶ Aduertas tñ ad id,qđ dixi ſm Bar.dando doctrinã, ꝙ omnis actio, ſiue ſit realis,ſiue perſonalis, in quibus quis fuerit condẽnatus,vel iuſſus a iudice rem aliquã tradere,niſi tradatur,ꝙ dicãtur arbitrariæ ꝑꝑ cõtẽptum iuſſum iudicis, vt d.l.qui reſtituere. in ſi. quia ſm Pan. de Caſt.in d.l.in actionibus in rem, hoc nõ eſt dubium. In perſonalibus verò,ſi quidem in eis veniat rem reſtitui, vt eſt actio, quæ oritur ex interdicto vnde vi, vel condictio furtiua, vel fabiana, & ſimiles. iuxta § item ſi quis in fraudẽ.& quod ibi per gl.& ibi dixi ſ.eo.& in l.in re furtiua.cũ ibi no.ff.de cond.fur.& tunc erit idem, quia in non reſtituendo cõmittitur perfidia, & ita propriè loquitur in d.l.q reſtituere,in ſi.ſi bene inſpiciatur, quia de reſtitutione tñ ſit mentio. Idem poſſet dici, qñ venit tradi, quæ habet ſimilitudinem cũ rem reſtitui. Idem ſi veniat rem præſtari.vt d.l.ſi rem tradi. & l.fundum præſtari.& l.ſtipulationes non diuiduntur.in prin. & ibi latiſsimè Bar.ff.de verb. obli.Si autem veniat rem dari, vt in actione ex ſtipulatu. iuxta l. vbi autem non apparet.§.fin.ff.de verb.obli.tunc licèt quis ſit iuſſus dare,& nõ dedit, ꝑꝑ hoc nõ defertur iuramentum in litem affectionis. & hoc per d. l.in actionibus. in §.planè. cum l. ſeq.ff.de in lit.iur. nam ibi dicitur, ꝙ duobus concurrentib. videlicet,mora rei,& difficultas probationum,deferũt iuramentum veritatis, aliàs regulariter prohibetur per illas leges.& ſic videtur prohiberi regulariter iuramẽtum affectionis,& ẽt iuramentum veritatis,niſi dicta duo cõcurrant.& eſt ratio,quia qñ non datur, & ſic dominiũ non transfertur eius, quod dari debuit,non dicitur cõmitti tanta perfidia, quãta cõmitteretur,qñ non reſtituitur,ꝙ reſtitui debet. Sed clarũ eſt,ꝙ iſtud iuramentum defertur, vel per dolum, vel per meram perfidiã, vt d.l.2. ff.eo.igitur &c.& illa ratio videtur probari. ff.depo.l.is ad quẽ.

58 ¶ † Sed tunc inſurgit dubium, in quo debeat eſſe cõis dolus, ad hoc, vt iuramentum in lite deferatur. Et breuiter dic ſm eũdem do.Pau. ſi quidẽ eſt cõmiſſus dolus in non reſtituendo ſm iuſſum iudicis, vt quia poterat reſtituere, & non reſtituit,tunc non eſt dubium. vt d.l.qui reſtituere, & d.l.arbitrio. Si aũt non eſt cõmiſſus in hoc, vt quia tempore,quo fuit iuſſus reſtituere, non habeat facultatem reſtituendi,tunc diſtingue tres caſus.nã aut fuit in dolo duplici, videlicèt, à principio dum res ad eum peruenit,quia peruenit cũ vitio,& etiam in deſinẽdo dolo poſſidere,& tunc ſimiliter iuramentũ defertur, licèt tpe iuſſus iudicis non fuerit in dolo,vt eſt gl.ſing.in d.l.arbitrio. §.1.aut fuit in dolo tpe, quo res ad eum peruenit, non tñ deſiit poſsidere, & tunc aut loquitur in actionibus ſtricti iuris, & non defertur iuramentũ affectionis, ſiue res extat, ſiue nõ, ſed condẽnabitur ad veram æſtimationem. tex.eſt no. cum gl.in d. l.arbitrio.§.1. vbi glo. dicit idem ſi alienauit ſine dolo. nam text. loquitur qñ res non extat.& gl.tamen loquitur,ſupplendo qñ res extat. Aut loquimur in actionibus bonæfidei, & tunc diſtinguitur,aut res extat,licèt alienata non dolo, & tunc defertur iuramentũ affectionis,non ꝑꝑ dolum præſentem,quia caret,ſed propter dolũ præcedentẽ, vt in malæfidei poſſeſſore hæreditatis dicitur,aut non extat res, & tunc ſit cõdemnatio ad verã æſtimationẽ. tex. eſt no. in l.ſi poſſeſſor.§.fin.ff.de pet.hære. interdũ committitur dolus ſolummodo in deſinendo poſsidere,non autem fuit modo aliquo commiſſus a principio, & tunc ẽt defertur iuramentum in litem.tex.eſt no.in l.ſi fundus. §.in venditione. ff.de pig.

59 quod bene no. ¶ † In gl.naturam.in ſi.dic, ꝙ quædã ſunt actiones arbitrariæ ſui natura, vt bonæfidei actiones,& in his fertur vnica ſententia tñ,vt hic in gl.ſi.in ſi.& in l.1.in prin.cum glo. ff.de act.empt.de quo latè per Bar.in l.ſtipulationes nõ diuidũtur.in ſi.princ.ff.de verb.obli.Sunt & quædã aliæ actiones arbitrariæ ꝑꝑ locũ,& in iſtis ſimiliter fert̃ vna ſentẽtia,vt in hac gl. Eſt & tertia actio arbitraria ratione qualitatis,vt actio noxalis, & in iſta fertur vnica ſententia, vt hic in gl. de quo in l.miles, §.1.ff.de re iudi. Eſt & quarta arbitraria actio,ratione contemptus iudicis, vt in iſto §.& in iſta feruntur duæ ſententiæ, vt ĩ. dicam.Sed vtrũ ſint ambæ diffinitiuæ,vel non? gl.variauit in l. ſi cũ exceptione.§ hæc aũt actio. ff.quod me.cau.& ĩ l.creditor. §.iuſſus.ff.de app. Sed d.gl.poſſunt reduci ad concordiã,& quælibet opi. poſſet ſuſtentari ſm diuerſos modos practicãdi.Interdũ enim & ſuper principali debito, & ſuper pęna proponitur libellus ſolẽnis,& rite agitur, & vtraq; ſentẽtia erit diffinitiua. & ita intelligatur gl. in d.l.ſi cũ exceptione.§.hæc autem actio. Interdum in principali cauſa proceditur per modum præcepti de ſoluendo.iuxta l.ſi debitori.& quod ibi per gl.Bar.& doc.ff. de iud.& iuxta glo.in d.l.de pupillo. §.meminiſſe. & ibi doct.ff. de nou.ope.nun. & de hoc dicam ĩ.in ſi.proxi.§.ſeq. & tunc tale præceptũ etiã in confeſſum nõ eſt ſententia diffinitiua,& poterit ſuper pœna poſtea offerri libellus ſolẽnis, & illa ſecunda ſuper pœna erit diffinitiua,& ita poteſt intelligi gl.in d.l.creditor. §.iuſſus. & quod tale præceptum de ſoluendo factum etiã in confeſſum non ſit diffinitiua ſententia, voluit no. Barto.in l. non fatetur.ff.de confeſ.in ver.ſed an iſto caſu poterit reuocari &c.& voluit Bart.& Bal.in l.error. C.de iur.& fac.ign. Interdũ ſit ecõtra,quia ſuper principali debito offertur libellus ſolẽnis, & ritè agitur,& erit diffinitiua ſententia,& per viam executionis dictæ ſententię petetur pęna. & iſta vltima ſentẽtia erit interlocutoria, & ita intelligitur glo. in d.l.ſi cum exceptione.in §.hæc autem actio.quæ gl.dicit, ꝙ ſecunda ſententia eſt executio primæ,interdũ principale debitum, & pœna ſucceſsiuè,& ſub conditione petitur eodem libello,vt peto rem reſtitui,& ſi fueris contumax (ponamus in actione quod metus cauſa,) peto te cõdemnari ad quadruplum,& iſto caſu ſufficit vna ſentẽtia,& erit in totum diffinitiua.facit l.cõductores, cũ gl. C.loca. & l.1.cum gl.ff.de act.emp.in prin.& latius dixi ſupra eo §.rurſus. & iſta practica erit legitima,& vtilis, vt dixi, in d.§.rurſus. & vide in prædictis Gui. & Bar.in d.§.hæc autẽ.quæ omnia no.

60 ¶ In gl.ſatisfieri.ibi, aſtringitur ad hoc, † an & qñ iudex teneatur interponere autoritatem ſuã, ſiue officium ſuum non petitum? ſic diſtingue, aut tale officiũ reſpicit principaliter publicam vtilitatem, & ex mero officio illud tenetur interponere.vt l.congruit,cum ibi no.per doc. ff.de offi.præſi.aut reſpicit vtilitatẽ priuatã, & tunc aut reſpicit reuerẽtiã alterius iudicis, & tenetur illud ex ſe interponere, vt l.eos,in ſi. C.de appel.aut tantũmodo reſpicit.vtilitatem partis, & tũc aut reſpicit ſolum miſerabiles perſonas,vel actũ pium, aut non. Primo caſu, aut iudex poteſt prætendere probabilem ignorantiã, & nõ tenetur interponere non petitũ,vt l.1.§.magiſtratibus.cum gl.ff.de magi.conuen.Aut non poteſt prætendere probabilem ignorantiã, & tũc tenetur illud interponere,ẽt non petitum. vt l.ſancimus. §.1.in princ.C.de admi.tut. Secundo caſu,qñ non reſpicit perſonas miſerabiles,vel actum pium,& tunc nõ tenetur officium ſuum interponere, niſi petatur. vt l.4.§.hoc aũt iudicium.ff.de dam.infec.& ibi Bart. & doct. & prædicta procedunt de facto, in iure autẽ poteſt indiſtinctè ſupplere, vt l.1. C.vt quæ deſunt adno. vbi ſi quis allegat legem,poteſt iudex ſupplere & allegare,& vbi allegauit malã,poteſt ſupplere bonã.de quo per gl.&

61 doc.in d.l.1. ¶ † Quõ ergo formabitur libellus in iuramento in litem affectionis? dicas ſic. dico ꝯ Titium, ꝙ vigore talis actionis fuit condemnatus ad reſtituendũ mihi talem librum meũ, & iuſſus a iudice,ꝙ dictũ librũ mihi reſtitueret, & licèt habeat facultatem reſtituendi qñ haberet, vel qñ non haberet,dicas,ꝙ dolo deſiit habere facultatem reſtituendi,tamen ẽt dolo,perfidia, ſiue contumacia reſtituere denegauit & denegat, ad quem librum affectionẽ habeo, quia in eo habeo memoriam localẽ, & in eo ſunt multæ apoſtillæ, & remiſsiones manu mea,quare peto per vos,& veſtrum officium,quod imploro,mihi iuramẽtum in litẽ affectionis deferri,vt iurare poſsim pro quanto pre-

62 tio non vellem dicto libro carere. ¶ † In iuramento verò in litem veritatis ſic formatur libellus: dico ꝯ Titium, ꝙ per vim, vel dolum (ſm quod caſus acciderit) intrauit talem domum meã,in qua erant tales & tales res valoris,& æſtimationis tunc florenorum centum,quas res,& earum æſtimationem propter dictum dolum Titij, vel per dictam eius inuaſionem, difficile eſſet per teſtes, vel alio modo probare, quare peto per uos,& veſtrum officium (quod imploro) iuramentum veritatis mihi deferri, vt iurare poſsim, quot, & quæ res tunc erant in dicta domo,& cuius fuerant æſtimationis.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum debet, quid importet.*
2 *Dictio omnino, qualiter accipiatur.*
3 *Petitio incerta an admitti debeat. & nu. 4. & 5.*
4 *Petens caſtrum cum ſuis turribus, villis, & pertinentiis, an debeat tur. & villas ſpecificare.*
6 *Sententia non expreſſa quantitate an valeat.*
7 *Sententia an valeat ſi iudex dicat pronuntio in omnibus, vt pronuntiauit talis iudex in tali cauſa.*

Sententia

8 *Sententia an teneat, ſi iudex expreſsè ſe retulit ad inſtrumentum, quod non fuit in cauſa productum.*
9 *Sētētia, ſi iudex dicat cōdēno, ſi eſt probatū, alias abſolue, an valeat.*
10 *Expenſarum condemnatio an facta dicatur ſi iudex dicat in ſententia, abſoluo in expenſis victū victori nobis, & ſucceſſoribus noſtris taxatione reſeruata*
11 *Sententia, cōdēno Titiū in centū, ſaluo eo quod infra dicā, an valeat.*
12 *Intereſſe incertum an, & quando in libello petatur.*
13 *Libellus qualis eſſe debeat quando petitur executio ſententia, vel inſtrumenti ſecundum formam ſtatutorum.*
14 *Statutum, quòd inſtrumentum guarentigia mandetur executioni, intelligitur ſi, & inquantum ſit purum, & idem eſt in ſententia.*
15 *Sententia quibus caſibus libello conformis eſſe debeat.*
16 *Iudex abſoluens condemnandum, & condemnans abſoluendū, qualiter teneatur.*
17 *Sententia diffinitiua quomodo ſit ferenda.*
18 *Præceptum iudicis cum clauſula ſi ſenſeris te grauatum compareas &c. an valeat, & habeat vim citationis.*

Curare. ¶Diuiditur in tres partes. Primò mandat iudici, vt ferat certam ſententiam, vſque ibi, certæ pecuniæ. Secundò, limitat mandatum, ſi illud eſt poſsibile. vſque ibi, quanto. Tertiò remouet vnum obiectum, vſque ibi, etiam ſi de incerta. & h.d. in ſumma. Iudex debet ferre ſententiam certam, etiam ſuper libello incerto, ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. h.d. ¶No. ꝙ quamuis ſit actum coram iudice de incerta quantitate vel re, tñ iudex debet ferre ſententiam certam, & in certa quantitate, vel re, & ſic videmus, ꝙ iſto caſu ſententia non erit con-
1 formis libello. de quo infra dicā. ¶†No. tex. ibi, debet, ꝙ de ſui natura importat neceſsitatē, vt habetur in l. ſæpe audiui Cæſa-
2 rem. ff. de offi. præſi. ¶†No. etiam verbum, omnino,[a] ſiue omni-
a modo,[b] quia importat actum perpetuum, ac ſolidæ obligatio-
b nis. vt no. glo. & ibi Pet. de Anch. in cle. 1. de vita & hone. cle. & etiam importat generalitatem in omni caſu, ꝙ iudex ita aſtringatur obſeruare. vt no. gl. Bar. & doc. in l. cum exceptione. §. quatenus. in gl. 2. ff. quod met. can. & no. Dy. & Bar. in l. Græcè. §. illud. circa prin. ff. de fideiuſſor. ¶ In glo. 1. ibi, infra de offi. iud. l. 2.
3 in prin. examinemus primò, ſm Io. Fab. hic, an petitio † incerta admittatur, & quando? & videtur, ꝙ petitio incerta debeat admitti, vt ff. de rei vend. l. quæ de tota. §. fi. & quod ibi glo. & doc. Super hoc tamen eſt aduertendū, ꝙ interdum contrahitur obligatio ad incertum, interdum ad certum, vt patet ff. de verb. obl. l. 2. §. 1. & l. vbi autē non apparet. per totam l. eo. tit. Primò, caſu ſi eſt talis incertitudo, ꝙ nō viuat obligationem, admittitur petitio incerta, iuxta naturam obligationis, vt ſi promiſit hominē in genere, vel duo alternatiuè, ſm gl. hic. & niſi tunc actor ageret ſm naturam obligationis, ſuccumberet, vt infra proxi. §. in ver. hinc aūt, ſed vbi obligatio continet certum, vel res, ſuper qua agitur, eſt certa: tunc petitio debet eſſe certa. ¶ Aduertas tamen, ꝙ vno caſu prædicto petitio incerta admittitur, qñ de fa-
c cili certificari non poteſt,[c] vt d. l. quæ de tota. §. fi. & hoc in ſingularibus actionibus, in vniuerſalibus verò, & generalibus, res non ſpecificantur. & hoc vult hæc glo. in fi. & clarius in l. 1. in
4 prin. & ibi & glo. & doc. de eden. ¶†Quid ſi quis petat caſtrum
d cum ſuis iuribus,[d] villis, & pertinentiis, nunquid debet iſta iura, & villas ſpecificare? & poteſt dici, quòd nō, quia iſta petunt tanquàm acceſſoria, & ideo non eſt in libello neceſſe ſpecificare. extra. de excep. c. cum venerabilis. & de reſti. ſpo. ca. cum ad ſedem, ſm Io. Fab. ſed hoc videtur mihi contra tex. ff. de rei ven. l. 3. §. armamenta. vbi ſcapha, quæ eſt acceſſoria ad nauem, ſeparatim eſt vendicanda, & de per ſe, ac etiam ſingula armamenta nauis, & non in vniuerſo ſunt vendicanda, vt ibi, & ex illo tex. Bar. ibi colligit argumentū, quòd non procedit libellus, peto domum cū maſſaritiis, ſed debent ſpecialiter exprimi, vt ibi di-
5 xi. vnde cogita. ¶†Quæro, peto fundum cum fructibus, & aliis acceſſoriis non ſpecificatis fructibus, & eorum quantitate, an valeat libellus? dic, vt plenè dixi ſupra eo. §. 1. in materia actionis realis. ¶ Aduertas tñ, quòd in oī actione procederet libellus incertus, quando incertitudo eueniret ex facto aduerſarij, vt eſt tex. & ibi Bart. in l. 1. §. quia aūt. ff. quo. leg. ſed Inn. in c. conſtitutus. extra, de in integ. reſt. fortius dixit, quòd quoties quis probabiliter dubitat, ſiue etiam ex facto proprio, ſiue ēt ex facto alieno, pōt in eodē libello plures proponere actiones, nec cogitur ex aliqua eligere actionem, ēt ſi non compatiantur ſe adinuicem. vt d. c. conſtitutus. & de præſcr. c. audius. Si autem error eius non ſi probabilis, tunc cogeretur eligere actionem. vt l. quod in hæredem. §. eligere. & quod ibi not. ff. de trib. & pro hoc eſt bonus tex. in ſimili io c. 1. de poſtu. prælat. in verſ. niſi qñ ꝓbabiliter &c. & in iſta materia eſt bona gl. in c. vt quis duas. in ver. eligere. de elect. in 6. & vide omnino Bal. & Sal. in l. 1. C. de fur. quod no. ¶ In ea gl. in fi. no. gl. quæ ponendo formam ſententiæ in petitione hæreditatis tacitè etiam ponit formam libellandi, qm̄ ſententia debet eſſe conformis libello. vt l. vt fundus. ff communi diui. nā cū iudex pronuntiat, ſm glo. te hæredem, & hæreditatem reſtituendam, ergo debes petere te hæredem declarari, & hæreditatem, vel tales res hæreditarias ubi reſtituendas, & ad hoc aduerſarium cōdemnari, vt dixi ſupra eo, §. omnium. circa fin. in materia petitionis hæreditatis. ¶ In glo. vel rei. ibi, l. hæc ſententia. no. ea gl. quòd licet in libello non ſit certitudo rei, vel quantitatis petitæ, nec in ſententia, ſi tamen in aliqua parte actorum certitudo apparet, illud ſufficit. ¶ Ex quo
e no. quòd in dubio ſententia refertur ad acta.[e] Circa hoc breui-
6 ter ſic dicas. aut loquimur in † vniuerſalibus, ſiue generalibus iudiciis, & tunc valet ſine expreſsione alicuius rei, vel quantitatis, vt ſtatim dixi in fin. glo. præce. in peti. hære. ita dixit gl. ſm vnum intellectū. & ibi Bar. & doc. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iu. & gl. & doc. in l. 1. ff. de eden. & glo. & doc. in l. 1. C. de ſent. quæ ſine cer. quanti. Aut loquimur in particularibus iudiciis, & tūc aut iudex in ſententia ſe refert ad actū, & in aliqua parte actorum appareat de certa quātitate, & tunc valeat ſententia, aliàs ſecus. & eſt ratio, qa ſi non appareret de certa quantitate, tunc videtur iudex pronuntiaſſe de eo, quod ſibi non liquerat, & ſic ſine cauſæ cognitione, cuius ſententia non valeret. vt l. prolatā. & quod ibi per gl. Bar. & doc. C. de ſent. Si verò ſimpliciter ferret ſententiam, & non referret ſe ad acta, ſed ſimpliciter condēnat Titium dicendo, condemno te ad id, quod debes, & in aliqua parte actorum appareat de certa ſumma, & tunc in hoc glo. videntur contrariæ, quoniam glo. in l. 3. C. de ſen. quæ ſine cer. quā. tenet, quòd nō valeat. Sed contrariū videtur tenere gl. in l. quid tñ §. Pomponius. ff. de arb. Sed Bar. in d. l. ait ꝑtor. §. 1. concordat has glo. quia quandoque ſententia fertur referendo ſe ad certam partem actorū, & tunc valet, ſi in certa parte actorum contineatur certa quantitas, ſiue in actis probatoriis hoc contineatur, ſiue in actis aſſertoriis, vt in libello, & poſitionib. & iſto modo intelligatur gl. in d. l. 3. & facit tex. in l. in ſumma. in 2. reſp. ff. de re iu. Si verò non refert ſe ad aliqua acta, ſed ſimpliciter dicit condēno te in id, quod debes, & tunc ſi in actis ꝓbatoriis, vt in dictis teſtiū, vel in inſtrumentis, vel in aliis probationibus contineatur certa quantitas, tunc talis ſententia valet. & ita intelligatur gl. in d. l. quid tñ. § Pomponius. Si verò nō cōtinetur in actis probatoriis, ſed in actis aſſertoriis, & tunc non valet. ita intelligatū gl. in d. l. 3: & hoc vr̄ ſequi Bal. in d. l. ait prætor §. 1. & ibi Io. de Imo. & ſequitur etiā Bal. Sal. Ang. & Flo. in d. l. 3. Sed Raph. in d. l. ait prætor. §. 1. dixit hanc diſtinctionē ſibi non placere, nam primò hoc videtur ꝯ gl. in d. l. 3. nam gl. illius legis dicit, ꝙ non ſufficit contineri certum in certa parte actorum aſſertorum, niſi expreſsè ſententia ad illa ſe referat, vt qa dico, condemno te ad id, quod petitum eſt: ſecus ſi ſimpliciter ſe referat ad acta, quia nō ſufficit eſſe clarū in libello, ſed oportet, quòd ſit clarū ex actis ꝓbatoriis, vt dixit gl. 2. eiuſdem. l. 3. & per conſequens, iuxta gl. 1. & 2. illius. l. quod dixit Bar. nō eſſe de mente iſtarum gl. Præterea videtur ratio in promptu, nā in d. l. 1. §. ait prætor. conſtabat ex actis etiam probatoriis, tamē acta non ſufficiunt ſine ſententia, & ad iudicem ſpectat declarare, quia de hoc eſt dubitatio. iudex ergo, qui cōdemnat in eo, quod debetur, dicitur peccare in ſuo principali, quia ſine cauſa pronuntiat, quia ad eum pertinet declaratio, & poſtea ſequitur executio, vt arg. l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. cum ergo ad iudicem ſpecter pronuntiare etiam ſuper facto, meritò ſupinè pronuntiat ſuper iure tantum. Nec obſt. d. l. ait prætor. §. 1. quia ibi tulit ſententiā ſuper eo, de quo erat d. quæſtio, licèt illud non cōtineat certam quantitatem, nam ibi non dubitabatur quātum deberetur, ſed an deberetur fideicommiſſum, vel nō. vnde ſi iudex tulit ſentētiam, reſtituas fideicommiſſum Titio, licèt non dixerit quantum illud fideicommiſſum contineret, valet ſentētia, quia iudicauit de eo, quod erat dubium, & quæſtio. & iſta opi. Raph. videtur de iure verior, quia pro certo duæ gl. in d. l. 3. non dicunt

ADDITIONES.

a Omnino. Dictio, omnino, eſt præciſa, & importat idem quod indiſtinctè, ſeu omni caſu. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. & ibi no de eo quod met. cau. in Pand. & conſuluit Steph. Bertran. conſi. 359. vide copiam. col. 1. verſi ponitur etiam. nu. 1. vol. 1. Ant. Ca.
b Omnino, ſiue omnimodo. Adde de hac dictione Alex. in conſi. 10. 2 lib.
c Non poteſt. Adde Pau. de Caſt. cōſi. 392. in 2. editione, & Raph. Cu conſ. 60.
d Iuribus. Adde Alex. conſi. 183. 2. lib.
e Ad acta. Adde quando incertitudo vitiet ſentētiam. Alex. in conſi. 196. 4. lib. Raph. conſ. 7. & Rom. conſ. 181.

cunt illud, ad quod per Bartol. & doc. allegantur, ſed tñ in pra-
ctica ſeruaretur opi. Barto. & doc. quam etiam Bart. eſt ſecutus
7 in d.l.3. ¶ † Quid ſi iudex dicat pronuntio in omnibus, vt pro-
a nuntiauit [a] talis iudex in tali cauſa, an valeat ſententia? Specu.
in tit. de ſent. in §. qualiter. verſi. quid ſi iudex. & ibi Io. Andr. in
addi. dicit talẽ ſententiã non valere, quia non continet certum,
vt hic. Nec obſt. ſi dicatur, ſuffieit eſſe certam ſententiam per
relationem ad aliud, vt l. in ſumma. ff. de re ind. & quod ibi ha-
betur, & l. ſi ita ſcripſero. & quod ibi Bar. de ſchedula. ff. de con-
di. & demonſtr. quia illud eſſet verũ, qñ ſententia põt certifica-
ri ex actis eiuſdem inſtantiæ, aliàs ſecus, vt in caſu prædicto. &
hoc ſequitur Ang. & Io. de Imo. in l. ſi conuenerit. ff. de re iud.
8 quod no. ¶ † Quærit Bal. in d.l.3. quid ſi iudex in ſententia ex-
preſsè ſe retulit ad quoddam inſtrumentũ, quod non fuerit in
b cauſa productum, [b] an valeat ſententia? & videtur, ꝙ non, quia
tale inſtrumentum nõ eſt de actis, cũ non ſit in cã productũ. cõ
tratiũ tñ dicit fore verũ, & dicit eſſe caſum in d.l. ait ꝑtor §. 1.
Nec obſt. ꝙ non ſit de actis probatoriis, quia dicit illud locũ ha
bere, qñ iudex pronũtiat ſimpliciter, & ad aliquid ſe nõ refert,
quo caſu inſpicienda ſunt acta probatoria. ſed in caſu noſtro
ſpecificè ſe retulit ad illud inſtrumentum, ergo, &c. & hoc ſatis
placet Sal. in d.l.3. dummodo in aliqua parte actorũ ſit ſacta ali
qua mentio de dicto inſtrumento, & meliores conſueui dici
actitando, videlicèt, vt prædicta patent in tali inſtrumẽto, licèt
poſteà non fuerit inſtrumẽtum ꝑductũ, ſecus ſi de illo nõ fuiſ-
ſet facta mentio aliqua in aliqua parte actorũ, quia tunc de di-
uerſo, q̃ ſit petitum, videtur condẽnare, & ita dicit fore reſtrin-
gendã d.l. ait prætor. §. 1. Nec obſt. ſi dicatur in caſu iſto, iudex
non iudicat ex probatis, ex quo nõ eſt deductum in iudicio, li-
cèt de eo fuerit facta mentio ꝯ l. illicitas. §. veritas. & quod ibi
no. ff. de offi. præſi. quoniam reſpondet Sal. ꝙ ex hoc ſententia
non redditur nulla ipſo iure, quia eſt ꝯ ius litigatoris, quia præ
ſupponit probationẽ, quæ non eſt, & propterea ſentẽtia nõ eſt
nulla, aliàs ille text. in d.l. ait prætor. § 1. procedere non põt. Sed
in hoc ego dubito, quia nõ põt dici, ꝙ illo inſtrumento nõ pro-
ducto (eſto, ꝙ iudici conſtituerit) dicatur ſcḋm eũ iudicaſſe, quia
eo ipſo, ꝙ nõ eſt productum, non põt dici, ꝙ de eo ſibi, vt iudi-
ci conſtiterit, vt d. §. veritas, ergo non poteſt dici, ꝙ iudicaue-
rit cauſa cognita, ergo ſententia funditus eſt nulla, vt d.l. pro-
latam. cum ibi no. per Bart. & doc. nam cauſa dicitur cognoſci
parte citata ex productionibus, contradictionibus, & vẽtilatio-
ne iudiciaria. vt l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de mi. & l.3. §. ſi
cauſa cognita. ff. de bon. poſſ. & l. ſi. C. ſi ꝑ vim, vel alio mo. Nec
eſt verum, (vt dixit Sal.) ꝙ ſit iſta ſententia contra ius litiga-
toris, immo eſt ꝯ ius conſtitutionis, quia eſt contra eius mãda-
tum. d. §. veritas. ergo nulla cõprobatur. hæc eſt doc. Bal. & Io.
de Imo. in l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hære. vbi Bal. voluit, ꝙ id
dicitur in cõi, per l. Titianus. ff. quod cum eo. ꝙ iudex appella-
c lationis poteſt ſententiam primam confirmare [c] ex alia cauſa,
q̃ pronuntiauerit iudex a quo illud eſt verum, ſi ſaltem implici
tè dicta cauſa, ex qua iudex ad quem mouetur, põt cõprehen
di ex actis primæ cauſæ, alias ſecus, alleg. C. de pet. hære. l. hære-
ditas matertetæ. & ff. de pac. do. l. Beblius Marcel. quod eſt ſing.
dictum. facit, quod no. idem Bal. in l. 1. C. de condi. indeb. Sed in
caſu noſtro, neque implicitè, neque explicitè dicta ſentẽtia po-
teſt uerificari ex actis, quia dictũ inſtrumentum non eſt, nec di-
ci poteſt de aliquibus actis, cũ non fuerit in cauſa productum,
9 meritò non ualet ſententia, cogita. ¶ Quid ſi † iudex dicat, con-
d demno, ſi eſt probatum, [d] alias abſoluo? & doc. in d.l.3. & Bar.
in d.l. ait prætor. §. 1. tenent, ꝙ ſententia valet, quia refert ſe ad
acta probatoria. Item quia ſub conditione de præſenti, ideò va
let. vt eſt glo. ord. in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iud. &
gl. Bar. & doc. in l. 2. §. biduum. ff. quando app. ſit. quod no. gl. &
doc. in l. cum iudex. C. de ſent. & hoc facere ſolẽt iudices impe-
riti, uel qñ tempus inſtantiæ eis labitur, & non intelligitur pro
qua parte debeant ferre ſententiam, non autem ſimpliciter; &
tantummodo dicat iudex, ſi eſt probatum, condemno, quia cũ
illa dictio, ſi, exponatur, id eſt quatenus, ut l. Stichum qui meus
erit. & quod ibi Bar. & doc. ff. de le. 1. neceſſariò ſequitur, ꝙ ſi eſ-
ſet probatum pro parte, & pro parte nõ, ꝙ eſſet condẽnatus in
parte tantum, & in alia parte non eſſet iudicatum: unde nõ ua-
leret ſententia, ut l. in hoc iudicio. ff. fami. ercif. facit l. dicere. §.
ſi. & l. quid tamen. in princ. ff. de arbit. Ex quo dicendum eſt, (ut
dixi) ꝙ iudex debet addere, & in eo, quod probatum non eſt,
abſoluo, iuxta tex. cum gl. & ibi doc. in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi.
quod uidetur uerum, niſi feratur ſententia ſuper toto principa
li, omiſsis acceſſoriis, ut putà, omiſsis expẽſis, quia tũc pro par-
te lata ualet, ut uidetur caſus, coniuncta gl. in uerſ. confiteatur.
& in gl. in ver. ſed nec. in ſi. C. qñ prouo. non eſt neceſſ. inquan-
tum loquitur, quãdo in minus fuit facta condẽnatio, ſcḋm quoſ-
dam. ſed certè etiã poteſt intelligi, quando in alia parte fuit fa-
cta abſolutio, & ita videtur ibi intelligere Cyn. Item etiam põt
intelligi, qñ iudex condemnauit in minus, quia fortè taxauit in
minus, quàm deberet, vnde nimirum, ſi tunc ualeret, quia tunc
videreť ſuper toto pronuntiare. facit quod no. Bart. in ſimili, in
d.l. 1. C. ſi aduer. rem iu. in eo, qui petebat reliqua conſignari,
& iudex condemnat in aliqua quantitate pro ipſis reliquis, cũ
tamẽ re vera in ipſis reliquis in maiori ſumma erat obligatus.
Vel poteſt dici, ꝙ ibi expenſæ non fuerunt petitæ a parte, ut uo
luit ibi gl. vnde videtur, ꝙ tunc iudex poſsit de aliquibus pro-
nuntiare, ex quo non præcedit capitulũ ſpecificũ ſuper expẽſis
deductum per partem. Sed ubi ſuper expenſis præcederet peti-
tio, videretur ꝙ ſuper toto capitulo debeat pronuntiare. arg. d.
l. in hoc iudicio. Vel fortè poteſt dici, ꝙ ſi facta eſſet taxatio ex-
penſarũ, & iudex cõdemnaret in minori quantitate, ꝙ fortè te-
neret ſententia, quaſi tunc videatur reuocare interlocutoriã ta
xationis. arg. l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & ſic videtur ſuper toto
pronũtiare, licèt malè faciat abſq; cauſa reuocare taxationem.
facit l. uidemus. §. ſi. ff. de in lit. iur. & quod no. Inno. in c. ſi. in ſi.
extra, quod me. can. & per prædicta uidetur, ꝙ ſi iudex cõdem-
nat in expenſis factis a die publicationis proceſſus, & de aliis
expenſis nihil dicit, ꝙ non valet ſentẽtia, ſi expenſę fuerunt pe-
titę, ita no. dicit Ioan. de Imol. in d.l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud.
10 ad intellectũ d. l. ſi. C. qñ prouo. nõ eſt neceſ. quod no. ¶ † Quid
ſi iudex dicat in ſententia, Titium abſoluo in expenſis, uictũ ui-
ctori nobis, & ſucceſſoribus noſtris taxatione reſeruata, quæri-
tur, an uideatur facta condemnatio expenſarũ, quia deficit uer
bum, cõdemno, nec uidetur eſſe repetitum ex præcedentibus,
quia præcedit uerbũ, abſoluo? & uidetur, ꝙ non ualeat per re-
gulam l. ꝑſes. C. de ſen. & inter. in ꝯtrariũ facit l. 1. in ſi. ff. de hære.
inſtit. nam licèt in dicta ſententia non ſit uerbum, cõdemno, tñ
debet intelligi. Nec obſt. ꝙ ſententia debeat ſcribi, & in ſcri-
ptis ferri, ut l. 2. C. de ſent. ex breui. reci. & id quod ſubintellige-
retur, non poſſet dici legi poſſe. arg. no. in l. 1. in princi. ff. de his
quæ in teſt. dele. quoniam in d.l. 1. in ſi. de hær. inſt. loquitur in
teſtamentis, quæ fiunt etiam in ſcriptis, & tamẽ ibi ſubintelligi
tur uerbũ, eſto, uel ſimile. & hoc tenet Bar. in d.l. 1. in ſi. licèt di-
cat cõtrarium fuiſſe iudicatum. Sed idem Bar. dicit tenuiſſe cõ-
trariũ. in d.l. præſes, ubi dixit, ꝙ uerbũ, condẽnamus, omiſſum,
non ſubintelligitur, quia ſententia debet ferri maturè, & appen
ſatè, & cũ magna deliberatione, & in ſcriptis, ut d. l. 2. ergo o-
miſſum habeť pro omiſſo. facit c. ſi. cũ ibi no. de re iud. in 6. Nec
ob. quod dixi de teſtamento, qm̃ ſpeciale eſt in ultimis uolũta-
tibus, quæ fiunt a teſtatoribus mortis cogitatione turbatis, ut l.
hac conſultiſsima. §. 1. C. qm̃ teſta. face. poſ. igitur non eſt mirũ
ſi omittitur, & omiſſum ſuppletur, ut d.l. 1. & iſtam partem te-
nuit Bar. in d.l. 1. in ſi. in verſic. in tex. ibi iubeo &c. & hoc etiam
pro hoc facit, quod no. gl. & ibi doc. in auc. ex teſtamento. C. de
coll. Sed in hoc dubito, qm̃ legum correctio eſt euitanda. vt l.
præcipimus. in ſi. C. de appel. nam aliud eſt eſſe conditionem, &
aliud haberi pro conditione. ſicut dicimus in ſimili, ꝙ aliud eſt
eſſe ciuẽ, & aliud haberi pro ciue. facit l. mercis. & quod ibi ha-
betur. ff. de verb. ſign. & quod no. Bar. in l. ſi is pro emptore. cir-
ca medium. ff. de vſuca. & in l. 1. ff. de ſuis & leg. nã ſi dicta verba
non habent locũ in ſtatutis, vt hr̃ in dictis locis. & in l. 3. §. hæc
verba. ff. de neg. geſt. quantominus debent habere locũ in mate
ria correctoria, de qua p Bar. in auc. quas actiones. C. de ſacro-
ſanc. eccle. & dixi plenè ſupra de iure naturali. in §. 1. cogita tu.
9 ¶ † Quid de cõditione propria, ſi ante euentũ ꝯditionis agam? &
Gui. de Cu. in d.l. pecuniã. tenet ꝙ d. §. pe. duplicatis induciis, nõ
habet locũ, qa pœna illius. §. non põt habere locum, igitur &c.
arg. l. hos accuſare. §. oĩbus. ff. de accuſ. Nam in cõditione, ſi in-
eſt dies incertus, quõ ergo põt quid eſt incertũ duplicari? Sed
Bar. in d.l. pecuniam. dicit hanc opinionem eſſe ꝯ c. 3. de plus
pe. in ſi. vbi eſt tex. apertus, ꝙ tempore plus petere dr̃, qui ante
diem, vel conditionem egerit. & ad id, quod dixit Guil. ꝙ incer
tum eſt non poſſe duplicari, verũ eſt, incertũ ſimpliciter, ſed in
conditione, certitudo tp̃is venit certificanda ex futuro euentu.
¶ In gl. admittebat. ibi §. temporales. aduertas, ꝙ litera ibi dicit,
ꝙ induciæ duplicanĩ, & quòd poſtea non cogiĩ litem ſuſcipe-
re, niſi refectis ſibi expenſis. & idẽ dixit tex. in d. c. 1. de plus pet.
¶ Quæro, oppoſita dicta exceptione, an ſuſpendatur iudicium
in totum, vt non ſequatur condemnatio, an ſolum quò ad actũ
10 executionis? Inno. & Hoſt. in d. c. 1. dicunt, † quòd quandoque
opponitur exceptio dilatoria ante lit. conteſta. vt pacti de non
petendo vſque ad certum tempus. & tunc talis exceptio impe
dit iudicij exercitium, nec ſequitur condemnatoria. Quandoq;
dilatoria opponitur poſt litem conteſt. & tunc quia conſtat de
debito

ADDITIONES.

a Vicinus. Vicinus, conſanguineus, & affinis præſumuntur ſcire facta cõſangui
nei, vicini, vel affinis. l. octaui vnde cog. in Pan. l. de tutela. de in int. reſt. l. ſi
filiũ tuũ. C. de lib. cau. c. quanto. & c. quoniã. extra de præſum. quod probant
Bar. Pau. Alex. Iaſ. Phil. Dec. & Frãch. Cur. iunior in l. 1. de reb. cred. in Pan.
qđ procedit in caſibus cauſam ſucceſſiuam habentibus, & facilè in vicinorũ
notitiam migrantibus, vt ſi agatur probatio, ꝙ quis inhabitet viciniam. hoc
enim vicinos latere nõ põt. Pau. & cæteri ſcriben. in d. l. 1. vel ſi agatur meri
torũ probatio, quæ tñ eſt præſumptiua, ſm Bart. ſcriben. in d. l. 1. & ibi reſolu
tiue dixi ver. concludo primo. num. 41. cum ſeq. Ant. Caius.
b Tranſactione. Adde Rom. in conſ. 432. Alex. conſ. 13. 2. lib. & conſ. 89. 3. lib.
c Ductus. Adde Rom. in conſ. 475.
d Dimidiam. Adde Alex. conſ. 113. 2. lib. & conſ. 209. 4. lib.
e Suppleat. Adde Alex. conſ. proxime allegato.

debito in diẽ,& erat orta actio. vt l.1.in fin.ff.qñ dies vſufr.lege.
ce.& debet iudex debitorẽ condẽnare impoſitis tñ prius pœnis
crediteri agẽti pro ſua temeritate. allegat.ff. de iud.l.de qua re.
Tu ad prædicta alleg. ff.de procur.l.ſi reus paratus. & ff. ad legẽ
Aquil. in l. Aqui. & ff.de fur.l.quidam. Et quia dicit,quòd inducix debent duplicari,quæro,an habeat locum,ſiue ſint inducix
iuris,hoc eſt inductæ a iure,ſiue ſint induciæ inductæ ab homine? & Ant.de But.in d.c.1. dixit,ꝙ vtroq; caſu locũ habebit. ꝑ
tex.in d.§.hodie.infra de excep.ibi ſponte induſerit,vel natura
actionis &c.pone exemplum de tempore dato in conſtituta pecunia,vel dote, vel in condemnatis.vt l.promiſſor Stichi.§.1.ff.
de conſti.pecu.& l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo. actio.& l.4.§.
condemnatum.cum ibi no. & l. prætor ait. cum ibi no.ff. de re
iud. Et aduertas ſm Ioan. And.& Ant. de But.in d.c.1.ꝙ nõ tm̃
duplicatur illud modicũ,quod ſupereſt de dicta dilatione temporis,quo actũ eſt,ſed tota dilatio quãtũcumq; fuerat à principio. vt d.§.temporales.& d.§.hodie.vt patet in tex.ibi,in duplũ
habeãt &c.Sed Bar.in l.iuſtas.C.de iure fiſc.lib.10.in ver.oppo.
inſti.de excep. videtur ſentire contrarium,quòd immo tm̃ modo reſiduum tẽporis dupletur.& pro Bar.facit,quia pœnæ ſunt
molliendæ. vt l.interpretatione.ff.de pœ. tñ primum dictum puto verius in pœnã dicti delinquentis. per tex.in d.§. hodie aũt.
21 ¶†Quæro, an & quo admittatur pœnitentia ad hoc, vt euitet
pęnas ꝑdictas ipſe actor?& dicas,quòd gl.in d.c.1.dicit, ꝙ vſq;
ad li.conteſt.argo.l.1.C.de plus peti. coniuncta l. amplius non
peti.ff.rem ra.habe. Tu addas, ꝙ hoc probatur in l. non ſolum.
la 1.§.ſi. in ſi.de li.leg. quod eſt verum ſm Ant.de But. in d.c.1.
niſi reus interim etiam ante lit.conteſt. feciſſet aliquas expẽſas
in illis reficiendis, actor condemnabitur,quia nõ eſſet iuſtum,
quòd fuiſſet iniuſte vexatus in expenſis,ſm Hoſt.facit l. eũ quẽ
22 temere.ff.de iudicijs.¶†Quid ſi actor plus petit,& reus plus debito negat,quid erit?dicunt quidã,quòd fiet cõpenſatio.arg.l.ſi
duo.ff.de dolo. Sed Io.de Lig.in d.c.1.dixit,ꝙ reus nullam pœnam patitur, qa ꝑꝑ plus petitionem poteſt ſimpliciter negare
totum. arg.no.in c.1.extra de litr.cõteſt.Sed Ant.de But.dicit, ꝙ
quò ad expẽſas fiet compenſatio,quò autem ad alias pœnas verum dicit Io.de Ligna.Ego autem ſimpliciter teneo opinio. Io.
de Lig. videlicet,quòd reus nullã pœnam patiatur, qa ipſe poteſt vti pluribus,diuerſis,& cõtrarijs exceptionibus, vt in c.nullus pluribus.& quod ibi per Dy. de reg.iu.in 6. & propter plus
petitionem actoris,pôt ſimpliciter oĩa negare. facit quod not.
Bar.& doc.in l.1.§.ſi ſtipulãti.ff.de verb.ob.& per Bar.& doc.in
23 l.qui ſolidum. in prin.ff.de leg.2. ¶†Quæro,plus petitum eſt a
me coram Titio iudice, volo agere ad pœnam in alio iudicio,
an poſſim?& Pet.hic tenet,ꝙ non, quia continentia cauſæ non
debet diuidi.vt C.de iud.l.nulli.Concludit tñ Io.Fab.ꝙ aut agitur de expenſis, & non pôt agi in alio iudicio, quia debent declarari eodẽ die. vt l.Paulus rñdit.ff.de re iud. qđ ego intelligerem verum,ſi ad expenſas tm̃ competeret officium iudicis, ſecus ſi deberentur iure actionis,vt quia lex, vel ſtatutum dicat,
plus petentem debere in expenſis condemnari. quia tunc corã
quocunq; iudice, etiam poſt plures annos, dictæ expenſæ poſſunt principaliter peti. vt eleganter dixit Bar.in l.non ſolũ.ff.de
rei vend.& in l.3.§.ſi rem.ff.de leg.3.& voluit Bald.in l.properandum.§. illo proculdubio.C. de iud. Et ad prædicta bene facit,quod no. Bar. in ſimili,in l. intra diem.ff. de re iud. Aut agitur ad alias pęnas, & tunc aut primo iudicio pendente,& non
poteſt,quia eſt præiudicialis,ac etiam, quia nõdum clarum eſt,
quòd in pęnã inciderit,niſi facta declaratione.vt arg.l. eius qui
delatorem.cum ibi no.per Bar.ff.de iu.fiſ.Aut ſnĩa in primo iudicio eſt lata,& tũc executio pôt peti coram quocunq; iudice,
ſm formam.l.4.§.ait prætor.d.l.intra diẽ.& l. a diuo Pio.§.1.ff.
de re iud.ita ſentit Ant.de But.& Io.de Lig.in d.c.1. de plus peti.quod no.¶In ea.gl.in ſi.dic idem no.gl.in d.l.iuſtas. & hoc ẽt
ſequitur ibi Bar. tenet ergo gl. & Bar. quod d.l.iuſtas. ſit hodie
correcta. Sed Io.Fab.hic tenet oppoſitum, quia fruſtra eſſet poſita illa in vltimo Codice,ſi fuiſſet correcta,& ſic fiſcus non tẽpus perder actionem, vt olim, & ſic fiſcus eſt deterioris conditionis,q̃ priuatus,ſicut alias,qui in dubijs iudicatur cõtra fiſcũ.
vt l.non puto.ff.de iur.fiſ.Nam in his,quę tendũt ad correctionem morum,& ad bonum exemplum præbendum, fiſcus contentatur eſſe deterioris conditionis. Hinc etiam eſt, ꝙ durante
legatione,poteſt cogi legatus fiſci,ſiue reipublicæ adire & reſtituere hæreditatem.vt l. ſi legatus.in princ. & quod ibi no.ff. ad
Treb.& illud credo verius,vt euitetur legum correctio.vt l.præ
24 cipimus.in ſi.C.de appel.¶In gl.cauſa cognita.in ſi.qm̃ in † in-
a tegrum reſtitutione,requiritur cauſæ cognitio,[a] videt,quòd nõ
poſſit delegari, nec concedi per iudicem delegatum. vt l. nec
quicquã.§.1.cũ ibi no.ꝑ gl.Bar.& doc.ff.de offi.procon. & leg.
Ac ẽt,quia in d.l.oẽs.ff.de in int.reſt. dixit prætor &c. Sed contrarium eſt verum, immo etiam delegatus reſtituere poteſt. vt
l.ſi.C.vbi & apud quem.Vnde in hoc articulo dic, aut principaliter delegatur cauſa in integrum reſtitutionis, & tunc nulli dubium,ꝙ delegatus de hoc poteſt cognoſcere,& determinare.vt
d.l.ſi. quandoq; delegatur vniuerſitas cauſarum, quod qñ fiat,
no.per gl.Bar.& doc.in l.1.§.1.ff.quis & a quo.tunc eñá clarum
eſt,ꝙ in vna cauſa poteſt in integrum reſtituere. vt d. l. ſin. ſm
alium intellectum.in ſi.ibi,generaliter &c. Quandoq; cã principalis unica tantummodo delegatur, & tunc ſi incidenter petitur in integrum reſtitutio ſuper aliqua interlocutoria, vel ſimili,qđ fieri poteſt,qm̃ in integrum reſtitutio non tm̃ principaliter,ſed incidenter poteſt peti,quod qualiter fiat, vide Bar.&
doc.in l.nam & poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiu.& iſto caſu etiam
eſt clarum,ꝙ delegatus poteſt in integrum reſtituere,vt not.gl.
in d.l.ſi.aut vult in cauſa principaliter reſtituere,& non poteſt.
vt l.aduerſos.C.ſi aduer. rem iud.& l.2. C. vbi & apud quẽ. ita
25 dicit Bar.& doc.in d.l.ſi. ¶ †In gl.iuuentute.in ſin.dic vt ibi per
tex. ꝙ beneficium reſtitutionis minoris tranſmittit ad quemli-
b bet [b] ſuum hæredem. ut l.non ſolũ.ff.de in integ. reſt. & eſt bonus text. in l. Suchum, aut Pamphilum.in §. quod vulgò. ff.de
ſol.quod eſt uerum,niſi in eo actu,qui per hæredem geritur,approbetur,& cõfirmetur illud,in quo minor veniebat reſtituendus, utpotà,adeundo pupillarem, in qua reperit paternam hęreditatem,ipſam paternam ẽt adiuiſſe videtur,& perdit beneficium reſtitutionis in ea. vt eſt gl.ſing.in l.pater. in gl. magna. in
26 ver. vel melius.ff.de priui.cred. & ibi hoc ſequitur Bart. ¶ † Ex
quo nota maximam limitationem ad l.non ſolum.cum ſimi.qa
illæ leges non habent locum,qñ pupillo per pupillarem tãtum
modo ſuccederetur,quod nunquam exeat mentem tuam.Et ad
prædicta vide l.Pantonius.in prin.cum ibi not.ff.de acq.hær.&
no.Bar.& do.Io.in l.ſi.eo.tit. & latiſſimè per Bar. in l.qui duos.
ff.de reb.dub.Poteſt etiam dictum beneficium in integrum reſt.
nõ tm̃ trãſire ad vniuerſales hæredes,(vt dixi)ſed ẽt ad ſucceſſorẽ ſingularẽ,quia poteſt cedi,vt eſt tex.& ibi no.per glo.& Bar.
in l.ſi minoris.ff.de adm.tut. & in l.quod ſi minor. in prin.ff. de
min. quod beneficium non tm̃ minori, ſed ẽt maioribus igno-
e rantibus (tñ ex iuſta cauſa[c]) conceditur. vt l.1.in ſi.ff.ex quibus
cau.maio.& dixi ſupra eo.§.rurſus.de quo per Bar.& doc. in l.
2.C.ſi aduer.vend.& l.Aemilius.in §.etiam.in prin.& ibi Bar.ff.
de mino.& no.Dy.Bar.& doc.in l.cum filius.§.in hac.ff.de ver.
obl.& eſt gl.no.& ibi Bar.& oẽs doc.in l.cum militaribus.C.de
teſt.milit. Et prædicta procedunt, qñ ſui facilitate minor plus
petierit, vt dicit iſta gl.ſecus ſi dolosè,clarè, & apertè, quia aduerſus dolum verum minor nõ reſtituitur. vt l. 1. C.ſi aduer.delic.& l.ex cauſa.§ nunc videndum. & l.auxilium.ff.de min. immo iſto caſu punietur in triplum expenſarum. vt ſupra eo.§.tripli.& ibi dixi.ſed aduerſus dolum præſumptum, de præterito
tñ benè reſtitueretur, vt eſt gl.ſing.quam ibi Bar.Bal.& Ange.&
doc.ſequũtur in l.vbi exigitur.ff.de eden.& no. Bar.in l.minor
25.annis. omiſſam.ff. de mino. ſecus aduerſus dolum præſumptum,ẽt de futuro,quia tacitè inuitaretur ad delinquendum.de
quo ꝑ Bar.in d.l.vbi exigitur. & in d.l.minor 25.ann. omiſſam.
& latius per eundem,& alios doc.in l.1.§.nunciatio.in verſ.aduer.ff.de ope.nou.nunc. ſed bene reſtitueretur minor aduerſus
etiam verum dolum,qui non in faciendo, ſed in omittendo cõ
ſiſtat.vt l.2.C.ſi aduer. delic. cum ibi not. quæ omnia bene not.
27 ¶†Quæro,an in integ.reſtit.requiratur libellus, & lit. conteſt.
& alia iudicialia? dic aut principaliter petiř, & iſta requirũtur,
aut incidenter, & tunc etiam ſine iſtis iudex ex ſuo officio pôt
reſtitutionem cõcedere.ut not. Bar.& doc.in d.l.nam poſtea.§.
ſi minor. ſi ſibi iudici videbitur,aliàs pôt illico reſtitutionẽ denegare. ut l.defendente. & ibi Bar.ff.de autho.tut. & Bal.in auc.
ſi oẽs.C.ſi vt ſe ab hære.abſti.& ibi Cy.& doc.& no.glo.& doc.
in c.iudicis officium.de offi.iud.in 6.& no. Bar. In l.in cauſa.§.
cauſa cognita.ff.de mino.& no.Bar.in l.ab hoſtibus.§. ſed quod
ſimpliciter.ff.ex qui.cau.ma.in ver. ſed q̃ro, quale ſit iſtud &c.
d ¶ Quomodo autem formetur libellus [d] in integrum reſtitutione? dixi ſupra eod.tit.in princ.dic vt ibi. vide etiam formam libellandi per Bartol.in l.minor autem magiſtratus.§.1.ff.de mino.
28 no.¶ † In glo.conſtantiſſimus.in ſin. intelligas in facto alieno,
ſed

ADDITIONES.

a Cauſæ cognitio. Adde Ang. in conſi.53. Ioan. de Ana.in conſi.48. & Franc. Aret. in conſ.66.
b Quemlibet. Adde Rom.conſ.38.& conſ 512.
c Iuſta cauſa. Adde Alex.in conſ 71.in 1.lib.
d Libellus. Adde,vt per Oldr.conſ.108.

ſed in facto proprio non eſt tolerabilis ignorantia.l. quãquam.
ff.ad Velleia.ita no.gl.in l.ſi res obligata.ff.de leg.1.& in l.ſi quis
delegauerit.ff.de noua. quod eſt verum, niſi ſit factum propriũ
a de antiquo,[a] quia tunc non præſumitur ſcientia.vt no.Dy.in c.
præſumit.de reg.iur.in 6. & facit,qđ no.gl.in l.1. in ſi.C.de ſer.
fug.& in l.ſi id quod.in prin.ff.de acq.poſ. Item hoc eſt verum,
niſi ſit factum intricatum.vt l.emptor.§.Lucius. & ibi Bar.ff. de
pact.ita dixit Bar.& doc.in d.l.ſi res obligata. & in d.l.ſi quis de
legauerit.& facit quod hr̃ in l.peregre.in prin.ff.de acqui. poſſ.
¶ Aduertas tñ,quia illud,quod dicitur,ꝙ ex longitudine tp̃is re
mouetur ſcientia,& inducitur obliuio, & ꝙ pōt allegari igno-
rantia,eſt verum,qñ tractaretur de damno euitãdo,ſecus ſi tra
ctaretur de lucro,vt eſt tex.& hoc no. ibi ſingulariter Bar. in l.
qui fundum.in §.ſeruus meus.ff.de vſucap. pro empto.qđ nun-
quam eaeat mentem tuã. Ignorantia vero iuris neminem excu
ſat.vt l quid ergo.§.notantur.& ibi gl.& doc.ff.de inſa.intãtum
etiam,ꝙ mulier non excuſatur.vt l.ſi. C.de iur.& fa.igno.niſi in
certis caſibus poſitis ibi per gl.& doc.¶ In gl.in ver.quibuſdam.
19 in fin.probauit † .n.hæres falcidiam locum habere.vt l.cum de
lege.ff.de prob. & probabit hoc modo,tot,& tot ſunt legata,&
tot,& tot ſunt credita,ſiue onera,& tot ſunt in bonis, igitur fa-
cto calculo apparet,quòd nõ habeo falcidiã.ſi ergo dicerent le
gatarij,quòd immo tm̃ remanet penès hæredẽ, quod ſufficit ad
Falc.eis incumbit onus probãdi.ita ſing. dixit gl.in d.l. cum de
lege.de proba.¶ Ex quo no.ſingularem cautelam qñ hæres vult
transferre onus probandi in legatarios,ꝙ oſtẽdat teſtm̃,in quo
apparent eſſe legata trecentum quinquaginta , & dicat tot ſunt
onera,quæ aſcendunt ad decem,& oſtendat per ſcripturam,&
teſtes,tot alia bona ſunt,quę aſcendunt vſq; ad 40.& non plus,
ergo ego non habeo Falcidiã, quibus ſimpliciter deductis ſine
alia probatione, ſtatim transfertur onus probãdi in legatarios,
ſi voluit plus dicere eſſe in bonis.¶ Et credo,quòd ſit rõ,quia hę
res dicit,ꝙ non eſt plus,& ſic priuatiuè,ſiue negatiuè ponit, &
legatarij dicunt plus eſſe.& ſic ponunt,& afferunt affirmatiuã ,
igitur &c.arg l.actor.C. de prob.& hoc vr̃ ſentire Bar.in l.ſi cõ
ſtante.in prin.ff.ſol.mat.Sed do.meus Io. dicit,ꝙ rõ eſt hodie, ſi
hæres conficit inuentariũ,quia pro inuentario præſumitur,igi-
tur volens dicere ꝯ̃rium contra hãc præſumptionẽ, debet illud
probare.vt l.ſiue poſſidens. C.de probat.ſi aũt non fecit inuen-
tarium,vel antiquitus, vbi non erat inuẽtarium, & tunc idem ,
quia præſumptio eſt pro hærede,ea quo ſi occultaſſet aliquid,
priuaretur Falcidia.vt l.reſcriptũ.ff.de his qui.vt indig. & l.Pau
lus rñdit.ff.ad leg.fal.& ideo non pręſumit illud feciſſe, ex quo
incurreret pęnam.vt l.meritò.ff.pro ſocio. & no. Bar. in l.gerit.
ff.de acq.hær.quod no.ad intellectum dictæ l.cũ de lege.nã ſci-
re debes,ꝙ hęres olim occultans aliquid hæreditarium,perde-
bat Falcidiam tantummodo in re occultata.vt d.l. Paulus.& d.
l.reſcriptum. De iure verò Codicis condemnabatur in duplum
eius,quod ſurripuerit,vel occultauerit, & in inuentario nõ po
ſuerit. vt eſt tex.in l.ſi.§. licẽtia.ver. illo videlicet.C. de iure de-
lib.Hodie verò de iure nouiſſimo Authenticorum perdit Falci
b diam in oĩbus rebus[b] non tm̃ in re ſubtracta , vel occultata, vt
in Auc.de hærd.& falci.io §.ſancimus.& ibi gl.in verſi.non for
tè.& ita tenet ibi Iac.de Bel. & hoc ſequitur Bar. in d.l. Paulus
rñdit.& in d.l.reſcriptum.& in d.§.licentia.licèt alleget Cy.te-
nentem ꝯ̃rium,in auc.ſed cũ teſtator.C.ad leg.fal.9.q. Sed Ang.
& do.meus Io.in d.l.Paulus.concordat opin. quia aut quæritur
quò ad beneficium deductionis Falcidiæ, & tunc procedit d.§.
ſancimus.cum glo. quia non debet inuentarij beneficio quò ad
Falcidiam vti, ex quo occultando aliquid, eſt illo abuſus. & ita
intelligatur opi.Iac.& Bar.¶ Sed quò ad hoc,vt nõ teneatur vl-
tra vires hæreditarias,tenet opi.Cy. quia ꝑꝑ hoc non tribuitur
ſibi beneficium,ſed reditur ad ius antiquũ. vt l.1.§.ſi is quis qua
dringenta.ff.ad Treb.¶ Ex quo ſequitur,quòd ẽt hodie talis hæ-
res occultans non tenebitur legatarijs vltra vires hęreditarias,
licèt creditoribus ſic,vt patet in d.§.ſi is qui quadringenta ¶ Ex
quo ſequitur,ꝙ Ang.ſentit,ꝙ hęres hodie occultans tenetur le
gatarijs in duplum rei ſubtractæ. vt d.§.illo videlicet. quia ille
§.hodie.quò ad legatarios non erat in hoc correctus, qm̃ d. §.
ſancimus.ſolùm vr̃ priuare hæredem poteſtate detrahendi Fal-
cidiam,ideo quò ad alia vr̃ correctus. d.§. illo videlicet. & qđ
dixi,quòd tm̃ modo § ſancimus.addit de perdenda Falcidia, eſt
verum quò ad formam confectionis inuentarij,ſed quò ad affe
ctum inuentarij addit aliud, videlicet, ꝙ ſi vult poſſe vti Falci-
dia,debet plenariè ſeruare illam legẽ, & ſic nihil omittere, vel
detrahere.& pro hoc facit infra eo.ti.§. ſi verò non fecerint. &
quod ibi gl.vbi gl.enumerat aliqua,quæ adduntur.d. l.ſi. C. de
iure deli.circa materiã inuentarij. quod no. ¶ In gl. ſine cõme-
moratione.ibi,potius conueniri.quærit Io.Fab.ſi eſt notorium,
ꝙ vtilius eſt debitori ſoluere in loco, vbi agitur,ꝗ in loco con-
uento,nunquid tunc debeat actor mentionẽ facere de loco con
uento? Et dicit, ꝙ ſic, quia petitio ſemper debet narrare formã
obligationis.vt infra proxi.§.in ſi. Item quia aliquãdo expedit,
& facilius eſt debitori,quod damnoſius eſt ſibi,infra eo.§. præ-
terea.in ſi.igitur &c.¶ In ea.gl.ibi.l.2.§.ſi.no.gl. quæ ponit for-
mam libelli in actione,de eo,quod certo loco. ſed tu dic, vt di-
xi ſupra eo.§.pręterea. ¶ In ea.gl.in ſi.dic hanc vltimam appro
bat gl.vbique,& ita cõiter tenet,licèt Bar.teneat primam.vt di
xi in d.§.pręterea. ¶ In gl.promiſſori. in ſi.dic,ꝙ intereſſe rei, ſi
conueniatur in alio loco,ſemper ęſtimatur,ſed non actoris,ni-
ſi reus fuiſſet in mora,vel culpa.vt no.gl.Bar. & doc.in d.l.2. in
prin.& dixi in d.§.præterea.Hic eſt finis iſtius §.

ADDITIONES.

b Antiquo. Adde per Rom conſ 481.
b Omnibus rebus. Adde Rom.conſi.276:vbi idem tenet reprobato Cyno.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio libelli qualis eſſe debeat.*
2 *Alternatiuarum quot ſpecies ſint.*
3 *Electio cuius ſit in alternatiuis.*
4 *Diſpoſitio huius §.quando locum habeat.*
5 *Perempto vno ex alternatiuè debitis , an alterum tantum praſtandum ſit.*

Huic autem. ¶ Summatus eſt iſte §.ſuprà cum præce-
denti, (tamen ſpecialiter hoc declarat
per exempla, qualiter plus petitur cauſa) vnde nota , quòd in
alternatiuis contractibus in dubio eſt electio debitoris . con-
cor.l.plerunq;. in ſi.C.de iure do. ¶ No.ꝙ alia eſt obligatio,ſiue
cauſa alternatiua,& alia eſt pura.concor.l. 1.§.ſi qs ſimpliciter.
& §.qui Stichum.ff.de verb. obli. ¶ No. ꝙ petitio in alternatiua
debet eſſe conformis obligationi,videlicet, ꝙ debet petere ſibi
dari oportere illud,aut illud quod eſt verum,quãdo electio eſt
debitoris, vt hic. ſecus ſi creditoris, quia poteſt alterũ de alter-
natiuis pręcisè petere.vt l. vbi autem non apparet.§. qui illud.
& ibi Bar.& doc.ff.de verb.ob.¶ No.quòd ille,q abſtulit reo ele
ctionem,dicitur ſuam conditionem meliorem facere,& alienã
deteriorem, quod non licet poſt conuentionem factam. vt l. ſi-
cut.C.de act.& obl.¶ Vltimò nota regulam vniuerſalem in me
1 dio concludendi,& in concluſione † vniuſcuiuſq; libelli,ꝙ ipſa
concluſio ad hoc,vt procedat, ſemper conformis eſſe debet na
turæ,& efficaciæ, & qualitati ipſius obligationis, vt ſi eſt pura
ipſa obligatio,purè & præcisè petatur condemnari. Si in diem,
vel ſub conditione,vel alternatiue,vel in genere, petatur con-
demnari eo modo,quo præceſſerat obligatio, alias aũt libellus
non procederet,& incideres in pœnam,vt hic.facit l.1.§. 1.ff. ſi
menſ.fal.mo.dix.¶ In gl.electio.in ſi.ad euidentiam iſtius mate-
riæ alternatiuæ,præmitte ſecũdũ Ioã.Fab. hic,quòd sex ſpecies
2 ſunt alternatiuę.Nam prima † eſt alternatiua rerum,vt hic,cũ ſi.
Secunda eſt alternatiua perſonarum , quæ quandoq; ſtat pro-
priè,& quandoq; reſoluitur in coniunctam.de quo dicendum,
vt habetur in tex.quãd per gl.& doc.in l.cũ quidam.C. de ver.
ſign.& ff.de leg.2.l.ſi Titio,aut Seio. & de leg.1.l. ſi ex toto.§.1.
Tertia eſt alternatiua temporum,de qua habetur ff.de verb.ob.
l.ſi ſtipulatus fuero decem,aut quinque.Quarta eſt alternatiua
locorum , vt eſt caſus, in l.3.§. qui Stichum.ff. de eo quod cer.
loc.Quinta eſt alternatiua locorum,& rerum.vt d.l.3.§.proin-
de.ff.de eo quod cer.lo.Sexta eſt alternatiua rerum, perſonarũ,
& locorum , vt promittis mihi Aretij dare Stichum , vel Titio
Pamphilum Senis.vt argu.d.§.proinde. ¶ Videndum igitur erit
3 an diſpoſitio iſtius §. in qualibet † de dictis ſca alternatiuis lo-
cum habeat,ſed antequam ad iſtud veniamus, primò vidẽdum
a cenſeo, cuius in alternatiuis ſit electio? [a] vnde dicas,aut loqui-
mur in vltimis uoluntatibus,aut in contractibus, aut in gratijs,
ſiue in beneficijs,& cõcluſiuè in his omnibus,primò inſpicien-
dum

ADDITIO.

a Sit electio alternatiua , quando reſpicit exactionem dicitur eſſe in fauorem creditoris,vide per do. Phil.Dec in conſ.12.col.1. & licet faciat electionẽ debitori,tñ ſecus eſt in fauorẽ creditoris,vt in præalleg conſi Item an alternatiua declaretur ſecundum aliam,& quando reſoluitur in coniunctam,& quãdo capitur pro copula,& per eundem in conſ 95. in 1.col Adde quando alternatiua ponitur inter genus,& ſpeciẽ,an ſtet pro idem,per Alex de Imo. in conſ 96.in 4 lib ibi,modo ſit alternatiua etiam an vna deficiente de neceſſitate,an altera debeatur,& an conſtituat debentem in mora vide per Bal,cõſil.191. per tot.quod incip.inter cætera pacta. in 1.lib Bal.ab Hor.

dum eſt, ad quem verba executiua dirigãtur. nam clarum erit, ꝙ illius erit electio, ad quem verba executiua diriguntur, ſiue dirigantur ad creditorem, vel ad concedentem gratiam, vel ad recipiẽtem. vt no. gl. ſing. & ibi Bar. & doc. in l. Lucius. ff. de leg. 2. & idem no. Bar. in l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. obl. Aut ſumus in dubio, quia non apparet ad quem verba dirigantur, & tũc aut loquimur in ultimis voluntatibus, & tũc aut legatũ eſt factum in ſpecie ſimpliciter, de qua dubitatur. & ſic agitur propriè ad declarationem, vt quia expreſſum eſt proprium nomẽ, vtputà, lego tibi Stichum, cum plures Stichos haberem, & tunc talis declaratio ſpectat ad hæredem, & ſic ad debitorem. ut eſt tex. cum glo. & ibi doc. in l. ſi quis filio. §. ſi plures. ff. de leg. 1. & ibi in gl. ponitur ratio. Aut eſt legatum ſubalternũ alternatiue, & tunc in dubio erit legatarij electio, & ſic creditoris, fauore vltimæ voluntatis. vt dixit gl. in d. l. Lucius. Aut eſt legatum generis, & tunc in dubio, cuius ſit electio, ſolet remitti ad not. in l. legato generaliter. per gl. plenè & doc. ff. de leg. 1. ff. fam. erc. l. hæredes. §. incerto. Sed tu dic audacter, ꝙ electio eſt illius, in cuius facultate eſt, qua actione experiatur, & ſic etiã iſto caſu eſt electio legatarij, & per conſequẽs creditoris. vt eſt tex. ſpertus melior de corpore iuris, in l. ſi ſeruus legatus. §. cùm homo. de leg. 1. Aut legatur incertum de certis, vt lego unum de ſeruis meis, & ſic quodammodo in genere ſubalterno, tunc etiam iſto caſu in dubio electio erit legatarij, & ſic creditoris, etiam fauore vltimæ voluntatis. vt l. qui duos. de leg. 1. Secundo vero caſu principali, videlicet, in contractibus, dicas, ꝙ in dubio electio non erit creditoris (vt dixi) in vltimis volũtatibus, ſed erit debitoris. ut hic. & d. l. plerunq;. & no. Bar. in d. l. Lucius. & not. Dy. in c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Tertio vero caſu principali, videlicet, in gratijs, & beneficijs, dic, ꝙ in dubio in eis ſit plena interpretatio, vt dicimus in vltimis volũtatibus, in q̃bus vertitur largitas, & gratia teſtatoris. facit ſupra de leg. in princ, & per ↄ̃ns illius erit electio, cuius gratia eſt facta. ar. l. ſi. ff. de cõſtit. prin. & ita tenet ibi Guil. ita dicit, & tenuit ẽt Bar. in d. l. qui duos. ſed hoc vltimum limitat ibi Imo l. qñ proprio motu conceditur gratia. vt in c. ſi proprio motu. de præb. lib 6. aliàs ſecus per c. ſi pluribus. cum ibi no. eo. tit. de præb. facit, quod hr̃ in ſimili, & ibi Bar. & doc. in l. 3. in prin. ff. qđ quiſq; iur. Tu in paucis oĩa recolligas, ꝙ in dubio in vltimis volũtatibus electio ſemper eſt creditoris, in cõtractibus vero debitoris, in gratijs inſpicitur, an proprio motu, vel non, vt patet per prædicta. ¶ Secundò, & principaliter, ad euidentiam, ſcire debes, quid eſt in alternatiuis in obligatione? Dic, ꝙ ſi ſunt ſpecies, vtraq; eſt in obligatione, licèt in effectu altera tm̃ ſit in ſolutione. ut l. ſi duo. cum ibi no. per gl. Bar. & doc. ff. de verb. obl. in ſummis vero, vel tẽporibus alternatiuè debetis, ꝙ illud, quod eſt minus tm̃ eſt in obligatione. vt d. l. ſi ſtipulatus fuero decẽ, vel quinq;. quod intellige, qñ electio eſt debitoris, ſecus ſi creditoris. l. planè. §. pe.
4 de leg. 1. ¶ His præmiſſis videamus an in aliquo de ſupradictis ſex alternatiuis, & in quo locum habeat iſte §. & hic Io. Fab. & Io. de Pla. multa dixerunt. Tu dicas concluſiuè, ꝙ in alternatiua rerum, ſummarũ, vel temporum, ſi eſt electio creditoris, alterũ tm̃ de alternatiuis petendo non incidit in pœnã huius §. 1. l. ubi aũt non apparet. §. qui illud, aut illud. & quod ibi Bar. ff. de uer. obl. quinimmo alterum ſimpliciter petendo, vr̃ illud eligere. vt l. ſi cui. de leg. 2. ſecus ſi electio eſſet rei, quia tunc in libello facienda eſt mentio de cauſa alternatiua, qñ aliquo modo poteſt ipſius rei intereſſe, vel ꝑꝑ affectionem, uel alio modo, vt hic, & ſupra proxi. §. aliàs actor incideret in pœnam huius §. ut hic. In alternatiua uerò perſonarum, vt puta ſi ſum ſtipulatus mihi, aut Titio decem dari, ſi peto ſimpliciter mihi decem dari, non adiecta etiam perſona Titij, nunquid poſſim? Et vr̃ ꝙ nõ, cum me inuito debitor poſſit Titio ſoluere. ut ſup. de inutil. ſtip. §. ſi quis alii. & quod ibi glo. facit l. ſi verò procuratori. §. 1. ff. de ſo. & l. Iulianus. §. 1. de uerb. obl. & ſic videtur, quòd ego actor non poſſum auferre aduerſario illam electionem, & per ↄ̃ns videt̃, quòd pœna iſtius §. ita habeat locum in alternatiua perſonarũ, ſicut in alternatiua rerum. Sed contrarium eſt verum ſm̃ Ioan. Fab. ſaltem vbi altera perſona eſt adiecta ſolutioni, nam ſi ſtipulator egerit, & litem in ſua perſona tantummodo formauerit, & litem fuerit conteſtatus, non videtur amplius ſolui poſſe adiecto ſolutioni. vt arg. l. ſi ſtipulatus fuero decem in melle. ff. de ſolu. nam certum eſt, quòd vbi ago purè ad dandũ mihi, bene ago, nã ſi agerem ad dandum mihi aut Titio, ſemper reus liberaretur dando Titio, non tm̃ ante litem conteſtatam, & ſic faciendo, quod petitum eſt, cum reus non poſſet condemnari aliter, nec in alio, q̃ petitum ſit. vt infra de perpe. & tempo. act. §. ſin. & l. ut fundus. ff. commu. diuid. & ſic non cogitur actor concludere alternatiuè ſm̃ formam iſtius. §. & hoc ſine dubio procedit, vbi Titius eſt adiectus, ſi aũt ambo ſunt principales, vt putà, lego Titio, aut Seio, cui hæres volet, vel ambo Titius, & Seius ſunt alternatiuè ſtipulati, videlicet Seius eſt ſtipulatus, promittis mihi, aut Titio, & Titius ſtipulatus, promittis mihi, aut Seio, & tunc dic idẽ, quia quilibet eorum põt agere purè, nulla mentione facta de alternatione, nec illo caſu habebit locum pœna iſtius §. vt de leg. 2. l. Titio aut Seio. & ibi expreſſum eſt. facit l. ſi ex toto. §. 1. ff. de leg. 1. ¶ His pro euidentia præmiſſis, redeamus
a ad gl. & vt vides ſm̃ gl. qñ vnum ex alternatiuis [a] perijt, alterũ tantummodo præſtatur. In hoc tñ articulo conclude latius, ſm̃ Bar. & doc. in l. Stichum, aut Pamphilum. ff. de ſolu. quia aut eſt electio rei, & tunc aut vna de alternatiuis rebus perijt, aut am-
5 bæ. Primo caſu, ſi aut perijt ante electionem, aut poſt, ſi ante, & tunc, aut abſq; ſui culpa. & tunc creditor poteſt petere ſolummodo illam, quæ ſupereſt. vt ff. de ſolu. l. Stichum, aut Pamphilum. in prin. debitor vero caſu poteſt ſoluere ẽt mortui æſtimationẽ. vt l. cum res. §. qua ratione. ff. de leg. 1. Si vero vna res perijt culpa debitoris, & tũc aut res, quæ perijt, erat vilior, & tũc illa, quæ ſupereſt tantummodò ſolui poteſt. vt d. l. Stichum. ver. enimuero. Aut erat pretioſior, & tũc poteſt peti, etiam mortua, ad hoc, ut eius æſtimationem conſequatur, vt colligitur ex ratione tex. d. l. Stichum. Si verò perijt poſt electionem factam a debitore, & tunc aut res erant debitæ ex teſtamento, & tunc perijt periculo creditoris, cuius erat iam facta res electa. vt l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. de leg. 1. cum ſi. quod intelligo, niſi culpa debitoris perierit, quia tunc tenetur lege Aquil. cum rem iam factam alienam interuerterit. Si verò erat debitor ex contractu, & tunc aut poſt electionem creditor fuit in mora recipiendi rem electam, & idem, quia perijt periculo creditoris. vt no. glo. in d. l. Stichum. quod intelligo, niſi debitoris culpa interceſſerit, vt no. Bar. in l. qui decem. in prin. ff. de ſo. Si vero creditor non fuit in mora, tunc perijt periculo debitoris, cuius erat. vt l. pignus. C. de pign. act. & l. ſi is cui. de leg. 2. ſm̃ Bar. in d. l. Stichum. Sed Imo. in hoc ibi tenet gl. indiſtinctè, nam eò ipſo, ꝙ eſt facta electio per debitorem, hr̃ perinde ac ſi ille ſolus fuiſſet in obligatione, per tex. in d. l. Stichum. ſicut igitur tunc eſſet in dñio debitoris, quia per ſolam electionem creditoris non transfertur dominium in creditorem. vt l. traditionibus, cum materia. C. de pac. tamen quia eſſet debitor ſpeciei, eius interitu liberaretur ante moram. vt l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obl. & ita etiam in caſu noſtro. Nec ob. d. l. pignus. quia loquitur in alio caſu, videlicet, qñ res pignorata perijt, ſed in caſu noſtro loquimur, quãdo debitum erat in ſpecie, & iſta ſpecies perijt, quo caſu, eſt ſecus. d. l. ex legati cauſa. pro hoc videtur caſus in d. l. huiuſmodi. §. Stichum. indiſtinctè ipſum intelligendo. Et ſic quando res alternatiuè legatæ, erant etiam alienæ. Secundo verò caſu principali, quando vtraq; res perijt, & tũc aut vtraq; perijt culpa debitoris, & transfertur electio in creditorem. vt d. l. Stichũ. verſi. .n. vero. Aut vna perijt ſua culpa, & tunc aut fuit culpa commiſſa in re, quæ vltimo loco perijt, & illa tantummodo debet peti deſtricto iure, ſi ſola fuiſſet in obligatione. ar. d. l. Stichum. iuncta l. ſi ſeruus. ff. de verb. obl. Si verò culpa fuit commiſſa in re, quæ primò perijt, & tunc re ſecũdario perempta caſu debitor liberatur mero iure, ſed actione de dolo tenetur, quia primam interemit. vt d. l. Stichum. in ſi. prin. quæ omnia nota.

ADDITIO.

a Alternatiuis. Et de alternatiuis, an ad veritatẽ alternatiuè ſufficiat alterã partem eſſe veram? dic, ꝙ ſic. vide Pan. in c. inter cæteras. in 1. col. de reſcr.

SVMMARIVM.

1 *Genere obligato quid ſit petendum.*
2 *Plus petere an dicatur actor cui debetur homo in genere, petendo hominem mediocrem in genere ſibi dari oportere.*
3 *Agens contra eum, qui promiſit ſoluere decem in vino pro pretio, qđ valet, & non ſoluit, an dicatur plus petere ſi decem tantum petit.*
4 *Intellectus ad l. ſi q̃s ſtipulatus fuerit decẽ ĩ melle. ff. de ſolutionibus.*
5 *Obligatio hominis in genere quid contineat.*

Præterea. ¶ Summatus eſt iſte §. cũ. §. ſi quis agẽs, eo. tit. ¶ No. ꝙ qui habet obligationem in genere, non poteſt præcisè vnam ſpeciem petere. ¶ No. quòd habens obligationem generis petendo vnam ſpeciem purè, & præcisè, dicitur plus petere, & ſic nota, quòd maior dicitur eſſe obligatio, & petitio ſpeciei, quàm generis. ¶ No. quòd ille qui aufert electionem aduerſario, quam de iure habebat, dicitur plus

petere.¶ No.q dum alicui aufertur libera diſponendi facultas,
dicitur diminui de ſuo iure facit l.1.C.de ſan. ſan.eccl. ¶ No.q
etiam petendo ſpeciem viliſſimam putè, quando eſt obligatio
1 †generis, & per conſequens, quando in effectu mediocrè dici-
tur deberi, tamen dicitur plus petere, nam ſæpenumero alicui
magis datur facultas præſtandi, quod eſt carius, quàm quod eſt
vilius. ¶ No.q agens ante tempus patitur pœnas duplicationis
induciarum.¶ No. q petens plus debito alijs modis, quam tem
pore, incidit in pœnā tripli expenſarum, de quo dixi ſupra eo.
§. tripli.& d.§.ſi quis agens. ¶ In glo.pretij.in fin. facit iſte text.
cum gl.q non poſſit aliud pro alio ſolui inuito creditore, quā-
uis melius ſolueretur.de quo in l.2 §.1.& l.cū quid.ff.ſi cer.pe.
2 ¶ Quæro, quid † quando debetur homo in genere, an debeat
præſtari mediocris? vt l.ſi hæres.§.generaliter.ff.de legar.1.& l.ſi
quis argentum.§.2.C.de don.& no.gl.& doc.in l.legato genera
liter.ff.de leg.1.Pone ergo, q actor, cui debetur homo in gene-
re, petit hoīem mediocrem in genere ſibi dari oportere, nun-
quid videatur plus petere? Videtur, q ſic, quia iſta non eſt for-
ma obligationis, q̄ eſt attendenda. vt ſup.proxi.§.in fi. vnde licèt
mediocris ſit in ſolutione, non tamen eſt in obligatione, ideo vi
detur, q debeat agere ſimpliciter. In contrarium videtur, q ſit
neceſſe, & expediens, q petat mediocrem ſibi dari oportere, q̄a
alias non poſſet iudex ad præſtandum mediocrem condemna-
re. & facit quod habetur infra de offic.iud.§.1.Sed iſta (iudicio
meo) non eſt ſufficiens ratio, quia ſatis eſt, q iudex condemna-
ret ad præſtandum hominem in genere, quod petitum eſt. facit
quod no.gl.ſupra eo.§.curare. Et tunc facta declaratione prædi
cta, ſuccedit iuris diſpoſitio, q mediocris debeatur. ar.l.1.§.1.ff.
ad Tut p.ſicut in ſimili dicimus de condemnatione ad emēdam
damni, quia intelligitur, q habeat facultatem ſerui præſtandi,
vt l.miles.§.1. & ibi Bar.de re iudi.& dixi ſupra eo.§.præterea, ſ
materia actionis noxalis. quicquid tamen ſit Ioā.Fab. hic tenet,
q non dicatur plus petere ad iſtum finem, ne incidat in pœnā
huius.§.quod credo verum.argu.l.præſes.ff.de pœn. ¶ Pone, q
petit plus cauſa. vt in d.§.præcedenti, & hic, & opponitur mihi
exceptio. Dic, q ſit abſolutio ab obſeruatione iudicii, quaſi a-
liud petierim, q̄ mihi debeatur. vt hic. & ſupra proxi.§. & ff.de
ver.obl.l.1.ſi quis ſimpliciter. & l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipula-
tus, & hoc vr ſatis probari de plus peti.c.1.& hoc tenet Io.Fab.
3 infra de excep.§.tpales. quod credo verum. ¶ Pone, q aliquis
promiſit ſoluere decem in vino pro pretio, quod valet, non ſol
uit, ago contra eum, & peto decem tantummodò, an dicat plus
petere? Et videtur, q ſic, quia adimo ſibi facultatem ſoluendi,
& præſtādi vinū pro pecunia. vt arg.iſtius.§.& ſupra proxi.Sed
4 contrarium eſt expreſſum in l.ſi quis ſtipulatus † fuerit decem
in melle.ff.de ſolu. vbi fuerunt petita ſolum decem, ſi ibi pete-
rentur ſm formam obligationis, mel poſſet præſtari vſq; ad ſen
tentiam. vt infra de per pe.& tempo.ac.§.fin.& l.ſi reus paratus.
ff.de procu. quod ibi negatur. Concludit tamen Ioan. Fab. q in
narratione libelli debeat de hoc facere mentionem, licèt non
debeat in concluſione libelli dicere, vel petere, & malè ageret,
niſi decem, niſi narrando de hoc faceret mentionem, ac etiam
dicitur, q ſi ſibi expediret magis habere ſpeciem, quàm pecu-
niam, q poſſet concludere ſm formam obligationis, vt ſupra
proxi.§.& ſic petere decē in vino, ego credo, q omni caſu poſ-
ſet concludi ſm formam obligationis. vt in §.præcedenti. & fa-
cit, quod ſupra dixi in iſto. §. quando petitur homo in genere.
5 ¶ †Quæro, in obligatione hoīs in genere, quid eſt in obligatio-
ne? Et dic ſm gl.in l.Meuius.§.duobus.ff.de leg.2. ibi gl. Bar. &
doc.in l.2.§.fi.ff.de verb.obl, q nullus homo eſt in obligatione
certus, & determinatus, ſed determinandus per ſolutionē, adeò
q ille, cui ſoluetur, fingetur ab initio fuiſſe in obligatione. vt l.
cum incertus.cum ibi no.ff.de le.1. Nec huic ſententiæ aduerſa
tur.§.duobus. quia verū eſt dicere in legato generis omnes ho-
mines contineri, quia omnes poſſunt ſolui, & ſic etiam debet
intelligi l.ſi vnus.§.ſi quis generaliter.ff.de pact.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio an præſumatur per ſimplicem promiſſionem ſcièter factam, licet res non tradatur.*
2 *Emendare, & mutare qualiter differant.*
3 *Libelli emendatio prohibita quæ ſit.*
4 *Mutatio libelli quæ ſit permiſſa, & quæ prohibita.*
5 *Emendare quid ſit.*
6 *Libellus an & quando poſſit emendari. & nu. 7. & 8.*
9 *Iudex an & quando ex conſcientia, aut ex probationibus iudicare debeat. & nu. 10.*
11 *§ ſi minus, declaratio.*
12 *Cauſa cognitio quæ requiratur in dāda ſecunda dilatione. & nu. 14*
13 *Dilatio ſecunda tur. & quando danda ſit.*
15 *Dilatio ſecunda de facto a iudice conceſſa non allegato nec probato impedimento an valeat.*
16 *Iudex an poſſit dare dilationem ad probandum nemine petēte, & an data arctet eum, cui data eſt.*
17 *Dilatione conceſſa ad producēdū vnū teſtem, ſi producatur in prima die, an finita ſit cū dilatione. & iudex poſſit ad vlteriora procedere.*
18 *Dilatione vna pendente an alia dari poſſit.*
19 *Dilationes quō aſſignari debeāt, an ſimul reo, et actori, an ſeparatim*
20 *Reus an poſſit renūtiare dilationi ſibi cōceſſæ, ne actor poſſit illa vti, & ſic renunciare poſſit in eius præiudicium.*
21 *Terminus datus actori ad probandum, an idem in reo currat, donec per aduerſarium fuerit poſitionibus reſponſum.*
22 *Dilatio noua an danda ſit, nouo iudice adueniente, vel adueniente noua perſona litigatoris.*
23 *Dilationes quot dari poſſunt ad probandum.*
24 *Dilatione ad producendum teſtes, vel aliud faciendum finita, an & quando liceat teſtes producere, vel aliud facere. & nu. 25.*
26 *Dilatio an & quando ſit peremptoria.*
27 *Terminus ad audiendam ſententiam an ſit peremptorius.*
28 *Iudex ex cauſa poteſt omnem dilationem a iure introductam abbreuiare, & protelare.*
29 *Libellantis aſſertio an, & quando ſibi noceat.*
30 *Confeſſio erronea an, & quando poſſit reuocari.*
31 *Confeſſus an poſſit appellare.*
32 *Præcepto an, & quando obligemur.*
33 *Error facti quomodo probetur.*
34 *Liti an renunciare liceat.*
35 *Cumulatio quid ſit.*
36 *Cumulatio in quibus caſibus ſit prohibita.*
37 *Libellus an procedat, & iudiciū in caſibus, in quibus cumulatio non poteſt fieri, ſi oppoſitum non fuit.*
38 *Exceptio impediens cumulationem quando opponi debeat.*
39 *Libellus an procedat, quando actiones, quæ electione tolluntur in libello proponuntur, & reus non opponit.*
40 *Libellus an procedat, quando actiones ſimul intentatæ ſunt contraria, & non opponitur.*
41 *Libellus quomodo cognoſcatur aptus.*
42 *Probatio apta an ſuffragetur inepto libello.*
43 *Teſtes an & quando ad concordiam reducantur. & nu. 44*

Si minus. Petens minus, quàm ei debeatur, pōt corā eo-
dē iudice reſiduum petere. idem ſi aliud pro
alio petierit per errorē, nam poteſt eadē inſtantia libellum mu-
tare. h.d. Et diuiditur in duas partes. Primò, qn̄ minus petijt. Se-
cundò, qn̄ aliud pro alio per errorem petijt. ſecunda ibi, ſi quis
aliud. ¶ No. q licet quis petat certā quantitatem, non tn̄ pp hoc
videtur confiteri ſe in maiori quantitate nō eſſe creditorem, ut
hic. & l.ſi quidem ex cauſa. C.de tranſac. niſi appoſuerit dictio-
nem taxatiuam, & ſiue petierit minus ſcienter, ſiue ignoranter,
non ſibi præiudicat, ſm glo.Bart.& doc. in d.l.ſi quidem. facit l.
rationes.cū ibi no. per glo.& doct. C.de proba. ¶ No. q libellus
pōt ſuppleri, ac ēt libellus poteſt corrigi, & emendari, vt hic, &
l.edita. C.de eden. quod qualiter intelligatur, dicam j.cum glo.
¶ In gl.intētione.in fi. ſm Io.Fab. quod gl. hic dicit verum, licèt
minus ſufficienter. Aduertas tn̄ tu in eo, quod dicit glo. q non
1 præſumitur †donatio, niſi res tradatur, hoc nō eſt verū, quia im
2 mo ita præſumitur per ſimplicem promiſſionem[a] ſciēter factā,
ſicut per traditionem. vt l.fin. C. ad leg. Fal.& ff.de conſt.pec.l.
hactenus.& l.Campanus.ff.de oper.lib.& facit l.Ariſt.in fi. cum
ibi no.de dona. Sed hæc ſi bene ponderentur, nihil faciunt ad pro-
poſitū noſtri §. quia nō agitur de traditione, vel promiſſione ſciē
ter facta, ſed de quadā abſtinentia, vt dixit gl. de qua nunquā re
latū, ſiue auditū eſt, q operetur donationē, ſiue promiſſionē, ſm
b Dy.& Pe.hic. ¶ In gl.in eodē iudicio. ibi, q̄a poteſt emēdare[b] li
bellum quandocunq; ante ſententiam. Sciendū itaq; eſt, q iſta
2 gl.infra nō † videtur facere differentiā inter emendare, & mu-
tare, immo promiſcuè his verbis vtitur, & tamen tex.gl.& doc.
in l.edita. C.de eden. videntur facere differentiam. Nam emen-
dare propriè dicitur, quando corrigitur aliquid abſq; mutatio
ne ſubſtātiæ materialis, ſed mutare dicitur, qn̄ mutatur ipſa ma
teria, ipſam alterando. Illa habentur in l.actorum verba.& l.iu
dex.ff. de re iud. ſm Pet.& Dyn. Præmittendum itaq; eſt, quòd
emendare libellum, eſt aliud mutare, & aliud eſt cumulationē
facere

A D D I T I O N E S.

a Promiſſionem. Adde, vt latè per Alex. in conſ. 15. 1. lib & conſ. 19. 4. lib.
b Emendare. Vide Aret. latè in l. edita. C. de edendo.

facere in libello. Veniamus igitur ad emendationem libelli. Et ſciendum eſt, ꝙ emendatio poteſt eſſe permiſſa, & prohibita. In emendatione permiſſa ponitur exemplum in iſto §. in verſic. ſi quis aliud. Poſſes etiam ponere exemplum, ſi dixi in libello, ꝙ tu poſsides fundum ad me pertinentem iure directi dominij, & data eſt tibi copia libelli, tandem confidero, ꝙ difficilis eſt probatio dominij directi emendo libellum, detrahens illud verbum, directi. ad hoc vt libellus concludat in quocunque dñio directo, vtili, vel quaſi. Facit quòd vidiſtis in §. t. & in §. ſed iſtæ. ſupra eo. facit l. rem quæ nobis. & ibi latè per Bart. de acq. poſſ. & in l. 2. & ibi Bar. ff. de vſuca. Vel pone exemplum. In libello petij diuiſionem tãquam dominus pro dimidia, volo addere poſtea etiam pro vna alia quarta, quòd ſum dominus pro tribus partibus ex quatuor, poſſum, quia non mutatur actio cõmuni diuidũdo, ſed cauſa, quia mutatur portio. & ſic videmus, ꝙ emẽdatio eſt multiplex, detrahendo primò, vel ẽt addendo
3 circa eãm, & circa actionẽ. ¶ † Núc ponamus exẽpla de emendatione prohibita. Et emendatio poteſt eſſe prohibita, multis modis. Interdum tempore, vt poſt litem conteſtatam, vt no. in d. l. edita. Interdum propter cõtrariam æquitatẽ, vt ſi quis egit pro furto certi cõdictione generali, quæ non infamat, vt l. ceſſat. ff. de act. & obli. nunc vult pœnitere, & proponere actionẽ furti ad infamandum, certè iudex pati hoc non debet, ſecundũ Iac. But. in d. l. edita. arg. l. in fundo. ff. de rei ven. Interdum propter euidentem malitiam agentis, vt cum poterat agere, egit ſummariè, poſteà vult detrahere illud ſummariè, vt protrahat litem, & reum per longum litigium trahat, certè iudex non patietur, etiam ſi reus non opponat. arg. l. quiſquis. §. nemo. C. de
4 poſtul. ¶ † Secundò principaliter videamus de mutatione permiſſa, & prohibita. De permiſſa eſt exemplum, ago directa rei vendicatione, poſteà volo mutare in publicianam, vel hypothecariam, poſſum. vt l. ſi cum vẽditor. in prin. l. minor. §. ſi ſeruus. ff. de euic. & no. ſupra eo. §. ſed iſtæ. & ibi dixi. & ff. de inge. & manumiſ. l. pe. Et de mutatione prohibita dic, ꝙ aliqñ prohibetur ratione electionis. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. Aliquando ratione contrarietatis, & electionis ſimul. vt l. 1. cum materia. C. de fur. Aliqñ ratione tẽporis, vt ſi lis eſt conteſtata ſuper prima actione. vt probatur in l. qui familiæ. ff. fam. erciſc. & no. in d. l. edita. De cumulatione verò dicã infra cum gl. ma.
5 ¶ Quęro igitur primò quid ſit emendare? Et dic, ꝙ † emendare eſt corrigere, & ſuperflua reſecare, mutare verba ſnia remanẽte, addere, vel detrahere, vel declarare obſcura. & iſta probantur in prima conſti. Codi. §. quibus. & C. de emen. Iuſti. codi. & de
a emen. ſer. & de emen. propin. per totum. ¶ Secũdò quæro, [a] an,
6 & † quando liceat emendare libellum. Circa quod dicendũ eſt, aut quæritur generaliter an libellus poſsit emendari circa ſubſtantialia ipſius libelli, aut quæritur, an poſsit emendari addendo, vel diminuendo circa rem petitam, aut volo emendare circa qualitatem, aut circa verba obſcura libelli, aut circa acceſſoria, an poſsit fieri? Capio primum, quando volo emendare libellum circa ſubſtantialia, & tunc ex dictis omnium doctorũ conclude, ꝙ ante litem conteſtatam in ciuili, vel criminali, antequam nomen rei receptum ſit inter reos. iuxta l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. omnis defectus quicunq; ſit, poteſt emendari, vt l. qui familiæ. cum gl. ff. fa. erciſ. & l. accuſaturus. ff. de adul. & quod ibi gl. & Bar. Sed poſt litem conteſta. ſi eſt talis defectus, qui non annullat iudicium, aduerſario non opponente, tunc pôt vſq; ad ſniam emendari. vt arg. no. in l. fi. C. de ann. excep. Aut aduerſario opponente vitiaretur, & tunc nõ poteſt emendari, vt ſi peccat in criminali circa omiſsionem loci, vel temporis. iuxta l. libellorum. in princ. ff. de accu. aut in iudicio ciuili in cõcluſione, quia ex narratis nõ reſultat concluſio intẽtata. vt no. gl. in l. 1. ff. de eden. & ibi Bar. & doc. dixi ſupra e. §. 1.
7 ¶ Secundo caſu principali, † quando vult emẽdare circa rẽ petitam, & tunc ante litem conteſtatam, poteſt fieri, vt hic in glo. ſupra dixi. & in d. l. edita. quod eſt verum ſm Bar. ibi, quãdo cõtingit circa rem primò petitam, ſecus ſi aliam adderet, quæ nõ clauditur ſub alia prima obligatione, & actione intẽtata, iuxta ea, quæ habentur in l. ſcire debemus. in prin. ff. de verb. obl. poſt litem verò conteſtatam, non licet addere circa rem, vt l. nõ poteſt. de iudi. cum ibi no. per gl. Bar. Bal. & dixit ſupra eo. in prin. Sed detrahere ſic, arg. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. cũ hoc tamen, ꝙ non ſufficit, ꝙ deſiſtat ab illa parte, ſed ꝙ expſſe renunciet, vt l. poſtquàm liti. C. de pact. cum materia. Fallit in l. vnica. C. de plus peti. & dixi ſupra eo. §. tripli. & eſt ratio in d. l. j. q2 actor peccauit in duobus. Primò, quia plus petit. Secũdò cautionem de duplo exegit, vt faciunt vſurarij, tunc non licet emendare, etiam detrahendo ſuæ petitioni, poſt litem tñ cõteſtatam. vt dixi ſupra eo. §. ſi quis agens in pęnã dicti doli. quod eſt verum ſm Fulg. in d. l. edita. quo ad euitationem pœnæ. d. §. tripli. & ĩ. §. pro ai. Sed ſi vellet emendare, vt ſi deſiſteret ab illa parte, dic, ꝙ etiam in d. l. 1. poteſt, vt arg. d. l. poſtquã liti. qđ credo verum, quia hoc cedit in damnum ſui, & in alleuiationẽ aduerſarij. immo ſm Sal. in d. l. edita. etiã ſine renuntiatione expreſſa poteſt minuere in libello petita hoc modo, videlicet, ꝙ ipſe probet tantummodo partem illã non emendatam, & tũc tanquàm ex confeſsione ipſius probata non vera, abſoluetur reus, & ſic de toto pronuntiabitur, vt l. de quare. ff. de iudi. facit l. apud Celſum. §. item quæritur ſi cum eo. ff. de doli excep. & quod ibi gl. & Cy. in l. 1. C. de lit. conteſt. in ſi. adde tex. cũ gl. & ibi doc. in l. 1. C. ſi aduer. rẽ iud. Tu autem ſecurius teneas opi. Bar. propter euitationem expẽſarum, quia ſi expreſſe renũtiet, ab inde citra pro illa parte nõ condẽnabitur in expẽſis, aliàs ſecus. Facit quod no. Bart. in l. properãdum. §. ſin autem. de iud. & l. ſancimus. eo. ti. & ſm Iac. de Are. vt refert Cy. Bal. & Sal. in d. l. edita. procedunt prædicta in iudicio ſingulari. Sed in vniuerſali poteſt etiã addere vſq; ad ſniam, vt ff. de pet. hær. l. 4. & l. quæſitũ. i prin. ff. de pec. Sed adde, ꝙ de hoc eſt gl. or. hic in ſi. in ver. ſed quid in vniuerſalib. & no. gl. in d. l. edita. in prin. gl. magnæ. Et poſſes dicere, ꝙ illud ꝓcedit pp naturam iudicij, quia petit declarari ſe hæredem, & bonorum reſtitutio venit officio iudicis, vt dixit gl. ſup. eo. §. curare. & ſup. eo. §. 1. in ſi. & quod dixi de vniuerſali eſt verum, niſi ſit eadem ratio, vt eſt in ſingulari iudicio. Exemplum, egi petitione hæreditatis, & dixi me hæredẽ inſolidũ, volo mutare, & dicere pro parte, vel ecõtrà. Primò dixi pro parte, nunc uolo dicere inſolidum, certè non poſſum, niſi ante litem conteſtatam, quia eſt eadem ratio, ſicut in ſingulari, ſm Saly. in d. l. edita. in ver. quæro modò vſq; ad quod ipſ. Sed licèt opi. Iac. videatur multum colorata. & idem in opi. gl. tamen Bar. & communiter doc. in d. l. edita. reprehendunt gl. & Iac. & dicunt, ꝙ etiam in vniuerſali iudicio poſt litem conteſtatam non poteſt fieri additio, ſicut non poteſt fieri in ſingulari, per d. l. non poteſt. ff. de iud. Nam ſi egi contra te ad fundum petitione hæreditatis, & ſic ad vnam rem, non poſſum pendente iudicio poſt litem cõteſtatam addere, & petere iure actionis prædictæ intentatæ vnam aliam rẽ hæreditariam, licèt lata ſententia in eius executione omnia hæreditaria, etiã vltra fundũ petitum, veniãt officio iudicis. Facit quod no. in l. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iureiu. & facit, quod dixi ſupra eo. §. ſi quis poſtulãte, ſed domino meo Fulg. magis placet opi. gl. & Ia. in d. l. edita. nam licèt agatur ad rem ſingularem, ſi tñ libellus ſit conceptus in petitione hæreditatis, (vt debet) vt puta, ſi peto me hæredem declarari, & Titium, qui poſsidet talem rem hæreditariam, cõdemnari ad reſtitutionem, ſi pendente iudicio alius fundus de hæreditate peruenit ad Titium, poteſt fieri additio. Quod probat, nam ſi conuentus petitione hæreditatis præſtiterit fideiuſſores, qui non ſunt idonei pro re, quæ poſtea ad eum peruenit, poteſt hæres denũtiare iudici, vt alios det fideiuſſores, vt dicit tex. in l. ſi quo tempore. de peti. hær. ergo ſi nõ valeret additio, & non eſſet facta, non cogeretur reus pendente dicto iudicio dare alios fideiuſſores, & tñ ibi cogit &c. Et rõ rõnis ſm Bart. in d. l. edita. eſt, quia in vniuerſali iudicio ſufficit reum poſsidere tempore executionis, etiam ſi non poſsideat tempore ſententiæ propter ipſius iudicij vniuerſalis naturam. vt patet. C. de iu.
8 fiſ. l. facultas. lib. x. & iſtud credo verius. qđ benè no. ¶ † Tertiò caſu principali, aliquãdo circa qualitates dicas, ꝙ ſi ꝓpter detractionẽ, vel adiectionem qualitatis cõtingeret mutatio actionis propoſitæ. vt in caſu l. prætor. §. docere. cum ibi no. per Bar. ff. vi bo. rap. & tunc ante lit. conteſt. poteſt, poſt litem verò conteſtatam, nõ poteſt, qm̃ a tali qualitate actio informatur, & exinde condemnatio moderatur, vt l. Pompon. la 2. ff. de neg. geſt. Si autem ex tali detractione, vel adiectione nõ mutatur actio, ſed inducitur diuerſitas facti in ſubſtantia, vt in caſu l. denunciaſſe. §. quod tamẽ ff. de adult. & ibi Bar. & iſto caſu adhuc nõ licèt lite conte. arg. l. de qua re. in prin. de iudi. Vbi aũt neutrum iſtorum contingit, tunc licèt addere, vel detrahere etiã lite conteſtata, vt l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & ibi Flo. nã ſuper illa qualitate, vel accidenti non fundatur iudicium, ſed rei beneficium, & per pñs patet, ꝙ quicquid dat formam, & eſſe liti, & iudicio, poteſt detrahi, & addi ante litem cõteſtatam, non

poſt,

ADDITIO.

a Secundo quæro. Adde hic, ꝙ libellus poteſt emendari poſt lit. conteſt. de voluntate partium. Bal. in auth. hodie in ſi. C. de iur. cal. Et de emendatione libelli. ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali, quando poteſt emendari, vel mutari, vel declarari, vide per Spec. in tit. de libel. concep. §. 8.

poſt,ſed illud,ꝙ non dat formam, & eſſe, ſed auget vim in materia accidentali, vel emergenti, & tunc ēt pōt fieri līte conteſtata, vt patet ex ꝑdictis.¶ Quartò caſu principali,qñ circa verba obſcura,& tūc pōt vſq; ad ſnīam, vt l.ſi quis intentione ambigua. ff. de iud.& ibi gl.Bart.& Ang.& l.actorū.ff.de re iud.qđ eſt verum in principali litigatore, ſed alius hoc facere nō pōt, ēt ſi ſit hæres.vt l.Pomponius ſcribit ſi fru.in fi.ff.de rei vend.& no.glo.& doc.in l.inter ſtipulantem.§.1.de ver.ob.¶ Quintò caſu principali,an liceat circa acceſſoria, vt circa fructus? Et dic, aut ante litem conteſt.& tunc poteſt indiſtinctè, aut poſt litem conteſtatam , & tunc aut vult fructus petere de per ſe , vt rem principalem iure obligationis, & ſic per viam actionis,& non poteſt,quia tunc accumulare videtur actionem,puta rei vēdicationis pro fundo,vt dicit eleganter gl.in l.item veniunt.§.fructus.ff. de peti.hære. quæ cumulatio actionis iſto caſu prohibetur, cum abſolutoria lata in principali pariat exceptionē rei iudicatæ in acceſſoriis,vt l.fundi. & l.fundum.quod ibi Bart.ff.de exce.Aut vult illos petere officio iudicis, vt rē acceſſoriam, & tunc aut erant ante litem cōteſt.percepti,aut poſt . Primo caſu non poteſt de illis additionem facere,quoniam in primo libello de fundo debuit illos petere, ſm Pet. & Cyn. in d.l.edita.alleg.gl.in l.ſi quis miſſum.§ fin.de dam.infect. Tu dic,ꝙ hoc dictum eſt verum,non per illam glo.quia magis dicit ꝯrium, ſed per no.per Bar.Ang.& communiter doct.in l.1.C.de iudi.Secūdo verò caſu, aut tempore libelli illi fructus erant pendentes , & tunc quia cenſetur pars rei, vt l.fructus.ff.de rei ven.& ff.de his quæ in frau. cred. l. ſi §.pen.& ideo adiectio facta de his nō eſt neceſſaria,tamen non noceret,nec vitiaretur.Aut tēpore libelli non erant pendentes,ſed poſtea ſunt percepti,& tunc indubitanter additio pōt fieri , quia cōtingentia poſt litē conteſtatam ſpectant ad iudicis officium , vt l.ſinautem.§.1.ff.de rei ven. & l. ædiles. §.item ſciendū.ff.de ædi.edic.Ita dixit Sal.in d.

9 l.edita.ver.circa acceſſoria.¶ In ea. †gl.ibi,non ſm conſciētiā,[a] ſed ſm allegata &c. In hoc articulo, an iudex debeat iudicare ſecundū cōſcientiam ſuam?Bar.in l.illicitas. §.veritas.ff.de off. præſi.dicit. Aut id, quod iudex habet in conſcientia,eſt notum ſibi vt iudici,aut vt priuatæ perſonæ Primò caſu,ſm conſcientiam ſuā iudicat informatus ex actis corā eo. & ita pōt intelligi d.§ veritas. Si verò vt priuatæ perſonæ eſt ſibi notū,tunc nō pōt iudicare ſm conſciētiā, ſed ſm probationes ſibi factas, & facit,quod habetur in c.1.de off.ordi. & quod no.Cy.in l.1. C. vt quæ deſunt aduo. In iſta tñ materia , tu ex dictis multorum doctorum aliter conclude.Nā aut loquimur in principe,aut in inferiore a principe.Primò caſu,princeps pōt iudicare ſm conſciētiam ſm no.per Cy.in l.reſcripta.C.de preci. impe.offe. vbi vide Bal.quod poteſt Papa, vel princeps de ſua poteſtate ordinaria.Et poteſt eſſe huius dicti ratio, quia princeps non eſt ſubiectus regulis iuris.l.digna vox. C.de legib. Aut etiam,quia omnes veritates iuris ꝓſumitur in ſe habere,nec poſſe errare.l.omnium. C.de teſt.licèt de facto aliqñ erraret, vt no.gl.in l.3.in fi. de ſup.leg.Secundò caſu,in inferiore a principe,& tunc aut loquimur in executione ſnīæ,aut in ſententiando. Primò caſu,videlicet in executione ſententiæ,& tunc aut loquimur in cā ciuili,aut in criminali . Primò caſu, ſi ſnīa eſt aliqua,licèt iniqua , & licèt habeat executor conſcientiā contra ſnīam,debet tñ illā executioni demandare, vt in c.præterea. & c.paſtoralis.§.quia verò.& ibi Ant. de Butr.de hac materia de off.deleg. Et credo , ꝙ ſit ratio,quia executor regulariter non habet cognitionem. vt l.ſi vt proponis.& l.executionē. C.de execu.rei iud.quod ibi no.per glo.& Bar.ergo ſequitur , ꝙ ēt ſi cognitio eſſet demandata, vt l. & ſi non cognitio. C.ſi contra ius vel vti.publ. qđ ſi coram eo allegaretur aliquid , ꝓꝑ qđ non deberet exequi , vel ipſe haberet conſcientiā ꝯ ſnīam , fortè poſſet ſuperſedere in exequendo.ar.eius,quod dicam ĩ.in criminali.facit,quod not. in l.a diuo Pio.in princ.ff.de re iud. Vnde ſm Ant.de But.ſi non habet cognitionē aliquā,nō pōt retardare executionem , licèt habeat conſcientiā in ꝯrium. Aut loquimur in criminali,& tūc non debet exequi ſnīam contra conſcientiam.ar.l.1.in fi.& qđ ibi no.per Bar.ff.de quæſt.& no.Inn. & doc.in d.c.paſtoralis.§. quia verò. quod ego intelligo in criminali,& corporali.Et ratio eſt,quia talis executio eſſet damnum irreparabile,ergo talis ſententia non debet exequi,qm̄ regula eſt, ꝙ qñ grauamē eſſet irreparabile,non debet ex abrupto exequi. ar.l.ſi quis prouocatione.cum gl.C.de app.& no.Pau.de Eleaz.Ioā.de Imo.Petr.de Anch.in cle.1.de re iu.& no.Bal.in l.addictos. C.de epiſ.aud.ſecus videret; ſi eſſet criminalis , & pecuniaria, vt quia pęna deberet fiſco applicari . iuxta no. in l.3.§.1. ff.de ſepul. viol.& ibi Bar.qm̄ iſto caſu eſt eadem ratio , quæ eſt in ſententia ciuili,& pecuniaria, ideo debet eſſe idem ius. vt l.illud. ff.ad leg.Aquil. Secundò caſu,qñ loquimur in ſententiando,& tunc quando iudex habet conſcientiam ꝯ id,quod coram eo probatum eſt,tūc conſilium eſt,ꝙ ſi pōt,ſe a dicto iudicio, & ſententia liberet,& exoneret. Vñ cautela eſt pro exoneratione,quando comprehēdit, ꝙ moueri debet, vel mouetur iudicium,inſtet cum parte, ꝙ ipſum recuſet allegata cauſa , cum intendat ipſa pars ipſum iudicem inducere in teſtē, & iſta eſt cauſa iuſta remotionis, vt in c.dilecto.de teſti. Vel ſecundò, cautela eſt cum ſuperiore,vt ipſum remoueat,vel ſaltem a dicta lite exoneret.arg.l.legatus. cū ibi no.de off.præſi. Vel tertiò,ſm Hug.conſilium eſt,ꝙ alteri dictam cauſam deleget,vt in c.literas. de teſti.ſpo.Nā tu debes ſcire,ꝙ quilibet ordinarius, vt putā,poteſtas huius ciuitatis,poteſt omnes, & ſingulas cauſas ad ſuam iuriſdictionem ſpectantes,& inter homines ſuæ iuriſdictionis ēt in ſubditū ſuæ iuriſdictionis delegare. Et ſic iſtis tribus copulatiuè concurrentibus , delegatur, vt eſt caſus no.cum ibi no.per gl.& doc.in l.1.C.qui pro ſua iuriſ.& idē ſi eſſet delegatus principis,quia poteſt ſubdelegare,licèt alius delegatus non, vt l.a iudice. C.de iud. ¶ Sed aduertendum eſt,ꝙ ad id,quod dixi, ꝙ alteri deleget,quia non vr̄ vſquequaq; ſanum cōſilium,cum ipſe eſſet cauſa huius mali.86.diſt.ca.facientis. ſed meliora ſunt alia conſilia . Vel addas aliud conſilium,ꝙ plures probationes, quas nouit falſas, repellat.l.ſi prætor.§.Marcellus.cum ibi not.per gl. & doc.ff.de iudi. de cuius §.intellectu,vide latiſsimè ꝑ Ang. & per Imo. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.ob. & de falſis allegationibus facit l.cum teſtamento.cum gl.no.& ibi Bal.de excuſ.tut. & l.ſi is ad quem.cum gl.in fi. & ibi doc. ff.de acq.hær. & l.diuus.& ibi Imo.ff.de re iudi.& no.in l.1.per totum. C.ſi ex fal.alleg. Verū, quia hoc conſilium poſſet eſſe nociuum in ſyndicatu , tanquā reiecerit probationes illius,iuxta no.per Bar.in l.ſi ſocietatem. §.arbitrorū.ff.pro ſoc.dic, quòd aliud cōſiliū eſt,quòd ſuperſedeat,ſi eſt veriſimile,quòd ex illis actis nulla fiat cōdēnatio.ar. l.abſentē.ff.de pęn. Si aūt ꝑdicta oīa, & ſingula eſſent ita,quòd opus eſſet, quòd oīno iudicet per ſeipſum,& tūc aut habet cōſcientiam informatam tantummodo ex probabilibus coniecturis,& tunc aut poteſt deponere conſcientiam,aut nō. Si deponere poteſt,illam deponat,& ſequatur,& iudicet ſm allegata,& probata . vt c. 1.de offi.ord.& d.§.veritas.& multò fortius ſi poteſt,deponat conſcientiam, ſi habet eam temerè informatam,vt c.iudicet. & in ca.in præſentia.de teſti. qm̄ nullus iudex poteſt,nec debet ſm conſcientiam iudicare,licèt ſciuerit,& viderit factum in contrarium.qđ patet in Deo omnipotēte, qui omnia ſcit,& omnia præſentia, & futura notiſsima ſunt ſibi,& tñ neminem cōdēnat,niſi accuſatore inſtante, vt dixit Chriſtus mulieri, mulier quis te accuſat ? vt no.glo.eſt in l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem.ff.de mune.& hon. Si autem conſcientiā prædictam coniecturis informatā deponere non pōt,illā ſequatur tanquā erroneā,quia coniecturæ nō ſunt veræ, vt in c.per tuas, de ſimo.In hoc dubito,quia ille tex.in c.per tuas.non tm̄ ſe fundat in conſcientia,& coniecturis,quam ēt in æquitate ſuadēte, & in crimine ſimoniæ ꝓꝑ inhumanitatem criminis . Aut iudex habet conſcientiam indubitatam in oppoſitū eius , qđ eſt probatum,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur, & tunc aut habet cōſcientiam ꝯ reum,aut ꝯ actorem . Si ꝯ reum,tunc licèt actor non potuerit probare,non tū diffinitiuè abſoluet reum,quādo actori præiudicaret in alia inſtātia,vt l.1. ff.& C. de re iud.licèt ꝯrium dixerit Cal.in d.c.paſtoralis. §.quia verò, ſed ipſum reū abſoluat ab obſeruatione iudicij , quia tali caſu ius actoris ſaluum remanet.l.properādum.in prin.C.de iudi.& l.Iulianus verum debitorē.& ibi gl.& Bar.ff.de condi.indeb.& l.Titia.& ibi Bar.de accu. Secundo caſu, qñ habet conſcientiam indubitatā pro reo contra actorē, & tunc non condēnet reum, ne faciat ꝯ conſcientiā,aliàs infringeret veritatē, contra d.c.iudicet.Si verò ꝯ actorē cēt veriſimilis pręſumptio de ꝯrio,potius abſoluat, quam condēnet,quia hoc eſt minus malum.l.abſentē.ff.de pœ. Nec ob.d.§.veritas. quia veritas non mutatur erroribus geſtorum,ſi de eis conſtat veris probationibus,vt d §.quia verò.Iſta habētur per doc.in d.§.quia verò. & d.c.1.de off.ord.& ibi plenè

A D D I T I O.

a Conſcientiam . An iudex teneatur iudicare ſecundum conſcientiam . Adde Flo.in l.ſi irruptione.ff.fin reg.& uide 1.q 7.c.iudicet & 2.q 1.§.quando autem.maxime iuriſdictione contentioſa in voluntaria autem ſecus eſt,quia bene poteſt ſm conſcientiam ita intelligitur gl in l bonorum C qui admit. vide Io. And.in tit de diſput & allex §.ſi Adde Ang.& Io.de Imo in l a diuo Pio in §.1 ff de re iud. Adde Io Cal in c.paſtoralis §.quia vero de off delég. Item quando iudex non videt vbi ſit communis opinio quomodo debet iudicare,vide per Phil.Deci in conſil.68.col.2. Bar.ab Hoſtis.

nè per Ant.de But. & plenè per Pe.de Ancb. in c. 1.de conſtit.q
omnia tene menti, relinquo tñ correctioni dominorum Theo-
logorum,& Canoniſtarũ.¶ In ea.gl.ibi.§.omnem.dic,ꝙ hoc eſt
falſum, quia ẽt hodie quis poteſt motare libellum vſq; ad litẽ
conteſtatam, vt patet per prædicta. Non ob.d.§.omnẽ.quia ve-
rum eſt, ꝙ debet perſiſtere in libello vſq; ad finem iudicij. ſup-
ple tu,niſi ante litẽ conteſta. lege permittẽte mutauerit libellũ,
vt patet ſup.¶ In ea.gl.ibi ĩ.de noxa.act. §.ſententiam. tu dic,vt
10 colligitur ea his quæ dixi ſ.in prin.illius glo. ¶ In ea.gl.ibi, niſi
habeat cõſcientiã,vt iudea.no.illã.gl.quæ vult idem,quod Bar.
in l.illicitas.§. veritas.ff.de off.præſi. & ſupra diai.Addas tamen
huic articulo de conſcientia, ꝙ prædicta procedunt io iuriſdi-
ctione contentioſa,ſecus in voluntaria, quia in voluntaria põt
iudicare ſm conſcientiã, vt l.bonorũ.cũ ibi no. C.qui admi.ad
bon.poſſ.pñt.ita dicit Flo.in l.ſi irruptione.§.ad officium.ff.fin.
reg.Sed certè in d.l.boorum.poſſet dici ẽt, ꝙ ſibi liquet, vt iu-
dici illum pupillũ carere tutore.Et adde,ꝙ no.Spec. in tit.de al
leg.diſput.§.fin.& ibi Io.And.& Bart.in l.vnica.in fi.C.vt q de-
ſunt aduo.iudea ſup. & aliquid per Ray.in l.vbicunq;. ff.de in-
terro.act.& Flo.in d.§.ad officiũ.& Imo.in c.venientes.de iure
iu.¶ In ea.gl.ibi,ſed quid in vniuerſalibus.de hoc vniuerſali di-
xi ſ.io prin.huius §.& in prin.iſtius tit.& §.actioonum.in fi.ſ.eo.
¶ In glo.iudicio.ibi,indicium tñ verè eſt aliud.dic idem voluit
gl.mag.ſ.eo.in ver.nec ob.qnod hic dicitur,eodem iudicio &c.
licet omnes doc.in d.l.edita. ſequantur gl.tamẽ ſm Rapha.ibi,
11 hæc litera multùm violatur. ¶ †Item ſm eum eſt aduertẽdum
ad iſtum tea.qui dicit, condemnat. & ſic non denotat oouã in-
ſtaotiam, ſed eandem,ac ẽt tu poſſes hoc clarius oſtendere,qñ
ſi tex.eaponitur eodẽ iudicio, id eſt coram iodice, tũc iſte text.
bis idem diceret,cum in tex. ſit hoc verbum,iudex. vt ibi patet,
nihilominus iudex &c. qnod noo eſt dicendum,qnia nõ debet
vti ſuperfluis, vt in §.quibus.in 1.conſtit. C.& aduertas,ꝙ glo.
in d.l.edita. dicit idem, ꝙ hic,iſta ratione, quia mutata vna de
cõcomitãtiis, mutatur actio. Sed nec etiam iſta ratio placet ibi
dño meo Raph. Nam ſm eum, remoto pariete, & ſic remoto
aliquo de iſta vniuerſitate.l.domus,tamẽ dicitur remanere ea-
dem domus,& idem in naui.l.inter ſtipulantem.§.ſacrã.de ver.
obl.Adde bonum teat.in l.peculium.§.quadrigæ.ff.de leg.2.Idẽ
ergo dici debet in actionibus, licèt vna de cõcomitantiis ſit mu
tata.Ea quo infertur,ꝙ immo vna,& eadem erit actio,quæ pri-
mò erat intentata,& non alia,licèt ſit emendata.Noo ob.d.l.nõ
poteſt.de iud. per quam gl.præcedens ſe fundauit, qoia illa lex
habet locum in iure, qnod non habebat eaordium ante litẽ cõ-
teſtatam, ſi ante prius cõpetebat, & ſi prius habuerit eaordiũ,
tunc ẽt id,quod venit poſt litẽ conteſt. poteſt in eo.iudicio de-
duci, vt l. ſi rem alienam.§.fi.cum ibi no. ff.de pig.act.Sed iſtud
prius competebat,igitur &c.Et licèt opi.Raph.videatur multũ
comprobari per iſtum tea.tñ cõmunis ſententia gl. & doc. eſt,
ꝙ vſq; ad litem conteſt. tantummodo,& non poſtea liceat mu
tare,vt diai in prin.gl.magnæ. ſupra eo.& iſtud ſeruatur in pra
ctica,& de intellectu d.l.non põt, vide q ſcripſi ſup.eo.in prin.
¶ Tu ẽt aduertas, ꝙ tunc dicitur propriè addi libello,qñ primæ
actioni aliud adiungitur, quod ſit vna diſpoſitio,ſiue actio, ſed
vbi noua actio,vel diſpoſitio induceretur,vel pp ſpecificatio-
nem nouæ perſonæ, vel propter ſingularem expreſſionem
nouæ rei,tunc nõ diceretur additum, ſed diceretur noua actio,
vel diſpoſitio.ita dixit Ang. nota. quẽ ſequit Imo. in l.ſcire de-
bemus.in prin.ff.de ver.ob.¶ In ea.gl.ibi nouæ dilationes dãdæ
ſunt.oota enaru, ꝙ in iudicio poſſunt dari plures dilationes, vt
l.ſi.cum materia.ff.de ſer. & l.1.cũ ibi no. C.de dila.¶ Et not.ẽt
ea iſta gl. nouam dilationẽ nõ dari, niſi cum cauſæ cognitione.
¶ Hinc ſumpta occaſione,aliquid videamus in materia dilatio-
12 num.Et primò†quæro,quæ cauſæ cognitio requiratur in ſecũ-
da dilatione danda?Et glo.in l.ſi.ff.de ſer. & vbiq; dicit,ꝙ opus
eſt,vt doceat ſe iuſta cauſa impeditum,in prima dilatione.alle-
gat l.oratione.ff.de ſer.Sed Bar.i extrauag.ad reprimen. io ver.
ſummariè. in verſi. ſed quomodo cognoſcemus qñ dicatur to-
ta &c.dicit, ꝙ ad probationem impedimenti faciendam ab eo,
qui petit ſecundã dilationẽ,ſufficit ſummaria & ſemiplena pro
a batio. quod patet, ſm eum,quia ſufficit probare per iurm.[a] al-
le.extra,de eace.c.paſtoralis. & ff.de eacu. tu. l.ſcire oportet.§.
ſufficit.in fi.& ita determinauit quidã Papa, vt refert Spe.in tit.
de app.§.nũc breuiter.ver.quid ergo.& idem voluit Gul. in l.24.
§.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cau.Et iſtam partẽ fuit ẽt ſecutus Iac.de
Are.in d.§.ſufficit.per illum tea.& idem voluit Spec.in ti.de di-
la.§.fi.io ver.in ſumma.& idem voluit Cy.& Saly.in d.l.1.C.de
dila. Et pro iſta parte facit ſm Flo.in l.fi.de ſer. l.3.§.ſi ad diem,
& ibi omnino vide doctrinam Bar. no. & facit l.qui cõmeatus.
ff.de re mili.ſed Azo in ſum. C.de dila.tenet expreſsè ſm glo.ꝙ
immo verè debet probari impedimentum in prima dilatione,
& idem tenuit Bar.in d.l.ſi.& in d.l.1.C.de dila.pro quo facit l.
quoties.C.de naufr l.1.lib.11. Sed Io.And.in addi.Spec.io ti.de
app.§.nunc breuiter.ver.quid ergo videtur in ſimili concorda-
re opi. ꝙ aut impedimentum ſit de longinquo,& tunc ſtatur ſa
cramento ſuo,& ſic loquitur opi.Bar.& ſequacium,ſecus ſi eſ-
ſet impedimentum de præſenti,& de facili poſſet probari,ꝙ ta
li caſu clarè debet probari aliter, quam per iurm,& ita intelli-
gatur opi.gl.& ſequacium.Facit quod habetur in l.per hanc.C.
de temp.app.& io d.l.ad diẽ.& iſtã opi.Io.And.ſequitur Fl.in d.
l.ſi.licèt dicat,ꝙ opi.Bar.ſeruatur in practica,ego tamẽ ſemper
tenui concordiam Io.And. quam ẽt in coneris obſeruare,quia
b eſt iuſta,& æqua.[b] ¶ Aduertas tamen,ꝙ in ſecũda dilatione im-
peditus reſtaurabitur tantummodo in eo, in quo fecit impedi-
c mentum. Nam ſi impeditus fuit in vna die,[c] illa dies tãtum re-
ſtaurabitur, & conceditur in ſecunda dilatione, & idem ſi fuit
læſus in voo teſte tantum, quam inducere noo potuit,quia ſo-
lummodo reſtaorabitur, vt illũ teſtẽ inducat, vt vr tea.in l.ad-
monendi.ibi,quibus nunc ſolis vſurus &c.ff.de iureiu.& ita di-
cit Bar.in d.l.ſi.pro quo tu allega,ꝙ hæc eſt quædam reſtitutio,
ſed reſtitutio debet eſſe in eo,quod abſtulit læſio,& non in plu-
ri, vt l.ſi ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.& quod ibi gl.Bar.
latè.ff.ea quib.cau.ma. Facit in ſimili.l.aut dãnum. §.quiſquis.
13 ff.de pœn.& diai ſupra eo.§.rurſus.¶ Aduertas†etiam,ꝙ ad di-
ctam ſecundam dilationẽ concedendã nõ tm̃ requiritur, qnod
ſ.diai,ſed ẽt requiritur,ꝙ iudea videat an id,quod quis vult ꝓ-
bare,releuaret eũ,ſaltẽ adminiculando,quia adminiculãdo nõ
diceretur articulus impertinens,vt dixi ſupra eo.§.ſi qnia egẽs.
aliàs iudea non concedet dilationem. argu. l.ad probationẽ.C.
de proba.ſm Ia.But.Bal.& Flo.io d.l.ſi.Requiritur & aliud,ſm
Bar.in d.l.ſi. ꝙ per dationẽ ſecundæ dilationis ius aduerſarij nõ
ſit factum deterius, vtputà, ſi peto ſecundam dilationẽ ad pro-
bandum aliquid aduerſus reum, reus põt ita facere ſuam deſen
ſionem,nunc ſicut primò poteſt dari ſecunda dilatio,ſecus ſi in
prima dilatione aduerſarius habeat teſtes paratos ad denuo ꝓ-
d bandum, qnos nunc non habet ſecunda dilatio,[d] dari non de-
14 bet.arg.l.ſi ita quis. §.Seia cauit.in fi.ff.de verb.obl.¶†Requiri-
tur,& aliud,ꝙ non calumniæ cauſa petatur ſecunda dilatio,qa
ſm gl.in d.l.ſi.debet iurare, ꝙ nõ petit animo calumniæ.l.1.C.
de iu.calum. Vnde ſi iudea videt eum in euidenti calumnia in
petendo ſecondam dilationem, non concedet eam. facit l.ſatis
apertè. C.de fal. & bene facit,quod no.Inn.in c.1. 1.de off.vica.
facit,quod habetur. ff.de bo.lib.l.qui cũ maior.§.ſi patris.¶ Re-
quiritur & aliud, ꝙ dilatio petatur ad probandum articulũ,cu
ius probatio non excludatur per legem. C.de non nu.pecu.l.in
15 contractibus.§.de illo.& quod ibi notatur ¶ †Quærit Bal.in d.
e l.ſi. quid ſi iudex dedit ſecundam dilationem de facto[e] non al-
legato,nec probato impedimento,an iſta dilatio valeat,& alle.
Inn. in c. vltra tertiam. de teſtib. qui ſenuit,ꝙ aut prima dilatio
fuit integra ſm ſpatiũ, quod ponitur in l.1.C.de dila.& tũc ſe-
cunda non valet,aliàs ſecus,quaſi ſecunda veniat ad ſupplemẽ
tũ primæ.Sed Bal.tenet,ꝙ indiſtinctè valeat, quia iudex poteſt
gratiam dilationis de benignitate facere.vt de off.deleg.c.cõſu-
luit.& facit,quod no.ſupra de ver.ob.§.1.& quod not.Inn.in c.
innotuit. de eo qui fur.ordi.ſuſ.& c auditis.eatta, de procur.&
pro iſto dicto allegat tea.in l.& poſt.ff.de iud.& quod ibi no.&
facit,quod no.Bar.in d.l.ſi.vbi dicit, ꝙ dilationum materia eſt
arbitraria, & reſidet io pectore iudicis.alleg.no.plenè per te in
l.2.de re iud.& iſtam partem credo veram, qm̃ quid poteſt pro
bare,etiam ſioe aliqua dilatione, vel termino ſibi dato,& pro-
batio facta ſine dilatione valet, & tenet. vt l.in crimine. & hoc
ibi voluit Bar.in cã criminali.ff.de adul.& idem voluit Bart.in
l.vnius.§.pen.ff.de quæſt.& idẽ voluit Bar.Bal. & Flo.in mate-
ria ciuili in d.l.ſi.& idẽ voluit Bar.in eatrauag.ad repri.in verſ.
ſine figura iudicij in ver.itẽ quæro, an detur dilatio &c. Quod
no.quia vt plurimum procuratores æſtimarent probationẽ nõ
valere ſine dilatione,ergo valet probatio ſine dilatione præam
bula, vt modo diai,ergo eodem modo valere debeat dilatione
præcedẽte,licèt non ritè cõceſſa.arg.l.vnicæ.§.1. C.de rei vao.
act.& ar.gl.no.in l. vinum.in ſi.ff.ſi cer.pet.& ibi Bar.& ꝙ pro-
batio.

ADDITIONES.

a Iuramentum Adde Fed ſiaè conſi.104. Olde.conſil.60.in fin.
b Aequa. Adde Abb.conſi 64.2.lib.
c Vna die. Adde Rom.conſi.496.
d Dilatio. Quando ſecunda dilatio ſit concedenda, vide Abb.conſil.64 & Roman.conſil.226.
e De facto. Adde Alex. conſi.41.3 lib.

batio in ciuili ſine dilatione valeat, eſt tex. in l. ſi qſi. & in l. cum
a nobis. C. de dilat. Crederem tñ, ꝙ pars aduerſa poſſet appella
a re,[a] ſi eſt grauata. facit c. interpoſita. in princ. de app. & qđ not.
But. & Bart. in l. a ꝓcedēte. C. de dila. quoniam ſi appellari pōt
a breuitate dilationis mihi cōceſſæ, vt in c. 1. de dila. ergo eodē
modo debeo poſſe appellare, qñ cōceditur aduerſario meo di-
latio non ritè, quæ modo prædicto concedi non debuit, & non
diſcuſsis diſcutiendis. arg. l. ait prætor. §. permittitur. & quod ibi
Bar. ff. de mino. & l. intra vtile. in prin. & quod ibi Bar. ff. de mi-
16 no. & l. eius. & l. ſi. & ibi Bal. ff. de app. reci. ¶ †Quæro, an nemi-
ne petente, vtrum ex mero officio iudex poſſet dilationē dare
ad probādū, & an data arctet eum, cui data eſt? text. in l. 1. C. de
dila. videtur requirere, ꝙ dilatio petatur, ſed Bar. in d. l. ſi. dicit,
ꝙ immo poteſt dari ex mero officio iudicis, quia iudicis offi-
cio conceſſum eſt tempus expediendæ inſtantiæ. vt l. properan
dum. in ſi. prin. C. de iud. Sed But. in d. l. ſi. videtur ſentire cōtra-
rium, videlicet, ꝙ non poſsit dari, niſi altera parte petente. & ꝓ
hoc allegat in arg. ff. de arb. l. non ex omnibus. & l. 1. C. de dila.
ibi, poſtulatum ſpatium &c. & C. vt intra cer. temp. l. 2. ibi, ſi pe-
tatur. niſi eſſet cauſa, quæ ad merum iudicis officiū pertineat,
vel ī qua iudex poſſet ſupplere de facto. vt C. de app. l. amplio-
rem. & iſtam opi. But. fuit ſecutus Bar. in d. l. ſi. Sed pro opi. Bar.
facit l. 2. cum ibi no. per Bar. & doc. ff. de re iu. In hoc tamen cre
do conſiderandum fore, an inſtantia præfigatur iudici, an cau-
ſæ, iuxta no. per Bar. Cy. Bal. & Sal. in d. l. properandum. in prin.
C. de iud. & per Pet. de Anch. in cle. 1. de in integ. reſti. & Spec.
de iudice dele. §. reſtat. ver. ſi ciuitatis ſtatuto. & ibi Ioā. And. in
addi. Si præfigitur iudici, vt quia ſtatuto Bon. cauetur, ꝙ iudex
debeat cauſam expedire intra tres menſes ſub pœna, tunc etiā
inuitis partibus, ne ſibi inſtantia labatur, poterit dilationes aſsi-
gnare, vt intra tempus inſtantiæ cauſam expediat, ne in pœnā
incidat. arg. l. 1. in ſi. C. vt omnes cauſæ tam ciuiles, quam crimi-
nales. Aliquando præfigatur inſtantia cauſæ vel actionis, & tūc
forte idem, videlicet, ꝙ inuitis partibus poſsit dilationem ad ꝓ-
bandum concedere, qm̄ nullus tam audax ex litigatoribus in-
uenietur, qui ſi iudex velit, protrahat cām vltra inſtantiā, vt d.
l. properandum. in ſi. prin. ibi, nam ſi ipſi voluerint &c. ¶ Quid
plura? dicit tex. in c. ſi. de iud. ꝙ ad hoc, vt tempus inſtantiæ nō
labatur, cogūtur aliqñ etiam partes inuitæ litigare tempore fe-
riarum, nam dilationes etiam ordinatas a iure poteſt concede-
re, & non cōcedere, & abbreuiare, & elōgare, vt l. 2. & ibi Bart.
17 ff. de re iu. igitur &c. ¶ †Quæro, data eſt dilatio mihi decē die-
rum ad producendum vnum inſtrumentum, produxi in prima
die, quod facere poſſum, vt nota. Cyn. & docto. in d. l. dies. C.
de feriis. nunquid a modo iudex poterit ad vlteriora procede-
re? an verò expectare debeat, ꝙ decē dies labantur? Et videtur,
ꝙ debeat expectare. ar. l. ſiue pars. C. de dila. Sed Bar. dicit, ꝙ nō,
quia ex quo finita eſt cauſa dilationis, finita eſt ēt ipſa dilatio.
& iō valet proceſſus ad vlteriora. ita dicit Bar. per illum tex. in
l. a filio. §. alium, no. ff. ad Treb. & in l. ſi quis hæres ita. ff. de ac-
qui. hære. hoc etiam voluit Bal. in d. l. ſi. ff. de fer. per no. per Dy.
in c. decet. de reg. iur. in 6. & idē voluit, in d. l. ſi quis hæres ita.
18 & ibi do. lo. ¶ †An aūt pendente vna dilatione poſsit alia dari?
Et dic, aut datur vna dilatio, quæ incipiat poſt finem primæ, &
dari poteſt, vt l. quandiu. la grande. ff. de acq. hær. & ibi Bar. aut
quæritur, an eodem tempore poſsint cōcurrere plures dilatio-
nes? Et tunc dic, ꝙ ab initio plures poſſunt cumulari. vt l. nun-
quam. ff. de iud. & no. in l. inter accuſatorem. per gl. ff. de pu. iu.
vt puta, damus tibi nouem dies, tres pro prima, tres pro ſecun-
da, tres pro tertia dilatione, & vltima peremptoriè. Sed penden
te vna dilatione, an alia poſsit dari, refert aut aſsignatur alteri
parti, aut eidem, cui fuit prima dilatio aſsignata. Si alteri parti,
poteſt. vt d. l. quandiu. & no. in l. creditor. in princ. ff. mandati. Si
verò eidem, refert, an ſuper diuerſo capitulo, an ſuper eo. Si ſu-
per diuerſo, & poteſt, ſi eſt diuerſum quod non clauditur ſuper
prima dilatione, vt C. de re. cre. l. generaliter. §. ſi iudex. Si verò
ſuper eodem capitulo, vel connexo. iuxta l. etiam. §. 1. cum ibi
no. per gl. & doc. de mino. tunc dicendum, ꝙ interim officiū iu
dicis conquieſcat, vt non poſsit aliquid innouare contra primā
dilationem, niſi primò eam ex cauſa reuocet, hoc enim facere
poteſt, qa eſt interlocutoria, & ita debet intelligi d. l. ſiue pars.
& quod no. in l. 1. §. 1. de feriis. ita dicit Bal. Ange. & Imo. in d. l.
quandiu. Sed tu dic, ꝙ illa ſunt in effectu dicta Bar. in d. l. 2. in ſi.
ff. de re iud. & in d. l. generaliter. §. ſi iudex. ver. nullo. ſupra alle.
19 ¶ †Quęro, quō debeat aſsignari dilationes, an ſimul reo, & acto
ri, an ſeparatim? Et breuiter dic, ꝙ aut eſt iudicium ordinariū,
prout omnia regulariter ſunt, vt l. iudices. cum ibi no. C. de iu-
di. & tunc actori tantummodo eſt terminus aſsignādus ad pro-
bandum, & poſtea reo, non autem pariter, & ſimul reo, & acto
ri. ita dicit Dy. in c. non licet. de reg. iur. in 6. & pro hoc tu alle-
ga rationem, qm̄ reus nūquam aliquid debet facere in iudicio
donec non viderit actorem ius ſuū deduxiſſe. vt eſt tex. in l. ex-
ceptionem. & ibi gl. & doc. C. de proba. nam ſatis eſſet reo vni-
uerſalis regula, ꝙ actore non probante, reus, etiam ſi nihil præ-
ſtiterit, debeat abſolui. vt l. qui accuſare. C. de edē. niſi reus vel-
let aſſumere onus probandi. iuxta l. circa. & ibi gl. ff. de prob. ad
hoc fortè, vt pronunciaretur rem ab eo petitam ſuam eſſe. iuxta
l. Pompo. §. 1. cum ibi no. per glo. & doc. ff. de proc. & l. ſed & ſi
poſſeſſori. in princ. ff. de iureiur. & dixi ſupra eo. §. 1. Aut loqui-
mur in cauſis ſummariis, & tunc quia dilationes debent abbre
uiari, terminus ad probādum pariter dabitᷣ reo, & actori, vt hr̄
20 in cle. ſępe. de ver. ſig. ¶ †Quæro, data eſt dilatio actori, & nihil,
vel nō plenè probauit, & poſtea datur reo, clarum eſt, ꝙ iſta di
latio data reo, vt omnis dilatio cuiuſcūque, ēt ſi ſpecialiter vni
ex litigatoribus concedatur, eſt communis vtriq; parti. vt l. pe-
tendæ. cum ibi no. per gl. & doc. C. de tempo. in integ. reſtit. pe.
innotuit reo, ꝙ actor nihil probauit, vnde vult reus renuntiare
ſuæ dilationi, ad hoc, vt actor probare non poſsit, an iſta renun
b tiatio præiudicet[b] actori, & videtur, ꝙ ex quo eſt ius quæſitū
actori, non tollatur per renuntiationem factam per reum. arg.
l. ſi. ff. de pac. cum ibi no. ꝑ gl. ſed Bart. dicit. Aut res eſt integra,
& tunc eſt licitum reo pœnitere, & renūtiare, quod probat, qa
cum actor conſequitur ius ex perſona rei, non poteſt hoc iure
vti cōtra ipſum reum ipſo inuito, vt l. amiciſsimos. §. Lucius. ff.
de excu. tu. pro hoc facit ff. de mino. l. ſi iudex circumuenro. &
quod ibi Bar. & doc. & facit quod no. Bar. in l. ſi poſt mortē. in
ſi. de ꝯtab. & quod habetur per Bart. & doc. in d. l. petendæ. Sed
Bal. in d. l. ſi. de fer. tenent contrarium, qm̄ dilatio eſt facta com
munis. Vnde licèt vnus renuntiet, tamen alteri nō præiudicat.
vt C. de iud. auc. iubemus. Non ob. d. §. Lucius. quia ibi loquitur,
quando ex perſona alterius volo conſequi priuilegium, ſm̄ ius
commune. Non ob. d. l. ſi iudex circumuento. qm̄ ibi erant paria
beneficia, ſed vnum veniebat in cōſequentiam alterius, & ideo
deſtructo antecedenti, qa minor non vult reſtitui, deſtruitur &
conſequens, quia minor non reſtituetur aduerſus ius. Sed opi.
Bar. ſequitur Sal. multum latè in d. l. petēdæ. in vlt. q. Nec eſt ve-
rum, quòd in caſu noſtro actor non vtatur iure cōmuni, immo
vti vult iure particulari, qm̄ ex ſe, & ex ſua perſona non poſſet
vlterius probare, cum iam eſſet finita ſua dilatio, vt l. mācipio-
rū. & quod ibi Bar. ff. de opt. leg. & quod no. gl. Iac. & Cyn. in l.
ea quæ. C. qui accuſ. nō poſſ. & ꝫ. dicam, igitur &c. Prætereà di-
cit Saly. quòd ꝯ opi. Bal. eſt caſus in d. l. petendæ. vbi actor pōt
dicta dilatione vti, quia reus faciebat ſuas ꝓbationes excepuo
nis intentatæ. Vnde ſi reus non vult aliquid probare, & ſic res
eſt integra, quomodo debet admitti actor ad probandum, cum
in d. l. petendæ, ideo admittitur, quia reus probat, igitur &c. di-
21 ctum latius per Sal. ibi, & iſtud teneas. ¶ †Quæro, an terminus
datus actori ad probādum, & idem in reo, currat ſibi, donec ꝑ
aduerſarium fuerit poſitionibus reſponſum? Et dic, quòd non,
quātuncūq; hoc non fuerit petitū, nec per iudicem aliquid pro
nuntiatum ſuper hoc, vt eſt gl. ſing. in clem. ſæpe. quę incipit, ſi
22 verbum. de verb. ſig. quod no. ¶ †Et aduertas, quòd aduenıente
nouo iudice, noua dilatio dāda eſt, vt l. oratione. §. 1. ff. de fer. &
ēt aduenıente noua ꝑſona litigatoris, vt putà, hæredis. vt d. §. 1.
in quem hæredem tranſit inſtantia, vt l. ſeruus. ff. de inſa. l. tam
ex contractibus. ff. de iudi. & l. ſi cū hominem. & ibi Bar. & doc.
ff. de fideiuſ. Intātum, quòd Ang. in d. l. oratione. §. 1. dicit, quòd
vbi petitur executio ſententiæ, ēt in re petita, non poſſet dicta
executio fieri contra hæredem ſine noua citatione. alleg. Inn. in
c. quia V. de iudi. & ita tenet Flo. in d. l. oratione. & idem voluit
Bar. & Ang. in tepe. l. 1. C. de iud. in ver. 4. quæro qs eſt effectus
nouationis, circa ſi. dicti ver. Sed licet ita prædicti doc. dicāt, ta
men in hoc dubito, nam ſicut defunctus non fuit neceſſariò ci-
tandus in tali executione reali. vt no. Cy. & doc. in l. ab execu-
tore. C. quorū app. nō reci. & Bar. Ang. & Mod. in l. a diuo Pio.
§. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. ita nec ēt hæres eius, cum ſit eadem
perſona cum defuncto. vt in Auct. de iureiu. a mor. pręſt. §. 1. &
etiam præſuppoſito, quòd haberet aliquod ius in illa re, tñ eò
ipſo, quòd ſimpliciter adiuit hæreditatē eius, ſtatim oē ius ſuū
fuit confuſum, vt l. ſi debitori. cum materia. C. de pact. & qa ēt
ex perſona defuncti teneretur, ergo aliquo modo vēdicare, vel
excipere non poteſt. argu. l. vendicātē. cum materia. ff. de euic.
Nec

ADDITIONES.

a Appellare. Adde Roman. conſi. 495.
b Præiudicet. Adde Fran. Aret. conſi. 84.

Nec ob. d. l. oratione. §. 1. quia ibi loquitur in dilatione probato
ria, ideo nimirum, quia cum hæres nõ præſumitur informatus,
vt l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & debet habere aliam dilatio-
nem. vt l. poſt edictum. ff. de iudi. igitur &c. Non ob. dictum In-
no. in d. c. quia V. quia ibi loquitur in ſucceſſore ſingulari, putà,
in beneficio, non autem in hærede, ideo non mirum, ſi directo
contrà ſucceſſore ipſo non citato nõ poſsit fieri executio. facit
quod no. Bar. in l. 3. vltra medium. C. de pig. poſſet tamen ſalua
ri dictum Ang. & Iac. qñ talis hæres feciſſet inuentarium, & il-
la res in qua fieri debet executio, eſt hæredis, vel habet in ea ali
quod ius, quia cum ius ſuum ſaluum remãſerit propter inuen-
tarium, executio fieri non debet in dicta re virtute dictæ ſentẽ-
tiæ latæ cõtra defunctum, ipſo hærede poſſeſſore, non citato, vt
no. gl. in ſimili in l. a diuo Pio. §. ſi poſt addictum. ff. de re iud. &
no. gl. & doc. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mari. & ꝙ per cõ
fectionem inuentarij ſuum ius remanſerit illæſum, no. gl. no. &
per doc. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. delibe. & in l. cum a
23 matre. C. de rei ven. ¶ Quæro, quot † dilationes dari poſſunt ad
probandum. Et videtur quod ad plus, tres, vt d. l. fin. ff. de fer. In
contrariũ, ꝙ immo quatuor, vt in §. quia verò. in Auc. de teſti.
facit auct. qui ſemel. C. de proba. Dic breuiter, ſm doct. ꝙ ibi li-
cèt loquatur in productionibus, quia inductio, ſiue productio
teſtium in vna, & eadem dilatione non poteſt fieri, niſi vſq; ad
a tertiam, & aliqñ vſq; ad quartam[a] certa ſolennitate ſeruata. vt
patet in d. §. quia verò. facit c. vltra tertiam. de teſti. quod bene
no. in practica, vt vna ſimul, & non ſeparatim, nec diuerſis tem
poribus inducas teſtes, quando habes dilationem ad proban-
dum. Tamen communiter doc. noſtri intelligunt illum. §. quia
verò. non tñ in materia productionum, ſed ẽt in numero dila-
tionum, & ſic erunt quatuor, probatis tamen impedimentis, vt
ſuprà dixi. ita habetur per Ang. in d. §. quia verò. & ꝑ doc. in d.
24 auct. qui ſemel. ¶ † Quæro, ſtatuit iudex Titio terminum ad pro
ducendum teſtes, vel ad aliud faciendum, an põt poſt termi-
b num[b] producere. & Iac. de Are. dicit, ꝙ aut parti aduerſæ nihil
deperit, quia habet probationes contra inſtrumẽta, & teſtes, ẽt
elapſo termino, ſicut eo pẽdente admittitur, aliàs non. vt l. mã
cipiorum. ff. de opt. leg. & ita ſentit gl. Cyn. & doc. in l. ſi pro ca.
C. qui accu. non poſ. & Dy. in c. indultum. de regu. iur. in 6. ſed
Bart. in d. l. mancipiorum. dicit, ꝙ immo poſt terminum nullo
modo admitteretur per d. l. mãcipiorum. quia dictus terminus,
etiam ſi non dicatur, dicitur peremptorius, vt l. fi. ff. de fer. niſi
iurauerit de nouo ſibi perueniſſe notitiam teſtium, & inſtru-
mentorum, quia tũc admitteret, iuxta c. paſtoralis. cum ibi no.
de excep. facit, quod no. Bar. in l. admonẽdi. in prin. ff. de iureiu
ran. Sed pro prima opi. Iac. & ſequaciũ eſt gl. ord. in cle. ſæpe. de
ver. ſign. in ver. non obſtãte. in fi. Præterea d. l. mancipiorũ. alle.
per Bart. loquitur in actu electionis, vt dixit dñs meus Ioan. de
Imo. in l. quandiu. ac ẽt loquitur in caſu extraiudiciali, vt no. Sa
ly. in d. l. ſi ea quæ. Vnde in hac materia Sal. ibi ſic diſtinguit. Aut
iudex præfixit terminum actui extraiudiciali, aut iudiciali. Pri-
mò caſu ſemper dicetur terminus peremptorius, etiam ſi non
exprimatur. & eſt ratio, quia terminus in ſe eſt vnicus, licet ar-
bitrarius, & pro hoc. C. de remiſ. pig. l. ſi eo tẽpore. & l. ſi quis
ita inſti. §. ſi conditioni. ff. de hære. inſtit. & d. l. mancipiorum. &
25 l. 1. C. de cura. bo. dan. ¶ † Secundò verò caſu facit quatuor mẽ
bra. Nam aut eſt præfixus terminus ad libelli oblationẽ, aut ad
iam oblati proſecutionem, aut ad proſecuti probationẽ, aut ad
audiendam ſententiæ prolationẽ. Primò caſu, qñ iudex ex cau-
ſa ſtatuit terminum ad agendũ, aut ad accuſandũ, tunc licèt iu-
dex non adiiciat peremptoriè, vel licèt nõ dicat, aliàs vltra ter-
minum pronunciabimus te vlterius audiendum non eſſe, tamẽ
erit terminus peremptorius. vt ff. de accu. l. Titia. & ibi Bar. Fate
tur tñ, ꝙ ſi iudex vult, poteſt dare nouum terminum per l. diffa
mari. C. de inge. manu. ibi, præſertim cũ affirmes diu &c. & al-
legat rationem, quia excludi debet ab agendo per ſniam iudi-
cis, vt probatur dictis legibus, & ideo ſi in præfinitione termi-
ni ſit comminatoria, valet, aliàs ſi intra hunc terminum libellũ
non porrexeris, ex nunc pronũcio te amplius agere, vel accuſa
re non poſſe, tũc iudex poſteà alium terminũ dare non poſſet,
ꝗ ſniam iam latã venire non poſſet, niſi ex aliquo remedio re-
ſcindendi, tanquam functus fuerit officio ſuo. vt l. dicere. in fi.
ff. de arb. Conſtat autem ſniam latam ſub cõditione intrinſeca
valere, vt C. de ſen. l. cum iudex. cum ibi no. Et idem eſſet dicen-
dum, ſi poſt lapſum terminum ſimpliciter conceſſum ad inſtan
tiam partis aduerſæ pronũciaret, ꝙ Titius in termino ſibi dato
non fecit incumbẽtiam ſibi, & per ꝯñs pronunciat Titium am-
plius audiendum non eſſe, ità dicit ſingulariter Inno. in c. tua.
qui mat. accu. poſ. Et iſta eſt optima cautela, qua ſemper tu vta-
ris. ita dicit Bar. Ang. & Imo. in d. l. quandiu. & ita ſequitur do.
Io. in accuſare debente, d. l. ſi ea quæ. cum ſit materia odioſa, vt
l. miſſa. C. de adul. Idem dicit, qñ cauſa non eſſet merè ciuilis,
licèt habeat miſturam cum criminali, & ita intelligitur l. Papi-
nian. §. 2. cum gl. ff. de inoff. teſt. Si autem cauſa eſſet merè ciui- a
c lis, licèt iure non reperiatur bene cautum[c]. tñ doc. dicunt idem
per d. l. diffamari. Tñ aduertendum dicit Saly. ꝙ ſi dicta interlo-
cutoria, ſiue comminatoria nõ eſſet lata, & ſic ius aduerſarij nõ
ſit factum deterius, & non obſtante lapſu termini, audietur ad
agendum intra modicum tẽpus. arg. l. ſi ita quis. § Seia. de verb.
obl. cum in caſu noſtro moræ purgatio admittatur nõ ad actio-
nem quærendam, ſed ad iam quæſitam cõſeruandam, quod eſt
permiſſum, vt d. §. Seia. & ibi per doc. & in l. ſi inſulam. ff. eo. ut.
Secundò verò caſu principali, qñ terminus eſt datus ad proſe-
quẽdum libellum porrectum, tunc aut iudex adiicit illa verba,
& peremptoriè, & non habet dubium, vt ff. de iud. l. nonnunquã.
& idẽ ſi dicit, (aliàs procedemus abſq; te ad vlteriora &c.) vel
reputabimus te pro renunciante. vt ff. de iudi. l. ad peremptoriũ.
cum ſeq. C. quõ & qñ iudex. l. cõſentaneũ. vel ſupradicta inter- d
locutoria poſteà lata fuerit ad inſtantiam partis. ¶ Aduertas tñ,
ꝙ iudex nunquam debet ad talia verba promouери, vel ad cõ- [d]
minationem ſine iuſta cauſa, vt patet in d. l. nonnunquam. in fi.
& in d. l. conſentaneum, ibi, commune facto. vel ſi in eadẽ con-
tumacia perſeuerauerit, ꝑꝑ quod patet, ꝙ fuerat prius citatus,
& allegat rationẽ, quia pluralitatem terminorum a lege inuen
tam iudex non debet diminuere ſine cauſa. Aut talia verba, vel
ſimilia iudex non protulit, ſed ſimpliciter terminum ſtatuit ad
proſequendum cauſam. & gl. in d. l. Papinian. §. 1. vẽ velle, ꝙ in
ciuili terminus non ſit peremptorius. Sed tu dic, ꝙ immo eſt
idem, ꝙ in criminali. vt l. inter accuſatorem. cũ ibi no. ff. de pu-
bli. iud. & l. 3. cum ibi no. C. qui accu. non poſ. maximè per Sal.
26 & dixi ſupra per d. l. diffamari. ¶ † Tertiò verò caſu principali,
qñ ad probandum terminus eſt datus, tũc quælibet dilatio lega
lis, ſiue iudicialis dicitur peremptoria, vt l. 1. in fi. C. de dilat. &
d. l. oratione. §. 1. & d. l. fi. ff. de fer. & hoc ibi no. Bart. in ver. quo
de intellectu &c. quod eſt verum, excepta prima dilatione, ſeu
termino ad inchoandum cauſam ad ſic reſpondendum de iure,
quia opus eſt, ꝙ expreſsè dicatur, & peremptoriè, vt d. l. ad per-
emptoriũ. vel ſiant tres pro vna, vt l. tres. C. quõ, & qñ iudex: &
ac ẽt excepta vltima ad audiendum ſniam, quia non intelligiẽ
peremptoriè, niſi expreſsè dicat. ita dicit Bar. in extraua. ad re-
primendum. ver. ſuper dicto crimine. circa fi. & vide Bar. & do
cto. in l. ſi finita. §. Iulia. circa prin. de dam. inſec. Addas tñ, ꝙ idẽ
erit, ſcilicet, ꝙ erit peremptorius terminus datus ad inducẽdũ
teſtes, & producendum inſtrumẽta. & ita propriè loquitur Cy.
in d. l. ſi ea quæ. & gl. in d. cle. ſæpe. in verſi. non obſtante. in fin.
27 ¶ † Quartò caſu, qñ terminus ſtatuitur ad ſniam audiendã, &
dicas, (vt dixi) quòd nõ erit peremptorius, niſi dicat, niſi iudex b
ꝑ ſeipſum partes moneat, qm̃ monitio iudicis, etiam ſimplex,
habet vim peremptorij. vt eſt caſus ſingularis iun. gl. & ibi doc.
C. quõ, & qñ iudex, l. 2. Adde, quòd ſi ꝯ reo eſt datus terminus
ad exceptionẽ proponendam, quia ſiue ſint dilatoriæ, ſiue ꝑem
ptoriæ, elapſo termino, nõ vr̃, ꝙ excipere poſsit, vt d. c. paſtora
lis, ſm intellectum Ant. de But. & Io. And. ibi. & Bar. in d. l. mã-
cipiorum, quod eſt verum, niſi in caſibus notatis in d. c. paſto-
28 ralis. † Vnũ tñ tene menti, quòd iudex ex cã, & non aliter oẽm
dilationẽ a iure introductam, ſiue miniſterio ipſius iudicis, ſiue
inductam cum eius miniſterio, ſiue principaliter inductam ab
ipſo iure, poteſt ex cauſa abbreuiare, & protelare. vt eleganter
proſequit Bar. doc. in d. l. 2. ff. de re iu. ¶ in gl. corrigere. in prin.
29 ibi, reſpondeo, non ſm has leges &c. no. ꝙ † licèt in cõi dici ſo-
leat, quòd aſſertio libellãtis ſibi noceat, & ꝯ libellantẽ ſtari de-
beat, vt l. cum precum. C. liber. cau. & ibi Bal. de quo tamẽ dic,
vt dixi ſupra eo. §. 1. et §. tripli. tñ illud eſt verũ, niſi ſit error in
concluſione libelli, vt hic, et nondum ſit lis conteſtata, ſecũdũ
glo. no. in l. qui familiæ. ff. fa. ercíſ. et ibi Flo. et no. hic gl. 2. et ibi
dixi. vel niſi ſit confeſsio narratiua, et non aſſertiua, ut ſi dicam,
quòd mutuaui decẽ Titio hæredi Seij. nam ꝑꝑ hoc non fateor
illum fieri hæredem Seij, ſm Bal. ibi, qui ita intelligit illã legẽ.
facit l. ea hac ſcriptura. cum ibi no. per Bar. et doct. ff. de dona.
30 ¶ † Et eſt aduertendum, quòd aliqñ eſt error, ſiue confeſsio
erronea

ADDITIONES.

a Quartam. Adde, vt per Rom. conſi. 215.
b Terminum. Adde vt per Oldra. conſil. 3. & per Alex. in l. ſi finita. §. Iulian. ff. de dam. infec.
c Dicunt idem. Adde Rom. conſi. 53. & no. ꝙ iudex non poteſt dare terminũ parti, infra quem agat, niſi procedat bina monitio. ita Alex. conſi. 158. in fi.

erronea circa pparatoria, aliqñ circa deciſoria, aliqñ circa ea
quæ contingunt poſt deciſionem cauſæ. Primò caſu cũ quęrit,
an & qñ error circa præparatoria poſsit reuocari, tunc aut er-
ror eſt circa præparatoria iudicij, quia circa iuriſdictionem, &
a túc quilibet error reuocatur, ſiue ante ſniam, ſiue poſt,[a] & qñ-
cunque, cum reddat iudicium retro nullum, vt l. ſi per errorē.
cũ gl. & ibi doc. ff. de iuriſ. om. iud. & l. 2. in prin. & quod ibi no.
ff. de iud. & C. ſi a nõ compe. iud. l. 1. & 2. & facit gl. not. quæ di
cit, ꝙ declinatoria ſp pōt opponi, ēt poſt tres ſnias cõformes.
vt no. gl. in cle. 1. de ſeq. poſ. & fruc. pro quo vr̃ ēt gl. ſing. de iu-
re noſtro. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. & infra de excep. §. appellā-
tur. & glo. in l. ab executore. C. quo. app. non reci. in glo. in ver.
excedat. quod eſt verum, qñ penitus non erat ſuus iudex, ſecus
ſi fuiſſet ſuus iudex, ſed ex priuilegio potuiſſet illum declina-
re, vt eſt in ſcholari circa epiſcopum, quia litē conteſtando co-
ram eo ēt ignoranter perdit ſuam declinatoriam, ꝙ conueniā-
tur coram ſuo rectore: vt eſt gl. no. in l. 2. in verbo, conſentire.
ff. de iud. & facit gl. no. in l. 1. C. vbi de cri. agi opor. & per ꝯñs
b tali caſu ſcholaris non poterit amplius corrigere[b] ſuum erro-
rem. Aut eſt error circa præparatoria cauſæ, & tunc aut quod
c olim negaui uolo confiteri, aut econtrà. Primò caſu, poſſum,[c]
ſm tamen diſtinctionem l. electio. §. neq; hæredi. ff. de noxa. &
ibi Flo. & ēt intelligas ſecundum ea quæ dixit Bar. in l. cũ qui.
in prin. ff. de iureiu. & per Bar. in ſua diſputatione, quæ incipit,
Per Italiam communiter vigent ſtatuta. & dixi in meo tract.
maleſi. in uerbo, Comparent dicti inquiſiti, & negauerunt to-
tum. Secundò caſu, quando id, quod fui confeſſus, volo reuo-
care, & tunc dic, aut aduerſarius meus fuit ſciens, & poſſum ēt
lite conteſtata indiſtinctè, ut ff. de rei ven. l. ſi is, qui ſe obtulit. Et
eſt ratio, quia certus amplius non eſt certiorandus. l. 1. in ſi. ff. de
act. emp. & quia dolenti dolus non infertur. l. cum donationis.
C. de tranſac. Aut aduerſarius meus fuit ignorans, & tunc aut
ante litem conteſtatam volo reuocare, aut poſteà. Si ante, aut
nulla deceptio eſt actoris, & poſſum indiſtinctè, ſiue ego fue-
rim ignorans, ſiue ſciens, vt ff. de interroga. actio. l. de ætate. §.
qui iuſto. & ibi Flo. & eadem l. §. ſi. motus verò iniuſto errore,
vel vbi ſciens fui, non debeo admitti ad reuocandum, ut d. l. de
ætate. §. ſi. ſi tamen fui admiſſus, purgabitur dolus meus, non in
eadem inſtantia, ſed in alia per actionem de dolo, vt l. pen. ff. de
dol. Si verò poſt litem conteſtatam ſciens non admittitur, niſi
econtra aduerſarius etiam fuerit ſciens d. l. ſi is qui. Ignorans
uero admittitur, ſi fuerit error probabilis, non ſupinus, q cadat
in latam culpam, vt d. §. qui iuſto. Si verò fuit error iuris, ſimi-
liter non audietur, quia in latam culpā tranſit, vt l. leges. C. de
leg. & ſic locum habet d. §. qui iuſto. & ibi no. iſta habentur per
Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſ. Sed plenius per Sal. in l. error.
C. de iur. & fac. ign. ver. item opp. ꝙ aduerſario non capto. ¶ Se
d cundò caſu principali, qñ eſt confeſſio erronea[d] de iure, tñ va-
lida circa deciſoria, an præiudicet? Dic aut emanauit a ſcien-
te, & præiudicat, vt ff. de don. l. quidã in iure. in prin. & l. Iulia.
ff. de confeſ. & no. gl. in d. l. error. Aut ab ignorante, & tunc aut
in cauſa, quæ creſcit per inficiationem, & præiudicat l. ſi is, cũ
quo. ff. de confeſſ. In cauſa vero per inficiationem non creſcen
te, dic, aut error cadit in latam culpam, & præiudicat, vt d. § q
iuſto. Aut non cadit in latam culpam, & tunc antequam reuo-
cetur, & ꝯrium probetur, nocet, vt C. de lib. cau. l. iubemus. ſed
illo reuocato ante ſniam, & ꝯrio probato, non noceat, vt d. l. er
ror. Ita in effectu ſentit Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & cla
rius Saly. in d. l. error. ver. ſed extra oppo. ꝯ eādem &c. ¶ Tertiò
caſu principali, poſt deciſionem cauſæ nõ eſt licitum errorem
corrigere regulariter, vt d. l. error. nam vſq; ad ſniam excluſiuè
licitum eſt errorem corrigere, & non poſt, niſi p appellationē
fuerit extinctũ pronunciatũ, vt l. 1. in ſi. & ibi gl. & Bar. ff. ad Tur
pil. quia tunc appellatione pendente, ſicut pendente prima in-
ſtantia, licitum eſt errorem corrigere. vt eſt gl. no. in l. creditor.
§. iuſſus. & ibi Bar. & Ang. ff. de appel. Si autem non eſſet appel
latum, non liceret corrigere, niſi minoris ætatis fauore, vt l. cer
tum. §. in pupilla. ff. de confeſſ. Vel niſi cauſa pietatis interuene-
rit, vt l. 2. §. ſi. & ibi gl. ſing. ff. quando act. de pecu. eſt anna. Vel
doli connexitas. vt l. ſi. C. de reb. cred. & l. admonēdi. ff. de iure-
iu. & l. 2. C. ſi ex fal. inſtr. & l. diuus. ff. de re iud. Vel niſi ſit error
cõis, vt l. Barbarius. ff. de off. pręto. Vel niſi ſit actionis varietas,
vt l. habebat. ff. de inſtito. licèt per prius ibi ſit variatio cauſę,
ſeu qualitatis, & non actionis. vel niſi ſit ibi perſonarũ diuerſi-
tas, vt l. ſin. §. ſi autem neſcius. C. de fur. vel niſi ibi ſit priuilegij
qualitas. vt l. 1. C. de iur. & fac. ign. & l. mulier i iure. ff. ad vellei.
31 ¶ † Aduertas tamen ad unum, quod incidenter dixi, licèt cõfeſ
ſus fuerit, tamen poteſt appellare, intellige hoc verum, iux. l. 2.
C. quorũ appe. non reci. & c. Romana. §. 2. de appell. in 6. & ibi
quando appellat licèt ſit ſnia diffinitiua, debet cauſas in appel-
latione exprimere, alias non valet ſua appellatio obſtante ſua
confeſſione, vt d. c. Romana. §. ſi autem. licèt regulariter, qñ ap
pellatur a diffinitiua, nõ ſit neceſſe exprimere cauſas, vt l. ſcio.
ff. de appel. ſed ſecus ſi ſit interlocutoria, quia debet exprimi cā
e grauaminis,[e] & ſpecificè, & non in genere, vel ſub inuolucro
verborum, referendo ſe ad acta, ut d. c. Romana. §. obijcitur, &
cle. appellanti. & quod ibi no. de app. & no. Ang. & Imo. in l. ubi
autem. §. illud. ff. de verb. obl. ita ſingulariſſimè dicit Bal. in l. mi
noribus. circa prin. C. de his quibus ut indig. quod no. qa vidi
in practica multos errare. ¶ Secundò ēt aduertas, quia dixi poſt
ſniam non eſſe licitum errorem corrigere: quid ſi eſt conclu-
ſum in cauſa ante ſniam? Dicas ſecundum Bal. in d. l. error. ver.
aduerte, ꝙ ſi lex noſtra facit &c. idem erit, quia cõcluſio in cā,
eſt terminus diffinitiuus, ut no. Io. And. in c. ſi. de iurein. lib. 6. in
nouel. tu allega tex. in auc. iubemus. C. de iud. & l. iudices. & ibi
doct. Bald. & Sal. eod. tit. Et eſt elegās dictum Bar. ꝙ iſta iudicen
tur a pari, videlicet poſt ſniam, vel poſt concluſionem in cā, ut
dixit Bar. l. mater. §. eandem. in ſi. ff. de exce. rei iud. ¶ Quid ſi eſt
factum præceptum in confeſſum, iux. l. ſi debitori. cum ibi not.
per gl. Bar. & doc. ff. de iud. an liceat corrigere confeſſionē erro
neam? & vr̃ primo, ꝙ non, quaſi ille iuſſus, ſine pręceptum iu-
dicis ſit ſententia, ſed tñ Bar. in d. l. non fatetur. ver. ſed an iſto
caſu, poterit reuocari poſt præceptum &c. dixit, ꝙ immo talis
iuſſus nõ eſt ſententia diffinitiua, ſed intendit ad executionem
confeſſionis, allegat in ſimili. ff. de doli excep. l. apud Celſum. §.
Labeo. & dixi ſ. eo. §. curate. in ſi. ¶ Ex quo ſequit̃, ꝙ pōt proba
re errorem, niſi fortè, antequam fieret tale præceptum eſſet da
tus terminus ad allegandum, & contradicendum, & oſtenden-
dum quare non debeat fieri pręceptum de ſoluendo, & quare
non debeat confeſſio exequi, tunc eſſet idem quod in ſentētia
diffinitiua, vt l. pe. ff. de cõfeſ. Et ideo no. Bar. in l. 2. in ſi. eo. ti. Et
idem noluit d. l. error. Ex quo no. & tene menti optimam caute-
lam in practica, ꝙ qñ vis, ꝙ confeſſio non poſſit retractari poſt
dictam confeſſionem, antequam emanet præceptum iudicis in
confeſſum, facias aſſignari confitenti terminum breuem ad di
cendum, & contradicendum, quare non debeat fieri pręceptō
de ſoluendo, & dictā confeſſionē exequi, & elapſo dicto termi
no facias fieri præceptum de ſoluendo, quod erit irreuocabile
occaſione erroris, qd̃ bene no. Sed Bal. in d. l. error. in ver. quar-
to quæritur, vtrum ante ſniam. dicit, ꝙ dictum Bar. videlicet, ꝙ
poſt pręceptum poſſit error corrigi, nõ eſt verum. primò, quia
iſtud præceptum eſt terminus, & finis iſtius diſceptationis, ſi-
cut concluſio in cauſa, ſed poſt cõcluſionē, clarum eſt, ꝙ error
non poteſt corrigi. vt ſupra dixi. igitur, &c. ¶ Secundò, hoc præ-
ceptum tranſiuit in rem iudicatam. vt d. l. ſi debitori. ff. de iudi.
& l. debitoribus. ff. de re iud. & ff. de mino. l. ait prætor. §. permit
32 titur. ¶ Tertiò, ex iſto præcepto naſcitur obligatio, † & actio, ſi-
a Cedere bonis. In ſedibus locum tenentium magni Seneſcalchi prouinciæ Narbonenſis, cedentes bonis percutiunt lapidem ter natibus, vt vidi. Hic verò Auenione in foro temporali cauetur ſtatuto, ꝙ bonis cedentes ſunt ſpoliandi vſque ad veſtem interiorem, quam camiſiam appellant, in præſentia iudicis pro tribunali ſedentis, & alias in perſonarum publicarũ, capite nudo. ita ꝙ præter camiſiam nihil retineat. Deinde debet ire per ciuitatẽ præcedente præcone, & in ſex compitis, vbi ſolẽt præconizationes fieri, voce præconis dicetur, qualiter talis ceſſit bonis. In curijs autem ſpiritualibus dictæ ciuitatis debent ſtare corã iudice capite nudo, quouſque fuerint admiſſi, nec poterunt bonis cedere per procuratorem ſtatuto ſic dicente, & hoc iure vtimur. Præterea in dictis curiis ſpiritualibus, vel in ſacro palatio apoſtolico, non admittuntur cedere volentes, niſi ſint aut carceri mãcipati, aut excõicati. In comitatu verò Venaiſcino ſub rub. ꝙ cedere volẽtes ſint in carceribus. fo. 27. facie 1. & ſub rub. ꝙ non admittãtur cedere volẽtes, niſi in propria. fo. 35. facie 2. & ſub rub. qui cedẽt in curiis ſpiritualib. fo. 42. facie 1. illis ſimul iunctis cauetur, vt ſup. ꝙ non poſſit quis cedere, niſi ſit carceratus, aut excõicatus, & ꝙ non poſſit cedere per procuratorem. Ant. Ca.

b Voluntatẽ. Quòd quis inuitis creditoribus poſſit cedere bonis, abſque eo, ꝙ poſſit cogi ad dilationẽ 5. ann. acceptãdã, firmauerunt Pau. de Ca. & doc. in l. fi. de his qui bo. ce. poſ. C. libellus aũt ceſſionis bonorum ſic poterit formari coram iudice ſpirituali, Corã vobis Reuer. P. Domino officiali curiæ ſpiritualis Auenionis, aut quocunque alio in hac cauſa ſuo dicente, ſeu dicturo, dat, dicit, ponit, ac oculis ſachmalib. requirit Io. Ruberia faber Auenionis, quòd cum ſit plurib. creditoribus obligatus, & neſciat quomodo poterit eis ſatisfacere præ ſua paupertate, ſitque carceri mancipatus, quẽ carcerem exire non poterit, niſi bonis cedat, ideo ad beneficium ceſſionis bonorum, petit ſe admitti, ſe offerendo paratum iurare, quòd non ceſſit in fraudem creditorum, ſed neceſſitate vrgente, & ne marceſcat in carcere, nec non quòd creditores in pede ſui libelli deſcripti ſunt veri, & non ſimulati, debitumque, & legale fecerit inuentarium. & ſi venerit ad pinguiorem fortunam, ſuis ſatisfaceret creditoribus, dummodo non egeat, ſaluo iure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi. Eſt tamen aduertendum, quod ſi velit habere inducias quinquennales, maioris partis creditorum interueniente conſenſu, debet petere in libello duo alternatiuè. ſ. ſe admitti ad beneficium ceſſionis bonorũ, aut inducias quinquennales ſibi dari, & cõcedi, & propterea appellatur libellus alternatiuus, quia alternatim cedere uolens, poſſit illa petere, non tamen quod ad id cogatur. Ant. Ca.

c Præiudicat. Adde Rom. conſ. 131.

d Renuntiari. Guido Papæ, licèt ſit einſdem ſententiæ in deciſionib. Delphinalibus. q. 381. tamen firmat in Delfinatu ſeruari, quòd non obſtante renunciatione iurata, & abſq; diſpenſatione ſuper iuramento, cedere volentes admittantur, quod & hic Auenionæ, ac in comitatu Venaiſcino, etiam indiſtinctè obſeruatur, ſed in Prouincia, apud ſedes Locatẽn. præſidis, admittuntur obtẽta prius ſuper iuramento diſpenſatione, vt plaries vidi. Ant. Ca.

Quod cum eo qui in alie. pot. eſt &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio ob peculium qualis ſit.*
2 *Abbas quando pro monacho teneatur.*

QVia tamen. Totus iſte tit. diuiditur in 6. partes. Primò, ponit cõtinuationem rub. Secundò, ꝙ filius, & ſeruus æquiparãtur, ideo dictũ in vno põt intelligi dictũ in alio. Tertiò, proſequit de contractib. ſeruorum, qualiter, & inquantum eorum dñs teneat. Quartò, illud extẽdit ad filios. Quintò, ponit vnũ in filio, quod non habet locum in ſeruo. Sextò redit ad contractum ſerui. ſecunda ibi, & quia. tertia ibi, ſi igitur. quarta ibi, quæ diximus. quinta ibi, illud propriè. ſexta ibi, illud in ſumma. & h.d. Cognito contractu ſeruorum ad obligandum dñm, erit cognitũ quid
1 de contractu filij ad obligandum patrem. h.d. ¶ † Not. ibi, actione qua in peculium &c. ꝙ actio, quæ datur in patrem, vel dñm ex contractu ſerui, vel filij, non dr̃ propriè de peculio, ſed adiectiuè. vt eſt tex. in l.1. C. eo. no. Saly. in l. pe. eo. tit. quod eſt vtile; quia ſi prima actio eſt bonæfidei, ſic etiam illa, quæ datur in peculio, & ſi eſt perpetua, ita & iſta. de quo latè dixi ſupra ti. 1. §. actiones autem de peculio. in verſ. gl. de peculio. in fin. & duobus verſ. ſeq. dic, vt ibi. ¶ No. ꝙ actio de peculio, & cæteræ actiones, quæ deſcendunt ex contractu filij, dantur in patrem nomine filij, quod nota p formatione libelli, in actione de peculio, cuius libelli formam poſui in d. §. actiones autem de peculio. in verſ. quæro ergo in practica de forma libelli &c. ¶ No. ꝙ ſeruus, & filius æquiparantur quaſi in omnibus, quod facit ad ea, quæ habentur in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & ad ea, quæ dixi ſupra tit. 1. §. in duplum. in ver. in ea. gl. in fi. quærit Ioan. Fab. &c. & in verſi. ſeq. & ſupra de obli. quæ ex deli. naſc. §. ſed ſi credat. ¶ No. ibi, ne verboſa fiat diſputatio, contra multos doc. qui legendo, & conſulendo multa, & multa effundunt, cum paucis vti poſſint, contra id, quod dicitur, ꝙ gaudent breuitate moderni, nam in multiloquio nõ deeſt peccatum. facit l. ampliorem. §. in refutatoriis. cum ibi no. per gl. & doc. C. de appel. ¶ No. ꝙ poſito, & cognito uno de ſimilibus, cognoſcitur & reliquum, & ideo cũ dicamus, ꝙ monachus, & ſeruus æquiparantur, vt no. Inn. in c. cum olim. el 2. de priui. & no. Bar. in l.1. §.1. & §. vſufructuarius. ff. de ſtip. ſer. neceſſariò ſequitur, ꝙ ſicut dominus tenetur ex
a contractu ſui ſerui, vt hic, ꝙ † abbas tenebitur etiam ex contractu ſui monachi. facit, quod no. Bart. in l. ſi vnus. in prin. ff. de pac. & l. quod ſeruus. ff. depoſi. vbi Barto. vult, ꝙ põt petere monachus depoſitum factum a ſe, & poteſt depoſitum factum a monacho ſolui, & reſtitui ſibi monacho, & ſoluens liberatur ſine abbate, ſicut ſi quis ſoluat ſeruo, vel filio depoſitũ factũ a ſeruo, vel filio. quod no. ¶ Vltimò iſte tex. in prin. põt allegari ad id, quod dr̃ in rub. proœ. in fi. ſupra de leg. in princ. & ſupra de act. in rub.
2 videlicet, ꝙ materiæ ſunt congruenter ponẽdæ, licèt rubricæ [a] non ſint neceſſariò continuandæ ad præcedentia. facit l. 2. ff. de rei vend. & l. 5. in prin. ff. ad Trebel. & ſupra de re. diui. in princ. & ſupra de obl. quæ ex delic. naſc. in prin. & etiam ibi dixi &c.

ADDITIO.

a Rubricæ. An rubricæ neceſſariò continuandæ vel ſubordinandæ ſint, dic vt p Iaſ. & Gomeſium ſupra de act. in rub. communiter tamen recipitur, quod ſint neceſſariò continuandæ. Ant. Caius.

SVMMARIVM.

1 *Pater, vel dominus quando pro filio, vel ſeruo teneantur.*
2 *Propoſitus an teneatur de contractu per prepoſitum inito. & nu. 7.*
3 *Dominus tenetur de contractu per ſeruum celebrato, non refutando literas per ſeruum ſibi miſſas.*
4 *Iuſſus quando obliget.*
5 *Differentia inter actionem exercitoriam, & tributoriam.*
6 *Intellectus ad l.1. § non autem. ff de exercitoria.*
8 *Inſtitor vt quis dicatur, quæ requirantur.*
9 *Inſtitoris mandatum morte non finitur.*

SI igitur. ¶ Dominus tenetur ex contractu ſerui inſolidũ, ſi contrahi iuſſerit, vel ſi ipſum, vel liberum hominem naui, vel alicui alij negotiationi præpoſuerit, actionibus cognominatis. Quod iuſſu, & exercitoria, & inſtitoria, hoc
1 dicit. ¶ No. ibi, prætor. ꝙ † de iure ciuili pater vel dominus non tenentur ex contractu filij, vel ſerui, & ideo prætor adinuenit, quòd ſi habeat peculium, teneatur peculiotenus, aliàs non teneatur niſi iuſſerit, vel alio modo, vt hic facit §. actiones aũt de peculio. & quod ibi dixi ſupra tit. 1. facit l. 1. in fin. ff. de cõſti pecu. ¶ No. ꝙ dominus (quod iuſſu) conuenitur, non tantum peculiotenus, ſed inſolidum, & idem in exercitoria, & inſtitoria. ¶ No. ibi, cui præpoſitus. ꝙ ſeruus obligat dominum, ſi contraxit in eo, cui præpoſitus eſt, & non aliter, ſicut dicimus de delicto, vel quaſi ꝙ dominus tenetur ex delicto ſeruorũ, ſi delinquunt in eo, in quo præpoſiti ſunt. vt l. 1. §. familiæ. & ibi Bar. ff. de publi. & de contractibus ad maleficia, & ecõtra, eſt bona ar-
a gumentatio, vt l. abſentẽ. ff. de pœnis. ¶ † No. ibi, & ſi liberum. ꝙ iſti mercatores Florentini, qui præponũt vni negotiationi, vel tabernæ eorum inſtitores, vel garzonos in lõginquis partibus, ꝙ inſolidum tenẽtur ex cõtractu ipſorum, ſi contrahunt in negotiatione, cui præpoſiti ſunt. ¶ In glo. iuſſu dñi. ibi, ſiue ad contrahentem cum ſeruo &c. dic, hoc uidetur contra tex. in l. fin. ff. quod iuſſu. & ſic uidetur, ꝙ tali caſu agatur mandati. l. ſi tibi. C. mand. in hoc ſunt opi. Io. de Pla. contrariæ. vt no. in l. 1. ff. quod iuſ. & in l. etiam. C. mand. Vnde dic, aut dñs ipſe per ſe contraxit, & poſtea iuſſit pecuniam dari ſeruo, tunc non datur quod iuſſu. vt d. l. fi. Aut mandauit credi ipſi ſeruo, & tunc aut mãdatum dirigitur ad contrahendum cum ſeruo, & datur mandati, & quod iuſſu, aut ad ſeruum, & datur quod iuſſu ſolum, ſm Io.
3 Fab. ¶ † In ea. gl. in fi. dic idem, ſi literas dicti ſerui miſſas ipſi domino, in quibus notificabat de ſua obligatione, ſtatim non refutauit, quia recepiẽdo dictas literas, uı̃ tacitè approbare omnia contenta in dictis literis. ut l. ſi filius. ff. ad Mace. Et addas, ꝙ multis modis dicitur ratificaſſe, uel approbaſſe factum a ſeruo, ut colligitur in l. quo. n. §. 1. & ibi Bart. ff. rem rat. hab. ¶ In gl. ſequi
4 uidetur. in fi. † qñ iuſſu domini cum ſeruo contractum eſt, poteſt directò, & recta uia condici a domino, tanq̃ ſi cũ ipſo principaliter, & non per mediam perſonam ſerui negotium geſtũ eſſet. ut dicit ad literam tex. in d. §. pe. & dic, ut ibi not. & ibi dicam. Et aduertas, ꝙ iuſſus poteſt dari etiam in uno negotio particulari, & etiam generali. ut qñ dicitur, quicunq; uult negotiũ cum ſeruo meo contrahere, id faciat periculo meo, uidetur. n. tunc ad omnia iuſsiſſe. ut l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu. Secũdò aduertas, ꝙ ſicut mandatũ poteſt multis modis fieri. ut ff. mand. ita etiam poteſt iubere, ut ꝙ iuſſu qs teneatur. ut l. 1. quod iuſ. in prin. & ualet iuſſus aut ueri domini, aut putatiui tutoris, uel curatoris. ut d. l. 1. §. ſi pupillus. cum §. ſeq. dummodo ſeruus ſit proprius, ſed ſi alienus ſit, licèt poſtea efficiatur meus, non habet locum hæc actio. ut l. ſi tutoris. § fi. ff. quod iuſ. ¶ Quid ſi Abbas iubeat contrahi cum monacho? dic, ꝙ habet locum illa actio. ut arg. l. pe. ff. quod iuſ. ſecus ſi conuentus ſolus iuberet. ut in ca. pen. de fideiuſ. In arrogato aũt, quia tranſit in poteſtatem, clarum eſt, quòd iſta actio hẽt locum. In adoptiuo dẽt inſpici an tranſeat in poteſtatem adoptãtis, uel non. ut l. pe. C. de adopt. & formã libelli in actione, quod iuſſu, uide ſupra titu. 1. in §. actiones aũt de peculio. in uer. in ea. gl. ibi. ff. quod iuſ. l. 1. dic, ut ibi. ¶ In glo. exercitoria. ibi. l. ſi tamen. §. fi. dic hoc uerum, ſi prima actio dabatur hæredi, uel contra hæredem, quia iſtæ non ſunt propriæ actiones, ſed adiectiones, ut dixi ſupra in prin. & hr̃ infra eo. §.
5 pe. & in d. l. ſi tamen. §. fi. Et aduertas, † quia eſt magna differentia inter actionem exercitoriam, & tributoriam, nam exercitoria datur contra dominum, qñ ſeruus exercet actus uenales, & tunc datur in duobus caſibus. Primò, ſi dominus expreſsè conſenſit. Item ſi tacitè, quia ſciuit, & aliquid fecit, ex quo colligitur eius conſenſus, putá accipiebat merces, quas ſeruus porta-
6 bat ad domum ſui domini, & his caſibus tenetur inſolidum, ſi autem non poteſt colligi eius conſenſus, ut quia ſciuit, & quia paſſus eſt, non tñ aliquid fecit, ex quo poſsit apparere de cõſenſu, tunc non obligatur exercitoria inſolidum, quia iſta dicit nuda ſcientia, ſed obligatur de peculio. ut l. 1. §. ſi is qui. in uer. ſed
7 ſi ſciente. ff. de exer. Sed tributoria actio datur, qñ ſeruus negotiatur in mercibus peculiaribus, non in mari, ſed extra, ut quia dñs tradiderat ſibi tot merces. l. quib. ualeret ipſe negociari uendendo, & reuendendo, & tunc datur actio tributoria in tribus caſibus in dñm. Primò, ſi dominus expreſsè conſentit, idem ſi tacitè, ut quia ſciuit & aliquẽ actum fecit, per quem apparet de conſenſu. Item & tertio caſu, qñ ſciuit, & dũtaxat & paſſus eſt, ſed his tribus caſibus non obligatur dñs inſolidum, ſed ſolum uſq; ad uires illarum merciũ, & hoc differt ab exercitoria, quæ datur inſolidum, & ſic illa fauorabilior eſt, quia magis uerſa-
8 tur utilitas publica. ut uult text. in d. §. ſed ſi is qui. in uer. ideo aũt. Item dicendum eſt, quòd in tributoria non obligatur uſq; ad uires peculij, ſed uſq; ad uires illarum merciũ. Et dicitur tributoria, quia dominus uocatur in tributum cum alijs, & nõ habet priuilegium in illis mercibus, ut poſsit primò deducere qđ

sibi

ſibi debetur,ſed communiter tractatur cũ aliis,& ſic in duobus differt ab actione de peculio. Primò, quia illa datur quatenus eſt in peculio, tributoria quatenus eſt in mercib. & ſic illa amplior eſt. Item in illa dominus eſt priuilegiatus, vt primò deducat quod ſibi,& ſuæ familiæ debetur,in iſta non. Itẽ tertiò differunt, quia actio de peculio datur etiam cũ dominus ignorauit, vel expreſsè contradixit. Sed tributoria cum cõſenſu expreſsè, vel cum ſciuit & paſſus eſt. quæ omnia no. ¶In gl.eius rei gratia.aduertendum eſt, qñ magiſter recipit pecuniam mutuo, ꝙ
6 tres ſunt caſus,qui colliguntur ex d.§ non autẽ.†videlicet, qñ expreſsè præpoſitus eſt ad hoc.ſ.ad pecuniam recipiendã, nec eſſet dictum in quam cauſam,& tunc ſine dubio tenetur dominus etiam ſi magiſter illam pecuniã cõſumat in ſuos vſus, quia ſufficit,ꝙ ſit cõtractum in eo, ad quod præpoſitus eſt expreſsè, nec habet mutuans aliud quærere. & iſtud colligitur ex d. §.in prin.Secundus caſus eſt, qñ fuit præpoſitus ad hoc non expreſſe,ſed tacitè,vt puta,præpoſitus fuit ad nauem reparandam,ad quam pecunia eſt neceſſaria, tunc tacitè videtur præpoſitus ad pecuniam mutuo recipiẽdam: & tunc idem vt dñs teneatur.vt d.l.1.§.ſi mutuam.ff.de exerci.ſed tamen iſte caſus debet limitari,ſm l.ſi.eo.tit.quæ ponit tres limitationes.ſ.ꝙ tunc nauis indigebat reparatione,& ꝙ mutuans in illam cauſam mutuauit.Itẽ ꝙ in loco,in quo reparatio fieri poſſet. Tertius caſus eſt,qñ nõ habuit expreſsè mandatum ad recipiendum mutuo,tamen fuit expreſſa certa cauſa,vt putà, pro emendis mercibus,tunc ſufficit, ꝙ recipiens dicat ſe recipere in illã cauſam, & ſi hoc non diceret,non tenetur dominus, ſed ſi dicat,licèt hoc non faciat, ſed exercitor in ſuos vſus conuertat, dominus tenetur. Et iſte caſus colligitur in d. §.non autem.in ver.ſed ſi in pretiis. Hi caſus colliguntur ex diſtinctione, quam fecit Bar.in l.ciuitas.ff.ſi
7 cer.pet.vt ibi.& vide Ang.in d.l.ſi. ff.de exer. ¶†In glo.quæſtus pertinet. in fi.ad euidẽtiam ſupradictæ materiæ de exercitoria, præmitte, ꝙ ex cõtractu celebrato cum procuratore tuo, ſicut regulariter non quæritur tibi actio ſine ceſsione.vt l.poſſeſsio. §.poſſeſsio quoq;.ff.de acq.poſſ. & ita econtra tu dominus non obligaris ex illo ꝯtractu mero iure. vt l.ſolutum.§.per liberam.ff. de pig.actio.Sed quia in eo, qui præpoſitus eſt nauali negotiationi, generaliter vtilitas publica ſuggerit,ꝙ illi qui contrahũt cum eo,ſiue ſint liberi,ſiue ſerui,poſsint; quia tempus,& locus non patitur perſcrutari qualis ſit ille, cum quo contrahunt,an principalis exercitor, vel magiſter, igitur prætor hac æquitate motus,fecit hoc edictum,in quo præter diſpoſitionem iuris ciuilis,dat actionem in præponentem. Et hæc eſt prima ſpecialitas, quia licet per ipſum præpoſitum non acquiratur actio præponenti ſine ceſsione.l.1.§.eſt autem. ff.de exer.tñ bene cõuenitur præponens exercitoria. vide ꝗ poſui ſupra tit.1. §.actiones autem de peculio.in ver.in ea.gl.ibi exercitoria &c.¶In gl.ſer-
8 uum.in fin. præmitte in hac actione inſtitoria, †ꝙ plura requiruntur ad hoc, vt quis dicatur inſtitor.Nam primo requiritur vt ſit præpoſitus vniuerſali negotiationi,nam ſi vni tantum,nõ dr̃ inſtitor.vt probatur in l.cuicũq;. §.ſi quis pecuniis. in tex.& gl.de inſti.& per hoc dicit Bar.in l.legatis ſeruis.de leg.3.ꝙ pro vna mercantia,vel duabus, nõ debet dici quis mercator,ſed ex frequentia mercantiarum. Secundo,requiritur,ꝙ illa negotiatio ſit quæſtuaria ad aliquod lucrum extrinſecus quærendum, quod contingit in emendo, & vendendo,aliàs nõ diceretur inſtitor.vt ff.de inſti.l.ſi cum villico.& talis inſtitor obligat dominum in eo,in quo præpoſitus eſt,tacitè vel expreſſe.vt l.cuicunque § non tantum.ff.de inſti.& dr̃ tacitè præpoſitus ex conſenſu domini,vt dixi ſupra in magiſtro nauis.ꝙ not. nec attẽditur conditio inſtitoris ſi minor,vel maior,liber vel ſeruus ſit.vt eſt tex.in l.ſed & ſi quis.§.parui.ff.de inſti. Et ſi præponatur ab aliquo poſtea defuncto,obligat hæredẽ, & adminiſtrator obligat pupillum,vel alium, qui eſt in aliena adminiſtratione.vt l.cuicunq;.§.ſi ab alio. ff. de inſti. Et ex contractu inſtitoris quilibet dñs obligatur inſolidum, ita ꝙ ſi eſſent tres, vel plures mercatores,qui præponerent vnum,quilibet tenetur inſolidum ex contractu inſtitoris.vt l.habebat.§.ſi duo. ff.de inſtito.Et aduertas,ꝙ licèt domini teneantur,tenetur etiam inſtitor contrahentibus ſecum.vt l.ſi quis mancipiis.§.ſi ſeruum. ff.de inſtito.ſi eſt homo liber, ſi ſeruus alienus, datur actio in eius dominum, vt ibi. Et idem, qñ ſunt plures mercatores,& locij, & faciunt vnũ ex eis magiſtrum,vel gubernatorem,quia ex tali contractu oẽs inſolidum tenentur.vt l.ſi plures.in prin. ff.de exer. & ibi Guil. Bal.& Ang.& no.Bar.in l.3.§.1. ff.de duob.re.dic, vt ibi per eũ. ¶Aduertas tamen,ꝙ ſi quis eſt præpoſitus negotiationi oõ quæſtuariæ,vt ad pecuniam mutuo recipiẽdam, propriè non dicit̃ inſtitor (vt dixi) nec proprie inſtitoriè præponens tenet̃,ſed ad exemplum inſtitoris dominus obligatur, vt eſt tex.in l.in eum.
9 in princ.ff.de inſtito.†Et licèt mandatum procuratoris finiatur morte mandantis re integra, vt l.mãdatum.C.man. & ibi dixi, tamen mandatum inſtitoris non finitur morte. vt l.ſi quis mancipiis.§.ſi impubes.ff.de inſti.facit l.eius qui in prouincia.cũ ibi no.ff.ſi cert.pet. Formam verò libelli in hac actione inſtitoria poſui ſupra titu.1.§.actiones autẽ de peculio.dic,vt ibi,in ver. in ead.glo.ibi,inſtitoria. & quando inſtitor poſsit obligare dominum,vide etiam in d. §. actiones autem de peculio. in verſi. nam tene menti,quòd ſi magiſter &c.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, quando conuenitur de peculio, an ante omnia detrahere poſſit,quod ſibi,& illis, qui ſunt in ſua poteſtate debetur.*
2 *Mercator non dicitur, qui vnũ actum,ſiue cõtractũ in mercib.fecit.*
3 *Contribui quæ debeant.*
4 *Creditorum inſtitoris qui ſint potiores.*

Introduxit. ¶Si ſeruus ſciẽte domino in merce peculiari negotiatur, & inde dominus aliquid recipere debet, vocatur in tributum vnà cũ aliis creditoribus.h.d. ¶No.ibi,in peculiari merce, quia ſecus ſi negotiaretur in dominica domino ſciente, quia dominus non veniret in tributum, ſed teneretur inſolidum, vel de in rem verſo, vel quod iuſſus. ¶No.ibi, domino ſciente, nam ſi domino ignorante negotiatur ſeruus, etiam in merce peculiari, non tenetur tributoria dominus,ſed de peculio. ¶Not.ibi,eius rei cauſa, ꝙ ad hoc, vt competat iſta actio,oportet, ꝙ ſit contractum illarum mercium cauſa,aliàs nõ competeret,ut etiam dixi ſupra proximè in aliis actionibus. ¶No.ibi,pro rata portione, differẽtiam aliam inter actionem de peculio,de quo infra proxi.§.& iſtam actionem, quia iſta actio competit dño pro rata ſui crediti, in actione de peculio primò dominus deducit qđ ſibi debet̃, & ſuę familiæ. ut l.ſed ſi dãnũ.§ 2. ff.de pec. & deducit ẽt id, quod debetur cũ
5 domino. vt eſt tex.in l.1.§.1.ff.de trib. ¶†Et not. iſtum §.de creditoribus fallitorum, quia debent venire pro rata.ſ.pro libra, & ſolido.quod qualiter intelligatur dicam infra. Et pro euidẽtia materiæ debes ſcire, quando dominus cõuenit̃ de peculio, deducit quod ſibi, & illis debetur, qui ſunt in ſua poteſtate,& cum ſeruo ſuo, (ut ſtatim dixi) qđ ꝓtor moderatus eſt,detrahẽdo ad hoc, caſu quo ſeruus ſciente domino mercabat̃,tunc cũ eſſet iniquum,ꝙ ille,qui cum eo mercabatur,in illa merce poſtponeret̃ domino,iõ introduxit hanc actionem, per quã dominus contribuit, quatenus merces ſe extendit cum cæteris mercatoribus,qui in illa merce contraxerunt cum ſeruo,pro quantitate debiti cuiuſq;: in hoc tamen eſt dña,quia dominus venit in tributum ex quacũq; cauſa ſibi debeatur,ſed non ſic in aliis creditoribus, ut infra dicam. Aduertant tamen creditores,an vtilius ſit eis experiri hac actione, uel de peculio, nã una intẽtata,ad aliam redire non poſſunt.vt l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.& quod ibi plenè per gl.¶In gl.merce.in fin.no.ex illo §.pe.differentiam,quia inſtitoria habet locum in merce dominica,tributoria in merce peculiari.& ſi una egi,& ſuccubui, quia malè intentaui,poſſum aliam intentare. de quo dic,ut ibi per gl.¶In gl.negotietur,in fi.no.illum text.cum glo.ꝙ plenior eſt appellatio negotiationis, ꝗ mercis.Et aduertas,ꝙ nõ ex uno contractu facto in merce dicit̃ negotiatio,ut dicit glo.in d.§.licèt.quod inducitur ibi per Fran.Tig.& per Bart. in l.legatis ſer-
2 uis.in prin.ff.de leg.3.ꝙ ſi unus † fecerit unum actum,ſiue contractum in mercibus,propter hoc non dr̃ mercator, vnde ſi ſtatutum fauorizat cauſam mercatoris in modo agendi,non accipiet iſte illum fauorem,quia nõ eſt adhuc mercator.quod not. ¶In gl.minus.in fi.dic, licèt Azo in ſummæ videatur tenere pri-
3 mam opi.tamen doc.tenent opi.gl.Et aduertas,ꝙ † in tali contributione,non uenit totum peculium,ſed tñ merces peculiares,in quibus mercatus fuit ſeruus ſciente domino, ut l.procuratoris.§.non autem.ff.de trib.Et eſt differentia inter peculium & merces peculiares, ſicut eſt inter hæredem, & res hæreditarias,quia peculium eſt vniuerſitas iuris, merces ſunt res corporales in eo exiſtentes.vt l.1.§.peculiarẽ.ff.de trib.Et contribuendo merces,debent etiam contribui inſtrumenta mercium.vt §. non autem.Ex quo ſequitur,ꝙ iſti lanifices debent contribuere non tantùm lanam,& pannos,ſed etiam pectines,& alia inſtru-
4 menta,ex quibus faciunt pannos. ¶†Ad vnum tamẽ aduertas, ꝙ ſi talis ſeruus habeat plures ſtationes,licèt eſſent eiuſdẽ negotiationis,& oẽs in arte lanæ,tñ ꝯtrahẽtes in vna ſtatione,vel negotiatione, illa in rebus ibi exiſtẽtibus præferatur his creditoribus, vt eſt tex.in d.l.procuratoris.§.ſi plures.Si autem vnica eſt nego-

negotiatio, & vnica mẽſio, tũc omnes creditores æqualiter admittũtur pro rata crediti, licèt in dicta ſtatione ſint merces emptæ de pecunia vnius ex creditoribus, vel etiã licèt ſint aliquæ merces a me emptę, licèt nondum mihi ſolutum ſit pretiũ, habuit tñ fidem de pretio, quoniã tunc propter hoc, cum ſit trãſlatum dominium in dictum debitorem, neceſſariò ſequitur, ꝙ illæ mercantiæ dicũtur ſuæ. vt in §. venditæ. ſupra de rer. di. & quod ibi no. Ergo cuilibet debituri par, & æqua conditio eſt in dictis mercibus, nec ego modo aliquo ſum præferẽdus, niſi aut habeam hypothecariam, vel habeam actionem priuilegiatam, vt ex depoſito, vel ex dote, vel ſimili. & iſta plenè habentur, & ibi latè Bar. in l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. & habetur in l. priuilegia. & ibi gl. ff. de pri. cre. & oĩa illa habentur in d. §. ſi plures. Sed id, quod dixi, ꝙ licèt merx ſit empta de pecunia mea, tñ in illa non ſum aliis præferẽdus, eſt verum, niſi ego mutuaſſem ſibi pecuniam ob iſtam cauſam expreſſam, vt illam mercẽ emeret, iſte eſt caſus in l. qui in naui. ff. de pri. cre. quæ oĩa tene cordi pro iſtis mercatoribus fidẽ rũpentibus, qui vulgo dicunt falliti. ¶ Addas, ꝙ in hac actione non eſt potior conditio occupantis, licèt ei primò venienti ſatisfiat præſtita cautione de reſtituendo aliis debitoribus pro rata, ſi apparuerint. vt eſt tex. in d. l. procuratoris. §. fin. Ex quo no. ꝙ qñ ſunt plures creditores vnius debitoris reſpectu eiuſdem negotiationis, quòd erit potior conditio occupantis, ſed ſeruatur, qđ dixi, pretium ad merces, in quibus contraxerunt, ſecus eſt in aliis creditoribus non contrahentibus occaſione illius negotiationis, nam illi, qui primò venit, ſatisfit integraliter, nec reuocatur, licèt alij appareãt, niſi in certis caſibus. vt eſt caſus in l. ſi non expedierit. §. j. ff. de bo. auth. iud. poſ. de quo latè per Bart. in d. l. pupillus. ff. quæ in frau. cre. facit quod habetur ff. quod cum eo. l. 3. quod bene no. Formam libelli in hac actione ego poſui ſupra tit. t. §. actiones aũt de peculio. dic, vt ibi in ver. in ea. gl. ibi, item tributoria &c.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus quando ex contractu ſerui obligetur.*
2 *Actio de in rem verſo quando ſit neceſſaria.*
3 *Actio de in rem verſo, & actio de peculio an ſint eadem actiones.*
4 *Peculium quid ſit.*

Præterea. ¶ Ex contractu inito cum ſeruo domino ignorante, tenetur dominus in id, quod in rem ſuam verſum eſt, vel de peculio. Et dicitur verſum in rem dñi, ſi aliquid in rem domini impẽderit neceſſariò, iudex tñ debet prius inſpicere, vtrum in rem domini ſit verſum, q̃ de peculio con-
1 demnet. h. d. ¶ † Nota ibi ſine voluntate domini. dic, immo etiam ſi expreſsè contra voluntatem domini ſeruus contrahat, tenetur, aut de in rem verſo, aut de peculio. vt l. ſi quis ſeruum. §. ẽt. ff. de pecul. nam eò ipſo, ꝙ conceſsit peculium, vr̃ dediſſe ſibi facultatem, ꝙ ipſum dominum poſsit obligare vſq; ad vires peculij. vt ibi. vnde qñ dominus non vult amplius obligari, neceſſe eſt, ꝙ reuocet peculium bona fide, & ſine fraude. vt l. ſumma. in prin. ff. de pecu. ¶ No. ꝙ actione de in rem verſo tenetur dominus, quando id, quòd accipit ſeruus, conuertit in vtilitatẽ domini, & ſic inſolidum. Si autem non conuertit in eius vtilitatem, tunc tenetur de peculio. ¶ Not. quod dicitur verſum in rem domini, quando emit, quod neceſſariò domino, vel in cauſam neceſſariam domini conuertit. ¶ No. ꝙ ſi poteſt habere locum actio de in rem verſo, non debet tranſiri ad actionem
2 de peculio. ¶ † In gl. mercatus. in fi. & pro euidẽtia huius actionis de in rem verſo, dicas, ꝙ eſt neceſſaria, vbi deficit actio de peculio, & etiam eſt vtilis, vt ſi concurrat cum agentibus de peculio præferatur. vt in l. 1. ff. de in rẽ verſ. Et pondera benè d. l. 3. §. proinde. qm̃ ibi idem caſus, ꝙ ſi ego mutuaui filiofa. ſtudenti vt ſe aleret, & ſe veſtiret, & ſm quod pater ſolitus erat facere, ꝙ habeo actionem contra patrem de in rem verſo, vt ibi. & eſt tex. in l. Macedoniani. & ibi gl. & doc. C. ad Maced. & in l. ſed & Iul. §. quod dicitur. ff. ad Maced. Et dr̃ verſum, qñ fuit vtiliter cœptum, licèt poſteà pereat. vt l. quod ſi ſeruus. §. quod ſi mutuatus. & l. ſeruus. ff. de in rem verſo. ſicut dicimus in negotiorum geſtorũ actione, & mandati. vt l. ſed an vltrò. §. 1. ff. de neg. geſt. Et aduertas, ꝙ ſi filiusfamilias mutuatus eſt pecuniam, & emit rem neceſſariam patri, pater tenetur inſolidũ, aliàs ſimpliciter tenetur iuſto pretio. vt eſt caſus in l. ſi res dño. ff. de in rem ver. in prin. non tñ dicitur verſum, niſi duret. vt l. ſi pro patre. §. verſum. ff. eo. tit. Et tene menti, ꝙ ſi aliquid facit in rem peculiarem filius, vel ſeruus, datur actio de peculio, licèt in illam cauſam conuertat. nam ad hoc, vt detur de in rem verſo, oportet, ꝙ fuerit factum pro rẽ dñica, & in rem dominicam fuerit conuerſum. Quinimmo ſi accipit in peculiarem cauſam, & poſteà mutato propoſito conuertit in rem dñicam, datur de in rem verſo. vt l. 3. §. 1. ff. eo. ti. Sit tñ bene cautus creditor, qui pecuniã mutuat, quia non ſufficit, ꝙ dicat filius, vel ſeruus, ꝙ vult pecuniã pro re domini, vel patris, immo tenetur ſi diceret, & bona intentione acciperet, ſi tñ non conuertit in rem domini, nõ tenetur dominus de in rem verſo: vt eſt tex. in l. 3. §. ſed ſi ſic acceperit. ff. eo. tit. debet ergo creditor procurare, ꝙ in vtilitatẽ domini conuertat, vt ibi. quod no. quod intellige, niſi habeat mandatũ filius a patre, vel pater ratum habuit. vt l. ſi res. §. ſi ſeruus.
3 ff. de in rem verſo. ¶ † In gl. magna. in fi. tenet ergo gl. quod alia eſt actio de in rem verſo, & alia eſt actio de peculio. & idẽ not. gl. in d. l. filiusfa. in fi. ff. eo. & probatur in l. 2. C. de inſt. ac. Et hoc credo verum, primò, quia ſi eſſent eædem actiones, cur diuerſo noĩe nuncuparentur. l. ſi idem. C. de codicil. præterea diuerſitas actionis cognoſcitur a diuerſitate medij concludẽdi. vt voluit Bar. in l. ſi prius. ff. de no. oper. nũc. & ego dixi ſupra de act. §. s. & §. æquè. dic, vt ibi. Sed medium concludẽdi in actione de in rem verſo eſt, quia verſum in vtilitatem dñi, at in actione de peculio medium eſt, quia peculium conceſsit, ergo ſunt diuerſæ actiones, & iſta eſt veritas, licèt Io. Fab. hic multùm laboret. & hãc dubitationẽ ẽt mouit gl. in l. 1. in prin. ff. de pœ. vbi Bart. tenet, vt dixi. alle. tex. in l. 1. §. ſi filius. in ver. quicquid. & l. ancil-
4 larum. a. rñ. ff. de pec. dic, vt ibi per Bart. ¶ † Et pro intelligentia huius materiæ, primò ſcias, quid eſt peculiũ. Peculium eſt quædam parua pecunia, quam ſeruus, vel filius per parſimoniã acquiſiuit. Vel peculium eſt, quod pater, vel dñs vt merẽti dedit, quod ſit ei q̃ſitũ, & in peculio habere permiſit filio, vel ſeruo. vt l. peculium. eo. tit. in priu. Iaco. & Bar. & Sal. in rub. ff. de pec. Et aduertas, ꝙ multis modis ſumitur peculium, de quib. ibi per gl. Bar. & Saly. dic vt ibi. Cætera autem circa actionem de peculio, vide vt ſcripſi ſupra de actio. §. actiones autem de pecu. in prin. & per Bar. latè in l. 1. ff. de pec. in prin. Quæ dicãtur eſſe in peculio, uide in d. §. actiones autem de pec. in uer. ultimò præmitte, ꝙ non tantum pater, &c. An autem iſta actio de peculio ſit bonæ fidei, uide in d. §. actiones autem. in uer. in gl. de peculio. in fin. &c. An autem actio de peculio ſit in rem? uide in d. §. actiones. in uer. extra gl. quæro, an actio de peculio ſit in rẽ &c. An autem actio de peculio ſit natiua, uel datiua? uide in dict. §. actiones autem. in uer. quæro, utrum illa actio de peculio ſit natiua? An autem debitum filij, uel ſerui ſit debitum peculij, an ſit debitum perſonale paternum? uide in d. §. actiones autẽ. in uer. an debitum filij, uel ſerui. dic, ut ibi ſcripſi. Formam uerò libelli in actione iſta de peculio uide in d. §. actiones. in uerſ. quæro ergo in practica de forma libelli. Vltimò in d. §. actiones autem. uide formam libelli in actione de in rem uer. in ead. gloſſ. ibi, uel ſeruus &c.

S V M M A R I V M.

1 *Ius gentium quotuplex ſit.*
2 *Dominus quæ ex peculio deducat.*

Cum autem. ¶ In peculio dicitur eſſe id, quod ſupereſt deducto eo, quod debetur dño, dummodo non debeatur uicario ſerui. h. d. ¶ No. ꝙ id dr̃ eſſe peculium facta calculatione, quod ſupereſt deducto eo, qđ debetur domino, & omnibus his, qui ſunt in ſua poteſtate. ¶ In glo. domino. ibi, iure naturali. expone id eſt iuregentium primæuo, nam de iure naturali non intelligat. & l. ſi id quod cum aliis, alleg. in gl. quia tale ius eſt cõe omnibus animantibus, ergo ex eo non ori-
1 tur obligatio naturalis. ut l. 1. §. fin. ff. de iuſti. & iure. † Sed de iuregentium aduertas, ꝙ duplex eſt iuſgentium. Vnum, qđ fuit eò ipſo, ꝙ fuerunt creatæ gentes, & naturali rationes regerentes ſine alia eorum inſtitutione, & tunc tali iure oẽs erãt æquales, & liberi, & tali iure inſpecto dñs poteſt ſeruo ſuo naturaliter obligari. & ita loquitur hic. & dicta l. ſi id quod. Aliud fuit iuſgentium ſecundariò, eò ipſo, ꝙ gentes incœperunt excreſcere, & ciuitates cõdere, & bella introducere. vt l. ex hoc iuregentium. ff. de iuſt. & iur. & iſto iure ſeruitus nihil eſt, quia ab eo iure ſeruitus fuit introducta. ut ſupra de iure perſo. §. 1. ita dicit
2 Bar. in d. l. ſi id quod. ¶ † In glo. debet. in fi. no. ꝙ dominus deducit quod ſibi, & his qui ſunt in ſua poteſtate, ac etiam his, qui ſunt ſub ſua adminiſtratione debetur. & eſt ratio, quæ ponit in d. §. peculium. quia cũ peculiũ ſit, prout dominus permiſit. l. peculium eſt. & l. peculiũ ea eo. ff. de pecu. non eſt uerõſimile id dñm ꝓcedere eſſe in peculio, quod ſibi debetur, uelle in qđ ius haberet. Præterea, qui gerit aliena negotia, debet a ſe exigere. ut l. cum actũ. cũ l. ſeq. ff. de neg. geſt. Item ẽt creditur a ſeipſo

de peculio

de peculio ſibi exigiſſe, & ſatisfeciſſe. vt ibi in fi. quoniã eò ipſo, ꝙ creditor ſuccedit debitori, dicit̃ ſibi ſatisfeciſſe. vt l. ſi ei cui. ff. de euic. & etiam deducit quod debetur ſocio. vt l. ſi noxali. §. fin. ff. de pecu. Et ratio ibi ponitur, quia pro ſocio inſolidũ conueniri poteſt, ergo quod ſibi debetur, poteſt deducere. & ibi vide gl. & Sal. Et prædicta procedũt in actione de peculio, ſed qñ dominus conuenitur de in rem verſo, non deducit dominus ꝑ modum deductionis. Sed tñ ſi quid ſeruus domino debet, impedit verſionem in rem, & ſic dicam actionẽ de in rem verſo. In hoc tamen eſt differentia, quia in actione de peculio dominus deducit, quod ſibi, & ſuis debetur, ibi aũt id, quod ſibi debetur tantum, vt ibi no. ¶ Quid ſi familiaris meus liber* accepit aliquid, & vertit in vtilitatẽ meam, an tenear de in rem verſo? Dic, vt in Spec. de ſol. & obli. §. prænotandum. ver. quid ſi quis. Et Azo in ſumma ſi cert. pet. pro quibus facit. C. quod cum eo. l. ei qui. in fin. quod credo verius.

ADDITIO.

* In vet. exempl. liberaliter, ſed rectius liber, per l. ei qui. §. fi. ibi, cũ libero &c. C. quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubere qui non poſſint.*
2 *Macedonianum an tollat aſſertio filijfamilias dicentis ſe patrẽfamilias.*
3 *Pecunia mutuata filiofamilias exiſtenti in ſtudio, an ab eo, vel a patre repeti poſſit.*
4 *Pater qui accepit a filio literis continentibus, quòd pecunias mutuo acceptas ſoluat, non eſt ſtatim proteſtatus de contraria ſua voluntate, an ad ſolutionem teneatur, & quomodo probetur, quòd dictas literas ſcienter accepit nu 5.*
6 *Filiusfamilias an poſſit exceptioni Macedoniani renunciare.*
7 *Ratio quæ ſit, quod Macedonianæ non poteſt renunciari, ſed Velleiano ſic.*
8 *Macedoniani exceptio an habeat locum in religioſo.*

Cæterum. ¶ Cui competit actio inſtitòria, vel exercitoria, vel ꝙ iuſſu, competit etiam de peculio. hoc primò. Et in actione de peculio, totius eius, quod eſt in peculio, ratio eſt habenda; in tributoria ſolum eius, circa quod negotiatur, quapropter qñque expedit agi vna, quandoque alia, hoc ſecundò; & ex contractu mutui, filius non poteſt conueniri, nec ẽt eius pater de peculio. h. d. No. ibi, de peculio, ꝙ etiam contrahens cum ſeruo iuſſu dñi habet actionem de peculio, nõ tantum actionem quod iuſſu. ¶ No. ibi, ſtultiſsimus. ꝙ habens plures vias, vnam bonam, & pinguem, aliam nõ æquè vtilem, eligens minus vtilem dicitur eſſe in ſtultitia. ¶ No. ibi, facillimè. ꝙ quoties quis habet plures actiones, illã debet eligere, & intentare, ex qua facilius, & citius poſsit cõſequi ius ſuum. ¶ No. ibi, vt ſolidum. ꝙ habens duas actiones, vnam ex qua ſolidum conſequi poſsit, & aliam cum diminutione, debet intentare illam, ex qua ſolidũ conſequatur. ¶ Not. ꝙ actio tributoria, & de in rem verſo de per ſe, & actio de peculio de per ſe, habent ſe vt excedẽtia, & exceſſa. ¶ No. ibi, præcipua nõ eſt, ꝙ in actione tributoria cõditio dñi eſt æqualis aliis creditoribus ſerui. ¶ No. ibi, ante deducetur. ꝙ in actione de peculio dñs eſt priuilegiatus, quia primò ſui debiti ratio habetur, de quo ſupra eo. §. præterea. ¶ No. ibi, totius peculij, qñ agitur de peculio, totum peculium filijfam. vel ſerui, eſt creditori obligatum, deducto credito dñi. Sed in tributoria ſolummodo id, in quo negotiatur, & non aliquid aliud de peculio. ¶ No. ibi, in prædijs. ꝙ ille, qui ſe exercet, & viuit de redditibus ſuarum poſſeſsionum, non dr̃ negotiari, & ſic non dicitur mercator. ¶ No. ibi, vel fœnebri pecunia habere. ꝙ fenerator non dicitur negotiator. de quo ibi per Bar. in l. legatis. ff. de leg. 3. in princ. ¶ No. in ver. quæ diximus. ꝙ ſtatuta in ſeruo trahuntur ad filium, quia ſeruus, & filius æquiparãtur. de quo l. ſi quis ſeruo. C. de fur. ¶ No. in §. illud propriè. ibi, prohibuit, ꝙ lex eſt prohibitiua, videlicet, ꝙ creditor non mutuet pecunias. vt l. 1. ff. eo. nec aliud faciendo fraudẽ legi, & pecuniæ. vt l. ſed & Iul. §. mutui. ff. eo. ergo non poteſt ei renũtiari. vt no. gl. & doc. & l. tam & ſi. ff. ad Maced. facit gl. in rub. C. ne fideiuſ. dot. den. de quo infra dicã. ¶ No. ibi, denegatur actio. ꝙ qñ lex, vel ſtatutum denegat alicui audiẽtiam, vel actionẽ, intelligitur ope exceptionis. vt hic, & l. 1. §. ſublata. & ibi Bar. & Ang. & Im. ff. ad Treb. & ibi ſcripſi. & in l. 1. §. 1. ff. de alea. & in l. nã poſtea. in prin. ff. de iureiu. Et prædicta procedunt in ciuili, ſed in criminali ipſo iure intelligit̃ excluſus. vt d. l. 1. §. quod ait. de alea. & hoc tenet Ang. in l. ait prætor. ff. de iureiu. per illum tex. in prin. & no. Bar. in l. cum lex. in fi. ff. de fideiuſ. & ibi aſsignat rationẽ differentiæ, ſed d. Io. de Imo. in d. §. ſublata. tenet, ꝙ immo ẽt in criminali ope exceptionis patet, quia d. l. ait ꝓtor. dicit, ꝙ poſt præſtitum iuramentum non datur actio contra reum, & tñ intelligit̃ ope exceptionis. vt l. ſed poſſeſſori. in prin. e. tit. igit̃ &c. de hoc dic, vt latius ſcripſi in d. §. ſublata. ¶ No. ibi, ꝙ ideo, quæ ratio mouit ſenatum. ſed dic, ꝙ iſta fuit ratio impulſiua, quia ẽt ſi filius ſit bonæ vitæ, habet tñ locũ iſta lex. vt l. 1. in fi. ff. ad Macedo. ¶ In glo. in uer. cæterùm. in fi. not. ꝙ actio de peculio dat̃, ſiue dño ignorãte, ſiue inuito, uel uolẽte, uel iubẽte, ꝙ cũ ſeruo negotietur. ¶ In glo. eligere. ibi, niſi fuerit deceptus. dic, uel niſi ſint diuerſæ actiones, ut l. ſed & ſi pupillus. §. pen. ff. de inſti. de quo dic, ut in d. §. eligere. ¶ In gl. in uerſi. ead. ibi. C. de iudi. l. ſeruus. qualiter autem fiat executio filio condemnato, hr̃. ĩ. tit. 1.
1 §. fi. ibi dicam. ¶ In ea. gl. in fi. lac. dicit, † ꝙ monachus nõ poteſt fideiubere, quia quaſi ſeruus eſt, quia inhibitum eſt ei, ꝙ nõ fideiubeat. Sed quid, ſi fideiubeat de facto, an teneatur? vr̃, ꝙ ſic, ad inſtar filij, cui magis æquiparatur, q̃ ſeruo. quod apparet, qa poteſt ſtare in iudicio ſicut filiusfamilias: ſeruus tñ nõ. ut C. de epiſ. & cle. auct. cauſam. ut in Auc. de ſan. Epiſco. §. monachis. & hoc idem ur̃ in clericis, qui prohibentur fideiubere, ſi tñ contra faciant, tenentur. ut extra de fideiuſ. c. 1. & 2. & hanc partem uidetur tenere gl. in Auc. de ſan. epi. §. alium. & fiet executio in peculio, ſi habeant, ex̃ de pec. cler. c. 1. Sed Hoſt. & Io. And. uidẽtur tenere, quòd teneant̃, ut ex̃, de fideiuſ. c. pe. Sed ſm Io. Fab. dẽt intelligi, quòd non teneantur efficaciter, cum non habeant proprium, niſi habeant peculium. & no. fortè, quòd ſi peculiũ non habeant, non poſſunt excõicari. Scd̃ò poſſet quæri de ratione, quare magis filius obligat patrem de peculio fideiubendo, quã ſeruus dominum, cum fideiubere ſit quodãmodo perdere, ſiue donare, & per ꝯñs ſicut dominus non uidetur cõcedere ſeruo, quòd poſsit donare, ita nec pater filio. ff. de do. l. filiusfa. & ff. de pac. l. ꝯ iuris. §. fi. Sed põt dici, quòd rõ eſt, quia peculiũ filij eſt magis debitum filio, q̃ peculium ſerui ipſi ſeruo, quod apparet, quia condemnato patre non fit executio in peculio filij. ut l. 3. §. utrum. in fi. ff. de mino. ideo non mirum, ſi lex magis laxauit filium in fideiubendo, q̃ ſeruum. Sunt & aliæ differentiæ inter filium, & ſeruum, de quibus per gl. & doc. in l. nulli. C. quod cum eo. ¶ In gl. ſenatus. ibi, C. ad Mace. l. fin. dic, & hoc intellige uſq; ad quantitatem peculij. ff. eo. l. 2. idem dic in quaſi caſtrẽ,
2 ut ibi no. ¶ † In ead. ibi. C. ad Maced. l. 1. ſed nunquid credi debet eius ſimplici aſſertioni. Et gl. ibi ur̃ uerum dicere, quia ſic Macedonianum ceſſaret. Nam filius ſemper aſſereret ſe patremfamiliàs, ut pecunias haberet. unde creditor debet inquirere, ſi non cognoſcit eum. Si autem inquirendo nõ poſſet certiorari, quia fortè erat de longinquo, uel quia fortè iuſtam cauſam habuit credendi, quia erat antiquus, tunc ſufficit aſſertio, & tali modo poſſunt concordari gl. quæ uidentur cõtrariæ in d. l. 1. ff. ad Maced. l. pe. Sed doc. in d. l. 1, C. ad Mace. & Bar. in l. 3. ff. eo. tit. per illum tex. dicunt, quòd nõ dẽt credi ſimplici aſſertioni filijfamiliàs, niſi creditor ẽt ignorauerit eum filiumfamiliàs, quæ ignorantia ſit iuſta, & iuſtis rationibus mota, ut quia publicè ſe pro patrefa. gerebat, & publicis officiis, ut paterfa. fungebatur. ut d. l. 3. nam non ſufficeret ſimplex ignorantia, niſi talis ignorantia eſſet iuſtis rationibus fundata, de quo dic, ut ibi per Cy. Bal. &
3 latius per Sal. ¶ † In ea. gl. ibi. §. quod dr̃. dic hoc uerum, ſi fuit in ſtudio de uoluntate patris. ut ibi no. gl. ſm Io. Fab. tu dic ſecundum doc. in l. Macedoniani. C. eo. tit. ubi Saly. cõcludit ſm gl. in d. §. quod dicitur. aut quæritur, an a filio poteſt repeti dicta pecunia mutuata: & dic, quòd ſic. aut a patre, tũc põt uſq; ad quantitatem, quã pater fuiſſet ei impẽſurus in domo. ar. l. 3. §. proinde. ff. de in rem uer. In reſiduo uerò, aut ignorabat eum eſſe in ſtudio cõtra patris uoluntatem, quod in dubio præſumitur. ut l. Lucrius. ff. de probat. & tunc illud repetit a patre. aut ſciuit, & tunc aut fuit ſpecialiter a patre prohibitus hanc pecuniam ei mutuare, uel eius cauſa impendere, & tunc a patre non repetit. ar. l. ſi. C. de neg. geſt. Aut non fuit aliàs a patre prohibitum, & tunc aut filius illam pecuniã in bonos uſus conſumpſit, quia bene utiliter ſtudet, & pater tenetur quatenus utiliter eſt geſtũ, cum ſcientia filij ſit lætitia patris. ut in Auc. conſt. quæ de dig. §. generaliter. aut in malos uſus cõuertit, & tunc a patre non recuperat. Et aduertas, quòd non tm̃ tenet̃ pr̃ ẽt uiuo filio. ut d. l. Macedoniani, ad eos ſumptus, quos ipſe eſt ſolitus facere filio,
* ut d. §. quod dr̃. ſed etiam ad id, quod pater ſoluere * debet. ita dicit gl. in d. §. quod dicitur. quæ glo. ab omnibus ibi in d. l. Macedoniani. approbatur, quòd cõſiderat̃ ex qualitate perſonarũ,

quantitate

ADDITIO.

* In duobus vetuſtioribus exemplarib. ſolere legitur, & rectius.

quantitate patrimonij patris, & quantitate mutuata. Et pro il-
la expoſitione gloſſ. allego, quod no. Bartol. in l. tertia. §. primo.
ff. de adi. leg. & de auro & argent. legato. l. ſi vxori. §. primo. vbi
exponitur, dederit id eſt dare debuerit, quod not. Quid autem
in monacho, qui eſt in ſtudio cum voluntate ſui abbatis, vel
ſine ſua voluntate? dic, vt habetur in clemen. ſecunda, ne cle.
vel mon. in ſexto. ¶ In eadem ibi, vel ſi poſteà ratum habeat,
4 dic, idem ſi tacitè † ratum habuiſſe dicatur, vt quia receperat
literas a filio continētes, q pecunias mutuo acceptas ſolueret,
& non eſt ſtatim proteſtatus de contraria ſua voluntate. vt eſt
tex. ſing. in l. ſi filiusfa. ff. ad Maced. & eſt bonus tex. in clem. 1. de
procu. facit de tacita ratificatione, quod habetur, vt ibi no. Bar.
5 in l. quo enim. rem rat. ha. ¶ † Sed dubium poſſet inſurgere, quo-
modo probatur, q pater ſcienter recepit dictas literas. vt dicit
Lau. in cle. 1. de procu. q eò ipſo, q deliberatè eas literas rece-
perit apertas, & non contradixit eis, videtur feciſſe ſciēter, ſe-
cus ſi recepiſſet eas clauſas, vel aliàs ipſe indeliberatè recepit.
arg. ff. de pig. l. fideiuſſor. §. pater Seij. Vel dicas ſecundum Pet.
de Anch. in d. cle. 1. q probata præſentatione literarum pro par
te filij, etiam non probata alter lectione literarum, & retentio-
ne ipſarum penès ſe, præſumitur ipſarum habere plenam noti-
tiam. ar. extra de teſtibus. c. de teſtibus. & hoc credo verū. Tutius
tamen eſſet facere præſentationem literarū in forma. iuxta no.
in c. cauſam. de elec. quod no. in ſcholaris, quando mercatori
præſentas literas tui cambij. ¶ In ea. in fin. no. & ſigna iſtam glo.
6 quæ ponit caſus, in quibus ceſſat exceptio Macedoniani. † Et
aduertas, quia quærit hic Iac. an filiusfa. poſsit huic exceptioni
renunciare? & videtur, q ſic, quia mulier renunciat Velleiano.
vt l. ſi. ff. ad Vellea. & C. quan. mul. tut. off. fun. l. ſi. tamē determi-
nat contrarium, q etiam cum iuramento non poteſt renuntia-
re, quia renuntiatio quæ de ſe non poteſt iuramento firmari. C.
de leg. l. non dubium. licèt. n. reperiatur, q iuramentum tollat
ius priuilegiatum, non tollit tñ commune, vt conſueuit dici in
auc. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. Sed Macedonianum eſt ius cō-
mune, licèt odioſum, igitur &c. Sed hoc non videtur procede-
re de iure canonico. vt in c. cum contingat. de iureiur. & in c. li-
cet. eo. tit. in 6. Vel poteſt dici ſm Io. Fab. q cum talis renuntia-
tio tendat in alterius damnum, non tenet. vt in c. ſ. de pact. in 6.
& cum hoc ſit contra bonos mores. vt l. 1. ff. ad Maced. neceſſa-
riò ſequitur, q iuramentum non ſit obligatorium. c. nō eſt ob-
ligatorium. de reg. iur. in 6. & ſic non tenebit in præiudiciū pa-
tris, & ſic tertij. vt c. 2. de pac. in 6. Sed in præiudicium filij effe-
cti ſui iuris, tenebit. Sed Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. in
prin. in ver. quādo ꝓhibetur contractus in odiū creditoris &c.
tenet, q immo iuramentum ſit ſeruandum. alleg. c. ſignificante,
extra de pig. vbi pactum legis commiſſoriæ eſt in pignoribus re
probatum. vt C. de pac. pig. l. 1. Et facit, quod no. Bar. in l. nemo
poteſt. de leg. 1. & tamē ſi ſit iuramēto vallatū, valeret, igitur &c.
Et ideo infert Bart. ad caſum noſtrum, q ſi filiusfa. accipit mu-
tuum, & renuntiat Macedoniano, & iurat, q poteſt ſoluere pe-
cuniā, licet poſteà repetat cōditione ſine cauſa, vel alia actio
ne. arg. not. per Inno. in d. c. ſignificante. dic, vt per Bart. in d. l. ſi
7 quis pro eo. quod no. ¶ † Quarto, quæ eſt ratio, q Macedoniano
non poteſt renuntiari, ſed Velleiano ſic? vt habetur in l. tametſi.
ff. ad Maced. per glo. & doc. Reſpondeo, q Macedonianum eſt
principaliter inductum in odium creditoris, meritò non poteſt
per filium ei renuntiari; quia nō inductum eſt in fauorem ſuū,
ſecus eſt in Velleiano, quia introductum eſt principaliter in fa-
uorem mulierum propter ſexus fragilitatem. vt l. 2. §. 1. ff. ad
Vellea. meritò eius fauori poteſt renuntiari. vt l. pen. C. de pa-
8 ctis. ¶ † Quarto, an exceptio Macedoniani habeat locum in reli-
gioſo? & videtur, q ſic, quia æquiparatur filio, vt dixi ſupra in
princip. Et quia ſicut filius eſt in poteſtate patris, ita monachus
eſt in poteſtate ſui ſuperioris: tamen contrarium tenet Io. Fab.
quia cùm talis exceptio ſit odioſa, durum eſſet eam extendere.
Præterea non eſt eadem ratio in religioſo, ſicut in filio, quia nō
ſuccedit abbati ſuo, ſicut filius patri, igitur &c. Tu poſſes atten-
tare contrarium, quia immo eſt eadem ratio in religioſo, vt re-
frenetur auaritia fœneratorum. vt dicit l. prima. ff. ad Macedo.
quia eodem modo eſſet in religioſo, ſicut in filio. Præterea di-
co, quòd immo extenditur, quia licèt loquatur in filio, tamen
extenditur ad nepotem. vt l. filium habeo. ff. ad Macedonia. Præ
tereà in d. l. prima. eſt expreſſa ratio in l. tam ex præfatione ſua,
quàm etiam ex fin. princip. ergo ſuccedit regula, quòd quam-
uis ſit exhorbitans, eſt extendenda. vt l. prima. cum gloſſ. C. de
his qui ante aper. tab. immo quāuis odioſa, & correctoria. vt l.
his ſolum. C. de reuo. do. & dixi latè ſupra de iur. nat. §. primo.
dic, vt ibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandans tenetur principaliter ac ſi negotiū per ipſum geſtū fuiſſet.*
2 *Procurator quas actiones pro domino, vel contra dominum quærat.*

Illud in ſumma. ¶ Actione quod iuſſu, vel de in rem
verſo, vel inſtitoria, vel exercitoria,
poteſt agi directo contra patrem, vel dominum, ex contractu
filij, vel ſerui. h. d. ¶ No. ibi directo, q qñ aliquis mandat, poteſt
directo, & principaliter agi ꝯ eū. ¶ No. ibi, tanquā ſi principali-
1 ter. q hic videtur caſus, † q mandans principaliter tenetur, ac ſi
negotium per ipſum geſtū fuiſſet, & ſic verè. facit c. mulieres.
de iu. in 6. & l. & habet. §. 1. de præca. Sed iſte text. probat cōtra-
rium, dum dicit, tanquam &c. quæ dictio (tanquam) eſt nota im
proprietatis. vt l. ſi me in vacuam. ff. de acqu. poſ. de quo latè, &
ſingulariter p Bar. in l. ſed ſi vnius. §. 1. ff. de iniur. de quo dic, vt
latè ſcripſi in meo trac. Maleſi. in gl. in verſ. Sempronium man
datorem. dic, vt ibi &c. ¶ In glo. directo. in fi. no. q iſtæ actiones
ſint veluti adiectiuæ; non vt proprium nomen actionis. Et idē
no. in gl. in l. ſi tamen plures. §. fi. ff. de exer. & in l. 3. §. ſi filiusfa.
ff. de pecu. Et hoc ſequitur ibi Bart. & Saly. & de hoc eſt text. ibi
doc. & Sal. in l. 1. C. quod cum eo. licet Iac. & Ioa. Fab. multum
hic laborent. ¶ In gl. condictione. in fi. De iſta cōdictione certi,
vel incerti, dixit ſupra de verb. obli. in prin. dic, vt ibi. ¶ Induci-
2 tur iſte tex. aliquis dedit mandatū † procuratori ad ſe obligan-
dum, & ita factum eſt, agitur contra dominum, tanquam dire-
ctò, & principaliter ſe obligauerit, poſteà fuit productum man
datum cum obligatione facta per procuratorē, an rectè, & ri-
tè fuerit actum? & hic videtur caſus, q ſic. In contrarium facit,
quia procurator fundat verba in perſonam ſui. vt l. quæcunque
gerimus. de actio. & oblig. igitur &c. Præterea ſicut ex cōtractu
procuratoris non quæruntur nobis directè, vt d. l. quæcunq; ita
nec poſſumus conueniri directo, ſed vtili, vt l. Iulianus. §. ſi pro-
curator. ff. de act. emp. & l. in cauſæ. §. fi. ff. de procu. ergo directo
contra eum agi non poteſt, ſed vtili actione. Ergo ſic dicemus,
aut quæritur an dñs ex tali obligatione ꝓcuratoris poſsit prin-
cipaliter cōueniri? & dico, q ſic, quia quis poteſt obligari prin-
cipaliter, vel conſenſu ſuo, vel nuntio, vel epiſtola, vt l. cōſenſu.
ff. de act. & obli. & in l. 1. in fi. ff. de contrah. empt. ſed agitur tan-
quam ſi obligatus ex mandato ſuo, non autem tanquā ſi ipſe
cōtraxiſſet verè, quia immo procurator dicitur cōtrahere. d. l.
quæcunq;. vnde impropriè pōt dici, q ipſe dñs cōueniatur, tan
quam ſi ipſe contraxiſſet, vt hic ibi, tanquā ſi principaliter &c.

De noxalibus actionibus.

¶ Quia non tantum ex contractu eorum qui in noſtra poteſta-
te ſunt, ſed etiam ex eorum maleficiis cōuenimur, ideò hic tra-
ctat de noxalibus, dicens, ex maleficiis &c. ¶ In glo. rub. in fi. ad
iſtam continuationem facit l. 1. ff. eodem &c.

SVMMARIVM.

1 *Noxaliter quando non ſit conueniendus dominus.*
2 *Dominus an ex delicto famuli ſui teneatur.*
3 *Seruum dedere quouſque liceat.*

Ex maleficijs. ¶ Totus iſte tit. diuidit principali-
ter in duas partes: Primò qualiter
deditio ꝓ noxa hēt locū in ſeruo delinquēte. Scdō, an
habeat locū in filiof. ſecūda ibi, ſed veteres. h. d. Ex de
licto, cōmiſſo per ſeruū dño ignorāte, vel prohibere non valen 1
te, dominus teneretur noxaliter: quod æquitatis ratio introdu-
xit, ne ex delicto rei propriæ quis in plus grauetur, quam ſit va
lor dicta rei. h. d. ¶ No. q dans alicui damnum, & ſic ille, qui te-
netur lege Aquilia, dicitur commiſiſſe maleficium. Eodem mo-
do ille, qui iniuriam alteri intulit, dr̄ teneri ex maleficio. ad id,
quod dixi ſupra de obli. que ex deli. in prin. ¶ No. ibi permittit,
q in electione domini eſt, aut emendare damnum, aut dare ſer
uum pro noxa. ¶ No. q iniquum eſſet, ut ſeruus, vel animal no-
ſtrum cū ſua nequitia in plus poſsit nos obligare, q̄ valeat. ¶ In
gl. 1. in fi. dic, vt ibi dixi, & dixi de materia noxali ſupra de act.
§. præterea quaſdam. in verſic. vel ex cauſa noxali. Et aduertas,
1 quia videtur, q immo † ex quaſi maleficio non agatur noxali-
ter, ſed de peculio. ff. de fur. l. ſi ſeruus nauē. & ff. nau. cau. l. idē
ait. §. ſi ſeruus. vbi loquitur de quaſi maleficio ſerui, nec leges
gl. faciunt ad rē, q a loquunt de quaſi maleficio dñi. Vnde dic, q
ea contractu, vel quaſi ſerui dñs non tenetur noxaliter. vt ff. de
act. & obl. in l. ex cōtractibus. & l. ſi oleū. §. pe. ff. de dolo. & hoc
verum

verum pro dolo commiſſo in contractu, vel circa cõtractum.
Sed interdum agitur noxaliter actione ex cõtractu pro delicto
cõmiſſo extra cõtractum, vt qñ virtus actionis poteſt ſe in hoc
extendere. vt patet ff. de pig. l. ſi ſeruus. & l. man. l. inter cauſas. §.
cum ſeruus. & ff. de fur. l. ſi ſeruus communis. §. 1. cum. ſeq. Pro
delicto verò per ſeruum cõmiſſo agitur noxaliter, vel ſeruus
aliter caſtigabitur, vt dictis legibus. & l. ſi id quod. §. in ſeruos.
ff. de iuriſ. om. iudi. Et hoc procedit in delictis priuatis. In publi
cis verò nõ videtur agi noxaliter, immo ſeruus ligatur vt liber.
vt ff. de accu. l. hos accuſare. §. omnibus. & ibi Bar. quod eſt ve-
rum, vbi agitur, vt caſtigetur, ſecus ſi agatur ciuiliter, quod po-
2 teſt. vt l. ſi quis in nomine. ff. de fal. ¶ † Quæro, an dominus tenea
tur pro delicto famuli ſui? & videtur, ꝙ ſic. vt ff. de his qui deie.
vel effude. l. ſi verò. §. 1. & l. 1. §. familiæ. ff. de publi. Spe. hoc tan-
git in titu. da iniur. & dam. da. §. ſequitur. propè fin. & tenet, ꝙ
non, quia in d. l. ſi verò. §. 1. tenetur ex quaſi maleficio ſuo, non
famuli, in §. familiæ. dic, ꝙ non, niſi noxaliter. vt ea. l. ſi. §. ſi. eum
l. ſeq. & ſeq. Vel dicas tu, ꝙ etiam ibi dominus tenetur ex quaſi
delicto ſuo, quia illi familiares delinquerunt in eo, in quo fue-
runt præpoſiti, vt dixi ſupra de obliga. quæ ex quaſi deli. §. pe.
& hoc eſt verum indubitanter, ſi neſcit, ſi autem ſciat, & pro-
hibere potuit, vr̃, ꝙ teneat, quia omiſſio ꝓpria eũ punit. vt l. 2.
& 3. ff. eo. & facit l. 2. C. de com. & merca. ¶ In gl. fecerunt. in fi.
3 dic, vt infra. §. ſi ſeruus domino. ¶ In gl. æſtimationem. in fi. † no.
ꝙ dominus, licèt condemnatus ad emendam damni, habet fa-
cultatem præſtandi ſeruum quouſq; ſuper actione iudicati fue
rit conuentus. vt d. l. miles. §. 1. Et hoc ideo eſt, quia habet facul
tatem præſtãdi aliud, quàm ſit in obligatione a lege, ſecus ſi ha
beret eã ab homine, quia tunc per lit. conteſt. in principali tol-
leretur. vt l. ſi quis ſtipulatus fuerit 10. in melle. & quod ibi la-
tè Bar. ff. de ſolu. & Bart. in d. l. miles. §. 1. de quo dic, vt ſupra de
actio. §. præterea quaſdam. in verſi. quæro, vſq; ad quãtum tem
pus &c. Et ad cognitionem iſtius actionis noxalis, vide quę ſcri
pſi ſupra de actio. §. præterea quaſdam. in verſ. in gl. noxali cau-
ſa. in fin. verſic. ſeq. Intellectum autem huius principij quando
ſcienter, vel ignoranter, & quando prohibere potuit, vel non,
vt l. 2. ff. eod. vide vt ſcripſi in d. §. præterea quaſdam. in verſi. &
prædicta procedunt, quando dominus eſt ignorans &c. ¶ Quo-
modo autem formatur libellus in iſta actione noxali, vide vt
dixi ſupra de actio. in §. præterea quaſdam. in verſi. quæro quo-
modo formetur libellus &c.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus quouſque mãcipium Chriſtianum ab infideli redemptũ loco pignoris retinere poſſit.*

Dominus noxali. Pro delicto ſerui dominus liberat
dãdo ſeruum pro noxa, & in dãnũ
paſſum trãſfertur dominium, quod auocari poteſt, ſi dominus
emendet damnum, & velit eum manumittere. Et noxalium
actionum, quædam ſunt ciuiles, & quædã ꝓtoriæ. h. d. ¶ Not. ibi
ſerui ſui noie, quod dñs tenetur pro noxa ſerui, & ita debet fun
dari libellus. ¶ No. ibi, perpetuò ad id, quod quotidie dicitur,
Titius vẽdidit talem fundum iure proprio, & in perpetuũ &c.
¶ No. in verſic. ſunt autem. ꝙ actio noxalis non eſt actio, ſed
adiectio actionis, vt dixi ſupra tit. 1. §. 1. de actione de peculio,
& inſtitoria &c. ¶ In glo. liberatur. in fi. vel dic, vt dicit Bar. in
d. l. miles. §. 1. ff. de re iudi. quia immo ſeruus erat in ſolutione,
vnde ipſum ſoluendo liberatur: vt argu. l. ſi quis ſtipulatus fue-
rit decem in melle. de ſolu. & ibi Bar. ¶ In glo. auxilio. in fi. Iſta
1 iura gl. faciunt ſm Io. Fab. † ꝙ ſi fidelis emat mancipium Chri-
ſtianum ab infideli, ꝙ ſi mancipium poſſit ſe rędimere, ꝙ com
pellatur recipere pretium, & ſeruum manumittere. de hoc per
doc. extra de iudi. c. 1. facit l. ſi. C. de epiſc. & cleri. Tu autem di-
cas, quòd redimẽs aliquem ab hoſtibus, (& intelligo hodie ho-
ſtes infideles) poteſt eum retinere loco pignoris, vt ſeruiat ſibi
per quinquenniũ, niſi ſe redemerit. vt l. ſenatus. §. ſi. ff. de lega. 1.
& l. 1. C. de captiuis.

SVMMARIVM.

1 *Actionis noxalis locus, & tempus.*

Omnis autem, ¶ Omnis, ad quem ſeruus delinquens
tranſit, noxaliter conuenitur, & noxali-
ter etiam quis punitur pro delicto liberi hoīs facti poſteà ſerui.
1 h. d. ¶ † No. ꝙ actio noxalis eſt perſonalis in rem ſcripta, perſe-
quitur. n. omnem poſſeſſorem. ¶ Not. ꝙ iſta actio datur ad ſimi-
litudinem rei vendicationis, quia quandiu quis poſſidet, con-
uenitur, & ſi deſinit poſſidere, deſinit etiam conueniri. vt dici-
mus in rei ven. vt l. ſi autem. §. 1. ff. de rei vend. dummodo do-
lo nõ deſinat poſſidere. vt hic in gl. ¶ No. ꝙ ſeruus liber factus
tenetur de geſtis ex delicto in ſeruitute. ¶ In gl. directo. ibi, dire-
cto. & ibi diſtingue plenius, aut fecit iuſſu, aut non. Primo ca-
ſu, aut delictũ eſt atrox, aut leue. ſi atrox, obtinet, quod hic di-
citur; ſi leue, non videtur teneri, quia iuſſus dñi excuſat. vt ff. de
reg. iur. l. ad ea. & l. liber homo. & ibi Flo. ad l. Aquil. Si vero de-
liquit iuſſu domini, obtinet etiam, quod hic dicitur. Quid autẽ
ſi dño ſciente, & non prohibente, tũc licèt dominus obligetur,
ſeruus non excuſatur, & ideo tenetur manumiſſus. vt ff. eo. l. 2.
& l. in delictis. §. 2. ¶ In fin. eiuſdem glo. vide multos alios caſus
no. in d. l. 1. C. an ſeruus ex ſuo fac. per gl. & doc. Aduertas ta-
men, quòd hypothecaria durat, & ibi nota &c.

SVMMARIVM.

1 *Pater filio non obligatur.*
2 *Actionis ortus.*

Si ſeruus. Ex delicto ſerui proprij nulla competit domino
actio, etiam ſi poſteà alienetur, vel manumittat.
Idem in ſeruo alieno, qui efficitur ipſius damnũ paſſi. item ex
1 delicto domini non datur actio ſeruo libero facto. h. d. ¶ † Not.
ibi nulla obligatio. quod inter illum, qui habet aliquem in po-
teſtate, & illum, qui eſt in poteſtate, non cadit aliqua obliga-
tio, non intelligas de naturali, ſed de ciuili, tantum. vt dixi ſu-
2 pra tit. 1. §. cum autem. ¶ † No. ibi, actio nulla naſcitur, ꝙ vbi nõ
eſt obligatio ſaltem ciuilis, nulla naſcitur actio, quia ad parien-
dum filiam actionẽ, requiritur pater, & mater, & ſic obligatio
ciuilis, vel naturalis, niſi miraculosè filia naſceretur, vt no. Bar.
in l. 1. ff. de cond. inde. & ego dixi ſupra de oblig. in prin. dic vt
ibi. ¶ No. ꝙ qñ ab initio impedit ortus actionis, licèt res deue-
niat ad eatum, in quo actio poſſet oriri, non reſuſcitatur, nec
naſcitur. ¶ No. ꝙ ſi dominus delinquat in ſeruum, tamen ſeruo
ẽt manumiſſo non datur actio, quia licèt dño caſtigare ſeruos
proprios. vt C. de emend. ſer. l. 1. quod eſt uerum, ſi uirgis, uel
loris eum caſtigauerit, ſecus ſi telo, vel cultello, lapide, vel alio
modo, quia tunc ſi moritur, tenetur. ubi facit l. 1. in fi. ff. de his,
qui ſunt ſui, uel alie. iur. de quo dic, ut dixi in meo tractatu Ma-
leficio. in gl. in uerſi. doloſè, & ſcienter. dic, ut ibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Filio condemnato an peculium patiatur executionem. & nu. 3.*
2 *Pater an conueniri poſſit de peculio pro condemnatione filij.*

Sed veteres. Olim pater pro delicto filii, ſiue filiæ, noxa-
liter tenebatur, ſicut pro ſeruo. hodiè uerò
nullatenus, ſed ipſe filiusfamilias ex delicto ſuo, ut quilibet
alius poterit conueniri. h. d. ¶ Not. ꝙ aſperitas in legibus, uel
ſtatutis eſt reſpuenda. ¶ Not. ibi, & ab uſu. ꝙ lex tollitur per nõ
uſum, de quo dixi latè ſupra in princ. in §. igit. dic ut ibi. ¶ No.
quod pater magis dolet, & periclitatur in filium, quam ipſe
filius in ſe. facit l. iſti quidem. ff. quod me. cau. ¶ No. ibi, pudici-
tiæ fauor, ꝙ pudicitiæ eſt multum fauendum. facit l. nec ei. §.
pen. ff. de ado. ¶ No. ꝙ filiusfam. ut quilibet alius pro ſuis deli-
ctis tenetur. ¶ In gl. admiſſerunt. in fi. dic, & ideo, quia hoc non
erat etiam de iure ſforum, neceſſario ſequitur, ꝙ iſtæ lex. debet
intelligi ante iura ſforum. ¶ In gl. filios. in fi. no. qđ dixi in prin.
ſupra eo. uidelicet, quod ex quaſi delicto ſerui, uel filij dñs non
tenetur noxaliter, nec pater tenetur de peculio, ut hic, & iſtam
opi. approbat glo. & doc. in d. l. ſi filius. §. ſi ſeruus. ff. de his, qui
1 deie. uel effu. ¶ † In glo. conueniri. ibi. l. & ſi condemnatus. pro-
pter delictum in patrem, actio iudicati datur de peculio. dic, da
tur actio, & executio contra filium, quia tenet contra eum con
demnatio. eſt caſus de utroq; in d. l. & ſi condẽnatus. Et aduer-
tas, qñ filius conuenitur, ſit executio in peculio caſtrenſi, uel
quaſi ad eum ſpectãte pleno iure, ut l. 1. ff. de caſtren. pec. & l. ſi.
C. de inoffi. teſt. & in eo habetur ut paterfam, ut l. 2. ff. ad Mace.
fiet etiam executio in aduentitio peculio patre cõſentiente. ut
dicit gl. ſing. d. l. & ſi condemnatus. & iſtũ conſenſum non in-
telligas in ipſo actu executionis, quia tunc nullam dubitationẽ
haberet. Sed intelligas hanc gl. ꝙ pater cõceſſit adminiſtratio-
nem filio in aduentitiis, unde cõcedendo, ꝙ poſſit adminiſtra-
re, tunc in conſequentiam conſentire uř poſſe fieri executionẽ,
etiam in illo peculio. iſto modo intelligit Io. de Imo. illam glo.
in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infec. circa ſi. Et præ-
dicta procedunt, qñ filius eſt condemnatus ex delicto in decẽ,
ſi autem propter delictum ſuum bona filij debeant publicari,
tunc

tunc tali caſu non publicatur peculium, ét caſtrenſe, vel quaſi,
nec aduentitium. vt eſt tex. ſing. in l. 3. C. de bo. præſcrip. Nec ét
publicatur peculium, quia in caſu, quo bona paterna ex con-
tractu cum fiſco, vel delicto patris eſſent publicanda, non pu-
blicabitur peculium etiam profectitium filii. vt eſt tex. ſing. in l.
3. §. ſed verſi. ff. de mi. Ita notabiliter dicit Bart. & Ang. & Mod.
in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec. de quo dixi in
meo tractatu Maleficiorum, in gl. in verſ. & eius bona publica-
2 mus. dic, vt ibi. ¶ † In ea gl. ibi. l. 3. §. idem ſcribit. nota, quod licet pa
ter non teneatur de delicto filii, vt no. in l. 1. C. ne fil. pro pat. &
hic in gl. tamen ſi filius ſe in iudicio defendit, & ritè fuerit con-
demnatus, pater de peculio poteſt conueniri, non ex delicto fi-
lii, ſed ex quaſi cõtractu celebrato cum filio, qui reſultat ex di-
cto iudicio. ita dicit Bart. in d. §. idem ſcribit. quod bene not. vt
3 ſcias quomodo debeas agere, & formare articulos. ¶ † In ea glo.
ibi, videtur, quod non. no. ex delicto filii, quando eſt contumax, & ſe nõ
defendit, quod fit executio contra filium in caſtrenſi, vel quaſi, &
in hoc non eſt dubium, & idem in aduentitio, in quo patri nõ
quæritur vſusfructus, iuxta l. fi. §. ſin autem patre recuſante. & §.
filius autem. C. de bon. quæ lib. cum in illis patri non poſsit præ
iudicare, quia non eſt in illis legitimus adminiſtrator. vt d. §.
ſin autem patre, igitur &c. Sed nõ fiet executio contra patrem,
vt hic in gl. nec actor mittitur in poſſeſsionem peculii profecti
tii. Dicas tu, quod nec fiet tali caſu executio, vel miſsio in poſſeſſio
nem in peculio aduentitio. vt eſt tex. cum gl. ſing. in l. pater, qui
caſtrenſe. ff. de caſtren. pe. Et prædicta procedunt, quando filius fuit
ſemper contumax, & nunquam comparuit, & poteſt eſſe ratio,
quia magis præſumitur condemnatus, quia non defendit, quam quod
delictum commiſerit. vt l. qui repudiantis. cũ gl. in fi. & ibi Bar.
& doc. ff. de inoffi. teſt. & l. ſi ideo. & ibi Bar. ff. de evi. & no. Bal.
in l. tranſigere. C. de tranſa. circa med. etiam ſi pater ſciuerit agi
contra filium, vt l. præſes. cum gl. & ibi Bar. C. de pig & no. Bar.
in l. cum filius. in princ. ff. de verb. obl. Sin autem filius fuit litem
conteſtatus, & poſteà ſe abſentauit, quia per litem conteſtatam
dicitur quaſi contraxiſſe, vt d. §. idem ſcribit, fiet executio contra pa
trem in peculio. ita dicit Bart. in d. §. ſi de vectigalibus. quod nõ
placet domino Ioan. quia quando agitur contra tertium ex delicto,
vel iudicio alterius, nunquam poteſt conueniri, niſi ille fuerit
proſecutus iudicium vſque ad ſententiam. vt d. l. qui repudiantis. igi-
tur &c. Non obſt. §. idem ſcribit. quia dicitur quaſi contrahi ex ſen-
tentia, vt ibi. ita etiam dicit Bar. in d. l. cũ filius. quod eſt verius.
quod no. facit glo. & ibi Bar. in d. l. 2. ff. de præt. ſtip. & prædicta
procedunt, quando agitur ex delicto. Sin autem ageretur ex contra-
ctu filii, vel etiam ex delicto, non ad vindictam publicam, ſed
ad emendationem damni, & ſic ciuiliter. iuxta l. qui in nomine. ff.
de fal. & l. fi. ff. de priua. delic. & l. fi. ff. de fur. & l. fi. ff. de iniu. tũc
quia pater tali caſu eſt legitimus adminiſtrator, facit quod not.
glo. & doc. in l. fi. in princ. ff. de verbo. obl. tali caſu pater debuit
conueniri, quia actiones actiuè, & paſsiuè ex peculio aduẽtitio
ad patrem ſpectant. vt l. fin. §. vbi autem. C. de bo. quæ lib. quod
patet ibi in verſic. ſin autem æs alienum. nam ſupra locutus fuit
generaliter, ſiue actiones deſcendant ex facto filii, vel non. po-
ſteà dicit quando ex facto defuncti, igitur &c. Vel poteſt dici, quod ibi
patri dãtur dictæ actiones ex cauſa hæreditaria, & ille verſ. ſin-
autem. exemplificat, & declarat ſupradicta, ergo ex contractu
filii poterat agi contra filium, & eo cõdemnato agitur iudicati
contra patrem. vt d. l. 3. §. idem ſcribit. & iſtam partem videtur ſequi
Io. Fab. hic. Sed prima mihi magis placet, quia ſemper pater eſt
ille qui mouere debet actionem actiuè, & paſsiuè, ſin autẽ filius
conueniatur patre ſciente. iuxta d. l. præſes. & filius fuerit con-
demnatus, tunc fiet executio in aduentitio contra patrem, intẽ-
tata actione iudicati. vt §. idem ſcribit. coniuncta gl. in d. l. ſed ſi
cõdemnatus. Non obſt. l. fi. §. actione. C. de bo. quæ lib. vbi filius
conuenitur, quia ibi loquitur, quando patri non quæritur vſusfruc.
igitur &c. cogita. ¶ Quid ſi filius habet diuerſa peculia? dic, quod in
contractu inſpicitur, ex quo deſcendit obligatio, tunc in illo pe
culio fiet executio, vt ff. de pec. l. hinc quæritur. §. poteſt. ſi aũt
non apparet, in omnibus fiet. In delictis autem ſemper incipias a
caſtrenſi, quia illud eſt proprium filii, & nõ nocebit patri, & ſic
tertio, quod ſemper in executionibus proſpiciẽdum erit, vt l. a
diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. ¶ An autem, & quando, & quo-
modo filiusfam. olim, & hodie poſsit ſtare in iudicio? vide quæ
ſcripſi ſupra de act. §. actiones autem de peculio. in verſic. quæ-
ro, an filiusfa. poſsit ſtare in iudicio. dic, vt ibi plenè dixi. & ét
vide quæ dixi in §. pœnales. ſupra de actio. ¶ Itẽ ad libelli formã
in actione noxali, vide quæ ſcripſi ſupra de act. §. præterea quaſ-
dam. in verſi. ex noxali cauſa &c. ¶ An autem filiusfa. poſsit car-
cerari pro debito ciuili per eum contracto, vide omnino quæ ſcri-
pſi ſupra de acti. §. actiones autem de peculio. in verſic. ex quo
etiam no. quod ex contractu filii. & eo. tit. §. fi. in verſi. eum qui. Quando
autem pater agit, vel cõuenitur per procuratorem in aduenti-
tiis, quod poteſt, vt l. 1. C. de bo. mat. an requiratur cõſenſus filii in
conſtitutione procuratoris, vel in lit. cõteſt. vide quæ ſcripſi in
d. §. actiones autẽ. in verſ. quod ſatis. ſecundum Ray. ad hoc, quod di-
citur &c. An autem valeat ſtatutum, quo cauetur, quod pater tam
in contractibus, quàm etiam in delictis filii teneatur? vide quæ
ſcripſi in d. §. actiones autem. in verſ. in gl. ipſo iure. ibi, & ſic pa
ter non debet tenere &c. Et an tale ſtatutum, quod vult patrem
pro filio teneri, extendatur extra territorium? vide quæ ſcripſi
in d. §. actiones autem. in verſ. quæro, an dictũ ſtatutum reſtrin-
gatur? Quæro an id, quod pater cogitur pro filio ſoluere, poſsit
in ſuam legitimam computare? vide in d. §. actiones autem. in
verſi. quæro an id, quod pater ſoluit &c.

Si quadrupes pauper. feciſ. dicatur.

¶ In fi. gl. rubricæ, no. iſtam diſtin. gl. quærit hic Iaco. quia iſte ti-
tulus loquitur de rebus animatis. Quid ſi res inanimata mea in
fert tibi damnum, vt quia mea domus ruit in tuã, vel nauis mea
in tuã? & dic, non teneor. ff. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. ſi
nauis. & ibi Flo. & l. prætor. §. fin. & l. hoc amplius. §. Neratius.
ff. de dam. infec. dic tu materiam damni infecti. & eius formam
denunciandi libellum, vt dixi ſupra de act. in §. præterea quaſ-
dam. in verſi. ex noxali cauſa. dic, vt ibi in verſi. vidimus de cau
ſa noxali propriè &c. cum verſi. ſeq. & etiam ibi poſui formam
libelli in actione in factum de dam. inſe. in verſic. libellus autẽ
in hac actione. de dam. inſec. &c. dic, vt ibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa quæ dicatur.*
2 *Lex pœnalis in vno caſu extenditur ad alium.*
3 *Iuuenis non poteſt libidinis cauſa puellæ oſtium frangere.*
4 *Actio quadruplex.*
5 *Fera ſi nocuit, & penitus euaſit, ſi poſtea rediit, an dominus teneatur.*
6 *Canis tuus ſi comedit carnes meas, quæ actio mihi detur.*
7 *Animalia, ſi ſine immiſsione depaſta ſunt glandes, vel blada mea, an, & qua actione agere poſſim.*
8 *Bos tuus, ſi laſciuia intrauit pratum vel ortum meum clauſum, & herbam corroſit, quæ actio mihi detur.*
9 *Animal quando noxæ cauſa dandum non ſit.*
10 *Paſtus quo tempore ſit æſtimandus.*
11 *Reperiens animalia in ſuo, damnum facientia, an poſſit illa retinere donec damnum emendetur.*
12 *Actiones concurrentes quando, & qualiter ad inuicem ſe tollant.*

Animalium. Totus iſte tit. diuiditur in duas par-
tes. Primò, quando actio de pauperie
locũ habet, vel non. Secundò loquitur, quando habet locũ actio de
ædilitio edicto, vel nõ. Secunda ibi, Hæc quæ. Et h. d. Pro
dãno per quadrupedem manſuetã dato, actio noxalis directa contra
dominum datur, cum animal contra naturam ſui generis dam-
num dederit. Sed ſi quadrupes nõ manſueta iuxta naturam ſui
generis damnum dederit in liberum corpus non occidendo,
dominus ex ædilitio edicto arbitrio iudicis condemnatur, in
aliis autem rebus in duplum, vel noxalis actio his duobus ca-
ſibus contra dominum dirigetur, & pœnales actiones pro eodem fa
1 cto concurrentes non perimunt ſe concurſu. h. d. totus tit. ¶ † In
gl. 1. in fi. no. ex iſto tex. coniuncta gl. ibi, vt ff. eo. l. pe. quod directa
actio dicitur, vbi habent locum verba, & mens, ſi verò ſententia tan
tùm, tunc habet locum vtilis. vt d. l. pe. Ita dicit gl. ff. de iur. om.
iud. l. ſi id quod. & Cy. in l. 1. C. de act. & obl. & ibi videas. videas
etiam omninò Bar. in l. 1. ff. de act. & ob. facit l. nominis & rei. §.
verbum ex legibus. ff. de verb. ſig. & ſupra de leg. patr. tut. §. 1. &
2 vide Cy. in l. 1. in 3. q. C. vti poſsid. Et ſic † lex pœnalis in vno ca
ſu extenditur ad alium, quando eſt eadem ratio. intantùm quod vna gl.
Ioan. And. in c. 1. de offi. ord. dicit, quod non eſt propriè extẽſio, quando
eſt eadem ratio. quod eſt notab. uide l. fi. C. de interd. mat. & ibi
Cy. Bal. & Sal. vide tamen in materia extenſionis, quod latè dixi ſu-
pra de iur. nat. §. 1. An aũt ſtatutũ pœnale loquens in uno de cor
relatiuis, habeat locum in alio? uide quæ ſcripſi ſupra de acti. §.
actiones aũt. in uer. in gl. patrem. in fi. & in glo. dominum. in fi.
dic, ut ibi. ¶ In glo. laſciuia. in fi. dic, hæc ultima uerior, quia ani-
malia laſciuiunt, & ſaliunt. ¶ In gl. feruore. in fi. Sed contra op-
ponit Io. Fab. quia natura docet animalia commiſtionem appe
tere. ut l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur. Reſpõde, quod licèt iſtud ſit natura-
le, & propter hoc non debet teneri, quia facit ſecundum ſui naturam,
tamen

tamen frangere oſtium eſt contra naturã ſui generis, igitur do-
3 minus tenetur.†Et ſic not. ꝙ iuuenis non poteſt cauſa libidinis
frangere puellæ oſtium, facit l. verum. ff. de furt. & quod ibi no.
¶ In gl. contra naturam mouentur. ibi, nõ cornu petit. no. ad id,
quod vulgariter dici ſolet. vna hirundo non facit ver. No. ꝙ iu-
dicamus rem ſm propriam ſuam naturam, & non ſm accidẽs,
facit §. his aũt. ſupra ad leg. Aquil. de quo per gl. & doc. in l. 1. §.
beſtias. ff. de poſtu. & ad intellectũ huius literæ præmitte quod
habet in §. illud. ſupra de rer. diui. & ff. de acq. rer. do. l. natura-
lis. §. illud. ¶ In ea gl. in fi. dic. hanc etiã tenet gl. ff. eo. l. 1. §. in be-
ſtiis. vbi gl. dat aliam ſol. Sed Ray. dicit, ꝙ ambæ ſunt ſimul iun-
4 gendæ, & habebitur veritas. Sed † Iacob. dicit, aut fera non eua-
ſit, quæ nocuit, quæ habebat conſuetudinem redeundi, & tunc
habet locum vtilis, ſed non directa. vt j. eo. §. fi. Aut prorſus eua
ſit, & tunc nec vtili, nec directa tenetur, ita intelligitur iſte tex.
5 & d. §. in beſtiis. ¶ † Quærit hic Iac. pone, ꝙ fera nocuit, & peni-
tus euaſit, poſteà rediit, an dñs teneatur? & dicit, ꝙ nõ. arg. l. qui
6 res. §. aream. ff. de ſolut. ¶ † Quid ſi canis tuus comedit carnes
meas? Iac. dicit hic dari vtilem l. Aquiliæ. facit l. qui occidit. §. ſi
quis. ff. ad leg. Aqui. & C. eo. ti. l. fi. Alij dicunt nullo modo dñm
teneri, quia canis nocuit ſm naturam ſui generis, vt hic. Poteſt
concludi ſm Io. Fab. hic, & do. meum Flo. in l. 1. §. 1. ff. eo. ꝙ aut
poteſt comprehendi aliqua culpa dñi, ſaltem leuiſſima, & tene
tur ad emendam damni, ſaltem vtili Aquilia. vt l. quemadmo-
dum. §. magiſtratus. ff. ad leg. Aquil. Si non poteſt argui culpa,
tunc videtur, ꝙ non teneatur, vt hic: & hoc magis placet. Tamẽ
Flor. dicit tali caſu dari actionem in factum. vt l. quoties. ff. de
7 præſcr. ver. idem vult Iac. & Cy. in d. l. fi. C. ad leg. Aqui. ¶ † Quid
ſi animalia ſine immiſſione depaſta ſunt glãdes, vel blada mea,
& gl. in l. qui ſeruandarum. §. fi. ff. de præſcr. verb. dicit, ꝙ poteſt
agi iſta actione. & idem Spec. in tit. de iniur. & dam. da. §. ſequit.
ver. dic, ꝙ ſi ſine. Sed hoc non videtur verum, ſm Iac. quia hæc
actio non datur, niſi animal nocuerit contra naturam ſui gene-
ris &c. Et hoc ſequitur Io. Fab. quia illa gl. eſt contra mentẽ d. l.
qui ſeruandarum. §. fi. & iſtam reſpõſionem ſequitur Sal. ibi, &
in l. fi. C. ad leg. Aqui. per illum tex. & ff. eo. l. 1. §. 1. Vnde dicit, ſm
Bald. ꝙ debet dari tali caſu vtilis de paſtu pecoris. vt l. Quintus
Mutius. ff. ad leg. Aqui. ſm Io. Fab. & nõ malè. Datur. n. in factũ,
inquantum dominus eſt factus locupletior, vt quia ea glande
mea porci ſui ſunt impinguati &c. vt d. §. fina. & dict. l. quoties.
8 ¶ Quid ſi habeam pratum, vel ortum clauſum, & bos tuus la-
ſciuia rupit, & intrauit, & herbam corroſit, tunc nõ denegatur
actio de pauperie, vt hic. & in princ. niſi dominus bouis fuiſſet
præſens, & vetare potens, & non vetuit, quia tenetur inſolidũ,
9 vt arg. ff. de fur. l. falſas. §. ſed ſi quis. & l. 2. ff. de noxa. ¶ † Quid ſi
cuſtos tuorum animalium immiſit ea in bladis meis, vel ſi ſua
negligentia ipſa ea ſe damnum mihi dederunt, dicas dominum
teneri propter malã cuſtodiam, & electionẽ. & tenetur Aqui.
vt l. ſi ſeruus ſeruum. § ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil. facit ff. loca.
l. inſulam. §. qui mulas. Dicit tamen Io. Fab. ꝙ dominus libera-
tur dando animal pro noxa, quia ea facto animalis nõ tenetur
in plus. Sed nõ placet, quia iſtud eſt verum, qñ animal ea ſe no-
cuit, ſed iſto caſu videtur nocuiſſe cuſtos, qui potuit prohibe-
10 re. facit ff. loca. l. videamus. In prin. ¶ † Quid ſi immiſiſti anima-
lia tua in granum meum, qđ erat in herba, an tenearis ad emen
dam, conſiderato valore tũc temporis, vel in futurum, cum eſ-
ſet maturum? & videtur, ꝙ cum eſſet maturum. arg. l. ea hac. ff.
eo. In contrarium, quia tempore paſtus, erat herba, igitur tali
modo debet fieri æſtimatio. vt l. cedere. ff. arbo. fur. cæſ. Itẽ quia
circa damnum non habetur cõſideratio in futurum. vt l. ait lex.
& l. inde Neratius. §. ſi infans. ff. ad leg. Aqui. Iac. de Are. conclu
dit teneri ad hoc, ꝙ vendi potuiſſet dictum frumentum tẽpore
paſtus, & quia eſt dubius euentus, arg. ff. fa. erc. l. propter finem.
Et hoc ſequitur Cy. in l. fi. C. ad leg. Aqui. pro quibus tn alleg. l.
in lege Falc. non habetur. ff. ad l. Aquil. & hoc ſequitur Flo. in
11 d. l. ea hac. ¶ † Quid ſi reperiam animalia in meo damnum fa-
cientia, an poſſum retinere, donec damnũ emendetur? videtur,
quod non. vt l. Quintus. ff. ad leg. Aquil. quod Io. intelligit verũ,
qñ ſcio cuius ſint, ſecus ſi ignoro. & hoc ſequitur hic Ioan. Fab.
quod dicit eſſe ſatis æquum. Sed Bar. in l. hoc amplius. §. de his.
ff. de dam. infec. & in l. ratis. ff. de incen. rui. nau. tenet contrariũ,
ꝙ in animalibus, quæ poſſunt incurrere periculũ interitus, ne
fame perirent, non poteſt fieri retentio, ſecus in aliis rebus, vt
in ruderibus, & ita intelligantur dicta iura. vide Bar. & Dy. ibi.
¶ In gl. nocitum. in fi. iſta pœna ſm gl. in d. l. quod vulgò. appli-
catur pro parte fiſco, & pro parte parti. alleg. ff. de his qui deie.
l. ſi verò. §. pen. Sed doc. dicunt, ꝙ immo inſolidum applicatur
parti. ff. de verb. ſign. l. ſi cum fundum. facit l. fi. ff. de litu. de quo
per Imo. ff. de pub. iud. in rub. de quo dic, ut dixi ſupra de act. §.
pœnales. in uer. in ead. gl. ibi. & eſt quinquaginta aureis. In glo.
cõſumit. in fi. no. & ſigna bene gl. & eſt ſimilis in l. idẽ ſcribit. §.
ſi. ff. nau. cau. & ff. de reg. iur. l. nunquam actiones. & ſimilẽ quaſi
gl. poſuit Inn. in c. fi. de collu. poſuit Dyn. in l. prouinciali. & ibi
Bar. ff. de nou. ope. nun. hic latè Iaco. de Aret. & Io. Fab. de quo
dic, ut per Dy. Bar. Raph. & Imo. in l. 1. §. unde quæritur. ff. de pub.
12 ¶ † Verum, quia Ioan. Fab. ponit hic ampliorem diſtinctionem,
ipſam ad literã recitabo, cùm quæritur, qualiter plures actio-
nes concurrentes adinuicem ſe tollant? diſtingue, aut oẽs ſunt
criminales, aut quædam criminales, & ciuiles, aut quædam ci-
uiles. Si omnes ſunt criminales, dic, aut ſunt plures quò ad pu-
nitionem, aut quò ad perſecutionẽ, uerbi gratia, qui ſepulchra
uiolat punitur diuerſis pœnis, hoc caſu põt dici, ꝙ iudex poſ-
ſit eligere, & una electa, alia conſumitur. C. de ſepul. uio. l. 3. ff.
de accuſa. l. ſenatus. & ibi omnino uide Bar. quod eſt uerũ, niſi
lex ordinaret utranq; infligi, tunc uidetur, ꝙ utraque infligatur
etiam per diuerſos iudices. C. de ſac. ſan. eccl. l. placet. in fi. Si ue
rò ſunt plures quò ad perſecutionem, tunc aut omnes deſcen-
dunt ea eodem facto, aut ea diuerſis. Si ea eodem, tunc aut om
nes idem delictum puniunt, quòd ſolùm ex eodẽ facto deſcen-
dit, tunc una utendum eſt. ut d. l. ſenatus. Aut tendunt ad punien
dum diuerſa, quæ ea eodem actu reſultant, & tũc ſubdiſtinguit-
tur, quia aut unum ſe habet ad aliud, tanquam genus ad ſpeciẽ,
ut homicidium, & parricidium, & nõ poſſunt ſimul intentari,
ut no. in d. l. ſenatus. aut ſe habent tanquam diuerſæ, ſpecie, &
differentia. ut ſi quis cognouerit cognatam ſuam coniugatam,
oriuntur crimina duo. ſ. inceſtus & adulterij, tunc poſſunt con-
currere, & poteſt de quolibet accuſari eodem tempore, uel di-
uerſis. C. de accu. l. qui de crimine. Si uerò deſcendunt ex diuer-
ſis factis, poſſunt concurrere multo magis. ff. de accu. l. libello-
rum. §. ſed & ſi aliud. In ſecũdo caſu principali, qñ ſunt quædã
criminales, tunc poſſunt eligere quam uolunt ante litem conte
ſtatam, ſed poſt litem conteſtatam, tenentur proſequi quam ele
gerint. poſt ſniam ſunt opin. quando una eſt de re familiari, alia
ad uindictam, an poſſit in aliã redire, ut no. in l. 1. C. qñ ac. ciui.
cri. præiu. hodie uero nř, ꝙ omnino tenetur ꝓſequi electa. per
auc. qui ſemel. C. quomodo, & qñ iud. uerum eſt tamen, ꝙ ante
lit. conte. ſit abſolutio ab inſtantia, ut ibi no. In tertio caſu prin-
cipali, qñ omnes ſunt ciuiles, quem caſum ſolum hæc gl. uidet
proſequi: diſtingue, quia aut omnes ſunt pœnales, aut omnes
rei perſecutoriæ, aut quædam pœnales, & quædam rei perſecu
toriæ, & quędam miſtæ. Primo caſu, qñ omnes ſunt pęnales, gl.
diſtinguit, quia aut omnes ex uno delicto, aut ex diuerſis deſcẽ
dunt. Si ea uno, una tollit aliam, niſi in eo, ꝙ excedit. Sed tu ſm
Io. Fab. diſtingue, quia aut competunt contra unum, & eſt uerũ
quod gl. dicit. & hoc caſu ꝓpriè intelligatur. ff. de act. & obl. l.
plura. aut cõtra diuerſos, & tunc ſubdiſtinguitur, quia aut de-
ſcendunt ea maleficiis, aut ex quaſi. Primo caſu, unus alium nõ
liberat, & ita omnibus uti poteſt, l. cum ea eo. ff. de actio. & obl.
& ff. ad leg. Aqui. l. item mela. §. ſi plures. cum ibi plenè not. per
Flor. Sed ſi ea quaſi maleficijs unus liberat aliũ, ſaltem per exce
ptionem, & idem uidetur, ubi ab una parte tantum eſſet pœna-
lis. ff. de eo, per quem factum eſt. l. 1. §. ſi plures. Si ea diuerſis de
lictis competunt, dicit gl. ꝙ una tollit aliam. ut l. nunquam plu-
ra. ff. de priua. deli. & ibi omnino latè uide Bar. & hoc uerũ, niſi
eſſent delicta coniuncta, & eiuſdem effectus. ff. ad leg. Aqui. l. il-
lud. in fi. uel talia, quæ non uertantur ab uno, non debent diſtin
gui. ff. de iniur. l. prætor. Secundo caſu, qñ omnes ſunt rei perſe-
cutoriæ, diſtingue, aut competunt contra unum, aut contra di-
uerſos. Si contra unum, tunc aut ſunt eiuſdem generis, quia oẽs
ex contractu tanquam diuerſarum formarum, tunc una nõ tol
lit aliam, uerum eſt, ꝙ effectus unius uenit in alias. ff. de actio.
emp. l. non eſt nouum. ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. ſi plures. Et hoc
niſi ſuperuenerint ex cauſis lucratiuis. ff. de act. & ob. l. omnes.
Aut ſunt diuerſorum generum, quia una ex contractu, alia ex
delicto, tunc una tollit aliam. ff. de fur. l. is cui. ſm Dy. Primum
tñ membrum fallit. ff. de tribu. l. cum in hęredem. §. eligere. ſed
fortè ibi ſpeciale. Item fallit, ubi actiones non ſunt compatibi-
les propter contrarietatem, uel alias. C. de codicil. l. fi. Et poteſt
dici, ꝙ ubi rei perſecutoriæ non ſe tollunt, ꝙ poſſit agi ſecũda
in eo, quod excedit. ff. commo. l. unde quæritur. Sed Ioã. Fab. ibi
dicit hoc uerum, qñ non ſunt ambæ perſecutorię, ſed fallit. ff. ꝓ
ſocio. l. ſi actum. ff. de act. & ob. l. quoties. §. 1. Si competunt con
tra diuerſos, hoc membrum non proſequitur Dy. tamen poteſt
dicere, ꝙ aut ambæ proſequũtur corpus rei in proprietate, ſeu
poſſeſſione, aut intereſſe. Primo caſu, aut unus habet cãm ab
alio, & tũc una tollitur per aliam facta ſolutione. ff. de reb. eo. l.
illicitæ.

ſllicitæ. Aut non habent cauſam adinuicem, & tunc aut primo agit ꝯ poſſeſſorē, & fuit rē aſſecutus, vt vna tollit aliã, ſecus ecõtra. ff. de ſol. l. Stichũ, aut Pamphilũ §. dolo Secundo caſu, qñ intereſſe, tũc aut cogit rõne vnius facti, & vnius pſonæ, vel plurium, quæ pro vna reputanē, & tunc vna tollit aliã. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. Aut rõne diuerſorũ, vel quæ pro diuerſis habētur, & tũc non. vt ff. de ſepulc. vio. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. & hoc ꝓcedit in realibus, & in rē ſcript. poſſeſſorijs, nã in mere pſonalibus ſolutione per vnũ facta, alij liberanē. ff. depo. l. 1. §. ſi apud. Tertio caſu, qñ ꝗdã pęnales ſũt, quædã rei pſecutoriæ, eſt dare regulã, q vna nõ tollit aliã. ff. de fur. l. ſi pignore. §. 1. Et fallit, qñ altera cõpetit de iure cõi, altera de iure ſpeciali. ff. nau. cau. ſta. l. idē ait. § ſi. & fortè ſub hoc itellectu pt intelligi. l. manifeſtiſſimi. C. de fur. & hoc de pęnali actione iuris. Si facto hoīs, q forte aliqs ſtipulatus eſt pęnam, diſtinguiē inter ꝯtum bonæ fidei, & ſtricti iuris. Aliud olim, & aliud hodie. vt ff. pro ſocio. l. ſi quis à ſocio. & ibi glo. ff. de act. emp. l. prædia. & ibi vide do. Pau. de Caſt. ff. de act. & obl. l. obligationũ ferè. § ſi. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. item ſi ita. & C. de tranſa. l. ſi quis maior. & l. cum proponas. & ff. de tranſa. l. qui fidem. & ff de pact. l. reſcriptum. §. ſi præco. de quo vide quæ latè ſcripſi ſ. de acti. §. oīs autem. circa prin. Quarto caſu, qñ altera miſta, altera rei perſecutoria, & dicit Dy. conſiderandum eſſe an ſint diuerſorum generũ, an eiuſdem. Primo caſu vna tollit aliam in totum. ff. de act. & obl. l. qui ſeruũ. in ſi. ff. commo. l. vñ quæritē. quæ ſic eſt intelligenda. vt ibi. vide Bar. Secundo caſu, qñ ſunt eiuſdem generis, quia ambæ ex contractu, vel ambæ ex delicto, aut tunc deſcendunt ex eadem matre, id eſt, ex eadem obligatione, tunc ſe tollunt in eo, q deſcendunt, vt de iu. & ra. diſt. l. 1. §. de tutela. coniuncto ſupra de tut. Sed de intellectu d. §. de tutela. vide latè Imo. in d. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de pub. Aut habent diuerſas matres, tunc ſi actũ fuerit vna, poteſt agi alia, quatenũ excedit, vt in condictione furtiua, quæ ex furto oritur, & vi bo. rap. quæ oritur ex rapina, quę ſe non tollunt in eo, q excedũt. ff. de act. & ob. l plura. ff. vi bo. rap. l. 1. Quinto caſu, qñ quædam ſunt pęnales, quædã miſtę, aut ex diuerſis obligationibus, tunc vna aliam nõ tollit. vt ff. de iur. & fa. diſt. l. 1 §. hanc tamē. Si ex eadem, tollit, niſi in eo, quod excedit. vt d. l. 1. ff. vi bo. rap. Sexto caſu, qñ omnes ſunt miſtæ, diſtingue quaſi idem, quia aut omnes ex diuerſis factis, & vna tollit aliam. vt l. nonnunquã. ff. de priua. delic. & ibi Bar. aut ex eodem, tũc ſic, niſi in eo, quod excedit. vt ff. ar. fur. cæſa. l. 1. Et prędicta procedunt in remedijs ordinarijs. In extraordinarijs, an vnum tollat aliud. vide Dyn. & latè Bar. in d. l. ꝓuinciali. §. 1. ff. de noui oper. nun. & quæ oia tene mēti. ¶ Vltimò ad intelligentiam, & declarationem huius tituli. Si quadrupes paupe. feciſ. dica. vide quæ dixi ſupra de actionibus. §. præterea quaſdam. in verſic. & iſta ſunt vtilia, qñ animalia &c. Si autem vis videre libellũ in iſta actione de pauperie, vide in d. §. præterea quaſdã. in verſi. quęro, quomodo formatur libellus &c. dic, vt ibi.

De ijs per quos agere poſſumus.

SVMMARIVM.

1 *Actiones qualiter intententur.*
2 *Procurator vbi ſit conſtituendus.*
3 *Mandatum generaliter cum libera tantum valet, quantũ ſpeciale.*
4 *Mandatum ſpeciale in quibus caſibus requiratur.*
5 *Mandatum quando ſit præſumendum.*
6 *Verbum, vtrunque ipſorum, quid importet in conſtitutione plurium procuratorum.*
7 *Procurator eſt litis dominus*
8 *Procurator poſt litem conteſtatam ſine iuſta cauſa remoueri non poteſt.*

NVnc autem. Totus iſte titulus diuidiē in tres partes. Primò, ponit vnũ dictũ bimembre. Secũdò, vnũ mēbrũ aſſumit & declarat, tã de iure antiquo, ꝗ de iure hodierno. Tertiò, declarat qd eſt ꝓcurator, & tutor. Secũda ibi, alieno veluti. Tertia ibi
1 procurator. & h. d. ¶ † Actiones intentanē per nos, & procuratores noſtros, qui conſtituuntur verbis habilibus interpoſitis ēt aduerſario abſente, & ignorante, quorum procuratorum vſus neceſſarius eſt, qñ principalis impeditus eſt agere, vel defendere, olim verò vſus procuratorũ prohibitus erat, niſi in certis caſibus. h. d. ¶ No. in principio regulam, q quilibet videtur eſſe habilis ad agendum, niſi expreſsè reperiatur prohibitus, vnde illis, qui dicunt, tu non potes agere, incumbit onus probandi. ¶ No. q multæ ſunt cauſæ, quæ nõ permittunt homines in rem
2 ſuam per ſe agere poſſe. ¶ † No. q non eſt neceſſe, q procurator conſtituatur præſente aduerſario, immo vt plurimũ eo abſente conſtituiē. Sed melius eſſet, qñ quis facere poteſt, q apud acta, hoc eſt præſente aduerſario, & cui à iudice in iudicio procuratorem conſtituat, de quo vide ibi a. bonam glo. & ibi Bar. & doc. in l. 1. C. de ſatiſd. ¶ In gl. 1. ibi, idest idoneum. no. gl. 1. q lex generalis recipit reſtrictionem de habilitate. vt l. vt gradatim. §. & ſi lege. ff. de mun. & hon. dic, vt dixi ſupra de iure perſo. §. 1. ¶ In ea. gl. ibi, l. ſeruus. dic, q ſeruus nõ poteſt eſſe in iudicio, niſi in certis caſibus, de quibus in l. vlt. certis. ff. de iud. ¶ In ea. glo. in ſi. dic idem in adulto, minore 25. annis, & ibi no. ¶ In gl. præterea eorum. in ſi. dic, hæc fuit ratio impulſiua. ¶ In gl. verbis. in ſi. no. & ſigna gl. quæ ponit caſus, in quibus non ſufficit ge
3 nerale mandatum, ſed requiritur ſpeciale. Similis gl. eſt in l. illud. §. 1. ff. de mino. & ibi vide Bar. & Bal. qui Bal. ponit ibi ſingulare verbũ, videlicet, q omni caſu, quo. requiritur ſpeciale mãdatum, ſufficit generale cum libera, quia tantum valet generale mandatũ cum libera, quantum ſpeciale. vt l. procurator cui generaliter libera. ff. de procu. ita etiam tenet Iac. & Mar. vt re-
4 fert Cy. in l. 1. C. etiam per proc. cau. in integ. reſt. agi poſ. † Sunt & multi alij caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum. ¶ Primus, in iuſſu interponendo filio ſuper hęreditate adeunda. vt ff. de acq. hær. d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ¶ Secundus, in litigando in cauſa matrimonij, vt no. Bar. in l. filiusfam. ff. de dona. ¶ Tertius, in caſu l. qui ita ff. ad Treb. ¶ Quartus in l. itē eorum. §. ſed ſi ita decreuerint. ff. quod cuiuſque vniuerſi. ¶ Quintus in remittenda pignoris obligatione, vt ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſi conſenſu. §. videamus. ¶ Sextus, in acceptilatione, vt ff. de accep. l. per procuratorē. ¶ Septimus, in pacti interpoſitione. vt l. reſcriptum. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de pac. ¶ Octauus, in iuramenti delatione, & pręſtatione. vt l. iuſiurandum, & ad pecunias. § ſi. cum l. ſeq. & quod ibi no. ff. de iureiur. ¶ Nonus, in recipienda ſolutione. vt l. hoc iure. & quod ibi Bar. ff. de ſol. quod eſt verum, niſi habeat ſpeciale mandatum in tali cauſa, quã habet, & habere intendit cum Titio, quia tunc ſolutionem recipere, & prorogare terminum quis poteſt, vt no. Bar. in l. qui Romę. §. Callimachus. in ſi. ff. de verb. obl. ¶ Decimus, in iuramento calumniæ, vt in auct. principales. C. de iur. calum. & in c. fin. de iur. cal. in 6. de quo p Bar. in l. qui bona. §. ſi alieno. verſi. primò quæro, an iuramentum. ff. de dam. infec. ¶ Vndecimus, tranſactionis interpoſitione. ff. de procu. l. mãdato. & quod ibi Bar. & C. de tranſact. l. tranſactionis placitis. ¶ Duodecimus, in voti tranſmarini diſpenſatione, ſecundum Hoſti. extra, de voto. cap. ex multa, verſi. illis. ¶ Tertiuſdecimus, in abſolutione ab excommunicatione, extra de ſenten. excomm. cap. deſideres. & ibi per Innoc. de elec c. venerabilem. ¶ Quartuſdecimus, in inſtrumentorum conſumptorum exēplatione. vt c. vlt. de fid. inſtrum. & in Auct. de hære. & fal. §. 1. vbi glo. videtur hoc ſentire. ¶ Quintuſdecimus, in compromiſſo fiendo, extra, de arbi. c. per tuas. ff. de procur. l. mandato. & ibi Bar. ¶ Sextuſdecimus, in reſcripti impetratione. vt extra, de reſcrip. c. nonnulli. ¶ Decimuſſeptimus, in pace fienda, & conſeruanda, vt in ſeu. de pace tenenda. in princip. ¶ Decimuſoctauus, in criminũ obiectione, & appoſitione. cap. ſtatutum. extra, de elect. in 6. & de accu. c. ſuper his. & in Cle. non poteſt. de procur. ¶ Decimuſnonus, in conuentione iudicis poſt finitum officium. vt C. vt tam ciui. quàm crimi. l. 1. circa fin. ¶ Vigeſimus, in beneficiorum collatione. vt ff. de donat. l. filiusfamil. extra, de offic. vica. cap. fin. libro 6. ¶ Vigeſimuſprimus, cum Papa vel Imperator aliquid ſibi reſeruat. arg. l. non ambigitur. ff. de leg. cum ibi not. & extra, de offic. deleg. c. fin. ¶ Vigeſimuſſecundus, in nominando dominum in iudicio. vt in c. quoniam frequenter. & quod ibi Innoc. & docto. extra, vt lite non conteſta. facit l. 2. C. vbi in rem actio. cum ibi not. ¶ Vigeſimuſtertius, in proroganda iuriſdictione. vt de offic. deleg. cap. olim. per Inno. ¶ Vigeſimuſquartus, quando aliquis impetrat pro alio reſtitutionem natalium, de ſtylo curiæ non admittitur cum mandato generali. vt no. Specul. in titu. de procu. §. 3. verſicu. 24. ¶ Vigeſimuſquintus, in actione iudicati. ff. de ſol. l. hoc iure. de quo tamen dic, vt ibi per Barto. & in l. ſi procurator meus. §. 1. ff. de procurat. quòd illud eſt verum, niſi habeat mandatum ad lites præſentes, & futuras, vt ibi dicit Barto. facit l. 2. & 3. ff. de admini. tuto. in, vide omnino glo. ſingu. in l. purè.
5 §. actoris. ff. de except. do. ¶ † Et pro perfectione materiæ procuratoris aduertas, q licet procurator non habeat mandatum, & ſine eo agat, vel conueniatur, & dominus ſcit, & patitur, videtur dediſſe mandatum, de quo per Bald. in l. 2. §. 1. ibi Ioan. de Imol. ff. ſolu. matr. Secundò quòd eò ipſo, q quis habet munimenta, & ſcripturas abſentis, præſumitur eius procurator, in

tantum, q ſaltem cum cautione de rato admittatur, vt eſt caſus in c. coram dilecto. de offi. deleg. & no. Bar. in l. 3 §. duæ cauſæ. ff. de carb. edic. & Io. de Imo. in l. Mæuia. in princ. ff. ſol. matr. Tertiò, ſemper eſt perſona ante omnia legitimanda, vt argu. l. ſi quæramus. in prin. ff. de teſta. cum ibi no. quamuis iudicium ſit ſummarium, & executiuum, vt eſt glo. no. in l. 2. & ibi Bart. & doc. C. de edic. diui Adr. tol. Quartò, quando habet mandatum ſpeciale circa aliquid, poteſt omnia ſimilia, in quibus requirit ſpeciale mandatum, vt eſt caſus in c. qui ad agendum. de proc. in 6. quod eſt verum, dummodo non ſint maiora expreſſis. vt no. gl. in c. ſi. de proc. in 6. Et facit quod no. doc. in l. ſed & ſi qs. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. Quintò, quando quis eſſet conſtitutus procurator, & ipſe ignoret, quamuis actû faceret vt procurator, tamen non valet. de quo per Bar. in l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. ff. de neg. geſt. & Ioan. de Imo. in l. multum. ff. de condi. & dem. facit quod no. Io. And. in c. is qui à procuratore. de procu. in 6. & no. Bal. Raph. & Imo. in l. qui teſtamento. ff. de teſtam. & econtra, ſi ſciret ſe eſſe conſtitutum procuratorem, & antequã acceptet, aliquid nomine domini facit, non valet. vt no. Inn. & Hoſt. in d. c. is qui. & Ioan. de Imo. in l. qui in domini. ff. de teſt. ſed hoc non placet, quia eò ipſo, q ſcit ſe procuratorem, & aliquid nomine domini facit, videtur acceptare, vt in Cle. 1. de procur. & ſtatim in fin. dicam. Sextò, eò ipſo, q probat, q abſentis procurator negotium acceptauit, præſumitur mandatum acceptaſſe, vt eſt tex. in Cle. 1. de proc. & no. Bar. in l. ſi. ff. de proc. & facit optimè l. filiusfam. ad Maced. Septimò, qualiter probetur mandatum procuratoris, vide Bar. in l. non ſolùm. §. 1. ff. de procur. & per conſequens quando dicatur dubitari de mandato. dic, vt ibi per gl. Bar. & doc. & per gl. Cyn. & doc. in l. 1. C. de procu. Fortius dico, q eò ipſo, q eſt litem conteſtatus vt procurator, vel ſit habita pro conteſtata, ſtatim præſumitur procurator, licèt aliter non conſtet de ſuo mandato, donec probet contrarium. vt no. Inno. in c. quoniam contra. de proba. & no. Ang. & Ioan. de Imol. in l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. & econtra, eò ipſo, q etiam poſt litem côteſtatam dictus procurator effectus eſt vnus ribaldus, licèt aliter non conſtet de reuocatione, præſumitur reuocatus. vt l. ſi cum Cornelius. & quod ibi Bar. ff. de ſol. in fin. Octauò, quando plures procuratores côſtituũtur, an vnuſquiſq; habeat mandatum inſolidum, etiam ſi non diuidatur? dic, q non. vt l. ſi pluribus. ff. de procu. & ibi glo. Bar. Bald. & doct. ſecus in pluribus tutoribus, quia quilibet inſolidum habet adminiſtrationem. vt no. glo. & doct. ibi, & no. latè Bar. in l. 1. §. ſi plures. ff. de exer. Et ideo dicitur in mandatis, & quemlibet eorum inſolidum, ita q conditio vnius non ſit melior occupando &c. ſed quod vnus incœperit, alter poſſit proſequi, & finire, tunc enim alius poteſt proſequi incœpta per alium, etiã lite conteſtata, vt c. ſi duo. de procu. in 6. quod eſt verum ſecundum Bal. in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. niſi aduerſarius cô-
6 tradicat. dic, vt ibi per Bal. ¶ † Aduertas tamen, q quando côſtituo plures procuratores, & vtrunq; ipſorum licèt non dicatur inſolidum, tamen illud verbum, vtrunq; ipſorum, importat, q quilibet intelligatur inſolidum conſtitutus. vt no. Bald. Rapha. & Imo. in l. ſi ita. ff. de iniuſto teſt. quod no. ¶ In glo. cuicunque. in fin. dic, q iſti omnes prohibentur eſſe procuratores, niſi fuerint litem conteſt. quia tunc quamuis fuerit miles, fœmina, vel minor, tamen non poſſunt remoueri. vt l. ita demum. & ibi glo. & doct. & l. ex agendi. & ibi doc. C. de procu. Et non eſt mirum, q̃a talis exceptio procuratoris, q non habet ſufficiens mandatum, vel q non poſſit eſſe procurator, debet ante litem côteſt. opponi, aliàs habilitatur perſona procuratoris, vt ibi latè per Bar. ſed exceptio falſi procu. ſemper poteſt opponi. vt l. licet. C. de procur. Multi tamen prohibentur eſſe procuratores, quandoq; ratione perſonæ conſtitutę, quandoque ratione formę. de qua plenè in Spec. de procur. §. 1. & 2. & quaſi per totum. ¶ Et aduertas, q ea geſtis per procuratorem in iudicijs quæritur vti-
7 lis actio domino ſine ceſſione. vt l. in cauſæ. §. ſi. ff. de proc. † Et ſic procurator poſt litem à ſe conteſta. eſt directò dominus inſtantiæ, & dominus eſt vtiliter dominus inſtantiæ. vt d. §. fin. & ideo poteſt citari, & ſi comparet, & vult litigare, poteſt cû inſtantia, & ſic tutela iudiciaria fit eo volente in dominum vtiliter. ita dicit Bar. in l. ſi furioſo. ff. de re iud. & l. 1. C. de ſenten. & ibi Bal. Ang. & Sal. Et eodem modo procurator côſtitutus à domino poſt litem à domino conteſtatam efficitur dominus reſiduæ inſtantiæ, quam primum poſtquam ipſe comparuerit, & ſecerit aliquem actum contradictorium. vt no. in l. nihil. & ibi gl. Cyn. Bar. Bal. Sal. & Ang. C. de procur. ſicut procurator à principio conſtitutus efficitur dominus inſtantiæ poſt litem conteſtatam à ſe. vt l. nullam. & l. procuratoribus. C. de procu. facit l. ab executore. §. 1. & quod ibi dixi. ff. de appel. & in c. 1. de procurat. in 6. ¶ Ex quo ſequitur, q poſt litem côteſtatam, cum fuerit effectus dominus inſtantiæ, q etiam ille procurator, qui fuit conſtitutus poſt litem conteſtatam, & fecit aliquem actum in meritis cauſæ, poteſt alium procuratorem conſtituere, & ſubſtituere. vt no. Bar. in d. l. nihil. & habetur in d. c. 1. de procur. in
8 6. Et tene menti, † quod poſt litem conteſtatam non poteſt procurator ſine iuſta cauſa remoueri. vt d. l. & poſt litem. ff. de proc. niſi ſpontanea ſua voluntate remoueatur, & tunc caſu, quo fiat mutatio inſtantiæ, vel in dominum à procuratore, vel de domino in procuratorem, poteſt id fieri paucis verbis, quia dicatur libellum porrectum per dominum meum, ego etiam reproduco, & litem côteſtatam factam per eum, ego etiam reproduco, & ſic ſigillatim nominando omnia acta ſubſtantialia, tunc dicitur mutari iudicium de vna perſona in aliam, & valet tranſlatio, vt eſt gl. ordi. in l. mutari. ff. de procu.

De ſatiſdationibus.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus olim actione perſonali an ſatiſdabat.*

SAtiſdationum. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes. Primò ponitur, quid iuris erat olim circa ſatiſdationem in iudicio, ſiue quis agebat noĩe ſuo, ſiue vt procurator. Secundò, qd iuris ſit hodie. Tertiò, extendit hanc legẽ ad oẽs prouincias. ſecũda ibi, Sed hodie. tertia ibi, Quã formã. Et h. d. principiũ huius tituli vſq; ad §. ſed hodie. Olim conuentus actione reali, ſatiſdabat ſiue ſuo, ſiue alieno noĩe conueniebat, ſed agẽs reali, nullam ſatiſdationem præſtabat, ſi ſuo nomine agebat, ſecus ſi procuratorio nomine, quia ſatiſdabat ratam rem dominum habiturum. Agens verò perſonali, ad ea cogebatur, ad quę agens reali, conuentus verò alieno nomine ſatiſdationem præſtabat iudicatum ſolui, ſi alieno nomine faciebat, ſi verò ſuo, ad nullam ſatiſdationem cogebatur. h. d. ¶ No. ibi, per vſum. q lex tollitur per contrarium vſum. de quo latè dixi ſupra in procemio §. igitur. ¶ No. ibi, aut cum eo agendi. q quando aliquis nõ præſtabat iudicatum, ſtipulatio iudicatum ſolui non habebat executionem paratam, ſed opus erat, vt contra principalẽ, vel defenſores de nouo ageretur. de quo in l. 1. & ibi Bar. ff. iudic. ſolui. ¶ No. regulam, quòd nemo eſt alienæ litis ſatis idoneus
1 defenſor ſine ſatiſdatione. ¶ † In gloſſ. non cogebatur. in fin. dic ſecundum Ioan. Fab. quòd hæc glo. rectè loquitur, quæ ſupponit, quòd olim conuentus actione perſonali non ſatiſdabat. & idem dicit ff. de mino. l. ſi procurator meus. Sed contrarium dicit in rubr. ff. iud. ſol. pro qua ff. de ſolu. l. cum quis. §. de peculio. & ibi etiam not. Sed iſtam glo. dicit veriorem per iſtum tex. & per l. hæc autem. § ſi. ff. ex qui. cau. in poſſ. Et hoc etiam ſequitur Dyn. & Bar. in d. rubr. &c.

SVMMARIVM.

1 *Agens ſuo nomine an ſatiſdare cogatur.*
2 *Litem proſequi quis non tenetur.*
3 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti quando ſit liberatus & nu. 4*
5 *Poſſeſſiones alibi ſita an proſint, vt quis ſatiſdare non teneatur.*
6 *Poſſidens multa mobilia an a ſatiſdatione excuſetur.*
7 *Forenſis an teneatur præſtare cautionem de iudicato ſoluendo.*

Sed hodie. Hodie conuentus ſuo nomine quacunque actione non ſatiſdat iudi. ſolu. ſed in iudicio ſiſti (ſi non poſſidet immobilia) quæ aliquando eſt cum fideiuſſore, aliquando non. hoc dicit. ¶ Not. ſummarium. ¶ Not. quòd cautio ſit, & præſtari debet diuerſimodè ſecondum qualitatem perſonarum. ¶ In gl. nullam. in fin. Iſtas cautiones de iure actor debet pręſtare, & conceditur ſibi citatio antequã porrigat libellum, ut no. in d. §. 1. & in authen. generaliter. C. de epiſc. & cler. ſed talis cautio de conſuetudine non ſeruatur. dic vt latè per
1 gloſ. Bartol. Bald. Salic. in d. authen. generaliter. † Sed quod hic dicitur, q agens ſuo nomine non cogitur ſatiſdare, eſt verum quando ſimpliciter ſuo nomine, & ad ſui ſolam vtilitatem, & actio ſit propria, ſecus autem ſi actio ſit cum alio communis, & tunc licèt agat ſuo nomine, tamen agit etiam ad vtilitatẽ alterius, & ideo debet de rato cauere, vt eſt patet in actione de dote, ut l. ſecunda. §. voluntatem. cum l. ſequent. & quod ibi no. & ibi Rapha. hoc dicit. ff. ſolu. matrimo. ¶ Et aduertas in
2 eo, quod glo. dicit, † quod debet cauere vſque ad fin. proſequi,
quia

quia illud eſt verum, niſi renuntiauerit liti. vt l. poſtquam liti.
C.de pact. quia renuntiando liti, dicitur proſequi litem vſque
ad finem. & vult Bal. in d. auth. generaliter. ¶ In gl. in iudicio. in
fi. no. gl. quod d. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. licet ſit antiqua, li
mitat tamẽ, & reſtringit iſtam legem nouam. facit quod no. gl.
in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & facit l. non eſt nouum. cum
l. ſeq. ff. de leg. ¶ Et aduertas, quod iſtud, quod dicitur, verũ poſſi
deat immobilia &c. non habet locum in cautionibus, quas pr
ſtat actor, vt in gl. præcedenti, in fi. quia quamuis poſſideat im-
mobilia, quia tali caſu actor poteſt mitti in poſſeſſionem bono
rum rei ſecundum menſuram debiti declarati, vt in authen. ei
qui. C. de bon. autho. iud. poſſi. ſecundum Bal. in d. auth. genera
liter. ¶ In gl. ad terminum. in prin. ibi, eſt tempus diffinitiuæ ſen
3 tentiæ. dic, vt l. Græce. §. 1. ff. de fideiuſſo. † Et ſic lata ſentẽtia, quę
apprehendit principalem, ſtatim eſt liberatus fideiuſſor de iudi
cio ſiſti. ſin autem lapſa eſt inſtantia, etiam fideiuſſor eſt libera-
tus, vt l. ſi ſeruus. ff. de diuer. & tempo. præſcr. vt no. gl. in l. pen.
C. de fideiuſſo. & idem ſi eſt appellatio interpoſita, quia ſiue ſit
fideiuſſor iud. ſolu. non tenetur ex ſententia iudicis appellatio
nis, vt l. cum apud. & quod ibi gl. & Bar. ff. iud. ſolu. quod intel-
ligas, vt ibi habetur, niſi latè fuerit receptus, quia promiſit per
quencunq; iudicem fuerit iudicatum, vt ibi habetur, & ibi dixi,
quia tunc etiam quamuis ſit appellatum, tenetur etiam ſi ſit de
iudicio ſiſti. vt no. glo. in auc. de his, qui ingre. appel. circa prin.
4 col. 6. ita dixit Bar. in d. l. Græce. §. 1. ¶ † In ea. glo. ibi, vltra duos
menſes, dic tu immo vbi actor fuit negligens in agendo, tunc
fideiuſſor de iudicio ſiſti tenetur intra duos menſes, & non vl-
tra, ſecus ſi proſecutus eſt iudicium, quia tenetur vſq; ad ſentẽ-
tiam. vt d. l. Græce. §. 1. & ibi Barto. ſecundum Petr. Vnde in hoc
conclude, ꝙ quãdoque quis promittit aliquem exhibere intra
certum tempus, & tunc habet locum l. antepen. C. de fideiuſſo.
quæ incipit, ſancimus. Quandoq; aliquis promittit aliquem ex-
hibere, vel ſiſtere ſimpliciter, & tunc aut hoc promittit, cũ nul
la eſſet lis, in qua eius perſona requirebatur, ſeu ex alia cauſa.
Aut hoc promittit in lite, ſeu litis occaſione. Primo caſu, aut fi-
deiusſit in ſcriptis, & tenetur perpetuò, ſecundum doct. quod
intellige ſecundum Sal. donec lis inchoetur, & poſt inchoatio-
nem vſq; ad ſententiam, vt infra dicam. Aut fideiusſit ſine ſcri-
ptis, & tunc aut in cauſa publica, & idem. vt d. l. penul. in fi. aut
in cauſa priuata, & liberatur per curſum quatuor menſium, vt
d. l. pen. Si verò fideiusſit in lite, vel litis occaſione, tunc ſi qui-
dem actor negligit, & differt litem, & tunc idem, quod ſupra di
xi, quando hæc promisſio facta fuit non litis occaſione. Si verò
non negligit, ſed litem proſequatur, & tunc tenetur exhibere
reum vſq; ad ſentẽtiam. vt d. l. Gręce. §. 1. & ita dicit Bal. & Sal.
in d. l. penul. ¶ In ead. glo. in fi. dic, vt dixi ſupra. In gl. ſatiſdatio.
ibi ſed intereſſe tantum, quod intereſſe (vt dicunt quidam) eſt
totius rei æſtimatio. vt no. in l. 2. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. quod
eſt verum, quando nunquam comparuit. ſin autem pro vna die
fuit contumax, pro eadem die intereſſe tantũ præſtabit, ꝓ hoc
facit l. 1. §. fin. ff. ſi quis in ius vocan. non ier. vel etiam dicas ſe-
cundum Bar. in d. l. 2. §. fin. quòd fideiuſſor teneatur ad verum
intereſſe, hoc eſt quòd in veritate probabitur aliter, quàm per
contumaciam rei, non autem ad id, quod petitum eſt, vt ibi per
Bar. ¶ In ea. gl. ibi, l. antepenul. intelligas diſpoſitionem illius le-
gis procedere in caſu ſuo, videlicet, in ſtipulatione prætoria, &
iudiciali, non autẽ in ſtipulatione conuentionali, vt ibi no. Bal.
Ang. & Sal. vt no. Bar. in l. 4. circa fin. ff. de cuſto. reo. quod no.
quia anno præterito habui Bononiæ de facto. ¶ In ead. ibi, ſed
quid ſi poſſidet immobilia, intelligas ſecundum Iaco. de Aret.
& ꝙ ſuperſit tantum, quod ſufficiat ad ſumptus, vt argu. l. ſi ve-
rò. §. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. & facit, quod no. glo. in auth. & qui.
5 C. de bon. autho. iudic. poſſi. ¶ † Quærit Ioan. Andr. an poſſeſſio
nes alibi ſitæ proſint? & videtur, ꝙ ſic, in l. fi. C. de princip. agen.
in rebus. lib. 12. ſed ipſe tenet contrarium. ff. qui ſatiſda. cogan.
l. de die. §. tutor. pro quo tu alleg. eandem l. §. hæres. & §. planè.
& l. 2. §. dubitetur. ff. de iudic. quod intelligas verum ſecundum
Ioan. Fab. ſi poſſideat in alia iuriſdictione, quia ſi in eadem, vi-
6 detur, ꝙ ſufficiat. eo. ti. l. ſi fideiuſſor. ¶ † Quid ſi non poſſidet im
mobilia, ſed multa mobilia in platea, ita ꝙ nõ eſt veroſimile ꝙ
recedat? & dic, ꝙ excuſat à ſatiſdatione. vt arg. l. 4. & l. vinum.
ff. de vino triti. & ita dicit Bar. in d. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.
in prin. ¶ In gl. promisſioni. in fi. dic, hæc glo. & glo. in d. l. ſcien-
dum. tenent, ꝙ quamuis poſſideat immobilia, tenetur tamen iu
rare, ꝙ ſiſtet, quod non ſeruatur conſuetudine. & hoc tenent
doct. in d. l. ſciendum. & Bar. licèt pro gl. multum faciat. d. l. fin.
C. de princ. agen. in rebus. Et dicas, ꝙ idem, quando nullam cau
tionem præſtare poteſt, quia opus eſt, vt iuret. vt auth. generali-
ter. C. de non. nu. pec. & l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. &
cler. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falc. l. cum non facile. & auth. ſi
7 cui relictum. C. de indi. vidui. tollen. ¶ † In gl. pro qualitate. ibi,
ſecundum diſtinctionem. Quid ſi forenſis conuenitur? dicas,
ꝙ non habet locum iſte §. vt no. Specul. in ti. de procurato. ver.
ſed pone Titius. Item iſte §. fallit, vbi res mobilis petitur, nam
tunc ſi ſit ſuſpicio, ſequeſtratur, vel cautioni exponitur. vt ff.
qui ſatiſda. cogan. l. ſi fideiuſſor. §. ſi. item in alio caſu l. 2. §. ſed
& ſi dubitetur. ff. de iudic. &c.

SVMMARIVM.

1 *Opponi non poteſt contra mandatum factum apud acta.*
2 *Procurator agens præſente domino, & confirmante, non poteſt defe-
ctu mandati repelli.*
3 *Dominus quando releuet procuratorem a ſatiſdando.*
4 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo, etiam ſimpliciter acceptus ſine ex-
preſſione nominis iudicis, lata ſententia liberatur.*
5 *Mandatum quando dubium dicatur.*
6 *Procurator admittitur cum cautione reo docente ſemiplenè de reuo
catione mandati.*
7 *Mandatum procuratoris quomodo doceatur.*
8 *Cautio de rato quomodo interponitur.*
9 *Procurator cauere debet de defendendo eum, pro quo agit, caſu quo
alias reus velit ipſum actorem reconuenire, etiam ex internallo.*
10 *Pater in bonis filij nõ cõſtituit procuratorẽ ante litẽ a ſe conteſtatã.*
11 *Executores vltimarum voluntatũ an procuratorem habere poſſint.*
12 *Procurator conſtitutus a pupillo cum auctoritate ſui tutoris, an per
ſolum tutorem reuocari poſſit.*
13 *Pater agens pro filio an, & quando cauere teneatur.*
14 *Coniunctus non admittitur pro coniũcto, niſi cum cautione de rato.*

Sinautem per procuratorem. ¶ Procurator do
mini actoris,
uel quaſi, ſatiſdat de rato, ſi dubiũ fuerit de mandato procura-
toris rei, & ſi de mandato certũ eſt, cæterũ, cauet iudic. ſolui cum
omnibus clauſulis opportunis, pro quo reus poteſt exiſtere fi-
deiuſſor, quæ fideiuſſoria obligatio hypothecariam habere de-
bet annexam, quæ ſtipulatio iudicatum ſolui ꝯ hæredẽ fideiuſ-
ſoris porrigitur. tenetur etiã idẽ procurator, ſi reus fuerit litẽ
conteſtatus, cauere, ꝙ ipſo tempore ferendę ſententię reus in
iudicio paratus erit, alias fideiuſſor pro eo intercedens tenebi-
tur pro eo, quod fuerit mandatum, niſi prouocatio intercedat.
h. d. ¶ No. ibi, actis inſinuatum. ꝙ contra mandatum factũ apud
1 acta, non poteſt opponi. † de quo dixi ſupra eod. in prin. Et ideo
ſi tu potes, ſis ſemper cautus, ꝙ facias procuratorem tuum co-
rãm iudice ſedente pro tribunali, & præſente aduerſario tuo,
a tunc. n. dicitur mandatum factum, & datum apud acta,[a] cui po
ſteà aliquid opponi non poterit, ita videtur tex. & gl. & ibi Cy.
Bar. & omnes doc. in l. noica. C. de ſatiſda. ¶ No. ibi, confirmaue
2 rit. ꝙ † quando procurator agit pręſente domino, & confirmã-
te, nõ poteſt procurator repelli defectu mandati, vel vbi domi
nus mittat literas aduerſario, vel iudici. vt l. ſi quis procurato-
rem. ff. de procur. ¶ No. ꝙ procurator cogitur cauere dominũ
ratam rem habiturum, quãdo dubitatur de ſuo mandato; & idẽ
3 in omni adminiſtratore. ¶ † No. ibi, fideiuſſor exiſtat. ꝙ dominus
etiam extra iudicium poteſt ꝓ ſuo procuratore fideiubere, &
releuare eum ab omni onere ſatiſdandi fideiubendo pro eo no
tario, qui de ſuo mandato eſt rogatus, vt l. ſi defunctus. in prin-
cip. ff. de procur. ¶ Sed aduerte, quòd licèt glo. in d. l. ſi defun-
ctus. §. 1. dicat, quòd ſi dominus ſatiſdat ꝓ ſuo procuratore, vt
hic, ꝙ releuatur procurator ab onere ſatiſdandi. tamen Bar. ibi
dicit hoc fore verum, ſi dominus poſſidet immobilia, aliàs au-
tem ſicut ipſe teneretur firmare perſonam ſuam alijs fideiuſſo-
ribus ſuis, vt l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogan. eodem modo per
ſe non poſſet firmare procuratoris perſonam. Item propter ip
ſam cautionẽ præſtitam à domino, aduerſarius non plus habe-
ret, quàm habebat primò, igitur &c. Vnde tali caſu, quando do
minus non poſſidet immobilia, debet dominus volendo dictũ
eius procuratorem ab onere ſatiſdandi releuare alios fideiuſſo
res dare, ita not. dicit ibi Barto. quod bene no. ¶ No. tex. in fin.
4 ibi, niſi fuerit prouocatum, &c. quòd hic eſt caſus, † ꝙ fideiuſ
ſor de iudicato ſoluendo etiã ſimpliciter acceptus ſine expreſ-
ſione nominis iudicis, vel talis iudicis, ꝙ liberatur, ſi fuerit lata
ſententia,

ADDITIO.

a Apud acta. Adde, quòd ſi notarius actor dicat ſe rogatum de mandato, ſuffi-
cit ad legitimandum iudicium. Lud. Rom. conſ. 1. Aliàs Fulgo. conſ. 195. inci.
quidam procuratorio. Iaſ. in l. 5. C. de procur. Purpur.

ſententia,& poſteà appellctur,etiam ſi prima ſententia per in-
dicem appellationis fuiſſet cõfirmata, vt hic eſt caſus.ut ibi no.
glo.& doc.in l.2.C. de procurat. quia ea ſententia confirmãte
ageretur,& non ea prima confirmata, vt l.aſſe toto.ff.de hęred.
inſtit.ſecus ſi reus principalis appellaſſet, & non fuiſſet proſe-
cutus appellationem,quia tunc cum agatur ea prima ſentẽtia,
iuxta no.per gl.& doct.in l.eos. in princ.C.de appel.& ego latè
dixi,& dic,vt ibi dixi in l.ſi expreſsim.ff.de appel.neceſſario ſe
quitur,ꝙ fideiuſſor tenetur.ita dicit Bar.in l.pen.ff.iudic.ſol.&
doct.in d.l.2.¶ In glo.habiturum ibi l.ratum. dic,ꝙ iſta ſtipula-
tio rati committitur ad intereſſe,& ſic ad totale, vel particula-
re intereſſe,prout ratũ pro parte,vel nullo modo habetur. vt l.
ſi procurator.ff.rem ra.ha.& no.glo.& Bart.in l.4. §.Cato.ff.de
5 verb.oblig ¶ † In eadem ibi,aut dubium eſt.aducrte,quia glo.in
d.l.1. C.de procurat.dicit,ꝙ negatiuè efficitur res dubia.vt l.1.
C.de his,qui ad lib.procla.non licet.Sed probatur,quia ſecun-
dum hoc,negotiatio,quæ debet eſſe vtilis neganti, ſibi obeſſet,
quia procurator cum cautione de rato,admitteretur.Vnde do-
ctores ibi dicunt , ꝙ dicitur eſſe dubium de mandato , quando
procurator docet de ſuo mandato,vel per vnum teſtem,vel qñ
producit mandatum,contra quod opponitur,vel producit lite
ras cum ſigillo.iuxta l.ſi quis procuratorem.ff.de procura.tunc
ad ſupplementum admittitur cum cautione de rato ; quod eſt
verum in procuratore ſimplici , ſed in procuratore in rem ſuã
non admittitur,niſi plenè doceat de mandato.vt no.in l.non ſo
lum.§.qui alieno.ff.de procura. & uide,quod ibi no gl. Bar.Bal.
6 & hoc vult Bal.& Sal.in d.l.1. ¶ † Quid autẽ ſi procurator oſten
dat mandatum, & reus doceat ſemiplenè de reuocatione? dic,
ꝙ admittitur cũ cautione de rato.vt l.vulgò.ff.de adm.tuto.ita di
7 cunt omnes doc.in d.l.1. ¶ † Quæro,quomodo doceatur de mã
a dato? dic,inſtrumẽto publico,vel etiam teſtibus,ᵃ quia cũ pro-
curator poſſit conſtitui per nuntium. ut l.1.§.1.ff.de proc.ergo
poteſt probari per teſtes,& per cõſequens procurator vr̃ habe
re poteſtatem à lege,docendo de mãdato,ſicut delegatus,ſi du-
bitatur de ſua delegatione,poteſt cognoſcere,vtrum ſit delega
tus, vel non. ut l.s.cum ibi not.C.ſi contra ius, vel utili. publi.
8 ¶ † Quæro,quomodo interponetur iſta cautio de rato? Reſpon
deo, ꝙ promittet dominum ratum habiturum quicquid coge-
retur habere ratum, ſi per ſe litigaſſet. vt l.ſed & hæ. §.defende
re.ff.de procurat. Et tu addas rationem , quia per interuentum
procuratoris non debet fieri deterior conditio aduerſarij , qa
immo debet eſſe in tali ſtatu,in quo eſſet,ſi dominus per ſe liti-
gaſſet,vt l.s.§.defendi.ff qui. ea cau.in poſſ.ea.& ibi glo.Barto.
9 Ang.& Raph.¶ In ea.gl.ibi,præſtat.n.aliã cautionẽ.no.ꝙ † pro-
curator tenetur cauere de defendẽdo eum,pro quo agit , caſu,
quo aliàs reus velit ipſum actorẽ reconuenire,etiam ex inter-
uallo.ita no.gl.in d.l.ſeruum quoq;.§.ſi.cum l.ſeq.& ibi Bar. &
l.actione.& ibi Bar.& docto.C.de procur. & in l.& ideo.§.2.ff.
re.amo.per tex.& ibi no. Bar.in l.1.C.de ſatiſd. licèt Vltramon.
in d.l.actione.dicant contrarium.& glo.ſequitur Guil.de Cug.
Iaco.Butr.Raph.& Saly.in d.l.actione. ¶ Verumtamen aduertẽ
dum eſt, ꝙ reus debet iurare, ꝙ non calumniæ cauſa illam cau
tionem petit, & ꝙ nõ cauſa differendi, ſed vt poſſit iura ſua,&
aduocatos procurare,& iudex certam quãtitatem, vſq; ad quã
velit reum conueniri, taxabit. ut l.ſi finita. in princ.ff. de damn.
infec.ita eleganter dicit Saly.in d.l.actione.dic,vt ibi. ¶ In gl.ta
10 les perſonæ.in prin.ibi,† vt ſunt patres in bonis filij.coniuncto
ibi,quod intelligendũ &c.no.ꝙ pater in bonis filij,licèt ſit eius
legitimus adminiſtrator,vt lucretur fructus, tamen non poteſt
procuratorem conſtituere ante litem à ſe conteſtatam. & item
no.glo.in l.1.C.de bonis mate.Sed omnes doc. ibi tenent cõtra
rium, cum ibi adminiſtret etiam ad commodum ſui , cum ha-
beat vſumfructum , ſicut dicimus de prælato , qui licèt habeat
ad ſimilitudinem vſufructuarij,ut in c.pręſenti.de offic.ordi.in
6.& no.gl.& Bar.in l.1.C.de procur.tamen procuratorem con
ſtituit ante litem conteſtatam, vt in Auc.de ſantiſſi. Epiſco.§.ſi
quando.¶ In ead.ibi,item magiſtratus.no. ꝙ magiſtratus muni
cipalis ꝓ ſua ciuitate,vel municipio poteſt agere, vt eſt ẽt tex.
in l.3.§.planè.ff.quod vi,aut clam.cum ibi no. ¶ In ea.ibi, iſti.n.
11 poſſunt per alterum inferre. iſte tex.facit, † ꝙ executores vlti-
marum volũtatum poſſunt habere procuratorem in eo , quod
generaliter loquuntur de omni perſona,quæ alienarum rerum
adminiſtrationem habet etiam ante litem conteſta.& eſt ratio,
quia ipſi habẽt actionem ſuo nomine, vt eſt executor ſimplex,
ergo &c. vt arg.l.ſed ſi unius.§.procuratorem.l.s.ff.de iniur.ita
dicit Cyn.C. de epiſ. & cler.in l.id quod pauperibus. & 6.q. 2.
c.partis. ¶ In ead. ibi.l.neq;. dic,de hac materia habetur ibi per
12 a Cyn.Bar.Bald.Sal.& Ang. Et aduertas,ꝙ ibi Bar.quærit,† pro-
curator fuit conſtitutus à pupillo cum authoritate ſui tutoris
(vt ibi dicit litera)an poſſit per ſolum tutorem reuocari?& de-
terminat,ꝙ ſic,quia ipſe ſolus hoc facere poſſet,ſicut ſi fuiſſet à
tutore ſolo poſt litem conteſtatam creatus.alleg. Inn.de poſtu.
præla.cap.bonæ.quia eo ipſo, ꝙ tutor reuocet, non eſt; vbi vo-
luntas tutoris non eſt, ergo procurator eſt reuocatus,& idẽ vo
luit Bar.in l.actor.ff.rẽ ra.ha.& idẽ voluit Bar. & doc.in l.ſi epi
ſtolam.ff.de acq.hære.in procuratore conſtituto à prælato cum
conſenſu capituli , quia prælatus ſolus poteſt reuocare. Et pro
hoc facit,quod no.Pet.de Ancha.in Cle.1.de procura.Prædicta
procedunt,quando procurator eſt conſtitutus à pupillo cũ tu-
toris authoritate poſt litem conteſt.quia ipſe ſolus tutor poſſet
ipſum cõſtituere.vt in regula,nil tam naturale.ff.de reg.iur.Sed
ante litem conteſtatam ſi conſtituatur, tunc tutor ſolus nõ poſ
ſet reuocare,quia ipſe ſolus non poſſet conſtituere.vt d.l. neq;.
Et ita vult Inno.in c.ad hęc.de teſtib.Bar.Bal. & Sal.in d.l.neq;.
Sed aduertas,ꝙ quando pater agit,vel ꝑ procuratorẽ cõſtituit,
facias ſemper,ꝙ filius,ſi eſt legitimæ ętatis, cõſentiat.vt eſt tex.
in l.ſi.§. vbi autem.C. de bon.quæ lib.de quo dic, vt dixi ſupra
de act.§.actiones autem de peculio.in verſic. quod facit ſecun-
dum Raph.ad id quod dicitur &c. ¶ In ead.ibi.§.defenſionem.
dic,vt ibi no.gl.cõtrarium in patre.& etiam aliter no. gl. in d.l.
ſi §.vbi autem.C.de bon.quæ lib.& de quo dic,vt dixi ſupra de
act.§.actiones autem de peculio.in verſi.quod facit,ſm Ray.id
quod dicitur &c.¶ Vnde Bar.in d.§.vbi autẽ.in effectu facit tres
13 caſus, ſm Iaco. † Aut pater agit vt legitimus adminiſtrator, &
tunc non cauet de rato.vt d.§.defenſionem.aut vt quilibet ex-
traneus,& tunc cauet.vt no.gl.in d.§.vbi autem.per l.ſi filius.ff.
qui ſatiſd.cog.Aut agit ſuo nomine propter cõionem,quam ha
bet cum filio,tunc pater cogitur cauere rem ratam habere.vt l.
2.§.voluntatem.ff.ſol.ma.Sed in primo membro hoc vr̃ contra
d.§.vbi autem.vbi adhibetur etiam conſenſus filij. Sed reſpon-
det Bar. ſm Iac.ſ. tacitus , quia tacitè videtur conſentire. Præ-
tereà Bar.dicit,non video ad quid talis cautio poſſit committi,
nam aut filius non habet ratum , & pater tenetur nomine ſuo ,
& filio repudiante.vt ca.l.ſi.§.ſin autem recuſante.Aut filius ha
bet ratum, & ſtipulatio non poteſt committi, igit̃ &c. Sed hoc
non placet ibi Ang.quia tex.ibi expreſsè requirit conſenſum fi
lij.Prætereà,ſm Bar.ſequeretur,ꝙ filius,qui adeundo fuit effe-
ctus hæres,propter hoc non habendo ratum,non deſineret.qđ
eſt falſum.vt l.& ſi fine.§.ſed quod Papinianus.ff.de min.meri-
tò tenet,ꝙ etiam qñ pater vt legitimus adminiſtrator filij agit,
cauere debet de rato,& hoc expreſsè voluit ibi Cyn. quem ſe-
quitur etiam ibi Sal.& Dyn.in c.ratum.de reg.iu.in 6.Et iſta eſt
tenenda per d.§.vbi autem.qui apertè,& clarè loquit̃.¶ In ead.
gl.ibi,ſed ꝙ reus damnum non ſubibit.dic, (& effectus eſt ma-
gnus) qa ſi cauet de rato , ſiue ſit tutor, ſiue non, ſemper tene-
tur, & ſtipulatio committit̃, ſi pupillus non habet ratum, ſaltẽ
ad ſumptus. vt l. ſi fine.§.cum autẽ.& § Marcellus.ff.rem ra.ha.
Sed iſta cautio,videlicet,ꝙ reus damnum non ſubibit,nõ com-
mittitur ſi eſt tutor,igit̃ &c.ita dicit gl. Dy.& Bar.in d.l.vulgo.
¶ In ea.ibi,ſupra dictæ perſonę nõ ſatiſdãt.dic tu,immo omnes
ſatiſdant,cum negat eorum fundamentum. vt l.1. C.de eo, qui
pro tuto.vel cura.nego.geſſit.Et addas omninò, qđ no. Bar. in
l.2 §.de fundi.ff.de bo.auc.iud.poſſi.& in c.cum in iure.de offi.
14 deleg. Et pro † prædictis poteſt adduci , quod dicimus de con-
iuncta perſona,quæ licèt mandatũ habeat à lege, vt l.ſed & hę.
ff.de procu.tamen nunquam auditur, niſi cum cautione de ra-
to , vt ibi. & eſt tex. in l.3.§.1.ff.iu.ſol. & no.in l. maritus.C.de
procu.etiam ſi eſſet maritus pro vxore ſua, vt ibi,& pater pro
filia.vt d.l.2.§.voluntatem.& l.non ſolum.ff.ſol.ma.& ſi inſtru
menta vxoris penès maritum reperiantur,& mulier ſcit, vide-
tur vir mandatum habere,nec eſt opus cautione de rato.vt l.ſi.
cum ibi no.per gl.& doct.C.de pac.conuen.Sed dicas tu,ꝙ hoc
non eſt mirũ,quia in quolibet extraneo,penès quem monumẽ
ta cauſę alterius reperiuntur,ꝙ admittatur vt procurator cum
cautione de rato,quæ præſumitur procurator,vt no.in c.corã.
de offi.dele.& no.Bar.in d. l.vulgo, in ſi.ff.de admin.tuto. ergo
multò magis admittitur coniuncta pro alia coniuncta,etiã ſine
cautione,qñ illa perſona cuius noie agitur,ſcit, & patitur &c.

SVM-

A D D I T I O.

a Etiam teſtibus. Adde quòd ita tenuit formaliter gl.iuris cano.in c.1.de pro-
cu.extra,ad quam adde aliam de iure ciuili ita tenentem. & ibi Barto.in l.
maritus.C.de procu.iſta eſt conſ.per doc.tradita in l.1.C.de procu.quam ſin
gulariter limitabis non procedere, quando eſſet mandatum factum ad ſolu-
tionem recipiendam. ſecundum Bal.in l. falſus.in 20. columna. in fin.ff.de
furt.& per Alex.in dicta l.prima.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinem quæ ſit ſequenda.*
2 *Executio ſine nouo proceſſu an fiat in fideiuſſorẽ de iudicato ſoluẽdo.*
3 *Stipulatio iudicatum ſolui meretur executionem ſicut ſententia.*

Si vero reus. ¶Alienæ litis defenſor nemo legitimus cẽ
ſetur, niſi ſatiſdet, ſiue habeat mandatum,
ſiue non, & procurator interueniens etiam poſt litem conteſta
tam teneť ſatiſdare, h.d. ¶No. ꝙ nũquam admittiť aliquis defen
dens conuentũ, niſi ſatiſdet. facit l. ſi fideiuſſor. ff. de interroga.
actio. ¶No. ꝙ nullus eſt idoneus defenſor alienæ litis, ſiue in a-
ctione reali, ſiue in ꝑſonali, niſi ſatiſdet iudicatum ſolui. ¶ No.
a ibi à quotidiano iudiciorũ vſu. ꝙ experiẽtia * eſt rerũ magiſtra.
1 ¶†No. ꝙ aliæ ciuitates inferiores debent ſequi conſuetudinẽ ci
uitatis Metropolitanę, & oẽs ciuitates debent ſequi conſuetudi
nẽ ciuitatis Romanæ. Sicut.n. quælibet ciuitas habet ſuas cõſue
tudines, ita illis deficientibus, recurrendũ eſt ad ciuitatẽ Roma
nã, vt eſt tex. in l. de quibus. ff. de le. ¶ In gl. ſequi. in fi. dic hoc ve
rũ, qñ lex tollit conſuetudinẽ, aliàs aũt vnaqueq; ciuitas abun-
dat ſenſu ſuo, & per conſequens debet obſeruare ſuã conſuetu
dinẽ, & ex permeſſu generali principis poteſt inducere ſuas par
ticulares conſuetudines, ẽt ꝯ leges, quibus conſuetudinibus ſta
ri debet. vt §. ex non ſcripto. & quæ ibi dixi ſupra de iure natu.
2 niſi in ſubſidium. vt dixi, per d. l. de quibus. ¶ † Quæro, an in fi-
deiuſſorem de iudicato ſoluendo fiat executio ſine nouo pro-
ceſſu? & cõiter doc. dicunt, ꝙ ſic. in l. fi. C. de vſu. rei iud. & Bar.
in d. l. 1. ff. iudi. ſolu. per tex. dictæ l. fi. vbi dicitur, ſtatim. quia di-
ctio, ſtatim, importat ſummariam cognitionẽ ſine ordine iudi-
ciario. vt l. momentaneę. C. vnde vi. dic, vt in dictis iuribus la-
tius per doc. Aduertas tamen in modo agendi, quia non debes
petere ſententiam latam contra reum debere mãdari executio
3 ni contra fideiuſſores de iudicato ſoluẽdo. Sed † ſtipulatio, qua
fideiuſſor obligatus eſt iudicatum ſoluere, declarata per ſenten
tiam, illa mereť executionem, ſicut ſententia, & eſt proprie ca-
ſus in d. l. 1. ff. iud. ſolui. & ita no. ibi Bar. cui addas ſimile, nã ſi fui
ſti mihi condẽnatus ab arbitro, non poſſum agere ex laudo, qm
laudũ non parit actionẽ, vel exceptionẽ, ſed debeo agere ex ſti
pulatione ex compromiſſo qualificata, & adimpleta ex laudo,
cui tu rõ pares, ita dicit Bar. & doc. in d. l. 2. ff. de arb. & in l. fi. ff.
de ſec. tab. qď no. Sed in eo, qď dixi, ſtipulationẽ iudicatũ ſolui,
ꝙ illa mereť executionẽ vt ſñia, dic ꝙ Ang. in d. l. 1. ff. iud. ſol. te
net ꝯ Bar. q̃a impoſſibile eſt, ꝙ talis ſtipulatio habeat executio
nẽ paratã. nec reperiť iure cautũ, niſi aliter ex forma ſtatuti ꝓ-
uideať. facit, quod no. Cy. de inſtrũ guarentigiato, qď habet exe
cutionẽ paratam, q̃a illud eſt ꝯ formã iuris. Vñ tu potes ſalua-
re Bar. & Ang. & vtrãq; practicã, videlicet, ꝙ agas (nõ dico exe
cutiuè) ex dicta ſtipulatione iudicatũ ſolui, & ab ipſius qualifi-
catione, & implemẽtis ꝓducas ſñiam, tũc ſine alia cognitione
a (* agitatione, in vet. exẽpla.) iudex ijs cognitis, ſtatim ꝯdẽnabit
illũ promiſſorẽ ad obſeruantiã dictę ſtipulationis, & iudicati.
vt dicemus in fi. qñ ageť iudicati, q̃a ſufficit produci ſñiam, &
ſtatim ſine alia agitatione obtinebit. ita dicit Bar. ĩ l. a diuo Pio.
§. 1. ff. de re iud. & Bar. & Sal. in l. 1. C. de ſen. q̃ ſine cer. quãti. &c.

ADDITIONES.

a Experientia. Et ꝙ experientia ſit rerum magiſtra, firmat tex. in c. ſi eccleſijs, in prin. extra, de ele. lib. 6. vbi gl. in verbo, magiſtra, citat Philoſophum dicentem, natura potentem, ars facilem, vſus promptum ſed ſit artificem, & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum, quia experientia eſt ſicut lapis, quo probatur aurum, haſtenus. n. diſtat ſcientia à practica, ſicut actus à viſu intellectuali. hinc dicit Bal. in l. Aemilius larganus. de minoribus. in Pan. ꝙ vbi theoricus deſinit, practicus incipit, theoricus deſinit in ſcire, hoc eſt, dicitur theoricus, cum poteſt difficultates diſſoluere abſque magiſtro, & practicus incipit in ſcire, hoc eſt tunc quis incipit intelligere, quando incipit praxim exercere. Vnde dici ſolet, ꝙ leges audiuntur in l. holis, ſed diſcutiũtur, ſeu intelliguntur in palatijs, & curijs. Experientia. n. eſt cognitio ſingularium, ars verò vniuerſalium. Ariſt. lib. 1. methaphiſicæ, per varios vſus artem experientia facit exemplo moſtrante viam. Ant. Caius.

a Agitatione in vet. exempl.

De perpetuis & temporalibus acti. &c.

¶In gl. Rubricæ. in fi. no. gl. quæ continuat rubricam a remotis,
& tamen non ſumus in principio lib. & ſic etiam rubricæ, ſicut
materiæ, ſunt congruenter ponendæ, & hoc etiam colligitur hic
ex nigro in principio, de quo dic, vt dixi ſupra de actio. in rub.
ſed latius ſupra in rub. procœmij, dic vt ibi, & ſupra de obliga.
quæ ex delic. naſcun. in prin. ſupra de leg. in prin. &c.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quæ ſint perpetuæ, & quæ anno durent. & nu. 2. 7. & 8.*
3 *Vſucapionum tempora quæ ſint.*
4 *Intellectus ad l. ſi non conuitij C. de iniurijs.*
5 *Actio repetundarum in quem, & ad quid detur.*
6 *Actionis reſciſſoria quæ tempora ſint.*

HOc loco. Totus iſte titulus diuidiť in tres partes.
Primò, ponit regulã, & exceptionẽ. ſ.
quæ actiones ſunt ꝑpetuæ. Secũdò, ponit regulã, & ex
ceptionẽ. ſ. quæ actiones ſunt tranſitoriæ ad hæredes.
Tertiò ponit nouũ caſũ. Scđa ibi, nõ aũt oẽs. Tertia ibi, ſuperell,
1 h.d. ¶ † Actiones ciuiles tã reales, q̃ perſonales ſunt perpetuæ,
prætoriæ verò pœnales, regulariter durant anno, qď fallit in
actione furti manifeſti, q̃ perpetua eſt. prætoriæ verò rei perſe
cutoriæ perpetuæ ſunt, h.d. ¶No. in prin. ibi, hoc loco. id, qď di-
xi in rub. ¶No. in verſi. ex. ſm Bar. ꝙ banna & cõſtitutiones pę
nales factæ ab officialibus noſtri tpis, ſunt annalia, & non per-
petua, vt hic videmus in prætore. facit quod habeť in l. 1. C. de
poſtu. & quod no. Bar. in l. fi. ff. de pœ. ¶ In gl. conſtitutionibus.
ibi. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. Et idẽ in ſtatutis conditis a po-
pulo, quia dť ius ciuile municipale. vt l. omnes populi. ff. de iu-
ſti. & iur. & quod ibi latè Bar. & Bald. & idem etiam id qď eſſet
conditum ab Epiſcopo, Duce, Marchione, vel legato. vt in c. fi.
de offi. dele. & in o. coll. de conſti ꝯ lib. eccle. §. caſſa. ita dicit Bar.
2 in d. l. fi. ff. de pę. Addas qď no. Bar. in d. l. fi. ff. de pœnis. ¶ † In ea.
ibi, & actiones ex eo deſcendentes ſunt perpetuę, an aũt actio-
nes deſcendentes ex ſtatuto ciuili ſint perpetuæ? & tunc diſtin-
guitur, aut ſit a populo ſtatutum, & actiones ſunt perpetuæ, vt
hic, aut a Duce, Marchione, & Epiſcopis, & a magiſtratibus, &
ſi ſunt pęnales, durãt anno, vt hic. ita dicit Bar. in d. l. fi. & l. ſtipu
lationũ. in fi. & ibi doc. ff. de verb. ob. & ĩ d. l. oẽs populi. Ex quo
inferunt doc. & maxime Bal. in d. l. 1. C. de poſtu. vbi bona gl. ꝙ
quia ſñia diffinitiua fit cum magna deliberatione, & cum cau-
ſæ cognitione, durat eius effectus perpetuò, ſed non interlocu-
toria, quia fit ſummatim, & ad tuendã iuriſdictionem pręſidis.
vt l. programma. C. com. vel epiſt. igitur &c. Item Iaco. de Aret.
dicit per iſtum tex. ꝙ ſtatutum indulgentiæ legati non durat vl
tra officium ſuæ legationis. alle. l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iud.
Et idẽ in arbitro, quia nõ põt diem ſolutioni ſtatuere vltra ſuũ
arbitrium. vt l. quid tñ. §. ſolutioni. ff. de arb. ¶ An autem decreta
legati finiantur finita legatione ſua? vide in c. pręſenti. de offic.
deleg. in 6. Aduertas tñ, ꝙ ita dicitur officiũ legati finiri. ſi egre-
ditur prouinciã ſuam, ſicut ſi morietur. vt eſt tex. cum gl. in ver.
egreſſo. extra, de offi. dele. c. fi. ¶ In ea. ibi, metas impoſuerũt 30.
ann. vt infra ſequitur. in gl. ibi, aliàs 30. annis. C. de vſu. transf. l.
vnica. ¶ In ea. gl. ibi. & hoc qñ titulũ habet poſſeſſor. ſupple, &
poſſeſſionem, nam ſine poſſeſſione non inchoatur vſucapio. vt
l. ſine poſſeſſione. ff. de vſuca. licet aliquando inchoata trahať
ad finem, vt l. cęptam. ff. de vſuca. cõiuncta l. 1. §. Scęuola. ff. ſi q̃s
3 teſtam. liber eſſe iuſ. fuerit. ¶ † In ea. ibi, ſtatuunť tempora, vel
10. vel 20. dic, ꝙ hoc eſt, qñ nõ habet cauſam a debitore, & poſ
ſidet bona fide. ¶ In ead. immediate ibi, vel 30. dic. hoc eſt, qñ
non habens cãm a debitore, poſſidet mala fide. ¶ In ea. imme-
diate, ibi, vel 40. an. vt C. ſi aduer cre. quod eſt, quando debi-
tor, vel habẽs cauſam ab eo poſſidet pignus, vt ibi, de quo dic,
vt ibi. & C. de anna. exce. l. 1. §. 1. & dixi aliqd ſupra de actio. §.
item ſeruiana. ſuper gl. in ver. nihil intereſt. ¶ In ea. ibi, quæ du-
rant tantum. de hoc dic, vt ſupra de iniur. §. ſed lex. & ibi dixi.
¶ In ea. ibi. l. ſi non conuitij. dic ſm Bar. de Nouaria. quod iſta
glo. non bene loquitur, quia l. ſi non conuitij. non loquitur de
actione iniuriarum ciuili, quia illa eſt tantum in tribus caſibus,
4 vt ſupra de iniurijs. §. ſed lex Corn. ſed d. l. ſi non conuitij. † lo-
quiť de conuitio & de iniuria verbali, & non perſonali, & ideo
punibili ex lege prętoria, & ideo non mirum ſi eſt annalis. glo.
tñ ibi quærebat, an actio iniuriarum in dictis illis tribus caſi-
bus ſit ꝑpetua, vel nõ? & lo. tenet ꝙ ſic, & ibi Cy. Od. & Iac. de
5 Rauen. de quo dixi in d. §. ſed cum lex. ¶ † In ea. in fin. quæ actio
repetundarum datur contra hęredem intra annum, tam de eo,
quod ad eum peruenit, quam de eo, quod non peruenit. quod
eſt mirabile, ſm Bar. ibi, ſed ratio eſt, quia cum releueť, ꝙ non
teneatur, niſi intra annũ de eo, quod ad eum peruenit, ſtatuitur
aliud contra eum, vt teneať etiam de eo, quod ad eum non per
uenit, arg. l. eum qui. ff. de iniur. & vide glo. in d. l. 2. ¶ In glo. ex
verò. in fi. dic, ꝙ plerũq;. ideo dicit, propter actionem furti ma
nifeſti, quę eſt perpetua. ¶ In gl. plerunq;. ibi, perpetuę ſunt. dic,
vt ibi dixi. in gl. præceden. ¶ In ead. ibi. l. honorarijs. dic, glo. ple-
6 nius loquiť ibi, quàm hic. in eo, quod gl. dicit, ꝙ reſciſſoria † eſt
annalis, eſt verum, ſi lęſio durat tanto tẽpore, aliàs ſi quadrien-
nio, iſta durabit tanto tempore, vt no. Bar. in l. ſi ab hoſtibus. §.
fi. ff. ex quibus cau. ma. de quo vide, quæ late dixi ſupra de actu.

§.ruſſut.dic,vt ibi in verſi.& antequam veniam ad finẽgl. &c.
vbi aliqua euidentialia in materia reſciſſoriç poſui,& demũ vi
de totum illum.§. vbi plura notabilia, & ſubtilia poſui ad intel
lectum.d.l.in honorarijs.§.ſed cum reſciſſa. verſic. non ob.d.§.
ſed cum reſciſſa &c.¶ In ea.gl.ibi,de eo,per quem fac.erit.l.1.§.
fi.dic,ſed illa eſt pęnalis ab vna parte tantum,ideo non videtur
7 bene excipi.¶ Conclude ex glo.† ꝙ prętoriæ durant anno vtili,
quod eſt verum de pęnalibus, ſed perſecutoriæ ſunt perpetuæ
de eo,quod peruenit.Ex quo ſequit̃, ꝙ iſte tex. habet locum in
pœnalibus prętorijs.Sed gl.in d.l. in honorarijs. per multas le-
ges videtur concludere, ꝙ etiam habet locum in prętorijs per-
ſecutorijs rei,in quibus verſatur delictum. Sed Bar.in d.l.in ho
norarijs,damnat gl.& dicit,ꝙ eſt contra.l.1.ff. de vi & vi arma.
in prin. Secundò reprobat ſallentias gl. ibi per l. prætor.§. hoc
interdictum.ff.de noui oper.nun.ibi,ex delicto illud interdictũ
concipitur.& per l.itaq;.ff.de dolo. quia aliàs hoc etiam repro
batur. per l.prætor.§.pen.ff.quę in fraud.credi.¶ Ex quo conclu
dit,ꝙ omnes actiones rei perſecutoriæ ex vtraq; parte ſunt per
petuæ,vt hic, & d.l.in honorarijs. ſed perſecutoriæ ex parte a-
8 ctoris,pęnales ex parte rei finiuntur anno. ¶ In eadem,in fin.
no.ergo,ꝙ omnes actiones pęnales,ſiue ex vtraq; parte,ſiue ex
parte rei tantum, ſunt annales. fallit in actione furti manifeſti,
vt hic.Et eſt ratio ſecundum gl.& Bar.in d.l.in honorarijs,pro-
pter frequentiam dicti delicti.vt l.aut facta.ff. de pęnis. ¶ Extra
glo.oppo.de l.1.ff.ſi mulier vent.no.ca.cauſ.in poſſ.omiſſa glo.
ibi,dic ſecundum Bar.in d.l.in honorarijs. Actio pęnalis ex par
te actoris,& rei, vel ex parte rei tantum durat anno, niſi ſucce-
dat in locum perſecutoriæ actionis ex vtraque parte,qua idem
reuus primò tenebatur.& per hoc apparet ſol.ad l.1.§.hãc aũt
actionem.ff.ſi mulier vent.nomine calum.cau.in poſ.&c. quia
ibi eſt annalis,cum ab ipſo initio ſit pęnalis.¶ Et hoc infert Bar.
ad quæſtionem,ſi aliquis deſijt dolo poſſidere,tãtum vtilis erit
perpetua,quia in locum perſecutoriæ ex vtraq; parte ſuccedit.
vt l.habet.§.pen.ff.de noxa.& ff.de tributo.l.illud.§.fi.&c.

SVMMARIVM.

1 *Verba(ipſo iure)in lege poſita,quid importent.*
2 *Dolus defuncti quos teneat*
3 *Crimen an,& quando morte non extinguatur.*
4 *Hæredes an lite conteſtata cum defuncto in eadem inſtantia ſint damnandi.*
5 *Actio ex delicto quando incipit tranſire contra hæredes, tranſit contra omnes,licèt ad ſecundos nihil peruenerit.*
6 *Condictio furtiua datur contra hæredem,etiam ad id, quod non peruenit ad eum.*
7 *Actiones quæ ſint ad hæredes tranſmiſſibiles.*
8 *Repeti ob turpe datum quando liceat.*
9 *Actiones an efficiantur tranſitoriæ per ſimplicem citationem.*
10 *Actio an detur contra hæredes ſi lis non eſt conteſtata,ſed defunctus confeſſus eſt delictum.*
11 *Succeſſor prælati an teneatur ex contractu defuncti.*

Non autem omnes. ¶Pęnales actiones, prætoriæ,
vel ciuiles contra hæredes nõ
dantur, niſi lis contra defunctus fuerit conteſtata, hæredi verò
competunt, excepta actione iniuriarum, & ſimilibus. Ex ꝯctu
verò competunt contra hæredes,præter actionem de dolo,niſi
aliquid ad eos peruenerit,h.d.¶ No.ibi,aut ipſo iure.& gl.expo
1 nit.ſ.ciuili. ¶ † No.ex iſta gl.ꝙ qñ lex dicit,ipſo iure competat,
intelligitur ex beneficio legis ſine facto hominis , vt hic,& eſt
glo.ordinaria in l.ſi fundum ſub conditione.§.qui fundum. in
gl.ipſo iure.ff.de lega.1.facit l. Imperator.& quod ibi Bar.ff. de
iure fiſci.& facit.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.Quandoq; autem ſu
mitur,videlicet mediante hominis facto,vt l.ſi quid a fideiuſſo
re.§.1.ff.de compẽſa.& l.ſi cõſtat. & l.fi.C. eo.ti.& l.pen.C. de
ſuis,& leg.& l.quod dicit̃.ff.de impen. ¶ No.ibi,a prætore dan-
tur. ꝙ aliquas actiones ꝑtor dat, & ſic aliquæ ſunt actiones na-
tiuæ,& aliquæ ſunt datiuæ.Nam natiuæ ſunt,quæ ex aliqua ma
teria præexiſtenti ſufficienti lege conceduntur , & naſcuntur ,
aliàs ſi non habent aliquam materiam præexiſtentem, & ſuffi-
cientem,dicuntur datiuç,ſic dicit Bar.& doc.per illum tex.in l.
iuriſgen.§.1.ff.de pac.¶ No.regulam,ꝙ actiones pęnales ex ma
leficijs non dantur contra hæredem,ſed benè competunt hære-
2 dibus actoris. ¶ † No. ꝙ agitur ex dolo defuncti, ſiue actio de-
ſcendat ex delicto , ſiue ex contractu, non autem datur contra
hęredem rei, niſi ad ipſum hæredem aliquid peruenerit. & idẽ
ſi cũ defuncto fuerit lis cõteſtata , quo caſu quælibet actio per-
ſonalis,& hæredi, & cõtra hęredem datur.Et eſt ratio, quia qñ
lis cum defuncto conteſtatur, oritur quidam quaſi contractus
ex lit. conteſt.vt l.3.§.idem ſcribit.ff. de pecu.& ibi latè Bar. &
l.2.§.1.de præto.ſtipu. qui quaſi contractus eſt cauſa huius tran
ſitus in hæredem.dicit Bar.in l.1.ff.de priua.delic.& Cy. & om
nes doc.in l.1.C.ne ex delic.defun.¶ In gl.ex maleficijs. ibi ſu-
pra de obl.quæ ex quaſi delic.§.fi.dic,ꝙ eſt verum in quaſi de-
licto omittendo commiſſo,ſecus ſi committendo. vt l.4.§.fi.ff.
de dam.infec.vel dic,vt ibi per Bar.& doc. vel dic, vt infra dice
tur.¶ In ea.ibi,quid in publicis.& in fi.gl.dic tu ſm Bar.& doc.
in d.l.defuncto.ff.de publi.iud.& per doct. in d.l.ex iudiciorũ.
3 † ꝙ ex delicto publico ſicut ex priuato poteſt agi ciuiliter,& cri
minaliter. vt l. qui nomine.ff.de fal. Si agitur criminaliter,cla-
rum eſt , ꝙ ſi reus moriatur etiam poſt litem conteſtatam, im-
mo poſt ſententiam, crimen eſt extinctum,nec datur actio con
tra hæredẽ. vt l.1.C.ſi reus vel accu.mor.fue. & l.1.ff. ſi pendẽ.
app.mors interue.Si verò agitur ciuiliter,tunc in hoc ſunt opi.
in gl.in d.l.defuncto.& in d.l.ex iudiciorum.Et gl.ibi tenet opi.
Cy.quam etiam ſequit̃ in d.l.defuncto.videlicet, vt d. l. defun-
cto.intelligatur de pęna corporali,& pecuniaria.quod proba-
tur in d.l.ex iudiciorũ. in prin.quæ dicit, ꝙ in publicis iudicijs
pœna non tranſit contra hæredes,niſi facta cõdemnatione, ſed
in iudicijs publicis,eſt qñq; pœna pecuniaria. vt l.2.ff. de pup.
iud.& l.2.ff.ad leg. Iuliam.de anno. ergo patet, ꝙ contra hære-
dem pęna pecuniaria non tranſit. Præterea de hoc eſt caſus in
l.eius qui delatorem.ff. de iure fiſc. nec huic ſententiæ aduerſa-
tur.l.fi. C.ſi reus.vel accu.mor.fue. cum ſi. quia ille intelligun-
tur,qñ iam erat lata ſententia contra defunctum,ratio,quia la-
ta ſententia incipit teneri ex quaſi cõtractu iudicis,merito tran
ſit contra hæredem.ita dicit Bar. in d.l.defuncto.in fi.¶ In gl.in
hæredem.ibi.l.ex iudiciorum.in fi. dic, & rõ eſt,vt dixi vobis.
4 ¶ † Quęro pro declaratione,an tunc lite conteſt.cum defuncto
a hæredes debeant damnari ex eadem inſtantia? ° & dic, ꝙ ſic,vt
d.l.1.ne ex deli.defunc.& l.ſciẽdum.ff. de act.& oblig.adeò ꝙ ſi
inſtantia periret , in noua inſtantia hæredes prædicti non poſ-
ſent cõueniri,quia prima expiraſſet, quæ huius rei eſt cauſa, vt
l.2.ff.iu.ſol.& pro hoc facit,quia idem eſt in hærede actoris,vt
l.filius.§.multo.ff.de inoffi.teſt.& ibi no.& hoc ſentit Cy.in d.l.
1. ne ex delic. defunc. in fi.& ibi Sal.in ver. quæro nũc ad præ-
dictorum declarationem &c.Et eſt aduertẽdum, ꝙ licet tex. in
d.l.1.dicat hęredes teneri inſolidum, intelligas oẽs, non autem
qlibet inſolidũ tenetur,pro hoc facit.l.2.in fi.ff.de pręto. ſtipu.
ita dicit Salic.in d.l.1.in verſi.quæro ſecundò tex.dicit &c.¶ In
ea.ibi,de calum.l.hęredem.ratio eſt vt ibi dr̃,quia turpia lucra
ſunt ab hæredibus auferẽda.¶ In ea.ibi l. videmus.no.ſm Ang.
in d.l.1.ſingulariter illã legem,quæ limitat oĩa iura, videlicet,
5 † ꝙ qñ actio ex delicto incipit tranſire contra hr̃des,tunc trãſit
contra oẽs,licèt nihil ad illos ſecundos peruenerit,quod ſingu
lariter no. qa non eſt alibi.& pro hoc pòt adduci ſimile de me-
ro,& miſto Imperio,qñ incipit delegari, efficit̃ delegabile,qđ
ſui natura eſt in contrarium.vt no.in l.1.ff.de offi.eius cui man
da.eſt iuriſ.& facit.l.pr̃.§.quindecim.ff.de leg.3.¶ In ea.ibi,vt in
actione vi bonorum rapto.& licęt gl.& doc.in d.l.1.plures alle
gent rationes ſpecialitatis,mihi placet rõ Salic.ibi,qui dicit, ꝙ
d.l.2.§.fi. ponit rõnem, videlicet ꝙ putauit prætor ciuilẽ ſuffi-
6 cere,ex quo prætoria plus cõmodi non attuliſſet.¶ † In ead.ibi,
condictio,furtiua.dic,ꝙ cõdictio furtiua datur ꝯ hæredem,etiã
ad id,quod non peruenit ad eum.vt l.ſi pro fure.§.fi.ff.de cõdi.
fur.& dic ſecundum Dyn. ꝙ eſt ſpeciale in ea propter frequen
tiam furtorum.arg.ff. de pe.l.aut facta.§.fi.& hoc ſequitur Bar.
vel tu potes etiam dicere,quia eſt rei perſecutoria, & non inſa
mat,vt ibi.¶ Verum autem ex varijs figuris cauſarũ,vel ex ma-
leficijs,vel ex quaſi,dixi ſupra de act.§.1.verſi.in ead.glo.ibi,de
actionibus,& obligationibus.¶ In eadem in fin.Bar.in l.1.ff. de
priua.delic.dicit,ꝙ prætoria denominatur a delicto,vt actio vi
bonorum rapt.vnde vi,& ſimiles, ideo non dantur contra hæ-
redes,etiam de eo,quod peruenit,ſed illæ actiones,quæ nõ de-
nominantur a delicto ſic,vt hic. Sed Salic.in d.l.1.ne ex delicto
defunctorum.in ver.nũc examinemus,dicit,ꝙ iſtam rationem
differentię non comprehendit,niſi dicatur,ꝙ illa,quę denomi
nat̃ ex delicto,infamat infamia iuris,illa altera non. ¶ Extra gl.
opp.de l.ſi quis iniquum.§.quod autem.ff. quod quiſque iuris.
Solutio eſt, ꝙ ibi non datur actio, ſed exceptio.An autem illud
priuilegium

ADDITIO.

a Inſtantia.Sed quid ſi hęres eſt clericus, & iudicium fuit inchoatum cum lai
co,an coram eodem iudice ſęculari, vel iure debeat fieri mutatio fori coram
iudice eccleſiaſtico dic,ꝙ debet finiri vbi eſt cęptum, per tex. in l.hæres ab-
ſens.in prin.ff.de iudi.vide Bal.in conſ.3. in 5. volu. quod incip.etiam ſic,
ibi,item quia alias.

priuilegium tranſeat ad hæredem: dic, vt ibi plenè notat. ¶ Se-
cundò oppo. de l. 2. ff. ad leg. Iulia. repetun. vbi contra hæredem
competit intra annum actio deſcendens ex illo titulo, etiam ſi
nihil ad eum peruenerit. Sol. ibi eſt ſpeciale, quia in alio grauan
tur eò, ꝙ intra annum tenentur de his, quę ad eos non peruene
runt, vt ſupra dixi. ¶ Tertiò oppo. de l. Caius. ff. ad Syllani. gloſſ.
in d. l. 3. §. quod autem. dicit, aut pœna imponitur ipſo iure, &
a lege, & ibi loquitur. aut eſt infligenda ab homine, & loquitur
7 hic. ¶ †Ex his poteſt concludi, an actiones ex delicto deſcenden-
tes tranſeant contra hæredes, quia aut delictum fuit commiſ-
ſum in contractu, vel extra contractum. Primo caſu, aut dolus
venit purgandus per actionem ex eo contractu, & tunc hæres
tenetur, etiam ſi nihil ad eum peruenerit, vt ff. depoſi. l. ſi homi-
nem. §. datur. & ff. de actio. & obliga. l. ex depoſiti. & l. ex contra-
ctibus. Aut venit purgandus per actionem de dolo, aut alia, quæ
ex contractu, vel quaſi non prouenit, & tunc hæres non tene
tur, niſi quatenus ad eum peruenit, vel dolo malo fecit ne per-
ueniret, vt l. itaq. & l. ſequ. ff. de dolo. & hic in verſi. aliquando.
Nam in his dolus defuncti dedit cauſam contractui bonę fidei,
ideo reddit recto nullum cōtractum, ideo agitur de dolo, ſecus
ſi dedit cauſam contractui ſtricti iuris, vel incidit in contractū,
quia tunc agitur actione ex eo contractu, vt l. & eleganter. §. 1.
cum ibi plenè no. per gl. Bar. & doc. ff. de dolo. Et idem ſi contra
contractum in re depoſita, vel commodata, & quia natura con-
tractus eſt, vt actiones ex eo deſcendentes tranſeant ad hære-
des, etiam ſi nihil ad eos peruenerit. Et ſi contractus ad hęre-
des non tranſierunt, non tenentur. l. quæſitum. §. fin. coniuncta
l. cum precario. ff. de preca. Secundo caſu principali, quādo do
lus committitur extra contractum, & tunc aut pęna erat impo
ſita ipſo iure, & a lege, & tunc in hæredem tranſit, & ad pœnā
ſolidam tenetur. vt d. l. Caius. ff. ad Syllania. & l. commiſſa. ff. de
pub. & d. l. 3 §. quod autem. & ibi glo. Aut pœna eſt imponenda
ab homine, & tunc aut lis fuit cōteſtata cum defuncto, & actio
tranſit, & pęna, & in eadem inſtantia debet fieri condemnatio,
vt ſupra dixi. Aut lis non fuit conteſtata cum defuncto, & tunc
regula eſt, ꝙ non tenentur, niſi quatenus ad eos peruenerit, vt
hic. Fallit in caſibus ſupra not. de quo vide Bar. in d. l. 1. ff. de pri
ua. delic. circa princ. & Bald. in d. l. 1. C. ne ex delic. defunc. & ibi
Salic. in verſi. oppo. ad idem, & fortius de. c. parochiano. cū ver.
ſequenti. ¶ In glo. iniuriarum actio. ibi. §. emancipatus. & ratio-
nem ibi gl. aſſignat, quia in actione iniuriarum non habetur re
ſpectus ad ipſam rem, vel pecuniam, ſed habetur reſpectus ad
ipſam contumeliam, vt ff. de iniur. l. item apud. §. ſi quis ſeruus.
Et hanc rationem ibi approbat Bart. per l. prętor edixit. §. 1. ff. de
iniurijs. & quæ actio dicatur dari ad vindictam, vel ad rem fa-
miliarem, vide latè per Sali. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio-
la. ¶ In ead. ibi. ff. de in ius vocan. l. pen. dic de hoc, vt latè dixi ſu
pra de actio. §. pęnales. ¶ In ead. gl. ibi, ſi vero. §. quæ autem. no.
ꝙ actio popularis non tranſit ad hæredem. Item no. glo. in d. §.
emancipatus. & in d. l. 1. ne ex deli. defun. quod Bar. in d. §. eman
cipatus. & Salic. in d. l. 1. dicunt fore verum, niſi defunctus fue-
rit litem conteſtatus, quia tunc dicitur ſibi appropriaſſe, vt l. li-
cet. ff. de procu. in prin. meritò poteſt ad ſuum hæredē tranſmit-
tere, vt l. ſi cui. ff. de verb. ſignifi. ſicut etiam actio iniuriarum li-
te conteſtata tranſmittitur ad hæredem, vt l. ſi eum. §. qui inio-
8 riarum. & quod ibi Bar. & doct. ff. ſi quis cau. ¶ † In ead. ibi, quia
habet actionem ad turpem cauſam. dicit Salic. in d. l. 1. in verſic.
ſed dubitat gl. quid de actione &c. quòd hoc nihil eſt, quia illa
actio in factum concurrit cum condictione ob cauſam. vt l. in
hæredem. §. 1. ff. de calumnia. Vnde dic melius, ꝙ ſi turpitudo
eſt ex parte dantis, non competit repetitio ei, nec eius hęredi,
ſed ei in cuius pręiudicium datur, competit actio in factum ad
quadruplum intra annum, vt l. 1. eod. tit. Sed vbi turpitudo non
eſt ex parte dantis, ſed tantum ex parte recipientis, quia de-
dit, ne fiat negotium per calumniam, tunc danti datur intra an-
num actio in quadruplum, ſed poſt annum in ſimplum. ¶ In gl.
aliquando ex contracto actio. ibi. §. ſi venditor. dic de hoc, vt la-
tè dixi ſupra de actio. §. actionum. in prin. & in §. pręterea quaſ-
dam. in gl. in verb. de dolo malo. dic, vt ibi. ¶ In eadem in fi. dic,
9 vt ſupra dixi. ¶ † In gl. conteſtatę. in fin. dic, vt habetur plenè. C.
de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. §. 1. ſed iſta glo. videtur falſa, ꝙ per
ſolam pręparationem actio fiat trāſitoria. nec hoc reperitur iu
re cautum. vnde dic, ꝙ ibi ſpeciale in querela. & ratio ibi aſſi-
gnatur. Sed an fiat tranſitoria per ſimplicem citationem? & glo.
in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. innuit quòd ſic. ꝓ
quo facit. ff. de actio. & oblig. l. conſtitutionis. Sed glo. vbi ſenti-
re contrarium. tu dic ſecundum Ioan. Fabr. ꝙ immò requiritur
litis conteſtatio, vt hic, cum ſimilibus, nam licet iure caueatur,
quòd citatio perpetuet actionem quò ad præſcriptionem impe
diendam, non tamen cauetur, ꝙ fiat tranſitoria ad hæredem.
Non obſtat d. l. conſtitutionibus. quia non loquitur de ſimpli
citatione, ex qua nihil aliud ſecutum eſt. ſed loquitur, quando
citatio fuit facta, & reus eſt contumax, quia tunc talia contuma
cia habetur pro quaſi conteſtatione. vt in Auc. vt omnes obed.
iudic. §. ſin autem ille. & hoc vult Bart. in effectu in dict. l. 1. ff. de
priua. delic. circa fin. vbi vult, ꝙ ſit idem, ſi fuerit contumax, &
contra eum deuentum ad primum decretum, quia tunc habe-
tur pro conteſtatione, vt l. vt perfectius. C. de a on. excep. vel ne
gari non poterit, ꝙ hęc nō fuerit iuſta cauſa concedendi in in-
tegrum reſtitu. quia per defunctum ſtetit, quominus fuerit lis
cōteſtata, vt argu. l. 1. ff. ex quibus cau. maio. ¶ In glo. datur. in
fin. nam eò ipſo ꝙ pater moritur, vel alter filia efficitur ſui iu-
ris, ſtatim actio conſolidatur in filiam, vt d. §. videamus. licèt pa
ter fuerit lit. conteſta. & ſic propter hoc non facit tranſitum in
ſuum hęredem, & ſic eſt ſpeciale in dote, quę eſt proprium pa-
trimonium filię, vt l. 3. §. ſed verum. in fi. ff. de mino. facit l. Pom
10 ponius Philadelphus. ff. famil. ercilc. ¶ † Vltimò aduertas ad id,
quod dixi, ꝙ lis conteſta. tranſit contra hęredes, eſt verum ſe-
cundum Bald. ſi fuit legitimè facta, aliàs ſecus. facit quod no. in
l. 1. C. de lit. conteſta. & pro hoc facit l. non putauit. §. non quę-
uis. & quod ibi Bart. ff. de contratab. & quod not. Bar. in l. filium.
§. ſi quis contra. ff. de leg. pręſtan. facit. l. 4. §. condemnatum. &
quod ibi Barto. & doc. ff. de re iudic. Quid ſi non eſt lis conteſta
ta, ſed defunctus eſt confeſſus de lite, dic, ꝙ facit tranſitum ad
hęredem, vt not. Bart. in d. l. 1. C. ne ex delic. defunc. quod eſt ve-
rum ſecundum Bald. ibi, niſi hęres reuocet dictam confeſſio-
nem, quam etiam principalis reuocare poterat. iuxta l. non fate
tur. & ibi Barto. ff. de confeſſ. & eſt glo. & ibi dixi in l. fin. §. iuſ-
11 ſus. ff. de appella. ¶ † Vltimo, quia ſupra vidiſti, ꝙ ex delicto de-
a functi non tenetur regulariter ſucceſſor. [a] vt d. l. 1. ne ex deli.
defun. Dicas, quòd hoc fallit in ſucceſſore pręlati, quia cum
obligetur ecclesię, ſemper durat, igitur &c. Sed hic erat mor-
tuus principaliter obligatus, vt videtur probari in c. 2. de nou.
oper. nunc. tamen cum hoc dicto expreſſo tranſit ibi Rapha. &
ſucceſſiuè ibi domi. Ioan. & Ludo. Tu verò dicas, ꝙ ipſe idem
Bart. eſt ſibijpſi contrarius, quoniam contrarium ipſe determi-
nat in d. l. 1. ff. de priua. delic. vbi diſtinguit, aut pręlatus tenetur
ex delicto ſuo nomine, & non tranſit in ſucceſſorem, aut tene-
tur ex delicto nomine dignitatis, tūc ſucceſſor tenetur, quia eſt
eadem dignitas. & ita intelligitur extra, de ordi. cog. c. cum di-
lectus. & quod ibi per Innoc. Qua propter ſolitus ſum ſic has
opi. concordare, vt dixi in d. l. pen. videlicet, aut conſtat quo no
mine deliquit, videlicet, an ſuo nomine, vel pręlaturę, ſtamus
certo, quia ſi ſuo nomine, & tunc non tranſit in ſucceſſorem,
ita intelligatur quod no. Bar. in d. l. 1. Aut deliquit nomine præ-
laturę, ſiue dignitatis, & tunc tranſit in ſucceſſorem. & ita in-
telligatur quod not. Bar. in d. l. pen. Aut dubitatur quo nomine
deliquit, & tunc dic, ꝙ aut ſuper re ecclesię, & in dubio videtur
deliquiſſe nomine ecclesię, & ſic pręlaturę, vt actus valeat, arg.
no. per Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hęre. Et ita etiam poteſt intel-
ligi quod not. Bar. in d. l. 1. Aut deliquit ſuper re, vel facto, quod
ad ipſum proprio nomine ſpectat, & tunc ſuo proprio nomine
dicitur feciſſe, & deliquiſſe arg. gl. & Bar. in l. ſi poſt mortem. §.
3. ff. quando ex fac. tu. & tali caſu non tranſibit in ſucceſſorem.
ita intelligatur op. in. Bar. in d. l. pen. &c. cogita.

A D D I T I O.

a Succeſſor. adde an ex delicto defuncti hæredes teneantur de iure Can. vide tex. & ibi Pan. in c. literis. de raptori. Et an hæredes tenea̅tur ex delicto defuncti ſi nō fecerint inuentarium. Pan. vbi ſupra in gl. in ver. iuxta facultatem.

S V M M A R I V M.

1 *Mora quouſque purgabilis ſit.*
2 *Syndicandus qualiter condemnationem effugere poſſit.*
3 *Sententia abſoluens ab obſeruatione iudicij an diffinitiua, vel interlocutoria dicatur.*
4 *Appellari an poſſit ab abſolutoria ab obſeruatione iudicij.*

Supereſt. ¶ Condemnandus debet abſolui ab obſerua-
tione iudicij, ſi ante ſententiam ſoluerit quod
1 debet. h. d. ¶ † Nota, quòd poteſt offerri, & mora purgari vſque
ad ſententiam. Sed contra, quòd immò niſi vſque ad litem con
teſtatam, vt l. ſed ſi alia. ff. de conſtit. pec. & l. ſi inſulam. ff. de
verb. obl. Sed dic, aut tantummodo quis offert, tunc non po-
teſt moram purgare, niſi vſq; ad litem conteſtatam. Aut actua-

liter ſoluit, vel aliter ſatisfacit, & tunc poteſt vſq; ad ſententiá,
vt hic. ita dicit Bar. in d. l. ſed & ſi alia. & d. l. ſi inſulam. ¶ Not. ꝙ
ſoluendo id, quod petitur pendente iudicio, debet ſequi abſolu
toria ab obſeruatione iudicij. ¶ No. modũ, quo quis poteſt eui-
2 tare † condemnationem in ſyndicatu, puta, ſi officialis conue-
niatur, & veniret condẽnandus, ꝙ ſoluat id, in quo veniret con
demnandus, & abſoluetur. ita dicit Bar. in l. infamẽ. ff. de publi.
iud. & in l. ſi reus paratus. ff. de procu. & quod Bal. in l. 1. C. de
condi. inde. non admittit in atrocioribus quod no. ¶ Not. ꝙ qui
ſoluit, & ſatisfacit, non cogitur ſubire iudicium. An autem, &
quando confeſſus non teneatur ſubire iudicium, vide l. ſi reus
paratus. cum ibi no. ff. de procu. & l. ſi domus. §. qui confitetur.
ff. de leg. j. & quod ibi doc. & ibi dixi. ¶ Not. ꝙ omnia iudicia di-
3 cuntur abſolutoria. ¶ † In gl. abſoluere. ibi. l. ab obſeruationibus
iudicij. An talis ſententia dicatur diffinitiua, vel interlocutoria.
Reſpon. quò ad ſolennitatem. l. 2. C. de ſenten. ex breui. reci. non
dicitur diffinitiua, quia non eſt neceſſe, ꝙ illæ ſolennitates ob-
ſeruentur in ea. & ideo iſto reſpectu dicitur interlocutoria, vt
no. gl. in l. harum. ff. ſi ſer. vendi. & l. Iulianus. in prin. gl. magnæ.
ff. de condi. indebi. & in l. Titia. & ibi Bart. ff. de accu. & l. prope-
randum §. & ſi quidem. C. de iudic. Sed ſi iudex ſolenniter vult
procedere in ea, quod poteſt, tunc erit interlocutoria diffiniti-
uo modo prolata. Secundo modo capitur diffinitiua, quæ impo
nit finem controuerſię. Et iſto reſpectu quędam eſt interlocuto
ria, quædam diffinitiua. Interlocutoria eſt illa, qua lata, poteſt
iterum agi, vt abſoluo te propter libellum malè conceptum. vt
d. §. & ſi quidem. Quædam eſt interlocutoria ab obſeruatione
iudicij, quæ imponit finem controuerſiæ. ita ꝙ de cætero am-
plius agi non poteſt, vt abſoluo te, quia ſoluiſti. Et iſto reſpectu
poteſt dici diffinitiua, quia imponit finem controuerſiæ, vt eſt
4 caſus. ita dicit Bar. in d. l. Titia. ¶ † Quęro, an ab abſolutoria ob-
ſeruatione iudicij poſſit appellari? Et dicit gl. ꝙ ſic. in d. l. Titia.
& hoc tenet ibi Bar. quia aliam diffinitiuã non expectat poſt ſe.
Item, quia tale grauamen non eſt reparabile per appellationẽ a
diffinitiua, igitur &c. facit. l. ait prętor. §. permittitur. ff. de mino.
& in l. intra vtile. in prin. eo. tit. de quo latè per Bar. & ibi dixi ĩ
l. 2. ff. de appel. reci. Et in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quã
abſoluitur a toto iudicio, pars eſt citanda, vt no. Inno. in c. con-
ſuluit. de offi. deleg. dic, vt ibi. & Bar. in d. l. Titia &c.

De exceptionibus.

OMNIPOTENTIS Dei inuocato præſidio, qui
ſuo miro ordine cũcta loco, & tẽpore optime diſpo
nit. Idcirco poſtquã in toto orbe famoſiſſima ciuita
te Bonon. legum legitima nutrice, vt dicit gl. in l. ſi.
in prin. C. de teſtam. vidimus de actionibus, & earum virtute,
& per conſequens arma offenſibilia in manu actoris poſuimus,
nunc ego Ang. de Gambilionibus de Aretio, minimus legum
doctor actu legens Ferrariæ, plurimorum aures ſæpe pulſatus
eloquio, vtq; inter beneuolos fieri ſolet, importuna deuictus
inſtantia tempeſtiuum eſſe arbitror, ac dignum tranquillitati
huius inclitæ vrbis Ferrariæ, quæ ſummo, ac deſiderabili pa-
cis, & quietis dono fruitur, ſub imperio illuſtris, ac excelſi
principis domini Leonelli Marchionis Eſteñ. &c. In qua omniũ
facultatum viget laudabile ſtudiũ de exceptionibus videre & ꝓ
ꝓñs, arma defenſibilia reo conuento cõcedere, cũ ſatis abſonum
videretur, ſi actore armato impugnãte reo defenſionis copia de
negaretur, multoties etenim cõdẽnaretur abſoluendus. Ita dixit
tex. in cap. cum inter priorem, circa medium. extra, eod. tit. &c.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica de exceptionibus diuerſimode habentur. & nu. 3.*
Dictio ſeu, uel ſiue, qualiter ſit accipienda & nu. 2.
4 *Præiudicium quid importet.*
5 *Defenſionis verbum quid ſignificet.*
6 *Excipiens an priore dicatur actor.*
7 *Vicerector, vel vicepoteſtas an omnia poſſit, quæ rector, vel poteſtas.*
8 *Exceptio quid ſit.*
9 *Exceptio quo iure ſit inuenta.*
10 *Exceptio ex qua materia producatur.*
11 *Exceptio quotuplex ſit.*
12 *Exceptio cui, & contra quem competat.*
13 *Exceptio competens reo, an competat ſingulari ſucceſſori.*
14 *Exceptiones, quæ dicantur cohærere perſonæ, & quæ ſint rei cohærentes.*
15 *Exceptio reo competens an tranſeat in fideiuſſorem, vel alium acceſſorie pro reo obligatum.*
16 *Saluus conductus conceſſus principali contra eius creditores non prodeſt fideiuſſori.*
17 *Donans, qui de euictione non tenetur, an poſſit exceptiones ſibi competentes opponere ſuper quæſtione mota donatario.*
18 *Ceſſionarius a fratre an poſſit alium fratrẽ capi facere, ſtatuto diſponente, quòd frater non poſſit pro debito capi facere ſuum fratrem.*
19 *Statuto dictante, quòd coniunctus coniunctum ſuũ ad cõpromiſſũ cõpellere poſſit, an ſucceſſor ſingularis unius ex coniunctis poſſit cõiunctum ſui auctoris ad compromiſſum compellere.*
20 *Clericus venditor an ut defenſor neceſſarius poſſit comparere, quod iudicium in curia eccleſiaſtica transferatur.*
21 *Fideiuſſor, uel ſingularis ſucceſſor an poſſit opponere exceptiones ſibi competentes.*
22 *Exceptio in qua parte iudicij ſit opponenda.*
23 *Exceptionis effectus quis ſit. & nu. 26.*
24 *Duo coniunctim deducta, tam in agendo, quàm in excipiendo, an, & quando ſint ambo probanda.*
25 *Factũ, cũ deducitur cũ qualitate, modo, cauſa, vel demõſtratione, an ſufficiat in agẽdo, vel defendẽdo probari ſine huiuſmodi actionibus.*
27 *Exceptionum diuerſi effectus.*
28 *Exceptio quo tempore poſſit opponi.*
29 *Excipere an, & quando ante actionem liceat.*
30 *Actor an moram purgit poſt terminum.*
31 *Iudex an ex officio debeat libellum ineptum lacerare.*
32 *Exceptio apte, & in forma proponi debet.*
33 *Exceptio generalis an ſit admiſſibilis.*
34 *Exceptio criminis an cum inſertione loci, & temporis fieri debeat.*
35 *Exceptio an ſit in ſcriptis proponenda.*
36 *Congrua narratio, & modium concludendi, ac apta concluſio ſicut in libello eſſe debent, an ita debeant eſſe in exceptionibus.*
37 *Abſens quando ſit abſoluendus.*
38 *Excipiendi forma quæ ſit. & nu. 39.*
40 *Exceptio an, & quando ſit mutabilis.*
41 *Reus exceptionem amplexus incompetentem omiſſa cõpetenti, an ſibi noceat, ne poſſit competentem eligere.*
42 *Exceptio notoria an ſit neceſſario proponenda.*
43 *Reus excipiens an illam proteſtationem facere debeat, quam neceſſe eſt, quod actor faciat.*
44 *Exceptio reſeruata an reum in aliquo iuuet.*
45 *Clauſula, vltimo proponit omnes ſingulas exceptiones, quid operetur.*
46 *Omiſſio ordinis iudicij in exceptionibus an vitiet proceſſum.*
47 *Clauſula petens ius, & iuſtitiam miniſtrari &c. quid importet.*
48 *Reo an liceat declarare ſuas exceptiones obſcurè propoſitas poſt litem conteſtatam.*
49 *Exceptionibus an ſtandum ſit contra reum.*
50 *Reus an poſſit exceptiones productas in iudicio reuocare.*
51 *Actori an detur terminus ad deliberandum ſuper exceptionibus propoſitis per reum.*
52 *Exceptio calumnioſa an ſit admittenda.*
53 *Exceptiones an poſt appellationem opponi poſſint.*
54 *Intellectus ad l. 2. ff. de exceptioni.*
55 *Limitatio ad l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudicat.*
56 *Reo an liceat excipere ex iure ſuperueniente pendente iudicio.*
57 *Iudex ſi volenti in exordio opponere, reſeruat opponenda poſt, an ipſe hoc facere poſſit, & conſequenter ille poſſit poſtea opponere.*
58 *Ius quando deficit actori pendente iudicio an ſibi noceat.*
59 *Excipienti an ſatis ſit præſumptiuè concludere.*

VENIAMVS nunc ad Rubricam noſtram de exce
1 ptionibus. ¶ † Eſt tamen primò aduertendũ, ꝙ iſta ru
brica in iure diuerſimodè habetur. Nam Imperator
hic ſimpliciter intitulationẽ facit de exceptionibus.
& eodẽ modo rubricatur de iure canonico, vt extra de excep.
in antiquis. & idem in 6. & cle. Sed in Codice rubricatur de ex-
cep. ſeu præſcriptionibus. In ff. vero iuriſconſultus dixit, in rub.
de excep. & præſcriptio. & præiudi. Nec mirari debes de iſta di
uerſitate rubricandi, quia hoc aliàs ſæpe cõtingit, & capias vnũ
exemplum in materia appellationis. nã in C. ſimpliciter dicitur
de app. In ff. dicitur de appell. rela. & conſulta. In decretalibus
autem vltra ſupradicta, additur in rubrica de recuſa. quæ qui-
dem verba, an idem ſignificent, vel diuerſum, vide quæ ſcripſit
dominus meus Io. de Imo. vbi aliquãtulum latius dixit in rub.
ff. de appell. dic ut ibi, quia non eſt materia noſtra. ¶ Redeamus
itaq; ad materiam noſtram, & ut docet nos iuriſconſultus in l.
1. in prin. ff. ſi cer. pe. videamus de ſignificationibus horum ver-
borum. ¶ Quæro ergo, an verba noſtrarum rubricarum idẽ im-
portent? & ſi conſideremus verba rubricæ poſita in C. inter di-
cta verba non vr̃ differentia, quia ibi eſt dictio, ſeu, & per conſe
quens videtur, ꝙ tm̃ importat verbum, de exceptionibus, quan
tum verbum, de præſcrip. & econtra, & ſic vnum pro alio pona
tur. facit. l. ſi alienationis. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de verb. ſig. & l. in eo,
§. fin.

§.fin.de reg.iur.& vt etiam alias dicimus,Alexander, ſiue Paris
l.ad protegendam.cum gl.C.de io lit.dan.tu. & per conſequens
videtur,ꝙ dicta dictio, ſeu verba diſiungit,ſed ſenſum coniun-
git,& ſic iſta dictio,erit ſubdiſiunctiua,& nõ ſimplex,ſed habet
aliquam naturam copulæ, & iſto modo etiam accipitur in l.fin.
§.hæc omnia.ff.de mun.& hon.ibi,ciuilia ſeu publica . ad idem.
C.eo.l.defenſiones.in prin.ibi,defenſiones ſeu exceptiones. Ter
tio ad idem. l.1.ff.de his quib.vt indig.ibi , legato ſeu fideicom-
miſſo.quod idem importat.l.1.ff.de leg.1. Aliquando tamen di-
ctæ dictiones accipiuntur pro diſiuncta . & ſic idẽ important ſi-
cut dictio,aut,vel dictio vel,vt l.1.§.ſublata.ibi,ſeu ꝑtextu.ff.ad
Treb.& l.generali.C.de ſa.ſan.eccl.in multis partibus illius tex.
& maximè ib ,ſiue diaconiſſa,vel virgo.& in l.ſi quis ita ſtipule
tur.ibi,ſiue Titius.& ibi,diſiunctiuus. & ibi Bar.& Ioã.de Imo.
ff.de verb.obli.qui allegat etiam l.huiuſmodi.cum ibi not.quã-
do di.leg.ce.ibi,ſiue non. & ibi,ſiue alteruter caſus. & quod ha-
betur in l.Iulianus. ff.de condi.indeb.& ita dixit Bar. in l.ſi quis
ita.de aur.& argento lega.& vide,quod no.Bar.in l.ſi is qui du-
centa.§.vtrum.ff.de rebus dubijs.in verſi.6.oppo. & quod idem
Bar.no.in l.cum quis decedens.in §. ſi.de leg.3. & quod no.glo.
in c.3.ad fi.de poſtula.prælat.& quod not.Cyn.& doct.in l.cum
quidam.C.de verb.ſignifi. Sed Dyn.in quodam ſuo tractatu di-
ctionum dicit,ꝙ dictio, ſeu,licet ſui natura denotet diuerſitatẽ,
tamen plerunque identitatem ponit, quia,vt dicit Inno.in cap.
primo. de lit.conteſta.in 6.multiplicatis verbis,idem importat.
2 Quinimmo addas tu ꝙ aliqñ dictio,ſeu, vel dictio, † ſiue, poni-
tur expoſitiuè,vt in c.1.§. verùm.de ſta.reg.in 6.& cap.licet . &
c.Romana.de appel.in princ.ibi,ſeu auditorium. & eodem c.2.
in prin.ibi ſeu legitima.& d.l.ad protegendum.cum glo.Quan-
doq; etiam ponuntur dictæ dictiones correctiuè, vt eſt tex.in d.
c.1.de ſta.regul.§.porrò.in fi. Et non mireris, tu quoniam quæ-
libet dictio,non ſolum dictio,ſiue, vel ſeu,ponitur vna pro alte
ra,& aliquando accipiuntur propriè, aliquando impropriè ſm
ſubiectam materiam,vt eſt gl.ordinaria, & ibi doc.in l.eas cau-
ſas.ff.de conditio.& demon.facit l. ſed & ſi poſſeſſori.§.1.& ibi
Iac.But.& Bar.ff.de iureiur.& l.ſi olei.& ibi Bar.C.loc.& intel-
liguntur ſecundum mentem proferentis , ſiue loquamur in le-
gibus,ſiue in ſtatutis , ſiue in vltimis voluntatibus , ſiue in iudi-
cijs,ſiue in ſententia iudicis,non autem in contractibus,vt not.
glo.ſing.in fi.in d.l.alienationis.§.fi.& vide Bart.in l.ſæpe.ff.de
3 verb.ſign.¶ † Ex his tamen videtur dicendum,ꝙ in dicta rubri.
C.eo.dictio,ſeu, vel dictio,ſiue, quæ duæ dictiones videntur idẽ
ſignificare,vt patet in d.l.generali.ibi,ſiue ſubſtitutione, ſeu le-
gato.& ibi ſeu ſpeciali.ſiue ſcripta,ſiue non ſcripta ponatur di-
ſiunctiuè,vt concordet cum rub.ff.quia (vt dixi) ibi dicitur,de
excep.& præſcrip & ſic per copulam , &, quæ ponitur inter di-
uerſa, vt no.glo.in rub.ff de iur.& fac.igno.Et ſic aliud eſt exce-
ptio,aliud præſcriptio,& aliud eſt præiudicium. & de iſta copu
la vide Bart.in l.Seia. §.Caio.ff.de fundo inſtructo.& per eundẽ
latisſimè in l.ſi is qui.§.vtrum. de rebus dubijs. in verſi.3. oppo-
no.& ita ſentit Bar. ꝙ iſtæ dictiones propriè ponãtur diſiuncti-
uè,d.l.ſi quis ita.in fi. Vel potes dicere,& forte rectius prout ta-
citè ſentit hic Ioan.Fab.per l.defenſiones. C.eo.in prin.ibi, ſiue
exceptiones &c. ꝙ exceptio,& præſcriptio idem,& non diuer-
ſa ſignificent. vt etiam videtur probari in l.præſcriptionem.& l.
fi.C.eo.& l.ſi maritus.2.§.præſcriptiones.ff.de adult. & hoc vi-
detur ſenſiſſe Bart.in d.l.ſi is qui ducenta.verſic.6. oppo. de l.ſi
4 quis ita.in fi.vbi iſta expoſitio eſt vera.cogita tu.¶ †Quid autem
importat dictio.& præiudicijs,poſita in rub.ff.eo.& clarum eſt,
ꝙ illud verbum,præiudicium, non eſt ita latum , ſicut alia ver-
ba illius rubricæ. ſ.exceptio,& præſcriptio. Nam præiudicium
non importat niſi exceptionem,quę opponitur,ne per actionẽ,
quæ intentatur,fiat præiudicium alieni cauſæ,& maximè maio-
ri.l.generaliter. ff.eo.quod ibi gl.Bar.& Raph. & latius per Bar.
in l.fundi.eo.titu.& latius per eundem, & do.in l.generaliter.§.
nihil commune.ff.de acquir.poſſ.facit § præiudiciales. & quod
ibi gl.& ibi dixi ſupra de actio.& l.per minorem. ff.de iudi.& l.
rei maioris.ff.eodem.& l.ſi quis libertatem. & quod ibi gloſſ.&
Bar.& omnes doc.ff.de pet.hæred. & facit quod not. Bart.in l.ſi
poſt litem.in prin. vltimæ quæſtio.ff.eodem & optimè facit tex.
coniuncta opinio.Azo.in l.1. C.qui accuſ non poſſunt.Sis tamẽ
cautus (tu cauſidice) quando opponis iſtam exceptionem præ-
iudicialem,ꝙ incõtinenti offeras te probaturum illam , & pro-
bes , vt puta , ſi agat quis ſeruitutem à fundo Titiano ſibi debe-
ri,ego verò ita excipiam incontinenti , ꝙ ille fundus eſt meus ,
& probem , vel agam incontinenti ad dictum fundum rei ven-
dicatione,& iſta habentur in d.l.generaliter.d.l.poſt.& d.l.fun-
5 di.quod bene not. ¶ † Verum , quia multæ leges vtuntur verbo
defenſionis,videamus quid propriè ſignificet dictum verbum ,
a defenſionis. ᵃ & videtur,ꝙ idem ſit,quòd exceptio.l.1.de iur.&
fac.igno.& d.l.defenſiones. & l.ſi quidem. C.eodem.& infra in
nigro.in princ.In contrarium videtur,ꝙ latius capiatur in l.de-
fenſionis.de iure fiſc.lib.10.C.vbi dicitur, quod quomodocun-
que quis ſe defendat , & tueri poſſit de iure, dicitur defenſio.
Tertiò videtur , ꝙ latius accipiatur etiam pro defenſione facti,
non tantum iuris , ſiue pro tuitione perſonæ. l.ſcientiam. §. qui
cum aliter. ff.ad legem Aquil.cum ſim.ſiue pro tuitione rerum.
l.1.C.vnde vi.& ibi plenè per gloſſ.& doc. Sed tu dic, ꝙ immo
aliud ſit defenſio, quàm exceptio,vt eſt tex.cum glo.not.in c.1.
in verſi.defenſionis.de lit.conteſta.in ſexto,quia in plus eſt ver-
bum,defenſionis,& ibi per Ioan.And.& Domi.de S.Gemi. In-
tantum ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ꝙ contra inſtrumentum guarenti-
giæ , vel inſtrumentum publicum non poſſit opponi niſi exce-
ptio ſolutionis,compẽſationis, & falſitatis,ꝙ caſu , quo de iure
cõmuni competeret alia exceptio , licet per modum exceptio-
nis illa exceptio,quæ de iure communi competebat,opponi nõ
poſſit,tamen tali caſu ſub infraſcripta forma poterit miſericor
diter implorari officium iudicis , iuxta not.per gloſ.in rubrica.
ff.de interroga.actin. & narrare factum , ex quo ſibi illa alia ex-
ceptio de iure competebat,& implorare, & petere,ꝙ actor ex-
cludatur à ſua petitione,ne locupletetur cum aliena iactura,vt
eſt tex.not. Bar.Bald.Ang.in l.planè. & l.fin.ff.de petitio.hæred.
& in l. 3.§.fi.ff.nau.cau.ſtab.quod no. (tu cauſidice) vt ſcias di-
ctum officium implorare , & ius tuum deducere, quia aliter fa-
ciendo ſuccumberes. & hoc ad literam voluit Cy.in l.domum,
circa fin.C.de rei vendi.& ibi Bal.Si autem ſtatutum diceret,ꝙ
contra inſtrumentum guarentigiæ vt publicũ , nulla exceptio ,
vel defenſio admittatur,tunc ẽt non poterit implorari dictum
officium iudicis, quoniam omnis defenſio eſt excluſa.& defen-
ſio per officium iudicis dicitur implorari . ita ſingulariter dicit
Bar.in l.1.§.2.ff.quod vi,aut clam.in verſic. item aduerte , quia
ſtatutum,de quo etiam per Bar.in l.edita.de eden.in verſi.expe-
dita prædicta &c.& Pet.de Anch.in cle.1.de ſeque.poſſ.& fruc.
& Bald.& Sal. in l.ita pudor. C.de adulte.& latè per dominum
meum Ioan.de Imol.in l.ſi.ff.a qui.appel.non lic.& ibi dixi.dic
vt ibi.& aliquid tetigi ſupra de act.in prin. quæ omnia no.quia
quotidiana.Vel poſtes dicere, ſecundum Spec.in titu.de except.
in prin.in verſic.defenſiones autem,ꝙ defenſio eſt illa , quæ ip-
ſo iure tollit , & perimit omnem obligationem , vt eſt exceptio
ſolutionis,& acceptilationis. Nam ſolutione,& acceptilatione
eius , quod debetur,omnis tollitur obligatio . vt ſupra , quibus
modis tolli.obliga.in prin.& in §.item per acceptilationem. ac
etiam renunciatio poteſt dici defenſio, quia ipſo iure tollitur
ius renunciantis.c.ſuper hoc.extra, de renunc.hæc ergo,& ſimi
lia dicuntur propriè defenſiones,& non exceptiones,quia licet
defendant reum,& per conſequens repellant agentem , non ta-
men excludũt actionem, cum nulla actio ſubſit , cum iam actio
ſit ſublata ſolutione. Sed exceptio præſupponit actionem, & eã
excludit. l.2.ff.eod. vt ſtatim dicam , largo tamen modo omnis
defenſio poteſt dici exceptio , quia excludit agentis intentionẽ.
Ita dicit Specu.eod.tit. verſic.defenſiones . quod eſt notandum,
vt cognoſcas quando ſtatutum loquitur de exceptione , vel de-
fenſione , cum ſtatutũ debeat intelligi verbis proprijs.l.3.§.hæc
verba.ff.de nego.geſt. Addas ſecundum Ludoui. in l.viro atque
vxore . ff.ſol.mat.ꝙ aliquando verbum,defendere,ponitur pro
accuſare.vt eſt text.cum glo.in l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad leg.
Iul.de vi.& l.non prohibentur.C.qui accuſ.non poſſunt . quod
no.pro conſeruatione libelli,& pro cõſtitutione procuratoris,
quia ſæpe conſtituuntur ad agendum , & defendendum,&c.
¶ Declaratio rubro, veniamus ad gloſſam ipſius rubricæ, & ca-
6 pias gloſſam ibi , quia exceptio vicem actionis ſuſtinet . † Not.
ex iſta glo.coniuncta.l. 1.ff eodem. quam glo.allegat,ꝙ licet il-
le,qui vtitur exceptione, videatur agere , vt dicitur in dicta l.1.
quia in exceptionibus reus eſt actor. l.in exceptionib.ff.de pro-
ba.tamen impropriè dicitur agere, vt patet in d.l.1.in verſi. vide
tur. ꝙ ſui natura denotat fictionem.l. 1.§.deiecisſe. cũ ſimi.ff.de
vi & vi armata . ¶Ex quo infertur,quòd propriè loquendo,ex-
ceptio non dicitur actio,nec reus propriè dicitur actor, ſed ex-

ceptio

ADDITIO.

a Defenſionis.De ſignificatione huius dictionis,defenſio,vide per Ioã An extra de lit.cont in c.1.lib 6.& quandoq; ſub verbo, defendere, cõtinetur ẽt agere, & ideo ſi aduocatus promiſit defendere eccleſiã in cauſis ſuis, tenetur ẽt,ſi ec cleſia agat facit.C.de teſt.l.1 .cũ ibi no.& l.in hoc iudicio,cõi diui.& in l in-ter collateral.§.fi.ff fam.erc.licet in ꝓpria ſignificatione intelligatur de ſen-di ille, qui impugnatur de iure,vel de facto. C. de iure fiſ.l. facultas defenſio-nis,lib.10.vide latius.& diffuſius in dictionario Alb.de Rot.in verſ.defenſio.

ceptio obtinet vicem actionis, vt hac glo. & quò ad quid exceptio habet vim exceptionis. vt no. glo. in d. l. 1. & Ang. & Raph. ibi nam in exceptionibus ſuis reus dicitur fungi partibus actoris. vt dicit tex. in d. l. in exceptionibus. in prin. de quo dicam infra eo. in prin. nigri. Quæ faciunt, ꝙ ſi ſtatutum facit mentionē de actore, vel de actione, non cōprehendit reū, vel exceptionē.

7 ¶ † Secundo, ex d. glo. habes, ꝙ ille, qui ſuſtinet vices alterius, nō eſt propriè ille, cuius vices gerunt, quod facit, ꝙ Vicerector vniuerſitatis noſtræ, vel Vicepoteſtas Ferrariæ non gaudet omni priuilegio, nec habet omnimodam poteſtatem, quam habet Rector, & poteſtas, quod verum intelligas, ſi talis vicegerēs deputatur à rectore, vel poteſtate, ſecus ſi deputatur ab illis, qui deputauerunt Rectorem, vel Poteſtatem. l. Vicarius. ff. de lega. & l. filius. eo. tit. Et ita determinat ibi Bart. Idem voluit Bart. in l. 1. §. hi qui. ff. de leg. 3. quod not. quando vicerector eligitur ab vniuerſitate, vel vicepoteſtas à regente populum, ꝙ omnia poteſt, quæ rector, & poteſtas. Sed in hoc dubito, per tex. iuncta glo. ſingu. in l. 2. C. de officio eius qui vicem alter. gerit. vbi tex. vult, ꝙ ſi propter abſentiā, vel mortē præſidis prouinciæ alius fuerit deputatus à p̄ſide, vel à principe, vt ſuſtineret vices præſidis. & ibi dicitur in tex. ꝙ omnia poteſt exercere, quæ poterat præſes prouinciæ. Et tamen gl. illud verbū, omnia, ibi reſtringit, ꝙ non poſſit vltimum ſupplicium inferre, vel membri abſciſſionem. allegat in Auc. de collat. §. ad hoc prohibemus. Ex quo dictum Barto. venit limitandum, vicegerens deputatus ab illo, qui poteſt officialem principalem ponere, poteſt omnia præter ea, quæ non ſunt delegabilia, & quæ ſunt maximi præiudicii. argum. l. 1. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdi. cogita tu pro ſolutione Bar. & hoc videtur velle Bar. in l. obſeruare. in princ. ff. de offi. procon. & lega. Sed illam gl. damnat Barto. in d. l. 1. ff. de officio eius cui &c. fortè verius eſt, quando eſt Vicarius conſtitutus à lege, vel à principe, quia tali caſu habet etiam merum imperium. vt voluit Bar. in d. l. 1. §. 1. & ſequitur Bal. in auc. ſed nouo iure. in princ. C. de ſer. fugit. & hoc dixit Bald. fortè verum, & clarum de iure canonico, per cap. in archiepiſcopatu. de rapto. Ex quo ſequitur, ꝙ diſtinctio Bar. in d. l. filius. & in d. §. hi quib. eſt vera, & non eſt vera d. gl. in d. l. 2. Nec obſtat, quod dixit Barto. in d. l. obſeruare. quia loquitur, quando vicegerens eſt deputatus ab illo officiali, qui ſe abſentauerat, non aūt loquitur, qñ fuit deputatus à principe, vel a lege. vt ibi facit, quod no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. qui & à qui. & ibi latè dixi. ¶ Ac ēt iſta gl. facit. ꝙ aliud eſt eſſe ciuē, & aliud vice ciuis fungi. & facit, quod habetur per glo. & doc. in l. mercis. la ij. ff. de verb. ſig. & per Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. circa medium. in verſ. pone ergo, ſtatuit ciuitas &c. & plenè per eundem in l. ſi maritus. §. lege Iulia. ff. de adulte. per Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & per Bar. in tractatu ſuo repræſaliarum, in q. 3. principali. in verſi. ciuibus noſtris &c. & in verſi. ad quartum cū quæritur, & in verſic. ad quintum. & in ver. ad ſextum. vbi plenè ponit. facit, quod not. doc. in l. 1. & 2. C. vbi de cri. agi opor. ¶ Et in ea gl. ibi ponit, de exceptio. no. ex glo. coniuncto nigro. in prin. ꝙ imperator cōtinuat ſe à remotis, videlicet, ad titulum, ſupra de actio. de quo dixi in d. rubr. ff. de leg. 1. Et aliquid ſcripſit do. Ioan. & poſt eum dixi in rub. ff. de appel. ſed latius dixi in rubrica procœmij huius libri, dic, vt ibi. Si tamen velles dicere, quòd ad proxima ſe continuet, dic, ꝙ continuat ſe ad titulum præcedentem, vbi dicitur, de perpetuis, & temporalibus actionibus, & ſic de actionibus loquitur. ¶ In eadem ibi, de reorum armis. dic. ꝙ cum iudicium conſiſtat principaliter ex tribus perſonis, videlicet, iudice, actore, & reo. c. forus. de verb. ſign. & dicitur iudicium quoddā bellum ciuile, vt no. Bar. in l. 1. C. de lit. conteſt. in verſi. quæro vtrū opponendo exceptionem inducatur litis cōteſtatio, poſtquam poſuimus in certamine, & ſic in bello actorem cum eius armis, vt in titu. ſupra de actioni. neceſſariò ſequitur videre de reo, & eius armis. ¶ Secundò habes ex d. glo. ꝙ exceptiones dicuntur arma defenſibilia ipſius rei, & quòd dicātur arma defenſibilia, eſt tex. hic in principio nigri, ibi, defendendorum reorum gratia. ¶ Expedita glo. rubricæ nobis tractaturis in hoc titulo, & ſequenti materiam exceptionum, & replicationum per modum cuiuſdam ſummæ, pro eius declaratione, & generali cognitione plura ſunt vidēda. Et primò, quid ſit exceptio in genere ſumpta. Secundò, quo iure fuit inuenta, & ſic à quo iure deſcendit. Tertiò, ex qua materia oriatur exceptio. Quartò, quotuplex eſt exceptio. Quintò, cui competat exceptio, & contra quem. Sextò, quādo exceptio competat, ſiue intentari, & proponi debeat. Septimò, de effectu exceptionis in genere. Octauò, an licitum ſit impunè excipere, & negare intentionem agentis, & per conſequens erit videndum an ſit licitum allegare plures exceptiones adinuicem contrarias. Nonò, erit vidēdum de tempore, videlicet, quo tempore debet, vel poteſt proponi exceptio. Decimò, de modo, & forma proponendi exceptionē in genere. Vndecimò, videbimus aliqua regularia in exceptionibus in genere

8 ſumptis. ¶ Capiamus primū, & † quæro quid ſit exceptio? vt virtutem eius verbi intelligamus iuxta l. 1. in prin. ff. ſi cert. Et licet omnis diffinitio in iure noſtro periculoſa ſit, ſicut dicit iuriſcōſultus in l. omnis diffinitio. de reg. iur. tñ dices, ꝙ legiſlator licet non ponat diffinitionem, alludit vocabulo dicens, ꝙ exceptio eſt actionis excluſio. ita in communi allegatur. l. 2. in prin. ff. eo. & probatur ĩ. eod. in nigro in ſi. prin. & ſic alluſionem vocabuli poſuit pro diffinitione, & loco diffinitionis: vt etiam alibi facit iuriſconſultus in poſſeſſione, in l. 1. in prin. ff. de acq. poſſ. & Imperator in teſtamen. ſ. de teſta. ordin. in prin. vt dicunt doc. d. l. 1. in prin. & in l. 2. §. appellata. & ibi Bart. ff. ſi cer. pet. quando non eſt diffinitio in iure, vel ſi ſit diffinitio, tamen alluſio non cōtradicit diffinitioni, ſtamus alluſioni ſicut propriæ diffinitioni. de quo latè ſcripſi ſ. de teſta. ordinandis. in princ. ¶ Ex quo videtur inferri, ꝙ quoties eſt aliquod excluſiuum actionis, dicitur, & dici poteſt exceptio. Sed tu aduertas, ꝙ d. l. 2. ff. eo. hoc non dicit, ſed formaliter ſic dicit. Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſcunq; rei ſolet ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum eſt. vnde ſecundum gloſ. d. l. 2. in verſic. intentionem. duplex eſt exceptio: quædam iuris, quędā intentionis, vel facti. facit glo. in l. qui ſe debere. ff. de condic. ob cau. & dicam infra in prin. nigri. Vnde quamprimùm actoris intentio fundata eſt, iuxta plenè not. in l. exceptionem. C. de probat. & infra dicam. tunc propriè dicitur exceptio, puta, dico te debere mihi decē ex mutuo, & ita in veritate mihi debebantur, & habebam actionem contra te, nondū probaui, & tu negas, iſta propriè non eſt exceptio. Quandoque intentio actoris eſt fundata, quia iam actor mutuum deductum probauit, & tunc eſt differentia in modo excipiendi. nā aliquando reus excipiendo excipit ita, & taliter, ꝙ ipſo iure eneruatur in totum intentio actoris, vt putà, quia dicit ſe ſoluiſſe, vel ſibi acceptilatum fuiſſe, tūc poſſumus etiam dicere, ꝙ iſta propriè ſit exceptio, cum excludat intentionem fundatam actoris, licet in veritate, nulla actori competat actio. facit ſupra quibus mod. tol. obliga. in princ. Aliquando opponitur exceptio, & non arguitur nullitas actionis, vt exceptio pacti, & ſimilium, tunc etiā iſta eſt propriè exceptio. ex quibus concluditur, ꝙ propriè exceptio non eſt actionis competentis actori excluſio, ſed excluſio intentionis actoris, quæ in iudicio videbatur probata. ita dicit eleganter Raph. in l. 2. ff. eod. vel dic ſecundum Azo. in ſum. huius tit. in princ. ꝙ aliquando exceptio capitur largè, aliquando ſtrictè, largè enim ponitur pro omni defenſione, quæ reo cōpetit, etiam ſi nulla actio competat actori, vt ſi excipiēdo dico, ſolui centum tibi, quæ dicis te mutuaſſe mihi, quæ commodioribus verbis dicitur exceptio intentionis. Item largo modo replicatio, quæ competit actori dicitur exceptio. d. l. 2. ff. eodem. & infra titu. 1. in princ. Sed ſtrictè, & propriè exceptio ponitur pro ea defenſione, quæ competit reo contra actionem competentē contra ipſum. tali ergo modo dicetur tunc exceptio actionis excluſio. vt habetur de vtroq; in d. l. 2. §. 1. Et pro iſto modo loquendi, & pro Azo. poſſes tu adducere, quod not. glo. & ibi dixi ſupra de actioni. in princ. & §. 1. vbi glo. voluit, ꝙ ille, qui tenetur actione in rem nō propriè dicitur obligatus, propriè autem dicitur obligatus, qui actione perſonali tenetur, vt ibi dicitur. Sed tamen mihi magis placet declaratio domini mei Raph. & videtur probari manifeſtè in d. l. 2. in princ. ibi, ad excludendum. ¶ Nam exceptio propoſita intelligitur ad iſtum ſuum finalem effectum, vt excludat, & ad excludendum non actionem propriè, ſed intentionē agentis, ſed intētio actoris dicitur propriè, qñ fundata eſt, vt dicitur in d. l. exceptionem. C. de prob. & dicam infra in illo quæſito, quo tempore, ſiue, qñ exceptio op-

a poni debeat, & tunc ſi opponatur, dicitur propriè exceptio. *

¶ † Venia-

A D D I T I O.

a Exceptio. Cōſidera ſm Raph Cuma in l. 2 ff eo. de excep ꝙ aliquādo, & primo. exceptio eſt actionis excluſio, & tunc eſt propriè exceptio, aliquando & ſecundo exceptio dicitur actori nō competere, nec unquam competiſſe actionē, & tunc quia eſt mera negatio, dicit Cuma non eſt propriè exceptio, probatur ſic, mera negatio non eſt probanda a reo, vt dicit Bald. in l. per diuerſas. C. ſen. reſ. in. non poſſ. & in l. 1 C qui accu. non poſ. ſed etiam reus dicitur propriè excipere, quādo aliquid ponit quod probare tenetur, ut in l. in exceptionib. ff de prob. aliquando, & tertio, exceptio, quæ opponitur dicit actionem, quę competebat extinctam ipſo iure, & tunc dicitur propriè exceptio, & ita loquitur tex in l 2 ff. de except. in verſ intentionem, ita per Bar. Soc. in Rub. ff. de excep & per Abb. in Rub. extra eo. de excep. Barth. ab Hora.

9 ¶ † Veniamus ad ſecundum, ſcilicet quo iure fuit exceptio inuenta, ſiue a quo iure fuit introducta. & breuiter videł, ꝙ fuit introducta de iure diuino. Hinc eſt, ꝙ iudiciorum ordo, & practicandi vſus in paradiſo terreſtri videtur exordium habuiſſe. Nam Adam de inobedientia a domino reprehenſus, quaſi Dei actioni exceptionem obiiciens, relationem criminis in coniugem, immo in coniuges authorem, & ſic in Deum conuertit, dicens, Mulier quam mihi ſociam dediſti, me decepit, & comedi. de pę.di.1.ſerpens. ita dicit Spe. in procemio ſui operis.in verſ. ſaoè placitandi &c.& hanc opi. recitando ſequitur Ant.de Bu. in rubr.extra,eo.in fi.Sed d. Abb.Sicul.in d.rub. dicit, ꝙ immo exceptio fuit introducta de iure naturali. ratio eſt, qa exceptio eſt quædam defenſio, vt ſupra dixi. & habetur in l.defenſiones. C.eo.ſed defenſio eſt de iure naturali. Cle.paſtoralis.de re iud. pro quo facit.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.& quod ibi latè Flo. ff.ad legem Aqui.Sed quò ad modum, & formã excipiendi, poteſt dici de iure ciuili.ita dicit ipſe.Sed tu poſſes contra opi. iſtã opponere.& contra opi.Spe. ꝙ exceptio nõ tm̃ quò ad formã, ſed etiam quò ad ſubſtantiam, & ſic inuentione dicatur de iure ciuili. quod probatur, quia actio inuẽtione etiam eſt de iure ciuili. vt videtur eſſe tex.ſupra tit. 1.§.nos autem, ibi, quæ in aliquem ipſo iure cõpetunt &c.gl. ibi exponit, id eſt de iure ciuili, & an actio ſit de iure ciuili? dic, vt latè per omnes doc. & maximè per Saly.qui repetit in l. ex hoc iure. de iuſt.& iure.de quo latius ſcripſi ſupra de actio.in prin.in gl.quãuis.& ibi prætorias &c.Quòd autem exceptio, & ſi originem habuerit a iure diuino, gentium, vel naturæ, tamen ꝙ ſm opi.Bart. debeat dici de iure ciuili, & etiam facit optimè. quia vt ipſi ibi fatentur ius diuinum, & reliqua iura ante ius ciuile materiam reperierunt, ſed ius ciuile formam tradidit, ſed materiam confunditur per formam.l.adeò.§.cum quis. ff.de acqui.rer.do.ergo &c. Prætereà, cũ magis inculcetur exceptio iure ciuili, ergo ab eo debet denominari, reliquis iuribus ſublatis, & confuſis. arg.l.quærit. ff.de ſtatu hominum.ſicut etiam denominatur teſtamentũ a iure ciuili. vt no.gl.eleganter. ff.de acquir.rer.domi. in l.1.in ver. ciuitatis. ꝙ autem exceptio ſuſceperit formã a iure ciuili, patet clarè, qm̃ omnes exceptiones admittuntur iure ciuili, neq; omni tempore, (vt clarè in proceſſu reperies) & ita conceditur. cogita tamen ſi hęc ratio concludat. Et iſtam partem, ꝙ exceptio ſit de iure ciuili, videtur ſenſiſſe Bar.in d.l.ex hoc iure. in fi.dum dixit, ꝙ cũ exceptio ſit actionis exclusio in effectu.l.2.ff. eo.dixi in pxi.ꝓcedẽti qõne.& actio eſt de iure ciuili, ita ergo erit exceptio.¶ Et ex iſta opinione ſequit, ꝙ ſi actio eſſet de iure gentium (vt volunt Vltramon. d. l. ex hoc iure.) quod etiã exceptio erit de iure gentium. Ex quo poteſt dici, ꝙ ſit quarta opinio in hac materia. quę colligi poteſt ex concordia Bald. quam facit in d. l. ex hoc iure. de opinio Vltramonta. & Citramon. Nam dixit, aut actio habet materiam præexiſtentem a iure naturali. & tunc naturaliter, & ſic de iure naturali dicetur actio orta. & ita intelligatur opinio Vltramon. Aut habuit materiam a iure ciuili inuentam, & tunc eſſentialiter, & formaliter dicatur de iure ciuili. & ita intelligatur opinio Citramon. & quæ dicatur materia iuris naturalis, vel iuris gentium, & quæ iuris ciuilis hr̃ plenè ꝑ tex.gl. & doc.in d.l.ex hoc iure. ergo &c. Ergo ex iſto dicto Bal. poteſt inferri opinio, ꝙ eadem diſtinctio poteſt adhiberi in exceptione, quam Bal. adhibuit in actione, cũ exceptio ſit ſequela actionis, & actionis exclusio.d.l.2.igit̃ &c. Tu verò potes dicere, ꝙ exceptio fuerit introducta de iure diuino. vt dixit Spec.non autem de iure naturali, vt dicit Abbas, quoniã defenſio, quæ largo modo dicitur exceptio, fuit introducta etiam de iure diuino, vt patet in d.c.ſerpens. qm̃ Altiſſimus dixit, Adam vbi es? & ſic eum interpellauit, & monuit.iuxta l.2.cum glo.& ibi doc. C.quomod.& quando iud.& hoc fecit, vt haberet Adam cauſam ſe defendendi, & quòd ſine defenſione nõ damnaretur, ergo exceptio, ſiue defenſio eſt etiam inuẽta de iure diuino, ſed formaliter, & in modo, & ordine excipiendi, & ſe defendẽdi, eſt de iure ciuili. quod ius omnes exceptiones, vel defenſiones admittit. niſi certo mõ de ordine ꝓponendi. vt infra dicam. facit clem.1. & ibi gl.& Pet.de Anch. de homi.& l.1.& ibi gl.& doc.C.vnde vi.de quo latiſsimè ſcripſi in meo trac.Malefic.in gl.in verſ.& dictus Titius &c.Et pro hoc põt adduci, quod dicimus in ſimili de matrimonio, quod aliquo reſpectu eſt de iure diuino, aliquo reſpectu eſt de iure naturali, vel gentium, aliquo reſpectu de iure ciuili, & iſta habentur per text.gloſſ. & docto. & l.1. ff.de iuſti.& iure.

¶ Capiamus tertium, ſcilicet ex qua materia producatur exce-
10 ptio. & dic, ꝙ breuiter eſt æquitas ſcripta, quia † æquitas ſcripta materia habilis ad producendum exceptionem, nã omnis exceptio dicitur fundari ex æquitate.l.qui ęquitate.ff.de excep. doli.quoties ergo conſtat æquitatem præſtare reo defenſionẽ, ſemper ibi datur reo exceptio. facit l.1. in prin. & ibi Bart.ff.de va.mu. vbi dicit, ꝙ ſicut omnis excuſatio a muneribus nititur æquitate, ita omnis exceptio æquitate fundatur: quæ æquitas poteſt infringere rigorẽ iuris. & hoc expreſsè voluit Azo in ſumma huius titu.in fi. Et ex hoc ſequit̃, ꝙ quoties æquitas non dictat, non datur reo exceptio. vt probatur in d.l.qui æquitate, a contrario ſenſu.facit l.planè.in fi.& l.fi. & quod ibi glo.& doc. ff.de pet.hær. Ex quo tu inferas, ꝙ omnis exceptio ſui natura fauorabilis dicitur, etiam illa, quæ nominatur exceptio doli, ſiue odioſa. iuxta l. qui exceptionem. ff.de condi.indeb. & infra eo.in princ.nigri.& ibi dicam. Non enim poteſt dici odioſa exceptio, cum mater ipſius exceptionis ſit æquitas, nõ enim propter odium actoris regulariter, ſed ex æquitate rei, & materiæ naſcitur. ita dicit text. in d. l. qui æquitate. Ex quo infertur, ꝙ cum defenſio, quæ dicitur exceptio.l.defenſiones. C.eo. dicatur oriri, vel de iure diuino, vel naturali, vel gentium, vel ciuili, vt dixi ſupra proxi. quæſtio. ſequitur, ꝙ ſiue iſta æquitas deſcendat a iure diuino, naturali, vel gentium, ſcripta tamen de iure ciuili, vel ſit, æquitas, non tantum de iure prætorio, ſed etiã de iure ciuili, quia etiam de iure ciuili eſt bonum, & æquum.l.1.ff.de iuſtit.& iure. & habetur in l.filio præterito. ff.de iniuſto rupto, & irrito teſtamento, & ibi Ang. & dominus meus, parit talis æquitas reo exceptionem, d. l. qui æquitate. quæ loquitur generaliter & indiſtinctè, ergo &c.coniuncta l.placuit. C.de iudi.ideo dicimus, quia reus in ſuis exceptionibus, & defenſionibus fundatur æquitate, qui dicitur fauorabilior actore.l.fauorabiliores.ff.de reg. iur. & in dubio pro eo ferenda eſt ſententia. l.Arrianus.ff.de actio. & obli.& eſt etiam defendendus a iudice, quando æquitas dictat, & eius officio, etiam ſi exceptionẽ pro-
11 priè non haberet.d.l.planè. & d.l.fi. de pet.hær. &c. ¶ † Deueniendum eſt ad quartum principale, ſcilicet quotuplex eſt exceptio? & dic, ꝙ nõ poteſt dari certa doctrina, vel quota, quoniam infinitus eſt numerus exceptionũ, quia tot ſunt exceptiones, & defenſiones, quot genera actionum, & impugnationum ipſius actionis.l.2.in princ. ff.eo. Sed actionũ genera ſunt multiplicia, & infinitus eſt numerus earum, vt patet in arbore actionũ, ergo &c. Vel poſſes dicere, ꝙ ſicut ſunt 12.gñra actionũ, iuxta ea, quæ dicit gl.ĩ.de act.§. fi. ita etiam poſſunt dici 12.genera exceptionũ, vel breuius poſſumus dicere, ꝙ ſunt ſex genera exceptionum, ſicut ſunt ſex genera actionum, ſm Dy.& Bar.ĩ.de act.in princ.& ibi dixi, videlicet, ꝙ quædam exceptiones reſpiciunt cauſam materialem, quædam cauſam efficientem, quædam cauſam finalem, quædam cauſam formalem, quædam cauſam ſubſtantialem, quædam reſpiciunt effectum executionis, vt dixi de actione, ſupra de actio.in princip. Vel poſſumus facere aliam diuiſionem exceptionum, quia quædam opponuntur contra reſcriptum, ſi virtute reſcripti quis conueniatur, iuxta l.2. & quod ibi not.omnes doc. C.ſi contra ius, vel vtil.pub. & de his dicam infra eo.§.fi. Quædã ſunt exceptiones, quæ opponuntur cõtra libellum, ꝙ ſit ineptus, & quòd aliàs non procedat.& de his dicam in d.§.fi.Quædã opponuntur contra perſonam iudicis. vt C. ſi a non compe. iudi. per totum. & de his etiam dicam in d. §. fina. Quædam opponuntur contra perſonam actoris, quòd non poſsit ſtare in iudicio. vt C.qui leg.perſo. & etiam dicam in dicto §.fina. Quædam opponuntur, quia tua non intereſt, vel tibi non competit actio, vel ius intentatũ, & maximè modo, & forma, qua intentaſti. & de his dicam in d.§.fi.Quædam ſunt declinatoriæ fori.l.fi.cum ſim. C.eo.de his dicam infra eo.in §.item ſi in iudicio.in glo.in verſ. ex legibus. Quædam ſunt exceptiones, quæ opponuntur contra perſonã alterius nomine comparentem. iuxta l.militem.& l.ita demũ. C.de procu.& l.alienam.eo.tit. & de his etiam dicam in d.§.fi. Quædam ſunt exceptiones litis finitæ, de quibus in ca.1. de lit. conteſt.lib.6.& de his dicam.infra eo.tit. §.his quoque.Quædã ſunt dilatoriæ ſolutionis, vt pacti de non petendo.de quibus in §.prætereà ſi debitor.infra eo. Quædam ſunt peremptoriæ, de quibus in §. appellantur. infra eo. Quædam ſunt eliſoriæ, quia elidunt, & non tollunt, nec in totum periment. & de his dicam hic in rubr.& aliquid in d. §. pręthereà. & in dicto §. appellantur. Quædam ſunt, quæ declarant actori ipſo iure non competere actionem.iuxta l.vbi pactum.C.de tranſa.cum glo. & de his dicam in prin. nigri. Quædam dicuntur odioſæ, quædã fauorabiliores.l.qui exceptionem.ff.de condi.indeb.& dicã in §. item ſi in iudicio.in glo.in verſ.obtinet, infra eo.Quædam ſunt exceptiones intentionis, & facti.d.l.ſecunda. ff.eo.& l.quã ſe debere.de condi.ob cau. & de his dicam infra eo. in princip. nigri.

nigri. Quædam non perimunt condemnatoriam ipſo iure, ſed modificant, vt actio de peculio. vt in §.item ſi de peculio. ſupra de actio. & ibi dixi. Quædam non modificant condemnationem, ſed executionem, ne quis exigatur inſolidum. de his dicam in d.§.appellantur. ſuper gl. quædam ſunt, quæ poſſunt opponi ante ſententiam, & etiam poſteà. & de his etiam dicam in d.§.appellantur. Quædam dicuntur anomalæ, vt exceptio diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, & ſimilium. iuxta §.fideiuſſores. ſupra de fideiuſ. & de his dicam etiam in d.§.appellantur. Quædam ſunt exceptiones litis pendentis. vt in clem. 2. vt lit. pēdē. & de his dicam in d.§.item ſi in iudicio. Quædam ſunt præiudiciales, de quibus in l. generaliter. ff. eo. & de his aliqualiter ſupra dixi, & dicam etiam infra. Quædam ſunt ad rigorem iuris conſeruandum. l. Iulianus. ff. de condi. indeb. & dicam infra in d.§.item ſi in iudicio. Quædam ſunt in perſonam, quædam in rem, l. exceptiones. ff. eo. & de his infra. Quædam eſt exceptio iuriſiurandi, & de his dicam infra §.æquè ſi debitor. Quædam eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, vel dotis, & de his infra §.idem iuris. Quædam eſt exceptio doli mali, quod metus cauſa, & in factum, & de his infra in princ. nigri. Quædā eſt exceptio Macedoniani, & Velleiani, & de his dicam in d.§.item ſi in iudicio. in glo. obtinet. in d.§.appellantur. in glo. magna.

12 ¶ † Venio nunc ad quintum, videlicet, cui competat exceptio, & contra quem? & nulli dubiū, ꝙ exceptio competit reo principali, & eius hæredi. in l. 1. & 2. ff. eo. iūcta l. ſi pactum. cum ibi no. ff. de proba. & no. glo. Bart. & doc. in l. ſi ſic. ff. de verb. ob. facit l. iuriſgentium. §. pactorum. & l. qui in futurum. §. 1. & ibi latè Bar. ff. de pac. Ac etiam competit fideiuſſori, & mandatario, & ſimilibus perſonis exceptio, quæ competit reo, niſi eſſet exceptio, vel beneficium perſonale. l. exceptiones. ff. e. l. quia perſonale. cum ibi no. per Bar. ff. ſol. ma. Et generalius dic, ꝙ omnis exceptio, ſiue defenſio, dummodo non ſit perſonalis, reo competit, etiam cuicunque pro eo, & qualitercunque, & quomodocūq; obligatio, immo competit etiam illi, cuius quomodolibet intereſt. arg. l. a ſententia. & quod ibi Bar. & vtrobique dixi. ff. de appel. l. ſi ſuſpecta. §. 1. & ibi glo. & Ang. de inof. teſt. & c. cū ſuper. & ibi latè per Innoc. & doct. de re iudi. In tantum, ꝙ etiā ſi reus non vellet dicta exceptione ſibi competenti vti, tamen ille, cuius quomodolibet intereſt, poteſt opponere etiam inuito reo. l. pe. C. de non nu. pecu. vbi tex. not. pro quo facit l. non tantum, & quod ibi doct. & ibi dixi. ff. de appel. Et aduertas, ꝙ non tantum ſucceſſori vniuerſali competit exceptio, quæ com
a petebat reo, ſed etiam ſucceſſori ſingulari.[a] vt eſt text. in l. fluminum. §. adiicitur. & ibi glo. Dy. & doc. ff. de dam. infec. & l. ſi tertius. §. ſi prius. ff. de aqua pluuiæ arcen. & Dyn. in c. qui in alterius. de reg. iur. in 6. & eſt tex. in l. ait prætor. §. ſi. cū l. ſeq. de iu
13 reiur. ¶ † In hoc autem articulo, an exceptio competat ſingulari ſucceſſori, ex dictis omniū ſic cōcludas. Aut ius excipiēdi eſt in rem, aut in perſonam. Si in rem, & tūc aut eadem æquitas excipiendi eſt in ſingulari ſucceſſore, quæ erat in eius autore, & ad eum exceptio tranſit. d. l. ait prætor. §. ſi. cum l. ſequen. & ff. de ꝯtrahen. emp. & l. dolia. §. eum. ff. de hær. ven. l. emptori. de exce. rei iud. l. ſi a te. §. Iulianus. & l. ſi mater. §. idem Iulianus. Aut in eo non eſt eadem æquitas. & tunc in eo non tranſit exceptio. l. quæſitum. §. ſi annua. ff. de pecu. Si verò ſit in perſonam: tūc dic, aut cenſetur perſonale, quia perſonam egredi non pōt, & tunc non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt l. idem in duobus. §. 1. ff. de pac. Ratio eſt, quia ēt in vniuerſalem ſucceſſorē non tranſiret, vt l. quia tale. ff. ſol. mat. Aut cēſetur perſonale, non eo reſpectu, quia perſonā nō egreditur, ſed quia cū perſona finitur, & tunc tranſit in ſingularem ſucceſſorem pro tempore tñ vitæ ſui autoris, & nō poſt mortem eius, vt eſt tex. & ibi no. in l. ſi tibi decem. §. pactus. ff. de pac. Ex his ergo habes, vtrum exceptio trāſeat ad ſingularem ſucceſſorem necne? quia ſi bene percipis, ſunt multum verba ponderanda, ex quibus ius accipiendi colligitur. & ita no. dixit Sal. in d. l. prætor ait. §. ſi. vbi ēt vide Bald.

14 ¶ † Sed aduertas ad id, quod ſupra dixi, qn̄ eſt exceptio cohærēs perſonæ, ꝙ non tranſit in fideiuſſorē, vel ſingularē ſucceſſorē. per d. l. exceptiones. Nam eſt multùm cōſiderandū pro intelligētia, q̄ exceptiones dicant̄ cohærere perſonæ, & q̄ ſint rei cohærentes. de quib. hēs per exēpla in d. l. exceptiones. Nā dicas, ꝙ illæ dicuntur cohærere rei, q̄ radicē obligationis concernunt, vt exceptio doli mali. d. l. exceptiones, & exceptio iuriſiurandi. l. ſi. ff. de iureiuran. exceptio pacti. l. & hæredi. §. ſi. ff. de pact. exceptio non num. pec. d. l. tā mandatori. C. de non nu. pec. De exceptione aūt, q̄ cōpetit reo per mutationem ſtatus, vt quia bannitus. l. 1. C. de fideiuſ. Et quid de exceptione p̄ſcriptionis? vide glo. Bar. & doc. in l. vbicunque. ff. de fideiuſ. & per Bal. & Sal. in d. l. tā mandatori. In perſonā aūt dicuntur exceptiones cohærere, q̄ perſonam, vel eius qualitatem concernunt potius, q̄ radicem obligationis. vt patet per exempla in d. l. exceptiones.
15 ita no. dicit Bal. & Sal. in d. l. tam mandatori &c. ¶ † Scd'ò, poſtquam vidimus, an exceptio, vel defenſio cōpetens reo, in ſingularē ſucceſſorē tranſeat, vt putà, in emptorē, videndum eſt, an tranſeat in fideiuſſorē, vel alium acceſſoriè pro reo obligatū? In hoc itaq; dubio, an exceptio quæ cōpetit reo ſtatu non mutato, eius fideiuſſori cōpetat? diſtingue, ſm̄ Bal. in d. l. tā mandatori. Nam aliqn̄ talis exceptio naſcitur de ꝑcto, aliqn̄ ex beneficiis principum, aliqn̄ ex aliis diſpoſitionibus legum. Nam ex multis, & variis figuris cauſarum defenſiones dātur. Circa primum dic, ꝙ aut in pacto apponitur perſona rei per modū determinationis, aut per modū demonſtrationis, aut dubitatur. Primo caſu, non prodeſt fideiuſſori in vim pacti, nec in vim pacti pōt allegari, ſed tu cauſidice ſis prudens, ꝙ ex alia æquitate poteris defendere, vt putà, ꝙ excipias, quia primò excutiatur principalis. Auth. de fideiuſſo. §. 1. vel excipias, quòd cedat tibi actiones contra principalem, iuxta l. niſi, cum gl. & ibi Ange. & doc. ff. de pactis. & de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus eſſem. §. 1. & ipſe creditor non poteſt in effectu excutere principalem, vel contra eū tibi cedere actiones efficaces, ergo debet repelli: quam cautelam in practicam tene menti. Scd'o, & tertio caſu prodeſt fideiuſſori, quia liberationes ſunt latè interpretandæ. vt d. l. iuriſgētium. §. pactorum. ff. de pac. Secundo vero caſu principali, quando competit reo exceptio, ex beneficio principis, vt puta princeps concedit beneficium quinquennalis dilationis omnibus cruce ſignatis, tunc tale beneficium non competit fideiuſſori, quia eſt ſignatis conceſſum, & propter cauſam extrinſecā, quæ
16 non lædit obligationem. Ex quo † ſequitur,[b] ꝙ ſaluuſcondu-
b ctus conceſſus principali contra eius creditores, non prodeſt fideiuſſori. de quo tamen vide Cyn. Bald. & latius per Saly. in l. quoties. C. de prec. impe. offeren. & per Bal. in d. l. iam mandatori. & per Bar. & Ang. & doc. in l. cum filius. §. 1. in fi. ff. de verbo. obl. ¶ Tertio caſu principali, quando ex prouidentia legis, & tunc ſi quidem lex eſt de certa perſona, æquiparatur reſcripto,

ADDITIONES.

a Singulari. Quando tranſeat ius agendi, vel excipiendi ponit Dy. in §. adiicitur. in l. fluminum. ff. de dam. infe. & in c. ſi quis in ius. eum de reg. iur. lib. 6. vt per Bar. in d. §. adiicitur. ſed adde, ꝙ ſi inter duos ſocios eleuantes murum communem factum ſit pactum, ne altius tollatur, & alter ipſorum vendidit murum, ꝙ emptor teneatur pactum ſeruare, per l. quæſitum. §. quod actio. ff. de preca. ita Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de iud. §. generalia. verſi. ꝙ ſi murum, vbi refert Vbert. de Bobio ſic terminaſſe. Idem de duobus habentibus prædia, qui inuicem fecerunt pactum non plantare in confinibus arbores, quod ſi alter vendit prædium, emptor tenetur pactum ſeruare per d. §. adiicitur. ita iudicauit Guid. de Suz. Bar. ab Horat.

b Ex quo ſequitur. Saluuſconductus, ſeu ſecuritas ad tempus, licèt a Principe concedi poſſit, tamen impetrās debet cauere idonee. l. quoties. & l. vniuerſa. de precib. impe. offe. C. ſed R. D. Legatus, ad R. D. Vicelegatus Auenionis, ac comitatus Venayſcini, a tempore memoriam hominum excedente, & per id conſueuerunt concedere Saluuſconductus ad menſem, cum ſola ſignatura, & abſque præſtatione alicuius ſatiſdationis, & talibus ſaluiſconductib. plena fides adhibetur. Quando uerò conceduntur ad annū, appellantur gratiæ moratoriæ, & tunc non præſtant authoritatē, niſi literis confectis, & præſtita cautione idonea, vel datis pignorib. ſ. manualib. intra mēſem, & non habēt locum aduerſus rē iudicatā, hoc eſt ſententiā, quæ tranſiuerit in rē iudicatā. Habent tamen locum aduerſus carcerationes, & iudicata, ſeu præcepta de ſoluendo, in uim inſtrumenti guarētigiati, ut pluries uidi, & obtinui. Thomas Ferratius in ſuis caut. 155. exordiente. Oculata fide, dicit non habere locum aduerſus inſtrumentum iuratum, & quod ſaluoconductu huiuſmodi nō obſtante poterit inſtrumentū exequi. Sed eſt aduertendū, ad cautelam hmōi hodie locum non habere, quoniā ſi quidē impetrentur a uiro eccleſiaſtico, diſpenſatur ſuper iuramento ſimul & ſemel per ipſum concedentem. Si uerò a ſæculari magiſtratu, tunc mandatur gaudere ſecum prius ſuper iuramento diſpenſato, ut in prouincia prouinciæ Narbon. & in aliis regni Franciæ partibus, ut notoriū eſt, & ſic illa cautela hodie de nihilo ſeruit. & quòd executio rei iud. prætextu dictarū gratiarum non differatur, tradit Guido Pape in ſua deciſ. parlamenti. q. 97. exordiente. Pro conſeruatione, & appellātur dictæ gratiæ in Gallia, letres de reſpit. quarū aliquæ cōceduntur ad vnū annū, aliquę ad biennīū, aliquæ ad triennīū, aliquę ad quinquennīū. Quarum formam habetur, Au grand ſtylle, & protocolle de la Chancellerie, Gallice, & Latinè, ſub tit. des reſpit. fo. 17. Hic aūt Auenione ſub forma ſequenti conſueuerunt impetrari, ſcilicet ſaluicōductus. B. P. pro parte deuoti ciuitatē ueſtræ B. P. Oratoris Io. Roterii Cettei textoris dictæ ciuitatis, ueſtræ dominationi humiliter exponitur, qualiter orator ipſe eſt ſubmiſſus quamplaribus hominib. in narrata, & diuerſis pecuniarum ſummis, & rerum quantitatib. cum promiſſionib. iuramentis, renuntiationib. pœnarum impoſitionib. clauſulis, & cautelis in talib. apponi ſolitis, & conſuetis. conſtantibus notis per notarios publicos ſumptis ſub annis, mēſibus, & diebus in eiſdē reſpectiue contentis, quarum relatio hic, ſi placet, ſufficiat. Quib. quidē creditorib. propter eiuſdē oratoris paupertatē, infortunia, & malorum tēporum qualitates, in præſentia ſatiſfacere nequit, licet ſit boni propoſiti eiſde ſatiſfaciendi, ſibi dilatione aliqua competenti conceſſa. Supplicat igitur P. veſtræ R. quatenus dignetur, & velit de gratia ſpeciali ſibi dare ſaluumconductum ad ſuo arbitrio uerſo ſtatuendum, quo durāte, nō poſſit carcerari, mācipari, aut directè, vel indirectè in perſona moleſtari Auenione, & in comitatu Venayſcini, cū literarū ſola ſignatura, & abſolutiōe a cēſuris ad hos effectus p̄miſſis, cæteriſq; aliis ꝯtriis nō obſtātib. quibuſcūq;, & orator ipſe, p ea R. P. V. apud Deū humiles p̄ces effūdet. A. C.

pto, & ſic erit iſto caſu, ſicut ſupra dixi, quando conceditur à
principe. Sin aũt lex eſt generalis, tũc diſtingue, aut beneficium
conceditur merè ratione perſonę, aut ratione cauſæ, aut mixtè,
ratione perſonæ, & cauſæ. Primò caſu, non competit fideiuſſo-
ri. l. ſi fideiuſſor. ff. de re iud. Secundo caſu competit, vt d. l. ex-
cu. ¶ Fallit tñ iſta regula, primò, ſi errore facti non fuit ante po
ſita, quia tali caſu tũc poterit poſtea opponi, vt in d. l. error. cũ
ibi no. ¶ Fallit ſecundò in exceptione excõicationis, qm̃ illa pt
in qualibet parte litis opponi, c. exceptionẽ. de excep. cle. t. eo.
ti. quo tu dicas, ꝙ idem in bãnito, quia æquiparatur excõicato,
inſti. de cap. dimi. §. media. & facit quod no. Bar. & doct. in l. de
pupillo. §. pe. ff. de noui ope. nun. & quod habetur in l. ex facto.
§. ex facto. ff. ad Treb. & ſic in qualibet parte litis põt exceptio
banni proponi. ¶ Fallit tertio, ſi fuerit certus terminus datus ad
eas proponendas, qm̃ tunc poſt terminum non poteſt opponi,
niſi ſuperueniat de nouo, vel vbi antiquitus competentia noui
ter competat, vt d. cap. paſtora. &c. vt circa. de election. in 6.
ita

ADDITIO.

a Obligationẽ. Dic, ꝙ abſolutoria non eſt tantæ potentiæ, ꝙ poſſit tollere actio
nẽ, & obligationẽ, probatur in l. cum a te. ff. de dolo. & in l. Iulianus verò de-
bitorẽ, cũ ibi plenè no. per gl. & do. ff. de cõd. inde. & ſic ſi quis fuit abſolutus,
tamen in veritate erat obligatus per prius, iterum poteſt conueniri, & ſi nõ
opponit exceptionẽ rei iudicatæ, quia fuit abſolutus, condẽnabitur, & ſala
contra ſententiam valebit etiam ſuper eadem re, quamuis non fuerit ap-
pellatum. faciunt quæ habentur in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſe.

6.ita dixit Lud.in d.l.ſi mulier.tu addas, quod idem voluit Bar.
in d.l.mancipiorũ.& tñ tu circa hoc latius dicas,vt ſ.dixi in 9.
qõ.princ.Ac ẽt addas tex.cum gl.& ibi doc.in l.2.C.de conſor.
eiuſ.lit.Et pdicta ſunt vera,niſi qs appellauerit, quo caſu,excе-
ptionem dilatoriã,quam intra tẽpus datum a iudice non oppo
57 ſuit,poterit opponere,vt ſ.dixi.¶†Quid autẽ ſi iudex volẽti in
exordio opponere,reſeruat opponẽda poſt,an ipſe hoc facere
poſſit,& cõſequenter an ille poſſit poſtea opponere? Et iſtã qõ
nem format Iac.But.in l.ſi fideiuſſor.in prin.ff.qui ſatiſ. cog. &
Bal.in d.l.exceptionem.& in d.l.peremptorias. & in l.1. & in l.
criminis.qui accu.nõ poſ.& per Arch.3.q.6.exceptio.Et in hoc
Ludo.in d. l.ſi mulier. ſic concludit, q inualida ſit huiuſmodi
ſnĩa,parte appellãte. qđ probat primo,quia eſt caſus expreſſus
in c.exhibita.de iud.vbi Papa ad inſtantiã partis appellantis,ir-
ritauit proceſſum eius iudicis,qui ẽt in oppoſitione,& cogni-
tione exceptionem peruerterat ordinẽ iuris. ſi autem pars nõ
appellat,pronuntiatio poterit eſſe valida,tanquã lata ꝯ ius par
tis.facit l.2.C.quorũ appell.non reci.igitur poterit tunc pars ẽt
poſtea opponere,quod probatur ex doctrina gl.in c.ex conque
ſtione.de reſti.ſpo. q̃ vult,q vbicunq; pp impedimentum iudi-
cis dilatorias exceptiones nõ potuit pars opponere, poterit tñ
poſtea opponere,ne factum prætoris ipſi parti præiudicet.ff.ex
quib.cau.maio.l.ſed & ſi per ꝑtorẽ.in prin.Ac ẽt dixit Lud.inua
lidam eſſe dictã reſeruationẽ, niſi de conſenſu partiũ facta fue-
rit,qm licẽt ſit dubium,an conſenſu partiũ poſſit iudiciorũ ſo-
lennia omitti, tñ conſenſu partiũ poteſt ordo iudicij peruerti.
vt eſt gl.no.in c.cum olim,de cau.poſ.& proprie.dicens valere
examinationem teſtiũ de conſenſu partiũ factam ante litẽ cõte
ſtatã.vbi debet fieri poſtea. vt extra, vt lite nõ conteſt.per totũ.
quod no.ſm Lud.¶Sed tu aduertas,q immo vř,q talis reſerua
a tio exceptionis,[a] & ſortiũ examinanda,& determinanda in fina
libus, valeat,vt voluit eleganter Barto.quem ibi ſequitur Ang.
& Imo.in l.ille a quo.§.ſi.ff.de teſt.in ſi.ff.ad Treb.Et talis reſer-
uatio,dicendo,reſeruo exceptiones tuas,ſi quæ de iure compe
tunt tibi,facit,q ſi poſtea apparebit, q aliqua exceptio compe
tebat, & quæ obſtabat,reddit iudicium retro nullũ, ita dicit ele
ganter ibi Bar.facit l.qui vias.ff.de dam.infec.Nec obſt.d.c.exhi
bita.quia ibi loquitur in iudice delegato,qui debet ſeruare or-
dinem ſuæ delegationis,aliás proceſſus non valet,vt dixi ſupra
in 10.quæſt.prin.q̃ oia no.¶Fallit ẽt dicta regula,(vt dixi) ſi di-
cta exceptio poſtea ſuperuenerit, qa tũc ẽt poſtea opponi põt.
vt d.l.2.de conſor.eiuſdem litis.& l.eleganter.§.ſi poſt.ff.de cõ-
dit.indeb.Quod tu intelligas verum , quòd etiam poſtea oppo
ni poterit,dũmodo opponat poſtq̃ ſupuenerit,& habita eſt no
titia ante primũ actũ ꝓdictoriũ concernentẽ merita cauſæ.ar.l.
nulla.& l.procuratoribus.& l. nihil,cũ gl. & quod ibi Cy. Bar.
& oẽs doc.C.de proc.& in l.ab executore.§.1.& 2.& quod ibi
Bar.ff.de app.& qđ ibi ſcripſi.Iſtã tñ fallentiã limitat ẽt ſingula
riter Inn.in eo.c.cũ dilectus.de ord.cog.quia illud eſt verũ,niſi
illud ius excipiendi , quod poſtea ſuperuenit , poſſit ẽt deduci
p viã actionis in alio iudicio,exemplũ in exceptione ſpoliatio
nis.iuxta c.ſi.de ord.cog.qm tũc nõ poterit poſtea opponi in di
cto iudicio , ſed aliud iudiciũ de nouo per modũ agendi debet
inſtitui, quod dictũ nõ reperiũ alibi.& hoc ſequitur Ang.& Ra
phæ.in d.l.ſi mulier diuerterit.& Ang. in d.l.2.C. de cõſor.eiuſ.
lit.& Ang.in l.Põp.§.rati.ff.de proc.ſed Io.de Imo.in d.l.ſi mu-
lier.dicit,quod dictũ Inn.nõ placet Ant.de Bu. in d.c.cum dile-
ctus. Et fortè ſm eũ nõ ſeruaretur in practica, quia quæ de nouo
emergunt,nouo indigẽt auxilio.l.ſi ab arbitro.§.1.ff.q ſat. cog.
Et licet mihi de hoc iure placet, p ea, quę no.Cy. Pet.& Vltra-
mon. C.ſen.reſc.nõ poſ.l.peremptorias.& Bar.in l.q Romæ.§.
duo fratres.verſi.ſ.opponitur &c.ff.de verb.ob.Tñ credo,q in
practica ſeruaretur opi.Inn. pp eius authoritatẽ cõprobatã ab
Ang.& Raph.cogita. ¶Vltimo fallit hoc in minore,l.minor 25.
58 ann.omiſiam.cũ gl.& ibi doct.ff.de mino. ¶ † Octauò quærit ,
an ſicut eꝯ,qñ actori deficit ius pendente iudicio nocet ſibi,ita
q non põt virtute dicti iudicij obtinere.immo debet ferri abſo
lutoria,l.ſi conſtante.§.ſi.cũ ibi no.ff.ſol.ma.de quo vide tex.gl.
& ibi latè Bar.& Bal.in l.qui autẽ.§.1.ff.ſi quis cau. An idem ſit
in reo? vt puta cui a principio iudicij ſibi exceptio compete-
bat,poſtea pendente iudicio dicta exceptio ſibi amplius non cõ
petit, immo ſuũ ius defenſiuum deficit, an virtute dicti proceſ-
ſus poſſit condẽnari? dicas,q ſic. vt puta, ago ꝯ te rei vendica-
tione,tu tẽpe litis conteſtatæ non poſſidebas,ẽt ignoráter, ſi po
ſtea pendente iudicio , immo ſolum tẽpe ferendæ ſnĩæ reperia
ris in poſſeſſione, potes virtute dicti proceſſus condemnari ad
reſtituendum rem cum fructibus a tempore,quo incẽpiſti poſ-
ſidere , vt eſt tex. in d. l. qui autem.ff. ſi quis cautio. quinimmo
ſi aliquo tempore dicti proceſſus poſſidebas,& ſic fueris abſo-
lutus, fuit tñ lata declaratoria mei dñij , ſi quo tempore etiam
poſt ſententiam reperiaris poſſidere dictam rem, poterit dicta
ſnĩa declaratoria iuris mei contra te executioni mitti in dicta
re ſine aliquo nouo proceſſu , vt eſt caſus ſingulariſſimus cum
gl.in l.ſi a te.§.1.ff.de excep.rei iud.& ibi Bar. Ang.& Raph. qđ
59 tene menti.¶†Nono quæro,an ſicut libellus actoris ſatis eſt, q
pręſumptiuè concludat.l. oẽs.§. Lucius.ff.quæ in frau.cred. &
ibi Bar.Ang. & Raph.quod tamen tu intelligas verum,vt decla
rat Bar.in l.cum quid.ff. ſi cer. peta. in ver. & ſic non ſufficeret
libellum præſumptiuè cõcludere &c.de quo per Cy.Bal.& Sa-
ly.in l.edita.C.de eden.& per Bar. in l.certum.§.1.ff.de confeſſ.
& per Ang.& Imo.in l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui. hære.de quo
dixi ſupra de act.§.1.& latius §.item ſi quis in fraudẽ.circa prin
ci.eo.ti.dic,vt ibi.Ita ẽt an ſufficiat, q exceptio ꝑſumptiuè con
cludat? & dicas,quòd ſic per regulam, non debet actori. de re-
gu.iur.in 6.& illud tenet Pet.& Cyn.in l.vbi pactum.C.de tran
ſact.& Bar.in l.2.in prin.ff.eo. ¶ Decimò tene menti, quòd ali-
quando competit exceptio, & exceptio nominabitur , quam-
uis actori nunquàm aliqua actio competat,vt eſt tex. in l. Pau-
lus reſpondit.ff.de doli excep.& l.ſi in area.ff.de condit. indeb.
Et hæc ſufficiant circa rubricam pro generali exceptionum co-
gnitione &c.

ADDITIO.

a Exceptionis. Adde quid operetur talis reſeruatio exceptionum facta per iu-
dicem,Bal.no.in conſ.ſuo 80 in 3.vol.& per Pau.de Caſt. in conſ. ſuo 398.
in 2.col.per Ang.& Ioan.de Imo.latè in l.ille a quo.in §.ſi de teſtamento.ff.
ad Treb.vide etiam per Canon.in c.exhibita.extra de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Actio, verbum,ad varia refertur.*
2 *Dolus dans cauſam contractui bonafidei,an faciat contractum ipſo iure nullum.*
3 *Excipiendum an.& quando ſit.*
4 *Cauſa inducendi exceptionem doli quæ ſit.*
5 *Stipulatio interpoſita in contractu, quo quis dolo fuit inductus ad vendendum,an valeat.*
6 *Dominium an transferatur ex contractu ſimulato,& ficto.*
7 *Dolus varijs modis committitur.& nu.10.& 12.*
8 *Dolus aliquando ſpecialis,aliquando generalis dici poteſt.*
9 *Doli exceptio quotuplex ſit.*
11 *Exceptio doli contra quem intentari poſſit.*
13 *Dolus defuncti an obſit hæredi.*
14 *Dolus tutorum,& curatorum an domino ſuo noceat.*
15 *Procuratorum quis de dolo excipiat.& nu.18.*
16 *Excipi an poſſit cõtra pupillũ de dolo illius, q pro tutore gerit negotia pupillaria, cum non ſit tutor datus,vel datus,ſed non legitimè.*
17 *Dolus vel filij, vel ſerui in cauſa peculiari an indiſtinctè noceat patri, vel domino.*
19 *Dolus auctoris ſingularis an,& quando excipi poſſit.*
20 *Excipi an,& quãdo poſſit de ſpoliatione facta ab auctore,vel tertio.*
21 *Exceptio quæ obſtat cedenti actiones ſuas, an obſtet ceſſionario. & numero 23.*
22 *Exceptio banni vel excommunicationis an poſſit opponi habenti ob cauſam onereſum.*
24 *Exceptio quæ obſtat deleganti,an obſtet ei cui facta eſt delegatio.*
25 *Exceptio doli an detur contra parentes & patronos.*
26 *Exceptio doli an ſit ſubſidiaria.*
27 *Exceptio doli,vt competat,an ſit neceſſe,quod dolus agentis, vel dolus alicuius arguatur.*
28 *Exceptio doli in quibus contractibus locum habent.*
29 *Doli replicatio an,& quando detur contra doli exceptionem.*
30 *Intellectus ad c.cum eccleſiaſtica.de exceptionibus.& nu.31.*
32 *Bannitus,ſi ex forma ſtatuti non debet audiri, tam in agendo quam in defendendo, an reus excipiens contra agentem de banno,repellatur replicatione banni.*
33 *Contractus quatenus ob gabellam non ſolutam ſit nullus.*
34 *Venditori quæ actio ad rem repetendam competat.*
35 *Agens conditione ſine cauſa exceptionis non ſoluta gabellæ repellitur,nec de eadem contra excipientem poteſt replicare.*
36 *Excipiens an agentis intentionem confiteatur.& nu.37.& 38.*
39 *Reo confitente ſe hominem interfeciſſe ad ſui defenſionem, an poſſit confeſſio pro parte acceptari,& pro parte repudiari.*
40 *Replicans intentionem excipientis confiteri non videtur.*
41 *Crimen deductũ per viam exceptionis vel incidenter,an ſit punibile.*
42 *Exceptio dolo facit petere quod reſtituturus eſt, an, & quando opponi poſſit.*
43 *Contractus tot modis ſimulatus dicitur,quot modis ſit fraus.*
44 *Contractus fictus,imaginarius,& ſimulatus quot modis dicatur.& nu 46.& 47.& quanto tempore duret.*

45 *Simulatio eſt exprimenda.*
48 *Simulatio quando ſit præſumenda.*
49 *Contractus ſimulatus an iuramento firmetur.*
50 *Contractus imaginarius an ſit nullus.*
51 *Poſſeſſio an ex contractu ſimulato transferatur.*
52 *Vendens, vt omittet pœnas delicti, vel collectas, volens rem ſuam repe tere, quomodo agere debeat.*
53 *Turpitudinem ſuam allegans an ſit audiendus.*
54 *Statutum permittens contra inſtrumentum opponi exceptionē ſimulationis, de qua ſimulatione intelligatur.*
55 *Simulatio an ſit vbi eſt fraus.*
56 *Simulatio quomodo probetur.*
57 *Probatio, quod inſtrumentum, ſiue cōtractus ſit ſimulatus, an poſſit fieri per teſtes, & quot teſtes requirantur. nu. 58.*
59 *Intellectus ad gl. in auct. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup.*
60 *Oppoſitio exceptionis doli quanto tempore duret.*
61 *Exceptio metus qualis ſit, & contra quem detur.*
62 *Exceptio in factū qualis & quotuplex ſit, & contra quē competat.*

Sequitur. ¶ Totus iſte tit. diuiditur in 5. partes principa-
les. Primò, continuat ad præcedentia rubricā.
Secundò ponit cauſam, quare fuerunt exceptiones inuentæ.
Tertiò, id demōſtrat per exempla, tàm in actionibus realibus,
quàm perſonalibus. Quartò, ponit duplicem diuiſionem exce-
ptionum. Quintò exemplificat. Secunda ibi, Comparatæ autē
ſunt. Tertia ibi, ver. gra. Quarta ibi, in §. appellātur. Quinta ibi,
Perpetuæ & peremptoriæ. Et hoc principium, h. d. vſq; ad §.
idem iuris. ¶ Exceptiones ſunt arma reorum, ſi æquitate nitun
tur, ad excludendum actiones, quę competūt actori ipſo iure,
quales ſunt metus, doli, & in factum exceptiones. h. d. ¶ No. in
prin. ꝙ Imperator continuat ſe ad præcedentia, de quo dixi ſu
pra eo. in rub. dic, vt ibi. ¶ No. ibi defendendorum, ꝙ exceptio
eſt defenſio, & arma rei, vt dixi ſ. eo. in rub. Nam per exceptio-
nes reus defenditur, ſicut per actiones impugnatur, vt ſupra de
actio. in princ. quinimmo per exceptionem impugnatur actio
actoris, ut hic in fi. facit l. 2. in prin. ff. eo. quia actio, ſiue actoris
intentio excluditur, ut d. l. 3. in prin. ¶ No. ꝙ aliqñ perſecutio,
ſiue actio perſonalis actoris pōt eſſe iuſta prima fronte, hoc eſt
cōpetit de mero iure ciuili, tñ eſt iniqua reſpectu illius, ↄ quē
agitur. ¶ No. ꝙ ille, qui per dolum, vel per metum, vel per erro
rem aliquid alicui promiſerit, de mero iure ciuili tenetur, &
obligatus eſt, ſed de iure prætorio datur ei exceptio ad impu-
gnandum intentionem actoris cōtra reum intentatam, vt hic.
¶ No. ꝙ etiā ſi dolus dedit cauſam ↄtui ſtricti iuris, contractus
tñ tenet, cōcor. l. & eleganter. §. 1. ff. de dolo. ¶ No. ibi, & actio,
qua intenditur te dare oportere, & formā libelli, & mediū con
cludendi in actione perſonali, quia intendit ſibi dari oporte
re ex tali cauſa. ↄcor. ſ. de act. §. 1. & ibi latè dixi, dic, ut ibi. ¶ No.
ibi, ſed iniquū, ꝙ ↄ iniquitatem, & ſic ecōtra ex æquitate datur
reo exceptio l. qui æquitate. ff. de dn. excep. & dixi ſ. eo. in rub.
in 3. q. prin. dic, vt ibi. ¶ In gl. cū quibus. in fi. ¶ No. ergo ex glo.
ꝙ licet reus dicat agere l. 1. ff. eo. tamen (propriè loquendo) nō
agit, ſed eſt ille, cum quo agitur, & ſic in ſtatuto, quod propriè
debet intelligi, ſ. conſtitutionibus municipalibus loquentibus
de eo, qui agit, non comprehenderetur reus. de quo aliquid di-
xi, ſupra eo. in rub. circa prin. In hoc tñ articulo latius conclu-
1 das, ſm Bar. & doct. in l. 1. in princ. ff. eo. ¶ † Quandoq; verbum,
actio, refertur ad id, quod expeditur extrā iudiciū, & tunc ex-
ponitur actio. i. actus, vt in auct. hoc ius porrectū. C. de ſac. ſan.
eccl. & ibi vide Bal. & doc. Qñq; refertur ad actionē, quę exer
cetur in iudicio, & tūc aut pōt exerceri in iudicio, & extra iudi
cium indifferenter, & tunc loquimur in materia odioſa, & tūc
verbū, actio, ſtrictè ſumitur, vt puta, vt creditor violentus per-
dat actionē, l. extat. & ibi Bar. ff. quod met. cau. & tūc certè non
perderet exceptionē, ſi qua ſibi cōpeteret. l. ſed & partus. in §. 1.
cum gl. ff. quod me. cau. idem in l. ſi quis in tantā. C. vnde vi. vbi
quis priuatur actione, ſi quid tñ ſibi ſoluatur, habet exceptio-
nem, nec ab ea repeti pōt, l. ſi pœnæ. in princ. ff. de cond. ind. &
quod ibi no. Idē in legibus, q̇ dicunt, ꝙ ex pacto nudo nō oria-
tur actio; nam ꝑꝑ hoc nō tollitur exceptio, quia hoc eſſet odio
ſum, & cōtra naturalē ęquitatem. Si vero loquitur in materia
fauorabili, tūc appellatione actionis continetur exceptio, exē-
plum in l. 1. §. ait pretor. ff. de dolo. nam in fauorem rei. Et quia
actio de dolo eſt odioſa, introductum eſt, vt non daretur actio
de dolo, ſi alia actio competit. igitur intelligitur largè, vt exce
ptiones comprehēdat, & oēm facultatem perueniēdi ad ſuū. l.
& elegāter. in prin. ff. de dolo. & ibi ēt vide Bar. qa idem dixit.
ita etiam in propoſito lex dicit, ꝙ ei, qui agit, incūbit onus pro
bādi, l. 2. ff. de prob. & ibi dominus meus Fl. intelligitur etenim
agere ēt ille, qui excipit, nam aliàs ſequeretur, ꝙ reo in his, quę
dixit, non incumberet onus probandi, quod eſſet odioſum, &
2 iniquum, l. in exceptionibus. ff. de probat. ¶ † In glo. in verb. dolo
inductus. in fi. no. ꝙ dolus dans cām ↄtui bonę fidei facit con-
2 tractū ipſo iure nullum, [a] quod eſt verū in fauorē odioſi, ſed in
ſui prędiudicium tenet ↄtus, & ex eo pōt conueniri. ita dixit gl.
no. in ver. nullam. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & ibi idē
voluit gl. magna. & idem voluit in l. ſi dolo. C. de reſcin. ven. &
in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. Quod tñ eſt verum, niſi lex reſi-
ſtat actui, quia ex neutra parte ex dicto ↄtu inito per dolū da-
retur actio, ita ſingulariter dixit gl. in d. l. a diuo Pio. de quo ꝑ Bal.
in l. 1. C. plus val. quod agi. & de hoc dic, vt dixi ſ. de actio. §. a-
ctionum quædam. in prin. & in §. prçterea quaſdam. in verſ. aut
dolo malo. vbi plenè poſui de actione de dolo. dic, vt ibi. ¶ In
gl. in ver. lapſus. in fine. dic, ꝙ ille tex. non facit ad propoſitum,
quia ibi loquitur qñ ſtipulatio fit ſine cā, an valeat vel nonè dic,
vt ibi, de quo ibi per gl. Bar. & Raph. & latè per doct. in l. gene-
raliter. C. de non num. pec. ſed latius dixi ſ. de actio. §. in perſo-
nam. circa prin. Nos autem loquimur, qñ aliquis credens ſe te-
neri promiſit, & ſic errando, licèt ſolēniter promiſit, vnde dabi
tur ſibi exceptio, vt hic, & vltra hoc poterit ēt condicere libe-
rationē. vt l. is qui plus. & ibi no. & l. ſi is qui perpetua. cum ibi
no. ff. de condi. inde. Et aliqd dixi ſupra in rub. in 10. q. prin. dic,
vt ibi in gl. in ver. obligatus. in fi. Tu dic, ꝙ licèt quis habeat ex-
ceptionē vt hic, dr̄ tñ obligatus, vt in tex. quia orta fuit, & eſt ci
uilis, & naturalis obligatio, & per ↄñs actio, l. licèt. §. ea obliga-
tio. ff. de procu. quam actionē actor poterit in iudicio intētare,
3 & † niſi per reum opponatur exceptio doli, vel metus, cōdem-
nabitur, vt hic; nec iudex poterit ſupplere, & opponere dictam
exceptionem, qa ſuppleret de facto, quod ei nō licet, l. 1. C. vt q̄
deſunt aduoc. ſecus ſi nullo modo eſſet obligatus, quia tunc iu
dex ſuo officio repelleret actorē ſine actione agentem, etiam ſi
reus nō opponeret, l. vbi pactum. cū gl. & ibi Bar. C. de tranſac.
& glo. & Bar. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. de quo aliquid dixi
ſ. eo. in rub. in 10. q. prin. dic, vt ibi. & tali caſu ſufficeret reduce
re ad mentem iudicis in allegationibus iuris, licèt aliqua de-
fenſio per reū in proceſſu, & in actis facta, vel oppoſita nō fue-
rit, ita dixit Bar. in l. cū qui ita. in vlti. col. ff. de ver. ob. & no. Bar.
in l. exceptione. C. de proba. Et ibi doc. & no. Bar. in l. lecta. in
prin. ſi cer. pet. in ver. quid eſt hoc dictum pactum &c. ¶ In glo.
efficax, ibi, & naturaliter. dic ſm Io. Fab. ꝙ Iac. de Are. dixit, ꝙ
immo nunquam fuit orta obligatio naturalis, nā obligatio na-
turalis oritur ex æquitate, l. cum amplius. §. is natura debet. de
re iud. Sed non eſt æquū, ꝙ dolū, vel metū inferenti det actio,
ideo dixit nō oriri obligationē naturalē, ſed ciuilem tm̄, ſupple
& aliqñ ex ciuili obligatione tm̄, & ſic ex patre ſolo pōt oriri
actio, & ſic filia vt contingit in Adam, vt patet ibi in tex. iure ci
uili. Sed tu dicas contrarium, ꝙ cū conſenſus debitoris interue
nerit, licèt fuerit deceptus, l. in cauſæ. §. fin. ff. de mino. vel fuerit
per metum coactus, pura tamen voluntas eſt, l. ſi mulier. §. 2. ff.
quod me. cau. & naturalis naſcitur ex conſenſu. ff. de ſol. l. Sti-
chum. §. naturalis. igiť fuit ēt orta obligatio naturalis, & ſic ex
patre, & matre orta actio, q̄ eſt filia, l. licèt. §. ea obligatio. de ꝓ-
cu. de quo latè Bal. & doc. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. &
in l. 1. ff. de condi. inde. de quo dixi ſupra de obli. in prin. dic, vt
ibi. ¶ In gl. in factum. in fi. iſta gl. ſm Iac. de Are. non eſt vera in
omnibus, nā in eodem exēplo, qñ per errorē promiſit, nō datur
ↄ patrem, vel patronum in factum. Nam illa actio, vel exceptio
tunc demū datur, qñ dictum eorum pōt argui, l. non debet. ff. de
dolo. Sed in nullo delicto, ēt qñ filius, vel libertus ꝑ errorē pro
miſit fortè parentibus bona fide recipientibus, igitur iſto caſu
& exceptio in factum, & exceptio doli concurrunt. ¶ Expeditis
gloſſis, quia hic tractatur de tribus exceptionibus, videlicet, de
exceptione doli, metus, & in factum, videndum eſt de vnaqua-
que ſigillatim, & primò de exceptione doli, nam iuſtum eſſe vr̄
hic de ea tractare, poſtquam ſ. in ti. de act. §. præterea. in ver. do-
lo malo, tractauimus de actione doli. ¶ Et in huiuſmodi exce-
ptionis examine, ſequatur ordinem iuriſconſulti. Nam primò
videndum eſt de cauſa, quare illa exceptio doli propoſita, &
introducta fuit. Secundò erit videndum, qūo dolus fiat, quo co
gnito,

ADDITIO.

a Dolus dans cauſam cōtractui bonæ fidei facit cōtractū ipſo iure nullū. Quid autē quando dat cauſam diſtractui, hoc eſt illi actui, per quē receditur a contractu, dic ꝙ idem eſt, quia reddit actū ipſo iure nullum, probatur in l. de tutela. C. de in integ. reſti. & in l. ſi maior. C. de dolo per Bar. latiſſimè in l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſa. hoc no. gl. in c. eleganter. ff. de dolo. & gl. in ꝑpalle. l. de tutela. vbi etiam Bar. notabiliter. Barth. ab Hoſat.

gnito, ſtatim cognoſcemus an, & quando obſtet doli exceptio.
Tertiò erit videndum, contra quem poteſt iſta excepoo intẽtari. Vltimò videamus quanto tp̃e duret talis exceptionis oppoſi
4 tio, ita nos monet iuriſc. in l. 1. ff. de doli excep. ¶ † Veniamus igitur ad primum, videlicet quæ ſit cã inducendi iſtam exceptionem doli: Et rñdeo, ꝙ prætor naturali æquitate motus hanc exceptionem doli introduxit, ne alicui dolus ſuus ꝑꝑ rigorem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem proſit. Ita dicit tex. in d. l. 1. §. 1. nam quamuis dolo introduxeris me ad promittẽdũ per ſtipulationem tibi decem, de iure ciuili remaneo obligatus, & contra me tibi competit, vel oritur actio, tñ de æquitate prætoria obſtat doli exceptio, vt d. l. 1. §. 1. & l. dolo. C. de inuti. ſtip. Et hoc fuit æquum, ne quis ex dolo ſuo lucretur, & ne dolus ſuus alicui patrocinetur. Ex quo no. (vt ſupra di.) ꝙ dolus dans cauſam ꝯctui ſtricti iuris non reddit eum ipſo iure nullum, ſecus in contractu bonæfidei. vt ſupra dixi de act. §. actionum quædã.
5 circa prin. Quibus addas, † ꝙ ſi cõtractus ſtricti iuris, & bonæfidei ſimul, & ſemel concurrunt, vt quià dolo induxiſti me ad vendendum tibi librum, & interuenit ſtipulatio (vt cõiter ſolet fieri in inſtrumentis) an ſtipulatio ſit contractus ſtricti iuris valeat? cũ clarum ſit, ꝙ venditio eſt cõtractus bonæfidei, qui tunc non valet, vt d. l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & Bal. in d. l. dolo. ſingulariter dicit, ꝙ non, quia cum talis ſtipulatio dicatur acceſſoria ad ipſum contractum venditionis, & ſic bonæfidei, annullato dicto contractu principali, nõ valet dicta ſtipulatio acceſſoria, & de hoc dicit eſſe caſum ſingularem in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obl. facit quod hř in l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. Et per Bar. & do. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de ver. obl. facit tex. in l. cum. n. cum l. ſeq. ff. de nouat. Sed tu aduertas, quia mihi vř, ꝙ d. l. ſi quis cum aliter. dicat contrariũ. nã ibi dř, ꝙ ſubtilitate iuris aſtrictus eſt, ſed doli exceptione vti poteſt, vt dicit ẽt hic tex. & gl. ibi, in ver. machinationem. in fi. ponit iſtum caſum, qõ ſuper contractu bonæfidei interuenit ſtipulatio, igitur vř ibi caſus, ꝙ licèt ſit contractus bonæfidei, & ſuꝑ eo ẽt interuenerit ſtipulatio, ꝙ de ſubtilitate iuris eſt orta actio, & meritò obſtat exceptio, & ſic totus contractus valet. & hoc ẽt ſentit ſatis Bart. in d. l. ſi quis cum aliter. verſi. quæro circa ſm exẽplum. vbi dixit, ꝙ immo ſtipulatio interpoſita ſuper dicto ꝯctu bonæfidei, eſt coæqualis, non autẽ acceſſoria, vt dixerat Bal. ex quo ſequitur, ꝙ in caſu Bal. in effectu contractus valebit ipſo iure per interuentum dictæ ſtipulationis, licèt obſtet exceptio, vt hic, quod eſt not. Cogita tñ ſi prædictæ opiniones poſſent concordari, per ea, quæ habẽtur in d. §. ſi nummos. & d. §. Chryſogonus. ¶ Secũdò addas, ꝙ licèt dolus dederit cauſam contractui bonæfidei, & ſic licèt cõtractus ſit ipſo iure nullus (vt dixi) ſi tñ ſequatur traditio, transfertur dñium ex dicto contractu nullo. vt hř in d. l. eleganter. §. 1. & no. gl. notabilis in l. apud Celſum. §. de autoris. ff. de except. do. & ibi hoc firmat
6 Rapha. ¶ † Ex quo no. ꝙ licet ex cõtractu ſimulato, & ficto fiat traditio, tñ neq; dñium, & fortè neq; poſſeſſio trãsfertur, vt eſt caſus ſingularis in l. emptor. ff. de aquæ plu. arc. vbi videas Bart. Ang. & dominos meos. ſed (vt dixi) ex contractu nullo, etiã ꝑꝑ dolum adhibitum in initio contractus, ſi fiat traditio, transfertur dñium. vt dixi. Ex quo ſequitur, ꝙ magis infert fictio, vel ſimulatio, quam dolus dans cauſam cõtractui quò ad tranſlationem dñij ſecuta traditione. quod no. perpetuò, quia totum cõtrariũ vř. Vnde ne poſſis errare, dicas, ꝙ debet intelligi de contractu ficto, & ſimulato. iuxta l. nuda. ff. de cõtrah. emp. & l. imaginaria. ff. de reg. iur. Nã multæ ſunt ſpecies ſimulationũ, vt eleganter voluit Bar. in quodam ſuo cõſilio, quod incipit Pe. Nicolę. &c. & in l. poſt contractũ. ff. de do. Bal. & Sal. in l. 1. C. plus vale. quod agi. nam in d. l. nuda. cum intentio contrahẽtium ſit nuda, contractum perficere non valet, ergo nõ mirum ſi ex nuda cã non poteſt transferri dñium. l. nunquam nuda. ff. de acqu. re. do. & quod no. gl. in l. quod meo. ff. de acq. poſ. Sed in caſu noſtro, doloſus, & vendens intendebat contractum venditionis facere, & ſic aliquem contractum, quę ſit aptus natus ad transferendum dñium. l. cum manu ſcta. §. fi. ff. de contrah. emp. ſic tradendo, transfert dñium. arg. gl. in l. 2. cum ſi. C. de acq. poſ. cogita tu, ſi habes meliorem rationem. Vel ſecũdò, & principaliter poſſes dicere, ꝙ cauſa, ſiue materia inductiua huius exceptionis eſt illa eadem cã, quæ fuit cauſa proponẽdæ actionis de dolo, ita dicit Iuriſcon. in l. 2. in prin. ff. de do. excep. & per conſequens ne illius malitia ſit ſibi lucroſa, & ſimplicitas alterius ſit ſibi damnoſa. l. 1. in prin. ff. de dol. faci. l. planè. & l. fi. cum gl. & quod in eis Bar. Bal. Ang. de pe. hær. Cætera dic, vt habetur in l. qui æquitate. ff. de do. exce. & dixi ſupra in rub. in 3. q. princ. dic,
7 vt ibi dixi. ¶ † Capio ſm principale, videlicet, qñ dicatur dolo fieri, vt ſciamus, an, & qñ competat iſta exceptio doli. Et rñdeř, ꝙ dolus dř committi multis modis. Primo ante cõtractum, vt qñ dedit cauſam cõtractui. vt l. 1. ff. de doli excep. l. dolo. ff. de inutiſtipu. Secundo dř committi tũc temporis, quo aliquid petitur, licèt antea nullus dolus fuerit cõmiſſus, vt puta, ſi quis agit in iudicio ex contractu celebrato ſine cauſa, vel qñ aliquis agit ꝯ aliquam exceptionem, vel contra aliquam æquitatem, ex qua quis erat tutus. Nam licèt tp̃e, quo contractus fuit celebratus, non dicatur dolum fuiſſe commiſſum, quia nullus dolus, nulla machinatio interuenit, tñ dicendũ eſt, quòd cũ agit in iudicio, & litem ſuper dicta petitione eſt conteſtatus, dolo malo facete videbit, ex eo, quia perſeuerat petere ex dicto cõtractu inutili. Iſte eſt propriè tex. in d. l. 2. §. circa. ff. de do. excep. & eo. tit. l. qui æquitate. Ex quo tu nota, & tene mẽti, quia quoties quis eſt tutus aliqua exceptione, vt pacti de non petendo, vel alia æquitate, & tñ aduerſarius ſuus contra eum in iudicio agat, & deducat illud ius ſuum, quod aliqua exceptione, vel æquitate elidi põt, quòd cõpetit ſibi exceptio doli, q̃ oritur ſtatim, quamprimum actor fuerit ſuper ſua petitione litem conteſtatus, & non prius. Et prædicta forte tu poſſes dicere uera, qñ agit ille, q̃ contraxit, & ſic ſciebat. l. fi. ff. pro ſuo. uel ſcire debebat. l. quod te. ff. ſi cer. pet. te habere exceptionem, quia ſcienter, & ſic doloſè uř indebitè agere, ideo ſibi obſtat excepoo doli, quia petendo qđ poterat tolli exceptione, nř ĩ dolo uerſari, ſecus ergo ſi quis ut hæres ageret, quia eſſet in ignorãtia probabili. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. tunc cum non præſumatur in dolo, ſibi non obſtabit doli exceptio, ſed ſi qua alia exceptio reo competeret, propter hoc non eſſet ſublata, cogita. Et ideo ſis cautus tu cauſidice, ut in forma debita ſcias opponere, dictam exceptionẽ, quià non ſufficeret, ſi diceres, oppono exceptionem doli, & ſic generaliter, quia in ſpecie debes opponere, ut dixi ſupra in rub. Et iõ forma erit, quòd excipiẽdo dicas, quòd Titius actor tecũ ꝯxit ita, & taliter, ꝙ tibi talis exceptio cõpetebat, quòd ipſe Titius ſciebat, uel ſcire debebat tibi talẽ exceptionẽ cõpetere, uel te eſſe tutum tali æquitate, & tamẽ hoc nõ obſtante ꝯ te egit, & litem eſt conteſtatus, & per ꝯñs dolo ſe dř feciſſe, unde nunc ex tali lite conteſtata orta eſt mihi actio doli, quam nunc eidem oppono. ita dixit tex. in l. 2. §. circa. & in d. §. generaliter. qđ no.
8 in practica. ¶ † Et etiam aduertas, quòd aliqñ talis dolus põt dici ſpecialis, aliqñ generalis. Specialis uerò, ſi alia exceptio ĩ ſpecie non competit: Generalis, ut puta, ſi alia exceptio in ſpecie cõpetit. Ac etiã ſcias, quòd iſta exceptio doli aliqñ eſt iuris, ut qñ reus ipſo iure tenetur, & ſic non eſt tutus ipſo iure, ut hic, & tali caſu exceptio doli habet effectum iuris, quia excludit intentionem agentis, ut hic. Aliquando exceptio doli eſt exceptio facti, & etiam intentionis, ut qñ de facto, & ſine actione experiť actor. l. 2. & ibi gl. Bar. & doc. ff. eo. tit. Nam ſciendum eſt, quòd exceptio doli ſuccedit in locũ cuiuslibet exceptionis, quæ dici poſſit. ut d. l. 2. §. generaliter. Ita dicit gl. Bar. & doc. ĩ l. qui ſe debere. ff. de condi. cau. da. Aduertendũ tñ eſt, quòd caſu, quo exceptio doli ſubrogetur loco alterius exceptionis, limitabiť, & regulariter ſm naturam illius exceptionis, in cuius locum ſucceſſit. ita dixit gl. in uer. pecuniã. in prin. in d. l. qui exceptionẽ. ff. de cond. inde. Et no. Bar. in d. l. 2. §. & generaliter. Et fortè dices tu, ꝙ capiat naturam alterius exceptionis primæuã, & originariam, & non illam, quam haberet accidentaliter, & ſecundariò. ut noluit gl. in d. l. qui exceptionẽ. in d. uer. pecuniam. & noluit gl. & doc. in ſimili. in l. ſi creditori. ff. de leg. 1. & ꝓ hoc facit quod hř in l. ſi enim. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. & quod ſibi per gl. & doc. & latè per Bar. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fue. At etiam aduertas, ꝙ licet gl. ord. in l. qui ſe debe
9 re. dicat, ꝙ exceptio doli eſt quadruplex. † Vna eſt, quæ oritur tp̃e contractus, ut ſi dolo induxiſti me ad promittendũ tibi decem. Secunda eſt, quæ ſuccedit in locum non numeratæ pecuniæ. Tertia eſt, quæ ſuccedit in locũ pacti, & iuriſiurandi. Quarta, quæ ſuccedit in locum facti, ſiue intentionis. At etiam licet gl. & doc. in d. l. qui ſe debere. dicant, ꝙ exceptio, quæ oritur ratione doli, dicatur odioſa. ut d. l. qui exceptionem. in prin. tamẽ Raph. in d. l. 1. & in d. l. 2. §. circa. ff. de do. excep. tenet, ꝙ immo ſit fauorabilis. Nã ſi illa exceptio, quæ naſciť ex aliqua æquitate, dř fauorabilis, vt d. l. qui ſe debere. & d. l. qui æquitate. de doli excep. fortius debemus dicere in iſta, quæ ex proprio dolo aduerſarij naſcitur, cum magis uideatur ſuccurri iſti decepto dolo aduerſarij, q̃ ſi non dolo aduerſarij, ſed alia æquitate ſibi ſuccurreť. & iſtud eſt magni effectus, quia quãdo qs eſt tutus exceptione fauorabili, ſolutum per errorem poteſt repeti, aliàs ſecus, quãdo eſt tutus exceptione odioſa. ut d. l. q exceptionẽ. in prin. Et ꝓ hoc eſt tex. in d. l. qui ſe debere. in primo reſp. & in l.

ſi non

ſi non ſortem.§.indebitum. de cond. indeb. vbi datur regula, q tutus exceptione perpetua ſolutum repetere poteſt. Nec obſt. d.l. qui exceptionem. quia illa loquitur in exceptione Macedoniani, quæ eſt adinuenta contra naturalem æquitatem, quæ eſt, vt nemo cũ alterius iactura locupletetur &c. vt l.nam & natura.ff.de cond. indeb. Sed nos loquimur in exceptione doli, quæ non eſt inuenta principaliter in odium odioſi, ſed in fauoré decepti, ne alterius fallacia ſibi noceat.l.1.de do. & d.l.1. & 2. de dol.excep. per quam opponens tractat de damno euitando. & pro hoc vr̃ d.gl.in verſic.pecuniam. in d.l.qui exceptionem. Et hoc in ſimili voluit do.Pau.& Lud.in l.ſi quis cũ aliter.de verb. ob.Et ad prædicta bene facit, quod not. Bar.in l.qui exceptioné. vbi dicit, q ſi ſtatuto caueatur, ſi quis non denuntiauerit bona ſua in Cataſtro &c. quia dr̃ exceptio odioſa, quæ primordialiter, & principaliter dr̃ adinuenta in odiũ non denuntiantis. Sed ſi ſtatuto caueatur, q mulier non poſſit ſe obligare ſine cõſenſu propinquorũ, talis exceptio dr̃ fauorabilis, quia primordialiter fuit adinuenta fauore fragilitatis ſexus. Et prædicta intelligas tu vera de illa exceptione doli, quæ originaliter competit, vel quia de dolo induxiſti me ad contrahendum, vel dolus in cõtractu accedit, quo caſu poteſt dici quis tutus exceptione fauorabili. & ita intelligatur opinio prędicta, & ideo ſolutum repetitur, ſecus aũt ſi exceptio doli non ſit orta a principio, ſed oriatur ex poſtfacto, eo ipſo, q actor agit in iudicio, & lité conteſtatur cõtra tutum exceptione, vel aliqua ęquitate. vt d.l.2.§. circa. quia originaliter non eſt iſta exceptio quæſita, ſed ex accidenti, videlicet, eò ipſo, q actor agit contra tutum aliqua exceptione, vel æquitate, tunc iſta non impedit repetitionem ſoluti. Ita dicit Iac.But.& Sal.in d.l.qui exceptioné, in ſi.princ. & hoc
10 etiam tacitè ſentit Bar.ibi. Tertiò † modo dr̃ dolus cõmitti poſt contractum, vt ſi opera creditoris debitor perdat pecuniã, quã ſoluturus erat.l.ſi opera.ff.de dol.excep. Et idé i caſu, l.viro atq; vxore.cum ibi no.ff.ſol. mat. Et per ꝯñs tribus temporibus dicitur dolus committi, vt in ſimili dicimus de præſtante auxilium in maleficiis. Nã aliqñ præſtatur ante maleficium, vt accõmodando ſcholas. Aliquãdo in ipſo maleficio, vt aſsiſtendo malefactori. Aliquando poſt maleficium, vt aſſociãdo malefactoré, vt euadat. de quo latè ꝑ Bar.in l.in furti.§.ope. ff.de fur. de quo latè ſcripſi in tractatu meo Maleſi. in gl. in ver. Andream auxiliatoré.in gl.in ver.& dicto maleficio ſemper aſtitit. dic vt ibi.
* quæ oia no.¶ Vnum tñ tene menti, pro fundamento * huius ſecundi quæſiti, q vbicunq; actio bonæfidei intentatur ꝯ æquitatem, ibi ex natura ſui obſtat exceptio doli. iſte eſt caſus in l.ſi iò. ff.ſo.ma.in ſi.& ibi Raph.in l.hmôi.§.qui ſeruum. iuxta mediũ. ff.de leg.1. ¶ Ex quo vr̃ ſequi vnũ mirabile, q cũ talis exceptio doli dicatur competere ẽt a principio, q tutus tali exceptione, quæcunq; ſit ex contractu bonæfidei, dicatur ẽt tutus exceptione doli, quæ ineſt in dicto contractu, vt dicunt expreſſe prædicta iura, & per ꝯñs cum dicatur tutus exceptione doli fauorabili, q etiam ſolutum virtute dictæ exceptionis doli repeti põt, quod perpetuò tene menti, quia eſt quid ſingulare. facit §.in bo
11 næfidei.& quod ibi ſcripſi, ſupra de act.cogita.¶ † Veniamus ad tertium principale, videlicet, ꝯ quem talis exceptio doli poſſit intentari. Et primò ſciendum eſt, q exceptio doli ex parte eius, cui opponitur, dr̃ eſſe perſonalis, vt ꝯ doloſum tãtũmodo opponatur, & non ꝯ alium non committenté dolum, quod tamé intelligas, vt ſtatim dicam, ſed ex parte opponentis eſt in rem. & de vtroq; eſt tex.in d.l.2.§.t. ff.de doli exce. magna nãq; dr̃ia eſt, vtrum diſpoſitio ſit ſcripta in rem, vel in perſonam. vt l.aut qui aliter.§.ſi.& ibi Bart.ff. quod vi aut clam. & in l.hæc verba. & ibi Bart. ff.de adul. Quia qñ ſtatutum loquitur in perſonã de proprio ſignificato, non egreditur perſonam, vt ſi loquatur de homicida, non comprehendit mandantem, ſecus ſi ſit ſcripta in rem, vt hr̃ in dictis iurib. Et aduertas ad id, quod proximè dixi, q ex parte eius, qui opponit, qñ conuenitur ſuper aliqua re, q ſua exceptio eſt in rem, & non in perſonam, qm̃ ſi quis conuenietur a fure, raptore, vel alias dolum committente in dicta re, ex eo, quia poſſidet dictam rem, põt cõuentus excipere de doli exceptione, videlicet, q tu agens in dicta re, furtum, vel talé dolum cõmmiſiſti, nec tali caſu quæritur aduerſus qué ſit dolus commiſſus, vel furtum, an aduerſus illum qui conuenitur, & excipit, an aduerſus alium. facit l.Fulcinius.§.1.& r.ff.ex qb. cau.in poſ.ea. Sed tantummodo quæretur, an in dicta re ſit dolus commiſſus per actorem, licèt nõ fuerit commiſſus ꝯ reum conuentum. facit l.ſi.cum ibi no.C.de rei ven. Ex quo Ang.in d. l.2.in prin. dat vnam notabilem regulam, q vbicunq; exceptio eſt excluſiua actionis, & intentionis agentis, ſemper vires exceptionis æſtimantur ex perſona eius, cui opponitur. Nam licèt excipiens nullũ ius habeat; ſufficit tñ ad excludendũ dictũ actorem, eũ carere exceptioné. Ita intelligatur d.l.ſi. de rei véd. ſed vbi intentio actoris eſt fundata de iure cõi, & ad eam eneruandam proponitur exceptio, ſemper oportet conſiderari, an ipſi excipienti competat ius excipiẽdi, & tunc demum competit, ſi ſua intereſt, aliàs non, ideo tunc vires exceptionis æſtimantur ex perſona opponentis, & non ex perſona agẽtis.l.qui ex liberis.§.teſtõ.ff.de ſecun.tab.& quod ibi Bar. Et ideo dicimus non admitti ad excipiendum, niſi illum, cuius intereſt, quia hoc intelligitur, ſi actoris intentio eſt fundata de iure cõi.l.ille a quo. §.ſi de teſtõ.ff.ad Treb.& no. in l.militis codicillis. §.veteranus. ff.de teſt.mil. Sit itaq; cautus cauſidicus rei in articulãdo, & probando duo deducat, videlicet, dolum fuiſſe adhibitum in tali re ſibi petita, & per ipſum actorem fuiſſe dolum cõmiſſum. Nam ẽt ſi probaret dolum in prædicta re fuiſſe adhibitum, vt quia dicta res fuit furto ſubtracta, & hoc probaretur, niſi ẽt deduceret, & probaret id forte factum ab actore, ſua exceptio tanquã inepta non releuaret reum, vt eſt tex.no.in l.2.§.r.in ver.debet igitur is qui &c.quod no. Secundò aduertas ad aliud, quod dixi, q exceptio doli ex parte eius, cui opponitur, eſt ꝑſonalis, & ſic reus debet deducere dolũ ipſius agentis. iſtud eſt verum, cuicũq; agat, ſiue ſit maior, ſiue pubes, ſiue pupillus, doli tñ capax. vt d.l.apud Celſum.§.de dolo aũt ipſius minoris. & §.ſe.ſiue ſit maſculus, ſiue fęmina. vt d.l.apud Celſũ. §.ſed & ſi mulier. Quicunq; ergo cuiuſcunq; conditionis, & qualitatis ſit, qui agat, &
12 dolum commiſerit, põt de dolo excipi.¶ † Et not.bene, q dolus committitur non ſolum in faciendo, vel expreſsè dicendo, ſed ẽt in tacẽdo, vel occultãdo veritaté. vt eſt no. tex. & ibi per do. & maximè Bal.in d.l.præſcriptione. C.ſi ꝯ ius, vel vti.pub. Aduertas tñ, q aliqñ contra agentem põt excipi, non tm̃ de dolo ſuo, ſed ẽt de alieno; & tũc reus in ſuis exceptionibus debet deducere, & ſpecificare, & probare dolũ ipſius, ex cuius dolo ille, qui agit, tenetur, vtputa, de dolo defuncti, qui nocet eius hæredi. ſiue ſit ſucceſſor de iure ciuili, ſiue de iure prætorio, ſiue ẽt eſſet ſucceſſor cã libertatum cõſeruandarum. vt ſupra de eo cui lib.cã.per totum, coniuncta l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& ſic debet deducere, & ſpecificare agens, qualiter defunctus do-
13 lum in dicta re commiſerit. ¶ † Sed quod dixi, dolum defuncti nocere hæredi, intelligas, vt plenè ſcripſi ſupra de acti. in §.ſed iſte.in verſ.quæro ab extra, cum ſupra vidimus &c. & habetur in l.Pomp.§.cum quis.ff.de acq.poſſ.& in l.ſi ego.§.partus.ff.de pub.in rem act.& l.vitia.de acq.poſſ. Nam (ut patet in dictis iuribus) aut eſt uitium reale, & nulli dubium, q apud quencunq; res tranſit, vadit cum ſuo vitio. vt d.l. vitia. aut vitium eſt perſonale, & tunc aut quis vult vti adminiculo ſui defuncti, aut nõ: Qñ non vult vti, ẽt dolus ſui defuncti nocet ſibi. vt d.§.partus. & in l.an vitium.& l.cum hæres. ff.de diuer. & temp.præſcr. qđ eſt verum, ſm̃ Bar.in l.cum hęres.& Dy.in c.poſſeſſor.de re.iu. in 6.de ſubtilitate iuris ciuilis, ſecus ſi ſit de æquitate canonica, ſi hæres ex ſua perſona uelit cõputare tempus uſucapionis, & non ſumere adminiculũ ex perſona defuncti, ut puta ſi ipſe hæres tanto tpe poſſederit, quod ex ſe cõpleuerit uſucapionem, & illud ſentit gl.in l.nihil.ff.ꝓ hærede. & hoc voluit gl.& Imo. in l.hæres.§.ſequitur.de uſuca.& Raph.in d.l.Pomp.§.t.& Bar. in l.eum qui.§.in hac.de pub.in rem act. Ex quo ſequitur, quod ſi hæres perfectè ex ſua perſona uſuceperit, nõ põt ei excipi de dolo ſui defuncti, quod no.perpetuò. ¶ Aduertas tñ, & nunqua excat mété tuam, q hæres, qui ſemper fuit in bona fide, & qui in ſui perſonam tm̃ fundauit uſucapioné, & præſcripſit ré legi-
a timè, * iuxta ea, quæ hr̃ in c.fin.de pręſcr. tñ tenetur extrahere aiam ſui defuncti, cui ſucceſsit de peccato, & ſic tenetur reſtituere dictam ré, quam ipſe præſcripſit, ita dixit Ant.de But.in c. ſi diligenti. ex̃ de præſcr. Et hoc ſequitur dñs meus Io. de Imo. in d.c.ſi. quod no. quia iſto anno ita conſului. Ac ẽt marito ſoluto ma. non eo conſtante nocet dolus autoris. ut d.l.apud Celſum.

§.ſed

ADDITIONES.

* Cattorio in vet. exempl. ideſt ſuſtentaculo.

a Legitimè. Verum tutus præſcriptione teneatur in foro animæ reſtituere rem præſcriptam, cum cognoſcit rem fuiſſe alienam. Pan.in c.vigilanti.de præſcr. dicit q non ex multis rationibus, ſed melior ratio eſt, quã ponit in c.ſi.eo.ti. quia quod iure poſſidetur, iuſte poſſidetur. & ſi iuſte bene. ergo non alienũ, ſed ſuum, ergo non peccat non reſtituendo. 14.q.4.quid dicam? Et hanc opi. tenet glo.in d.c.vigilanti. Anto.de But.in d.c.vigilanti, dicit ſe diſputaſſe, q quò ad forum animæ ſenetur, ratio quia cauſa præſcribendi non eſt ratio ſufficiens quo ad æquitatem, quo vero ad forum contentioſum dicit non teneri, alij autem indiſtincte teneant, q ſenatus dominus frater magiſter ſacræ Theologiæ Ang.de Claua. tenet opi. q non teneatur, niſi forte eſſet ita ſcrupuloſus, q non poſſet deponere conſcientiam quin teneatur, & reſpondet ad rationem Ant.de But.& credit veriſſimam eſſe opi.Pano. & ſequatium. vide in ſumma Angelica.in ver.præſcr.in 646. Barth. ab Hoſp.

§.ſed & ſi mulier. & pro hoc bene facit quod hr̃ in l. Mæuia.§.ſi
fundus.ff.ſol. mat.Et eſt ratio,quia maritus conſtante matrimo-
nio dr̃ habere cauſam oneroſam.l.fin.§.1. ff. quæ in frau. credi.
14 ¶†Item dolus tutorum, vel curatorũ domino ſuo nocet, qua-
tenus ex eo eſt effectus locupletior. vt d. l.apud Celſum. §.illa.
& §.ſi quis non tut. & ſic agenti poteſt accipi de dolo ſui admi-
niſtratoris. facit l.ſi procurator. la 2.eo.tit.¶ Itẽ põt excipi agen
ti de dolo ſui procuratoris. In hoc tamẽ eſt aduertẽdũ, aut eſt
procurator in rem ſuam,aut eſt procurator habens mandatum
15 generale cum libera, aut eſt procurator ſimplex. †Primis duo
bus caſibus,quãdo eſt procurator in rẽ ſuã,& quãdo eſt procu
rator generalis cũ libera, ſemper contra dñm agentem de do-
lo dictorum procuratorum quandocunq; commiſſo poteſt op
poni,& in procuratore in rem ſuam poteſt eſſe ratio,quæ colli
gitur ex no. in l.qui ſtipẽdia. C.de procu. & in procuratore ge-
nerali poteſt eſſe ratio,quæ colligitur ex l.procuratore tutorũ.
& l.procurator cui generaliter.& l.mandato.& quod in eis no.
Bart. ff.de procu.quia talis põt oĩa, quæ poteſt eius dñs, in tm̃
ꝙ procurator generalis cum libera põt ẽt exercere cauſas, in
quibus requiritur ſpecificum mãdatum, ita dicit Bal.in l.illud.
§.1.ff.de mino.qđ not. Tertio verò caſu, de dolo procuratoris
ſimpliciter conſtituti ad agendũ,non põt excipi, niſi dolus fue
rit commiſſus in iudicio,& poſt litem contc. & ſi poſtquã fue-
rit effectus dñs inſtãtiæ. vt eſt tex.no.in d. l.apud Celſum.§.quæ
ſitum.& in d.l.ſi procurator. la 2. Nam ſi ante iudiciũ, vel poſt
iudicium, & ſic lata ſententia in dolo verſatur procurator ſim-
plex,de tali dolo contra dñm nõ poteſt excipi,quia nõ vt pro-
curator,ſed vt extraneus dño in iudicio dolum or̃ commiſiſſe,
ergo non nocet dño.l. Plautius. & l. ſi procurator meus. §. 1. de
proc.& l.hoc iure.ff.de ſolu.& ibi Bart.& in c. 1. de proc. in 6.
& in l.ab executore.de app.& illa eſt cõis ſententia. Sed ſecun-
dum Ang. in d. §.quæſitum. attenta dicta opinione fortiter ob-
ſtat,quia in acquirendo actionem iudicati, dolus cõmiſſus eſt,
vnde cuicũq; cõmiſerit, obſtare vr̃ doli exceptio. vt d. l.apud
Celſum.§.in hac,igitur &c.Sed põt reſpõderi ſm eundẽ,ꝙ quã
do procurator corrupit iudicem ante litẽ cõteſtatã,non fecit,
vt talem ſniam reportaret, ſed fortè, vt cõpelleret reum ad li-
tis conteſtationem, & ſic non fuit dolus commiſſus in acqui-
rendo actionem iudicati ex ſnia deſcẽdentem,igitur &c.Et in-
telligas hoc ſanè,quãdo fuerit talis corruptela,per quã ſnia nõ
redditur nulla ipſo iure,aliàs ſi eſſet funditus nulla,põt opponi
nullitatis exceptio, & ẽt exceptio doli generalis cum ea cõcur
rens.l.1.C.de ſen.iud.qui ma.iud. coniuncta l. venales. C.ſen.re-
ſcin.non poſ.Nam exceptio doli concurrit cũ vnaquaq; actio-
ne,vel exceptione. l. 2.§.generaliter. de doli exc.licèt de dolo a-
ctio cum nulla actione concurrat, immo nõ concurrit cũ ali-
qua exceptione, vel remedio ordinario, vel extraordinario,vt
in integ.reſt.l.1.§.2.& l. pen.& ſi. ff.de do.exce.quod notat. Ad-
uertas tamẽ ne erres, ꝙ eo caſu, quo dixi dolũ ꝓcuratoris no-
cere domino, eſt verũ catenus, quatenus eſt effectus locuple-
tior,nõ vltra, vt vr̃ caſus.in d.l.ſi procurator.la 2. æquiparãdo
tutorem,& procuratorem.& hoc voluit Bal.in l.ab eo.C.quõ,
& quan.iud.& Raph.in d.l.ſi procurator.Et prædicta intelligas
nõ tm̃ de primo procuratore cõſtituto a domino,ſed ẽt de ſub-
ſtituto,& ſic ordinato a primo procuratore, vel virtute pote-
ſtatis datæ ad ſubſtituendum, uel ſuo arbitrio extra iudicium.
ut l.ſi procuratorem.§.2. & ibi Bart.ff.mand.uel in iudicio poſt
litem conteſtatam, uel poſt primum actum contradictoriũ fa-
ctum a procuratore conſtituto poſt litem conteſtatã,& ſic poſt
quam effectus eſt dominus inſtãtiæ.l.nihil. & l.procuratoribus.
C.de ꝓcu.& d.c.1.de ꝓcu.in 6.Et facit quod elegãter Bar.dixit
ad propoſitum in l.2.in prin.de cura.bon.dan. Et eſt caſus in d.
l.apud Celſum.§.mandaui.& ibi ẽt hoc uoluit Ang.Et prædicta
procedunt, quãdo procurator cõmiſit dolũ in fauorẽ domini,
ſecus ſi in ſui perniciem,& dominus cõueniat ex actu geſto per
procuratorem, tunc an poſſit ſe teneri propter dolum ſui pro-
curatoris,eſt caſus in l. ſi procurator.la 2.ꝙ ſic.ff.de do.exce.&
uide tex.no.in l.& eleganter.§.pe.ff.de dolo, & quod ſupra dixi
excipi de dolo tutoris,uel curatoris,eſt uerum,ẽt ſi tutor nõ ſit
ſoluendo,& ſic ẽt ſi non ſit cautum pupillo ꝑ tutorem. ut d.l.ſi
16 ꝓcurator.la 2.in ſi.¶†Vnum tamẽ tene mẽti, ꝙ de dolo illius,
qui pro tutore gerit negotia pupillaria, cũ non ſit tutor datus,
uel datus,ſed non legitimè,non põt excipi cõtra pupillũ,opor-
tet ergo,ꝙ ſit uerus adminiſtrator, ut ꝑ dominũ excipi poſſit,
inquantũ tamẽ eſt factus locupletior. ut eſt tex.no. in d.l.apud
Celſum.§.illa ẽt qõ. & §. quæ in tutore. & §. ſi quis non tutor,
quod tene menti. Quid plura?etiam de dolo illius,per quẽ no-
bis acquiritur,licèt non ſit procurator noſter, uel negotiorum
geſtor,vel licèt non ſit ſubiectus poteſtati noſtræ,tñ excipi po-
teſt de eius dolo contra agentem,vt eſt tex.in d.l.apud Celſum.
§.apud Iul.quæſitum. & quod ibi Bar.qui Bar.ibi no.dixit,ꝙ ex
cipi ẽt poteſt de dolo illius, ad quem res reuerſa eſt. quod not.
17 ¶†Dolus verò filij, vel ſerui in cã peculiari indiſtinctè nocet
patri vel dño. In dominicis autẽ ita demum eis nocet ſi fuerit
dolus commiſſus in negotio ex quo acquiritur, ſecus ſi poſt ac
quiſitionem factam patri vel dño, filius vel ſeruus dolum com
mitteret.quia talis dolus non noceret patri vel dño,quia in ac-
quirendis tm̃,& non in iam quæſitis poſſunt patris,& dño no-
cere.l.ſeruus. C.de pa.Sed dolus patris vel dñi ſemper nocet fi-
lio vel ſeruo agentib.vt de his oĩb. eſt text.in d. l.apud Celſum.
§.in hac exceptione.¶Ex quo infertur, ꝙ eodẽ modo debet di-
ſtingui in Abbate,& monacho,qui æquiparatur filio,vel ſeruo.
vt no.Inn.in c.olim.de pri.& no.Bart.ĩ l.1.de vulg.& pup.vt de
dolo Abbatis indiſtinctè poſſit opponi monacho,ſed Abbati a-
gẽti poſſit opponi de dolo monachi in rebus cõmiſſis in actu
acquirendi,& non in aliis, & eodem modo põt dici de dño,&
18 vaſallo.quod no.¶†Aduertas ad id, quod ſupra dixi de procu-
ratore ad iudicia, ꝙ eius dolus nocet domino, debet intelligi
dño conſtituente,nam ſi eſſent duo rei credendi, & vnus cõſti-
tuat procuratorem,dolus illius procuratoris nocet conſtituen
ti,non aũt alteri reo.vt eſt gl.fin. & ibi Ang. hoc notat in ver.q
cum admiſit.in d.l.ſi procurator. la 2.ff.de do.excep.¶Secundò
ẽt aduertas,ꝙ prædicta procedunt, niſi eſſet adminiſtrator ge-
neralis,qui in extraiudicialibus dolum cõmiſit, quaſi cõmittat
dolum poſt contractum,& ſic poſt ius quæſitum dño nocet.vt
eſt tex.& ibi hoc no. Ang.in l.purè. §.actoris. de do.exce.quod
19 no.¶†Poſtquam vidimus,an dolus vniuerſalis autoris noceat,
a vel non.Nunc videndũ eſt, an de dolo autoris ſingularis ᵃ poſ-
ſit excipi necne?In quo cõcludas,aut res habetur ex cauſa one-
roſa,aut ex cauſa lucratiua, vel quaſi lucratiua.Si ex cauſa one
roſa, vt quia emi, vel permutaui,& tunc regulariter non poteſt
mihi opponi de dolo autoris mei.d. l.apud Celſum.§.de auto-
ris,niſi talis exceptio ſit in rem. Item niſi agẽs vellet vti acceſ-
ſione mei autoris.iuxta l.Pompo.in d. §.cum quis. de acq.poſſ.
Secundò, ſi ego agens eſſem creditor,& ex cã oneroſa, & vellẽ
rem per hypothecariã auocare,tunc poſſet mihi opponi de do
lo mei autoris.Et eſt rõ in iſto vltimo caſu, qa qñ agitur hypo-
thecaria pro me creditore, auocatur tãtummodò poſſeſsio.l.ſi
cum venderet.in prin.ff.de euic. & pro debitore dñm. l.pigno-
ri.& l.ſerui noĩe.& quod ibi per gl.& Bar. ff.de vſuca.cum ſi.&
per pñs res eſſet reditura ad autorem ſuum, & ſic in effectu ta-
lis auocatio,ẽt ſibi prodeſſet. vt de hoc eſt tex.in d.l.apud Cel-
ſum. §.idem tractat Pompo. Secundo verò caſu,qñ res habetur
ex cauſa lucratiua, tunc clarum eſt, ꝙ põt mihi agenti opponi
de dolo mei autoris.vt eſt tex.in d. l.apud Celſum.§.ſi quis aũt
ex cauſa legati.qđ intelligas verum, ſiue ſit ex cauſa lucratiua a
princ.ſiue reſultet lucratiua ex poſtfacto.vt eſt caſus,& ibi hoc
no.Raph.in l.Mæuia.§.fundus.ff.ſol.ma. Et idem ſi haberet rem
ex cã noxali,& ſic ex cã quaſi lucratiua. vt eſt tex. in d.§.de au-
toris.3.reſp.& ita cõiter tenetur. Si autem velles hunc articulũ
per alium modum examinare, dicas eũ gl.in d. l.apud Celſum.
§.de autoris.in ſi. videlicet,ꝙ quò ad vniuerſalem ſucceſſorem
capias regulam affirmatiuam, ꝙ dolus ſui autoris ſemper no-
cet ſibi.vt dict.l.an vitium.& d.l.cum hæres. de diuerſ.& temp.
præſcr.In ſucceſſore verò ſingulari, capias regulã negatiuam,
ꝙ regulariter dolus ſui autoris non nocet ſibi. vt d. §. de auto-
ris.¶ Fallit autem hæc regula, ſi ſucceſſor ſingularis vult vti ac-
ceſſione ex perſona autoris. vt d.§.de autoris. Secundò fallit,ſi
in iuris effectu. Et tu ad intelligentiam horum verborum, vide
Bar. in d. l. nõ vtiq;. tũc. n. excipiẽs, vr̃ fateri. Iſte eſt caſus ĩ l. qm̃.
ff. de inſa. Non obſt. tex. in l. ſi quidem. C. eo. vbi conſulitur reo,
ne opponat exceptionem fundatam ante agentis intentionẽ,
qm̃ illud non dr̃ ex eo, ne quaſi ante opponẽdo videatur fateri,
ſed ne grauet̃ ſuperfluo, quia actore nõ probante debet reus ab
ſolui. l. qui accuſare. C. de edẽ. ¶ Aduertas tñ, quòd licet reus ex-
cipiẽdo nõ videat̃ cõfiteri. & ſic licèt exceptio non poſsit trahi
ad fundamẽtũ intẽtionis agẽtis, tñ poterit trahi ad probatione
ipſius exceptionis, quæ probatio cõis eſt vtriq; parti. quãuis. n.
probationes ab vna parte ꝓducant̃, ſunt tñ cões. vt auc. ſed iu-
dex. C. de epiſ. & cle. cũ ibi no. Iſte eſt caſus in c. cũ venerabilis.
de excep. vbi patet, ꝙ niſi fuiſſet falſum illud inſtrm̃ productũ
per reũ ad probãdũ ſuã exceptionẽ, actor poſſet ſe ex illo fun-
38 dare. ¶ † Pro pleniori uero intelligentia huius articuli, pone, ꝙ
Titius petat a me centũ mutuata, & ego excipio, & dico me ea
ſibi ſoluiſſe, an uidear cõfiteri intẽtionẽ agẽtis, ita ꝙ mihi incũ
bat onus probandi, ꝙd ſoluerim. Et primò arguit̃, ꝙ non, ꝑ d. l.
nõ utiq;. & ꝑ d. c. cũ uenerabilis. in uer. intelleximus. & c. exce-
ptionẽ obiiciẽs. Secundò non põt dici, ꝙ exceptio, quæ fuit op-
poſita ad elidendũ intentionẽ actoris, operet̃ probationẽ eius,
& ſic ꝯtrium effectum. l. legata inutiliter. de leg. 1. Et iſta eſt cõis
ſnĩa Cano. in d. c. cũ uenerabilis. & ẽt Legiſtarũ & Iac. de Are.
Pet. Cy. Bal. Nico. de Mat. & Sal. in d. l. exceptionẽ. C. de ꝓba. &
prædictorum Pet. & Cyn. in d. l. ſi quidẽ. & maximè qñ talis ex-
ceptio non fuit acceptata per ipſum actorem. ita dicit Bar. in d.
l. non

l. non vtiq;. In contrarium tamen poteſt adduci l. quinquagin
ta. ff. de ꝓba. ibi, ille rñdeat ſolutã eſſe pecuniã, ipſe hoc proba-
re cogendus eſt &c. qm̃ ſi cõfitetur ſe ſoluiſſe, implicite & taci
te cõfitet̃ ſe prius recepiſſe quod poſtea ſoluendo reſtituit, im-
plicita n. cõfeſſio equiparatur explicitę, l. ſi poſt diuiſionẽ. & l.
ſi poſt teſtm̃. C. de iur. & fac. igno. Et ꝓ hoc videt̃ gl. in d. l. ſi qui
dem. C. eo. q̃ vult, ꝙ reus niſi præmittat negatiuam, ꝙ excipien
do videtur cõfiteri intentionẽ actoris. Tertiò, hoc tex. expreſsè
firmat & gl. in Aut. de exhib. reis. §. ſuſceptor. Quartò, pro hoc
vt̃ caſus in d. l. qm̃. de infa. Quintò, ꝓ hoc facit, quia ſi dicit ſe
ſoluiſſe; videtur confiteri debitum præceſſiſſe. l. cũ de indebito.
in prin. ff. de proba. Sextò, hoc videt̃ firmaſſe glo. in d. reg. exce
ptionẽ obijciens. Sed d. Raph. in d. l. nõ vtiq;. videt̃ has opinio-
nes ad concordiã reducere. Aut. n. exceptio, q̃ opponit̃ ab ipſo
reo, neceſſariò inducit confeſſionẽ intentionis actoris, qa dicit
reus cum cõuenitur ex promiſſione p eũ facta, ꝙ illa fuit factã
ꝑ dolum, neceſſariò. n. confitet̃ prædictam promiſſionem; quia
qualitas nõ põt eſſe ſine ſubiecto. l. eius. ff. ſi cer. pet. Aduertas
tñ in iſto caſu, ꝙ actor non poſſet ſcindere hanc cõfeſſionẽ, cũ
ſit vnico conſtructu prolata. vt no. Cy. in l. 1. q. 13. q. C. de con-
feſſ. & ibi Bal. Sal. Cyn. Bal. & Bar. in d. l. ſi quidam. Bar. in l. Au-
relius. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg. & ita põt intelligi quod not.
Bal. in d. l. aliam. Quandoq; nõ neceſſariò, ſed præſumptiuè. ꝓ-
bat, & inducit intẽtionẽ actoris, vt qñ reus dicit ſe ſoluiſſe, ſeu
præſcripſiſſe, ſeu interrupiſſe præſcriptionẽ, & ſibi fuiſſe factũ
pactũ de non petendo, vel ſimile, licèt nõ eſſet debitum, tali ca-
ſu nunquã excipiendo videt̃ fateri, iſta eſt propria intentio iuriſ
conſulti in d. l. vtiq;. & probatur aperte in d. l. ſi quidem. in 3.
& vltimo reſpon. videlicet, quãdo ſimpliciter excipit, tunc nõ
videt̃ fateri, quia ad aliũ effectũ inducta &c. d. l. legata inutili-
ter. Quotidie. n. rõne dubij, fiunt pacta & trãſactiones. l. præſes.
cum ibi no. C. de tranſa. Tu dic, ꝙ hoc declarat plenè glo. in d.
reg. exceptionẽ obijcens. Nec obſt. d. l. quinquaginta. quia reſpõ
deas, ꝙ neceſſario debet intelligi; qñ ſolutio nõ negabat̃ ꝑ par-
tẽ, ſed adducebat̃ aliud, quod reddebat ſolutionẽ inefficacẽ. fa-
cit quod no. Bar. in d. l. nõ vtiq;. meritò tunc opponenti incum-
bit onus probandi. Et quòd excipiendo qs nõ videat̃ fateri, ex-
preſsè & ſimpliciter firmat Bar. in l. 1. C. de proba. allegat dictã
l. cum de indebito. in princ. Nec obſt. d. l. qm̃. quia ibi nõ loquit̃
in excipiente, ſed in paciſcente, vel tranſigente. vt infra dicã. Et
39 prędicta faciunt ad illã vulgatã q̃ſtionem, ꝙ † dicẽs ſe interfeciſ-
ſe Titiũ ad ſui defenſionẽ, & ſic vno conſtructu, an talis ꝯfeſſio
a poſſit ꝑ iudicem ſcindi? In quo conclude, ꝙ ſi eſt cõfeſſio [a] du-
plex, vt puta, dico me interfeciſſe Titiũ, tñ ad mei defenſionem,
tũc oẽs doctores fatent̃, quòd p̃t acceptari ꝑ iudicẽ ꝓ ea parte,
qua ꝯfitetur ſe interfeciſſe Titiũ, & illã aliam partem ad ſuam
defenſionẽ reijcere. Ita voluit Cy. & oẽs doc. in d. l. 1. C. de ꝯfeſ.
& Cy. Bar. & doc. in d. l. ſi quidẽ. & Bald. in l. hoc codicillũ. C. de
codi. & Sal. latè in l. cum qui duas. C. de adul. & Bald. & doc. in
l. exceptionem. C. de proba. & Bar. eleganter in d. l. Aurelius. §.
idem quæſijt. Aut cõfeſſio eſt vna, & ſimul facta, vt dico me in-
terfeciſſe Titium ad mei defenſionẽ, & tunc licèt multi multa
loquantur, ſemper mihi placuit opin. Bar. in d. §. idem quæſijt.
ſiue loquamur in merè criminali, ſiue in ciuili, vbi Barto. dixit.
Aut ꝯ confitentem eſt iuris præſumptio, quia eſt de genere pro
hibitorum. vt l. 1. C. de fid. cum ſi. tũc quauis dicat, dico me in-
terfeciſſe Titiũ ad mei defenſionẽ, põt dicta cõfeſſio ꝑ iudicem
acceptari inquantũ confitet̃ ſe interfeciſſe. Alia verò pars, quæ
dicit ſe illud feciſſe ad ſui defenſionem, p̃t refutari, & trãſferri
in confitentem onus probandi. ita dixit Bar. in d. §. idẽ quæſijt.
quod nunquam exeat mẽtem tuam. de quo etiam dixi in tract.
meo Maleficiorum. in gl. ſuper verbo, comparant inquiſiti, &
partim confitentur, & partim negãt. dic vt ibi. Et iſtam opinio-
nem Bar. eſt ſecutus contra Bal. Ioã. de Imo. in d. l. decem. ff. de
verb. ob. Et ꝑ prędicta poteſt etiam decidi, ſi peto a te centum,
& opponas tu exceptionem liberationis. nam licèt prima facie
videar cõfiteri debitum; quia liberatio neceſſariò pręſupponit
debitum præceſſiſſe, vt d. l. decem. cum ibi no. per Bar. Ange. &
Mod. tñ in ꝯrium eſt veritas, vt patet per prædicta. ad quod fa-
cit quod habet̃ in c. venerabilem. de ele. & in c. pia. de excep.
in 6. in illa q̃ſtione, an dicẽs ſe abſolutum ab excommunicatione
videat̃ confiteri ſe fuiſſe excõmunicatum? de quo vide Bar. &
Ang. & dominos meos in d. l. decem. Et ẽt ꝑ prędicta apparet,
ꝙ Bar. nõ bene dixit in d. l. nõ vtiq;. volens excipientẽ intelligi
confiteri, ubi agens exceptione aduerſarius approbat quò ad
factum, ſed negat quò ad ius. Exemplum, ſi exceptionem pa-
cti de non petendo agens dicit veram eſſe quò ad factum, quia
verum eſt quòd pactũ fuit factum, ſed dicit fore falſam quò ad
ius, quia illud pactũ fuit de iure inualidum alio reſpectu, & al-
legat Bar. in l. qm̃. C. de infam. nam illa l. hoc non probat, quia
ibi loquitur in tranſactione ſuper crimine, dicens, ꝙ tranſigen
do videtur fateri crimen. Et ratio eſt, quia videtur tranſegiſſe fu
turæ probationis metu, & ſic nõ loquitur in excipiẽte, quia ex-
cipiendo intendit excludere aduerſarium ab intentione ſua, er
go nõ debet intelligi cõfiteri, vt ſupra dixi. Vnde eſt, ꝙ ille, qui
ſoluit animo declinandi iudicium, nõ videtur fateri, nec litẽ cõ
teſtari. vt l. ſi reus paratus. ff. de procu. & quod ibi Bar. & Bal. in
l. infamem. ff. de pub. iud. ¶ Illud tñ not. ꝙ ſuper puro facto ex-
ceptionis põt actor ſe fundare, quia reſpectu eius, quod ponit̃
explicite in illa exceptione, non habet reus aliquam exceptio-
nem. ita probatur ſm̃ Ludo. per tex. in c. ex parte decani. extra.
40 de reſcri. ¶ Vltimò aduertas, ꝙ † ſicut excipiens non videtur cõ
fiteri intentionem actoris (vt dixi) ita nec replicans videtur cõ-
fiteri intentionem excipientis: ita dixit gloſ. ordin. in dicta re-
gula, exceptionẽm obijciẽs. quod no. Nec obſt. prædicta in l. fi.
C. de ſolu. & l. 1. C. de proba. vbi videtur caſus, ꝙ ſiue actor, vel
reus alleget ſolutionem, debet illam probare, quia poſſumus
reſpondere intelligendo, vt ibi glo. voluit in creditore, & ſic a-
ctori, qui dicat ſe ſoluiſſe, quando opponitur exceptio non nu
meratæ pecuniæ, vel ſi intelligas in reo, non intelligas, ꝙ reus
allegaret ſolutionẽ per modũ exceptionis, ſed per viam princi
palis petitionis dicebat ſe ſoluiſſe, id ad quod erat obligatus,
ꝓp quod petebat abſolutoriam, & inſtrm̃ finis, & liberationis,
iuxta ea, q̃ habentur ꝑ Bar. in l. ſi finita. §. elegãter. ff. de dam. in-
fec. vel condicebat liberationem. vt d. §. eleganter. Vel tertiò di
cas, ꝙ dicta iura dèbent intelligi ſm̃ caſum. l. cum de indebito.
ff. de proba. Vel quartò dicas, ꝙ ibi loquitur, qñ actor ꝯfitetur,
& acceptat exceptionẽ ſolutionis, quia verũ eſt, ꝙ ſoluiſti, ſed
non legitime, ſm̃ doctrinam Bar. in d. l. nõ vtiq;. tunc reus pro-
bat neceſſariò ſolutionẽ legitime factam. & ita loquunt̃ dicta
41 iura, ne ſint cõtra alias regulas iuris cõis. vt ſupra dixi. ¶ † Vi-
b deamus nũc, an crimen deductũ ꝑ viam exceptionis, [b] vel inci
denter ſit puniblle, vel nõ? Et iſtam q. ponit gl. in l. 2. §. ſi publi-
co, & ibi Bar. ff. de adul. & Ant. de But. in c. 1. ad fi. & ibi Can. ex
tra eo. & Cy. Bal. & Sal. in l. niſi. C. de fal. & Sal. latè in l. qm̃ Ale
xan. C. de adul. & Bal. in d. l. cum mulier. ſol. mat. & ibi per Lud.
in ver. quò autem ad ſm̃. Can de crimine &c. verum, quia Lud.
loquitur per concluſiones, & concluſiue ponit dicta doctorũ,
licèt de eis aliquam non faciat mentionem, ideo dicas ſm̃ doc.
Lud. & ſic, ꝙ prima ꝯcluſio in hac materia ſit, ꝙ ſi tutela iudi-
cij fuit ordinata ꝯ eum, aduerſus quem de crimine conſtat inci
denter, ſicut contra certos alios, tunc de tali crimine incidẽti,
etiam ex eadem inſtantia poteſt ſequi punitio, ſuppletu, & etiã
ordinaria pœna. caſus eſt in c. per inquiſitionem. de ele. decla-
ra. nã ibi ſit inquiſitio generalis ſuper ſtatu epiſcopatus, & epi-
ſcopi Toloſan. & etiã agebatur cõtra Maſcaron, ibi poſtea præ
poſitũ, ideo nõ eſt mirũ ſi dictus Maſcaron puniri poteſt. ¶ Se-
cunda concluſio eſt, ſi tutela iudicij fuit reſtricta ad aliquã per
ſonã, ſeu ad aliũ finem, tũc ſi iudex vult de nouo procedere cõ-
tra perſonam, aduerſus quam incidenter de crimine cõſtat, no-
uam inſtantiam, vel iudicium inchoando, poteſt ipſam punire
pœna ordinaria, quia poteſt iudex ſupplere ex ſuo officio ra-
tione publici intereſſe. vt c. cũ inper. ſm̃ vnã lect. extra de con-
feſſ. Tu dic, ꝙ iſta eſt intẽtio Sal. & Bal. in d. l. vbi. Et tu pro hoc
allega ſimile in l. libellorum, in fi. ibi, ex integro. ff. de acc. & l. 2.
ver. ſina utem. C. de abo. ¶ Tertia concluſio, ꝙ vbi iudex nõ vult
procedere de nouo, ſed punire ex prima inſtãtia, tunc ſi crimẽ
fuit deductum, vt exceptio, & etiam accuſatio, eo tamen caſu,
ꝗ accuſatio de crimine fieri poteſt, de quo in l. 1. & l. neganda.
cum ſi. C. qui acc. nõ poſ. vt putà, quia pars de crimine excipit.
& illũ puniri petit, tunc punitio ſequi poterit. ita dixit Richar.
Mal.

ADDITIONES.

a Confeſſio. De confeſſione partis an poſſit pro parte accipi, & pro parte non, vide Bald. in l. ſi quidem. C. de exceptio. & quæ not. Bar. in l. quædam. §. ſi-na. ff. de edend. & per Anton. & Car. & ibi late per Ioann. de Imol. in capit. bonæ. el ſecundo. de poſtulat. prælator. & quod not. Bald. in rubrica. C. de fi. de inſtrument. in ſecunda colum. & per Bal. in l. 3. C. de donat. ante nuptias & in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. & in l. 2. §. editiona. ff. de edendo. adde Bal. in conſ. 175. & conſ. 181. & conſ. 188. vbi lauſſime. & quando confeſſio poteſt acceptari ſine qualitate, adde not. in cap. 1. de confeſſ. in 6. & per Abb. in c. Abbate prælatie. Barthol. ab Horatio.

b Exceptionis. Quando crimen poſſit puniri per viam exceptionis, dixi etiam ſupra in apoſtillis præcedẽtibus per Cyn. in l. magnam. & ibi etiam per Sal. C. qui accu. non poſſ. & per Bal. in l. falſum. in ſi. C. ſi ex fal. inſtru. vnde cla-re, & magiſtraliter per Pract. Papien. in for. inquiſitio. ſuper gl. 1. in 16. colu. verſi. ſequitur nunc videre qualiter de crimine cognoſcatur per exceptionẽ. ubi aduertendum. Barthol. ab Horatio.

Mal. per illum tex. in l. vbi. C. de fal. alleg. etiam l. iubemus, C. de proba. vt refert Io. And. in Spe. de proba. §. probare. in addi. quæ incipit, Incongrua. Tu dicas, ꝙ hoc etiam refert Cyn. in d. l. vbi. & Sal. & dicas tu, ꝙ poteſt puniri nõ tantum extra ordinem, ſi deliquit coram iudice, & ſic maieſtatem prætoriã offendit. iuxta l. nullum. C. de teſtib. ſed etiam puniri poterit ordinaria pœna, etiam ſi dictum crimen non fuit commiſſum in dicto iudicio, & coram dicto iudice, vt d. l. vbi. & hoc ibi ſentit Bal. & Sal. etiam in d. l. quoniam Alex. & voluit Bar. in d. §. ſi publico. ¶ Quarta concluſio eſt, ꝙ vbi eſt de crimine ſimpliciter exceptum, ſi exceptio ſumit naturam accuſationis, vt putà, quia de crimine quis voluntariè excipit ab alio non prouocatus, vt contingit, quando opponuntur crimina contra petentẽ confirmationem electionis, tunc tale crimen ex eadem inſtantia poteſt puniri. ita dicit Inn. per illum tex. in c. ſuper eodẽ. de elec. Sed hoc non placet Lud. quia licèt ille, contra quem crimẽ eſt probatum, dum petebatur ſuæ electionis confirmatio, ab alia electione repellatur, ex eo, quia ex ea criminis probatione eius opin. eſt grauata, vt ibidem, non tamen alia pœna punitur. Caſus eſt in c. ſuper his. de accu. vbi crimen per viam exceptionis probatum contra petentem confirmationem non inducit poteſtatem pœnæ ordinariæ imponendæ contra eum, aduerſus quem eſt facta probatio. quod intelligas ſanè ſm d. c. ſuper his. ¶ Quinta concluſio eſt, ſi exceptio criminis non aſſumit locum accuſationis, ſed ſtat in finibus exceptionis, tunc ſi nõ poteſt habere effectum repulſiuum, ita ꝙ repellat actorẽ, non poterit puniri ea eadem inſtantia. vt eſt tex. in l. 2. §. qui hoc dixerit. & §. ſi extraneus. ff. de adul. vbi patet, ꝙ exceptio lenocinij oppoſita per extraneum poſt nomen rei receptum inter reos, & ſic non habens effectum excluſiuum. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. eo. ti. non habebit effectũ primitiuum. Nec obſt. §. ſi publico. quia ſm Lud. ibi eſt ſpeciale in muliere, quæ excipiebat de lenocinio, quod contingebat cauſam adulterij, de qua agitur: ratione enim contingentiæ, & connexitatis videtur illud crimen exceptum in iudicio principaliter deductum, & ideo ſequi põt punitio, vt ibi. Tu verò de intellectu d. §. qui hoc dixerit. & §. ſi extraneus. & §. ſi publico. & d. l. qm̃ Alexãdrum. vide Bar. vbi melius, & clarius loquitur in d. §. ſi publico. per Sal. in d. l. qm̃ Alexandrum. & infra dicam. ¶ Sexta concluſio eſt, ſi exceptio criminis poteſt habere ſuum effectum repulſiuũ, tunc ſi is, contra quem obijcitur, aſſumpſit defenſionem ſuper ea principaliter diſputando, vel illud eſt confeſſus, poteſt puniri ex eadem inſtãtia, h. d. Inno. ſm vnum modum intelligendi. in c. peruenit. per illum tex in fin. de fideiuſ. ſed hoc non placet Ludo. per tex. in d. c. ſuper his. de accu. vbi electus petens cõfirmationem, & ꝓ crimen ſibi obiectum repulſus, non priuatur beneficijs iam obtentis, & ſic non punitur ordinariè. Secundò, videtur caſus de hoc, in c. 1. de excep. & in d. c. cũ dilectus. ad fi. de ordi. cog. vbi teſtis ꝓ crimen ſibi obiectum non contingens cauſam principalem, de quo eſt conuictus, vel cõfeſſus, pęna ordinariæ puniri non poteſt. Tertiò, de hoc videtur glo. ord. in d. l. ſi filium. C. de lib. cau. & clarior in c. ea pœnitentibus. 10. diſtin. volentes, ꝙ confeſſio facta de crimine incidenter, & multò magis ſi fuerit conuictus, non ſufficit ad puniendum ex eadem inſtantia confeſſum, vel conuictum. Addas tu quod voluit Bar. in d. l. ſi confeſſum. in fi. de cuſt. reo. Quartò iſtud determinat Ioã. And. in c. mandatum. de reſcr. & Spe. in tit. de ac. §. pe. & ſupra de ac. ver. quid ſi reus, volentes, ꝙ ſi petens ſibi aliquid, & reus ſuũ crimẽ incidenter fateatur, ꝓ quod beneficio eſt priuandus, non poſſit ſequi contra reum ſententia beneficij pœnalis priuatiua ex eadem inſtantia, & iſtud credo verius. ¶ Septima concluſio eſt, ſi exceptio poteſt habere effectum ſuum repulſiuũ, & is, cõtra quem eſt exceptum, non aſſumpſit defenſionem, tunc ſi crimẽ non eſt annexum negotio, de quo agitur principaliter, non inſurgit facultas puniendi pęnæ ordinaria, ſed extraordinaria, & hoc ſiue cõfeſſione, vel alio modo de crimine incidenter deducto conſtiterit. Iſta fuit concluſio do. Ant. in d. c. cum dilectus. el s. de ord. cog. per tex. in d. c. 1. à ↄ̃trario ſenſu. de excep. Sed iſta concluſio ſm Lud. eſt falſa. per no. per Inn. in c. verũ. ad fi. de fo. cõpe. volẽs, ꝙ probationes, quæ fiũt de crimine excepto aduerſus teſtes, potius intelligantur fieri contra partem producentem, ne eius teſtimonio vti poſſit q̃ contra ipſum teſtẽ, ergo ſequitur, ꝙ teſtis aliquo modo puniri poſſit: talis probatio nõ affert pręiudicium, vt eſt regula, res inter alios acta &c. Tu verò alleg. quod no. Cy. & Bal. in l. 1. C. qui accu. nõ poſ. vbi uolunt, quòd ſi accuſo, & obtineo ↄ̃ producentes teſtes de falſo, illud non nocet teſtibus. Secundò allego l. Lucius. cum ibi no. per doc. ff. de infa. vbi patet ſententiã reprobatiuam teſtimonij latam cum parte producẽte non afferre præiudicium teſti; ergo ſequitur, ꝙ nec probatio facta cũ parte per regulam, cui non nocet ſententia, non nocent acta, vel econtra. Tu pro hoc alle. Inn. in c. cauſam quæ. de proba. & quod no. Bar. in l. ſæpe. in fi. ff. de re iud. Nec ob. d. c. 1. extra, de excep. nam pondera ibi tex. conuicti. non enim teſtis dr̃ de crimine conuictus, ſi non cũ eo, ſed cum parte producente facta eſt criminis probatio, quia (vt dixi) res inter alios acta &c. Item pondera ibi uerbum ſufficit. Illud. n. verbum ſufficit, excludit omne aliud præter ꝓpoſitum. ut no. gl. in c. ſtatutum. §. 1. in uer. canonicus. de reſcr. in 6. & ſimilibus verbis vtitur. d. c. cum dilectus. cũ loquitur taxatiuè, ibi, dũtaxat à teſtimonio repelli &c. Illud credo verius ꝓ prædicta. Vnde ad euitandum multa iudicia, qñ petis dictũ producentem falſos teſtes de falſo puniri, iuxta l. Lucius. de infa. & l. ſi vieris. cum ibi plenè no. per doc. C. de fid. inſtr. ꝙ ẽt petas dictos teſtes de falſo puniri, tanquam falſum dixerint, & in uno quoq; actu eos citari facias, & cum eis etiam litiges, & tunc talis ſñia eos afficiet. l. de vno quoq;. ff. de re iud. ¶ Octaua concluſio eſt, ſi crimẽ incidẽter cõtingit cauſam, de qua agiť principaliter, vt eſt exceptio lenocinij ad adulteriũ, & ſimiles, de eo cõſtat ꝓ confeſſionẽ eius, qui petitur puniri, poterit puniri pęna ordinaria. iſte eſt caſus in d. c. 1. ex eo. à ↄ̃trio ſenſu. ¶ Nona cõcluſio eſt de crimine incidẽter cõtingẽte cãm, de qua agitur, ſi conſtat per probationes, & is, aduerſus quẽ eſt exceptum, defenſionẽ ſuã ſuſcipiat, pęna ordinaria ex eadẽ inſtantia puniri poterit. iſte eſt caſus no. in d. l. 2. §. ſi publico. de adul. ¶ Decima, & ultima concluſio eſt, ſi de crimine incidenter deducto cõſtat per probationes, tñ is, aduerſus quẽ eſt exceptum, non ſuſcepit ſui defenſionẽ, nulla pœna punieť, quãuis ſit crimen contingẽs cãm, de qua agitur, & hæc concluſio probať ex his, quę ſ. dicta ſunt in ſeptima ↄcluſione, & ẽt probať l. denunciaſſe. §. q̃ritur. ff. de adul. vbi ſi lata eſt ſñia aduerſus adulterũ, non affert pręiudiciũ adulteræ in crimine cõnexo, ex eo, quia hmõi acta cõtra adulterã directa non ſunt, quod confirmať per no. Bar. in l. ſi. ad fi. ff. de q̃ò. dicentẽ, ꝙ probationes receptæ ↄ̃ aliquẽ in generali inquiſitione nõ præiudicãt ↄ̃ eundẽ in ſpeciali inquiſitione poſtea formata ↄ̃ eundem. Ratio, quia qñ fuerunt receptæ in generali, nõ fuit citatus, igitur &c. Et ſm prædicta debet intelligi qđ no. Bal. in auct. nouo iure. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. & in l. ꝑsbyteri. C. de epi. & cle. Et aduertas tu id, quod ſ. dixi per l. 2. §. qui hoc dicit. §. ſi extraneus. & §. ſi publico. de adul. quæ iura faciunt drĩam inter extraneum obijcientẽ de adulterio, & ipſam vxorẽ: quinimmo ẽt poſtquã nomẽ ſuũ receptũ eſt inter reos, audiť excipiens de adulterio, & maritus puniť, quia ſi obiicit iſtã exceptionẽ lenocinij, ꝙ uolũtate mariti cõmiſit adulteriũ, ꝓſumiť mulier ſubacta a uiro. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerũ actio nõ da. & l. 1. C. de rap. virg. ideo tanq̃ proſequẽs ſuã iniuriã admittiť ad hãc exceptionẽ, ſecus in extraneo, quia ex hoc extraneo non eſt illata aliqua iniuria, ſi maritus fuit leno uxoris ſuę. eodẽ mõ ſi obiiciať exceptio lenocinij ex eo, quia vxorẽ adulterã retinuit, adhuc põt obiici a muliere ad uirũ puniendũ, qm̃ hæc duo crimina ſe inuicẽ cõtingũt, quia vnũ ab alio pẽdet, ideo mulier admittiť ad hoc proponendũ, de quo latè ꝑ Bar. Ang. & Imo. in l. is qui reus. de pub. iud. Et iſtud eſt crimẽ cõnexũ inter eaſdẽ perſonas, qm̃ illa mulier, q̃ accuſat, eſt illa, q̃ ab accuſatore eſt recepta, ſed hoc nõ põt dici in ex̃neo, quia licèt illa crimina ſe inuicẽ contingãt, tñ inter diuerſas ꝑſonas cõmittunť, quia lenocinium reſpicit uxorẽ, & eius iniuriã, & ideo põt opponi a muliere, & nõ ab ex̃neo accuſato, cum eius ꝑſonã nõ reſpiciat. Et prędicta ſunt uera, qñ maritus accuſať de adulterio criminaliter, ſiuaũt ciuiliter, ſemper, & indiſtinctè põt obiici de lenocinio ad finẽ repulſiuũ. l. uiro atq; uxore. cũ ibi no. ff. ſol. ma. ita dicit Bar. in d. §. ſi publico. circa prin. qđ no. ¶ †Quæro, an & qñ põt opponi illa exceptio, dolo facis petere qđ reſtituturus es.[a]
42

a

Iſtã materiam uide per tex. in l. dolo facit. ff. de do. excep. & tex. & gl. in l. ſi ſocer. §. Lucius. & ibi Bar. & oẽs doc. ff. ſo. mat. & ibi ꝑ Lud. q dicta doctorũ exponit ꝑ ↄcluſiones. ¶ Prima itaq; concluſio ſit, cum non eſt liquidum, ꝙ quis id, quod petit, poſtea reſtituere debeat, exceptio, dolo facis &c. nũquam petẽti obſt. tex.

A D D I T I O.

a Reſtituturus es. Iſta regula an habeat locũ in petitorijs uel poſſeſſorijs, no. in l. in cõdẽnatione. §. ſi. alias eſt l. dolo. ff. de reg. iur. & in l. ſi denique. ff. de iud. in glo. & ff. de excep. doli. l. dolo. per Cy. C. de edic. diui Adr. tollen. l. 2. ad fin. idẽ, C. loca. l. ſi quis conductionis. Idem, C. de interdi. l. incerti. in 3. q. ff. ſol. mat. ꝗ Lucius. & ibi Bar. & Inno. Idem, ff. de acquir. poſſ. l. naturaliter. ꝗ nihil cõe. de reſt. ſpol. ca. in literis. in gl. pen. Spec. in tit. de pet. & poſſeſ. ꝗ 1. verſ. quid ſi pro uno. & ibi Io. And. in addit. Goffre. de offi. deleg. c. uenerab. de ord. cogni. c. fi. C. de rei uend. l. ordinarij. & ibi latiẽ tex. Barth. ab hoc.

tex.eſt ſm verũ intellectũ,quẽ ponit gl.in d.l.dolo facit.& in l.
a.§.redigunt.ff.quo.leg.¶Secunda concluſio eſt,cũ eſt liquidũ,
ꝙ quis id,qđ petit reſtiturus eſt ei,à quo petitur incõtinẽti,tũc
agẽti ſemper obſtat exceptio,dolo facis, vt in d.l.dolo facit. &
in d.re.dolo facit.de reg.iur.in 6.¶Tertia cõcluſio eſt,cum quis
id,quod petit,reſtituturus eſt ex interuallo ei,à quo petit pp di
lationẽ,quæ reſpicit ipſam obligationẽ,& ei adijcitur,tũc agẽ-
ti non obſtat exceptio,dolo facis,eſt tex.in l.ſi.ff.vt leg.no.cau.
¶Quarta cõcluſio eſt,cũ quis id,quod petit, reſtituturus eſt ea
interuallo ei, à quo petit pp dilationẽ, quæ miſerationis cauſa
indulgetur ſolutioni,tũc agẽs repelli non põt exceptione,dolo
facis,vt eſt tex.in d.§. Lucius.in ſi.& l.nupta.§. quoties.ff. ſolut.
ma.& l.ſi donaturus.ad ſi.ff.de cond.ob cau.¶Quinimmo am-
plius dicendũ eſt ſm Raph. ꝙ aliquando quis repellitur dicta
exceptione,dolo facit,qui petit quod reſtiturus eſt ei, q nõ re-
ſtituturus eſt mihi.ſed ſi à me peteret, ille tertius repelleretur.
Iſte eſt caſus no.in l.Mæuia.§.1.& ibi Raph.ff.ſol. matr.ibi,mu-
lier nõ eſſet reſtitutura hęredi patris. tñ ſi ageret, repelleretur,
ibi,exceptione, ergo eodẽ modo repelli debet maritus agens,
qui debet reſtituere mulieri. ¶Quinta cõcluſio eſt,vbi agẽs id,
quod petit,reſtituturus eſt ex interuallo ei,à quo repetit pp di
lationẽ,quę miſerationis cã indulgetur ſolutioni,tunc agẽs re
pelli non põt exceptione,dolo facis,tex.eſt,ſm Bar. in l.1.C. ſi
conſtan.ma.& in l.ſi mulier.§.rerum.ff.rer.amo.& ſic bene põ-
derando Bar.facit differentiam inter petentem,& repetentem.
¶Sexta concluſio eſt, vbi agens id,quod petit,eſt alteri, non il-
li,à quo petit,reſtituturus,tũc non repellitur dicta exceptione,
dolo facis,vt d.§.Lucius.¶Septima concluſio eſt, vbi agens id,
quod petit,reſtituturus eſt alteri, qui reſtituturus eſt ei, à quo
petit,exceptione,dolo facis,repellitũ.tex.eſt in d.l.ſi donaturus.
in ſi. ¶ Tu addas octauam, & vltimam concluſionem,ſi prælа-
tus ſpoliat laicũ eccleſia,quã tenebat, & quã poſſidere non po
teſt,& hoc eſt notorium,tunc ſi laicus ſpoliatus agit cõtra præ
latum interdicto recuperãdę,obſtat laico,dolo facis,exceptio,
ſm Inn.in c.conſtitutus.de ſi.presby.ita no.Ang.in d.l.dolo fa-
cit.& ſic quoties eſt notorium,ꝙ agens id,quod petit, retinere
non poteſt, obſtat ſibi dicta exceptio,dolo facis. Ad quod bene
facit c. ad decimas. de reſtitutio. ſpolia. lib.6. Et prædicta pro-
cedunt , vbi agitur petitorio . Si autem ageretur poſſeſſorio.
dic vt no.gl.in d.l.dolo.& in d.l.ſi de vi.ff.de iud. & glo. & Dy.
in regu.qui dolo.de reg.iur.in 6.& per gl.Cyn. Bal.& Sal. in l.
ſecunda.C.de edic.diui Adria.tol.& per Bar.latè in l. naturali-
ter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſ.per totum ipſum §. maxi
mè.in ver.quarta combinatio eſt.cũ verſic.ſeq. Tu verò diſtin-
gue,ꝙ aliquando agitur interdicto recuperandæ, & ſic interdi
cto vnde vi,& tũc an poſſit opponi exceptio dominij,vide quę
ſcripſi ſ.de actio.§.quadrupli.ver. nec tali agenti tali interdicto
recuperandæ. dic, vt ibi. Aut agitur interdicto adipiſcẽdæ poſ-
ſeſſionis,& per conſequens interdicto quorum bonorum, tũc
an agenti obſtet exceptio dominij , & ſic exceptio, dolo facis .
Dic,vt in d.§.quadrupli. verſ.quæro,an ſit annalis, vel non.Ali
quando agitur interdicto retinendæ poſſeſſionis, & ſic vti poſ
ſidetis,& tunc an obſtet exceptio dominij,& ſic exceptio,dolo
facis.Dic,vt dixi in d.§.quadrupli. verſ. an autem contra agen-
tẽ hoc interdicto &c.dic,vt ibi plenè dixi,quæ benè no. ¶ Poſt
quam vidimus aliqua circa materiã doli,fraudis, & deceptio-
nis, congruum eſſe videtur aliquid hic inſerere de exceptione
43 ſimulationum,ſiue fictionis contractus,uel inſtrumenti, † qm̃
tot modis contractus ſimulatus dicitur,quot modis fit fraus.ut
no.ff. de legib.l. fraus.& l. non dubium.C. de legib. & ideo vbi
non eſt fraus,ibi nõ eſt ſimulatio ꝓpriè.Ita dixit Bar. ad literã,
in l.3. in ſi. C. de poſtu.quod tamen ſanè intelligas tu uerum ,
non ſimpliciter, quia etiam ſimulatio fit, ubi aliqua fraus , uel
exceptio alicuius non committitur, ſed tantummodo fit cauſa
ſuæ tuitionis,& reparationis.ut infra dicam.¶Ad cuius rei de-
ciſionem eſt primò præmittendum pro fundamento quod ele
ganter dixit Bar.in quoddam ſuo conſilio,quod incipit,Petrus
44 Nicolę,uidelicet,† ꝙ contractus fictus,imaginarius,& ſimula-
tus dicitur tribus modis. Vno modo, cum in ueritate agitur,ꝙ
unus contractus celebretur , tamen alius celebrari ſimulatur .
C.plus ua.quod agitur.per totum.C.de contrahend. emptio.l.
empti fides. Et iſtius ſimulationis natura eſt , ut ea hac ſimula-
tione non impediatur acquiſitio fienda ei,cui acquiritur, ſi de
iure ex cauſa,quę uerè agebatur,poterat acquiri. ut d.l. empti fi-
des.& C. ſi cer. pet.l.ſi ex pretio. Secundo modo dicitur con-
tractus ſimulatus,quando contractus in ueritate celebratur,&
modico tẽpe dẽt durare , quia fortè debet reuendere citò. ut l.
4.§. ſi ab ignoto.ff. de manu. Et iſtius ſimulationis natura hæc
eſt, vt debeat hoc expreſsè per pactum agi. vt d.§. ſi ab ignoto.
Tertio modo dicitur contractus imaginarius , ſiue ſimulatus ,
quando apparenter fit contractus , ex mente verò agitur inter
partes, ꝙ nihil fiat. & de hoc loquitur l.nuda. ff.de contrahen.
emp.& l.imaginaria.de reg.iur. & ff.de ritu nup. l. ſimulata. &
ff.de aqua plu. arcen.l. emptor. Et iſta nominat charta,ſiue in-
ſtrumentum ad rei apparentiam factum. vt putà, quis fortè ti-
met Tirannum, vel propter fugienda onera, vel propter aliud
ſimile,aliquis fecit alienationem bonorum ſuorum,tñ in veri-
tate agebatur,ut non eſſet alienatio,ſed ſolum ad reparandum
contra prædicta,ita dicit Bar.in dicto ſuo conſilio.ita etiam uo
luit Bald. & Salyc. in l.1. C.plus va.quod agitur.& Bald.& Sal.
in l. cum precibus. C. de proba. ¶His præmiſſis, cum verbum
ſimulationis poſſit multipliciter intelligi , ut patet ex prædi-
45 ctis,quicunq; † ergo dicit inſtrumentum ſimulatum,ſiue agen
do,ſiue etiam excipiẽdo , debet dicere qua ſpecie ſimulationis
ſit ſimulatum , ita & taliter, ꝙ aduerſarius reddatur certus, &
nulla alia facta declaratione, ille contra quem dicitur ſimula-
tum,debet opponere, ꝙ illud,quod dixit aduerſarius de ſimu-
latione,eſt obſcurũ.ut l.1.ff.de eden.& l.Põpo.ſcribit ſi frumen
tũ.in ſi.ff.de rei ven.quæ loquuntur in agente, & idem in exci-
piente.l.Titiæ textores. de leg.1.& l.2.§.1.ff.de doli exce. idẽ in
probante obſcurè.ff.de neg.geſt.l.cũ actũ. in ſi. & quod ibi no.
ff.de no.ope.nun.l.non ſolum.§.ſed vt probari.& quod ibi Bar.
& doc.in l.matrẽ.& quod ibi Bal.& Sal.C.de prob. & quod ha
betur in c.in præſentia.de probat. Cum ergo dicatur cõtractus
ſimulatus, nec dicatur , nec probetur qua ſpecie ſimulationis
ſit ſimulatus,dicendum eſt,ꝙ intentio dicentis,ſiue ſit actor,ſi-
ue ſit reus,nulla eſt,& nõ poteſt obtinere,uã clarũ eſt, ꝙ ſimu-
latio,& fictio nõ præſumitur,niſi appareat cauſa,propter quã
ſic ſimulate fecerit.l.ſi maritus.in ſi.ff.qui & à quibus.Debes er
go tu cauſidice,ſi uis obtinere,dicere opponendo,vel principa
liter agẽdo de ſimulatione, & exprimere qua ſpecie ſimulatio-
nis ille actus,ſiue contractus ſit ſimulatus,& cauſam, & radicẽ
dictæ ſimulationis,& illud ꝓbare,aliàs ſuccũberes.Omnia iſta
ſunt de mente Bar.in dicto conſilio Pet.Nicolæ. quod no. quia
in practica uidi multos peritos errare. Aduertas tamen tu cau-
ſidice opponẽs de ſimulatione,quia quãuis diceres cauſam, &
ſpeciem ſimulationis, & probares,non tamen obtineres ſi dice
res inſtrumentũ ſimulatũ,quia tua exceptio eſſet inepta,ut d.l.
2.§.1.de do.excep.Debes ergo dicere dictum actum,ſiue cõtra
ctũ ſimulatũ fore.ita dixit Bald.in d.l.cũ precibus.C. de proba.
vbi dixit,ꝙ illud,quod caret effectu,caret nomine, & ideo ex-
ceptio ſimulationis dicitur opponi propriè contra inſtrũ , q2
non eſt inſtrumentum, licèt habeat figuram . ¶Aduertas tu, ꝙ
aliud eſt contractus,& aliud inſtrumentum , de quo in l. con-
tractus.per gl.& doc. & maximè per Bal.C.de fide inſtrum.Tu
verò aduertas,ꝙ dictum Bal.poteſt procedere in illa tertia ſpe
cie ſimulationis,quando agitur ad reparandum,& ſic in uerita
te nihil agebatur. vt d.l.imaginaria. de reg.iur. ſed in alijs dua-
bus ſpeciebus ſimulationum, videlicet in caſu §.ſi ab ignoto.&
in caſu d. l. empti fides. cum ſimilibus ſuperius allegatis , non
procederet,quia in dictis caſibus, ut patet ad ſenſum,inſtrumẽ
tũ eſt aliquid,ut etiam inſra dicam &c. Et ob hoc poteſt oppo
ni exceptio in forma,ꝙ inſtrumentum, & cõtractus ſunt ficti ,
& ſimulati.¶Secundo aduertas,ꝙ in ſimulatis inſtrumentis ap
paret renuntiatum exceptioni ſimulationis. quid erit in iſto ca
ſu? Dicas ꝙ talis renuntiatio declarat intentionem renuntian-
tis,ꝙ non intendit iſtum contractũ dicere ſimulatum,veruntа-
mẽ ſi apparent legitimæ cauſę ſimulationis,& indicia,tunc ea-
dem ratione,qua ſubſtãtia contractus probaretur ſimulata,ea-
dem ratione, & hæc renuntiatio. ut ar.ff.de noua. l. doli. uer.ſi
diuerſum. & quod ibi Bar.& doc.ita dixit etiam Bar.in d.conſi
lio,Petrus Nicolæ.in ſi. De huiuſmodi autem renũciationibus,
& ſimilibus , quæ apponuntur in contractibus , dicam tibi in-
fra eo.§. 1. dic,ut ibi. Sis itaque tali caſu bene cautus, quãdo in
inſtrumento reperitur talis ſimulationis renuntiatio,ut nõ ſim
pliciter opponas de ſimulatione dicti contractus, & caſum ſi-
mulationis etiam exprimendo, & probando,ſed ſemper neceſ
ſarium eſt,vt opponẽdo addas. Dico etiam dictum inſtrumen-
tum,& contractum ſimulatum tali ſpecie ſimulationis,& quic
quid continetur in eo , nam tũc actor non poterit replicare de
renuntiatione dictæ ſimulationis, aliàs , niſi adderes etiam illa
uerba,& quicquid cõtinetur in eo, poſſet per errorẽ replicari,
ꝙ dictæ allegationi ſimulationis eſt.renuntiatum, & tali repli-
catione tolleretur dicta exceptio ſimulationis. ita elegãter uo
luit Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.ver.quæro, an renuntiatio
exceptionis ſimulationis &c.vbi omnino videas, an tali exce-

46 ptioni poſſit renuntiari? vbi etiã ſcripſi. ¶ † Pro declaratione
dictorũ videamus aliqua circa dicta tres ſpecies ſimulationis;
Et capiamus primò, qñ agitur in veritate, vt vnus cõtractus ce-
lebretur, ſed nõ ille, quẽ expreſſerunt, vt putà, in veritate volu-
mus contrahere, & facere contractũ pignoris, verũ quia credi-
tor dubitat ne cogatur cõputare fructus in ſortẽ, iuxta l. 1. & 2.
C. de pig. act. cũ ibi plenè notatis per doct. & l. 5. de diſt. pig. ſi-
mulat contractũ emptionis, tunc tali caſu, licèt nõ ualeat con-
tractus emptionis, remanet tamen validus cõtractus pignoris.
iſte eſt caſus in l. emptione. C. plus valere quod agi. & in c. illo
vos. de pign. & ſic plus valet quod in veritate agitur, quam qđ
ſimulatè concipitur. vt in toto ti. C. plus valere quod agitur. &
pro hoc facit l. Lucius. la 2. ff. depoſi. & quod ibi Bar. ¶ Aduertas
tamen iſto ſecundo caſu, ꝙ oportet, ꝙ tu cauſidice articulatè
deducas, & probes qualiter cũ cõuentũ fuiſſet inter tales, ꝙ in
veritate eſſet pignus, licèt fingeretur vẽditio, quã incontinenti
inierũt ad faciẽdũ dictũ contractũ venditionis ſimulatũ, nã niſi
probetur, ꝙ incontinẽti id factum fuit, ſed poſteà decurriſſet
interuallũ tẽporum, tunc poſſet dici, ꝙ à prima conuẽtione vi-
deatur eſſe receſſum, & per conſequens, ꝙ in veritate nõ intẽ-
debat facere pignus, immo veram vẽditionem, vt dicit inſtru-
mentũ. ar. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. & quod ibi
Bar. Bal. Sal. & Bar. in l. nõ ſolùm. in §. morte. ver. planè. ff. de no.
ope. nun. ita dicit Iac. But. Bar. Bal. Sal. & Ang. in l. pacta nouiſſi-
47 ma. C. de pact. ¶ † Quò aũt ad ſecundam ſpeciẽ ſimulationis
quãto tẽpe debet durare. vt d. §. ſi ab ignoto. ponamus, quòd vẽ-
do tibi domũ cũ hoc, quòd intra certum tps tu cogaris mihi eã
denuo vendere, an præſumatur cõtractus ſimulatus? Et dicas,
ꝙ non, immo eſt permiſſus, & valet in forma ſpecificata. vt eſt
tex. in l. 2. C. de pac. inter empt. & vend. & quod ibi not. intan-
tũ ꝙ adueniente tempore venditionis, ſi ego volo denuo eme-
re, & offero realiter pretium prædictum, licèt tu non velis re-
a uendere, [a] tamen ipſo iure ſine alia traditione in me transfer-
tur dñium vtile tñ, & habeo pro dicta domo vendita vtilẽ rei
vendicationẽ. vt eſt tex. ſing. in l. ſi cũ vẽderet. ibi autẽ vendica-
re. cũ gl. ff. de pig. act. Prædicta tamen ſunt vera, niſi aliqua alia
48 concurrant, q̃ ꝙ intra certum tẽpus † teneatur reuẽdere, puta;
ẽt interuenit vile pretium reſpectu valoris rei. iuxta glo. no. in
l. 1. in prin. ff. de ſuperfi. & ꝙ venditor indigeret pecunia, & ꝙ
pecuniam peteret mutuo, & pactum de retrouendendo quò
ad certũ tẽpus, & ſic non antequàm certũ tẽpus trãſeat, qa ex
his præſumitur cõtractus fictus, & ſimulatus, & magis præſu-
mitur celebratus, vt creditor interim durãte illo tẽpe lucretur
fructus, & ſic potius ſit pignus, q̃ vera vẽditio. Iſte eſt propriò
caſus in c. ad noſtrã. & ibi ita ſentit gl. & expreſsè Ant. de. But.
& de hoc videtur etiam tex. & ibi no. Iaco. de Aret. Cy. Bal. &
Sal. in d. l. emptione. Si aũt non cõſtaret de originali mutui pe-
titione, tunc ex tali pacto de retrouendendo, non propterea iu-
dicatur contractus ſimulatus, & ẽt ſi ibi eſſet vilius pretium re-
ſpectu rei venditæ, & cũ vſurario ſactus, qm̃ vſurarij faciunt ſę-
pe bonos contractus. ita dicunt doc. in d. c. ad noſtrã. & in d. l.
emptione. & facit quod habetur in cap. conqueſtes. de vſu. niſi
aliud ẽt concurrat, vt putà, vltra pactũ de retrouendendo, ipſe
creditor expreſsè paciſcit, ꝙ fructus cõputet in ſortẽ, & quòd
qñ reuendit aliquid, plus habeat, quàm ſoluerit, quia præſumi-
tur tunc contractus vſurarius, & præſertim in conſueto fœne-
rari, iſte eſt propriè tex. in d. c. illo vos. de pigno. in fi. quæ om-
nia no. quia quotidiana. ¶ Quid ſi dictũ fuerit in inſtrumẽto, ꝙ
vendidit, & tradidit verè, & non in fraudẽ vſurarum? Reſpon-
deo, ꝙ ex his verbis inſtrumẽtũ eſt magis ſuſpectũ, & non mi-
nus. vt no. ſing. gl. in fi. ff. de condi. inſt. l. ſi quis ſub conditione.
ita Bal. & Sal. in d. l. emptione. quod not. vt nunquam in inſtru-
mẽtis apponas clauſulas incõſuetas, nã propter hoc redditur
49 inſtrumẽtũ ſuſpectũ, vt voluit illa gl. ¶ † Quæritur, an talis con-
tractus ſimulatus firmetur iuramento? & gl. ſing. in d. l. emptio-
ne. dicit ꝙ non, quia iſtud iuramentũ non habet fundamẽtum
alicuius conſenſus. l. fi. cũ ibi no. C. de non nu. pe. quod tu intel-
ligas verũ, ſi cõtractus fuerit ſimulatus ſupradicta tertia ſpecie
ſimulationis, videlicet, qñ partes intẽdebant nil agere, de quo
ſtatim dicã, ſecus ſi actũ fuerit, ꝙ in veritate aliquis contractus
celebraretur, putà, pignoris, licèt ſimularetur contractus vẽdi-
tionis, & ſic in fraudẽ vſurarũ. vt d. c. illo vos. qm̃ tunc eſſet ſtã-
dum iuramẽto, donec relaxaretur per Epiſcopũ. vt extra de iu-
reiur. c. 8. ita dicunt doc. in d. l. emptione. Aduertas tamen, ꝙ ſi
iurans eſſet mortuus, hæres eius non indigeret relaxatione, qa
ſpirituale vinculũ iuramenti morte ſopitũ eſt. vt extra de iuro
iur. c. veritatis. & quod ibi Inn. & in c. fi. de foro cõpe. in nouel-
la. licèt virtus iuramenti quò ad obligationem temporalũ trã-
ſeat ad hæredem. vt c. quãuis. de pac. in 6. ¶ Veniamus ad tertiã
50 ſpeciẽ ſimulationis, † qñ ꝯtractus eſt imaginarius, ſiue ad repara-
tionẽ ſactus, tũc tali caſu nullus eſt ꝯtractus, nec ẽt ille, q agit, fin-
giť, nõ tñ ille, q ſic dř eſſe celebratus. vt d. l. imaginaria. cũ ſim.
Intantũ ꝙ ex tali ꝯtractu non transferť dñium, vel aliquod ius rea-
le, vel ẽt perſonale in re, vel ad rẽ ipſam. vt eſt tex. in l. emptor.
51 & ibi no. per gl. Bar. & Ang. ff. de aqua plu. arcen. ¶ † An aũt trãſ-
ferať poſſeſſio ex tali ꝯtractu ſic ſimulato? & Bar. in d. l. emptor. te-
net, ꝙ ſic, quia ẽt ſine cauſa põt transferri poſſeſſio. vt ẽt ipſe
no. in l. qđ meo. in prin. ff. de acqui. poſſ. ſuppletu, qa ẽt ex inu-
tili ꝯtractu transferť poſſeſſio. l. 1. §. ſi vir. & ibi no. Bart. Ange. &
doc. ff. de acqui. poſ. quod tu intelligas verũ, qñ realiter tradere-
tur, & conſtat de animo, ꝙ transferre voluit poſſeſſionẽ, vt cla-
rè voluit Bar. in d. l. emptor. dũ dicit, an transferať poſſeſſio. rñ-
deo ſic, ſi hoc agiť &c. In dubio aũt non præſumitur animus
transferendæ poſſeſſionis, ex quo ꝯtractus eſt ſimulatus, qa eodẽ
modo ẽt traditio præſumitur ſimulata: & ita dixit Bar. in d. l. em-
ptor. allegat l. cũ propria. C. ſi qs alteri, vel ſibi. Sed indubitatũ
eſſet, ꝙ poſſeſſio non transferretur ex tali contractu ſimulato,
ſi diſcederet poſſeſſor, & aliũ in poſſeſſione actuali non pone-
ret. iuxta l. ſi ſilulas. §. 1. de contrah. emp. & l. cum quis. ff. de do.
ſed ſimpliciter ſe conſtituat nomine illius emptoris, uel dona-
tarij, uel ceſſionarij poſſidere, uel precario pro eo poſſidere,
quia illa eſt ciuilis tranſlatio poſſeſſionis; quia enim ſimulans
remaneat dominus, & propriè non teneat precarium conſtitu-
tum rei ſuæ. l. neque pignus. de reg. iur. l. ſi rem quam, cum ibi
no. per gl. & doc. ff. de acqui. poſ. & in l. ei à quo. ff. de uſucap.
nulli dubium, ꝙ aliqua poſſeſſio non eſt etiã tranſlata. ita etiã
dixit Bal. & Sal. in d. l. emptione. in fi. quod no. Et etiam aduer-
tas, ꝙ non tantum in iſta tertia ſpecie ſimulationis, ſed in om-
nibus alijs, non tantũ ille, qui cõtractum ſimulatum facit, ſed
etiam eius hæres poteſt dicere contractum ſimulatum, licèt nõ
poſſit dicere fore factum in fraudem, uel deceptionẽ fiſci, uel
alterius priuatæ perſonæ. l. quamuis. & l. cum propria. C. ſi quis
alteri, uel ſibi. ita dixit Bar. in dicto ſuo conſilio. & idem uoluit
in l. poſt contractum. ff. de do. in uer. ſed an uenditor ipſe &c.
& ibi Ang. & Bal. & Sal. in d. l. emptione. ¶ Vnum tamen nun-
52 quam exeat mentem tuam, maximè in actu practico, † quando
aliquis uendit, ut euaderet pęnam alicuius delicti, uel ut euita-
ret collectas, uel aliquid ſimile, & ſic fuit factum ad reparan-
dum, ut dixi, & uult repetere rẽ ſuam, quomodo debet agere?
Iſtam quæſtionẽ ſormat Bar. in l. iuſiurandum, quod ex con-
uentione. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de iureiur. ubi tandem dixit, ꝙ agere
deberem rei uendicatione, dicendo rem fore meam, & ſi tu op-
ponis, ꝙ fuerit tibi uendita, ego replico, ꝙ illa uenditio fuit ſi-
53 mulata, & imaginaria, & in fraudem fiſci facta, † & tunc ego
debeo opponere, & ſum audiendus, licèt allegem turpitudinẽ
meam: nam ego non allego eam ad fundandam intentionem
meam, ſed allego eam quo ad adiuuandum intentionẽ meam.
item ego allego ipſam contra te, qui eam participaſti, ac etiam
de damno euitando tracto, tu uerò de lucro; igitur ſum au-
diendus. l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de do. exceptio:
non

ADDITIO.

a Reuendere. Pactum redemptiuum, ſeu de retrouendendo de iure ciuili lici-
tum, & permiſſum eſt concurrente pretij iuſtitia. l. ſi fundum parentes, & ibi
Cy. Bar. Bal. Sal. Cagnolus, & ſcribentes nom communi, de pact. inter emp. &
vend. compoſitis. Ad idem de iure pontificio, Arch. in canone, pleriſque 14. q.
3, Imo. in c. ad noſtram. verſi. itẽ no. ꝙ ex conuentione, extra de emp. & vend.
& ibi Abb. idem firmat col. 2. Amplio hoc procedere, etiam ſi interueniret
modicitas pretij, pp quod pactum huiuſmodi non præſumitur ſimulatum.
Soc. conſ. 55. præſtantiſ. doct. verſ. ſed ad hoc reſpondetur. vol. 2. ubi firmat
hanc eſſe magis cõem, & pro hac opi. conſului conſ. 143. d. Claudius Chaſſo-
rellus. ver. pactum, & pretij modicitas. Immo ut dicatur cõtractus vſurarius,
& non fictus, requiruntur tria pactum de retrouendendo, paruitas pretij, &
ꝙ emptor ſit ſolitus fœnerari. gl. Panor. & ſcrib. in c. cõqueſtus. extra de vſur.
Pau. de Cal. & Franciſquinus Cur. adnotãdo in l. rogaſti. §. ſi tibi. de reb. cred.
in Pand. Fabianus à San Sauino, de emp. & uend. in 6. q. 7. q. prin. Alex. conſ.
25. in cauſa, & lite ver. Nec obſt. uol. 5. uerſ. & dixi. conſ. 154. exordiente, & ſi
in cauſa Carorelli, co. 1. & 2. & dixi conſ. 206. Gauch. Ranuccius. uer. ſecum
concurrentibus. 9. Nec obſt. Dec. conſ. 29. Viſo conſ. per totum. uol. 4. firma-
re duo, ſufficere pactum, & medietatem pretij, quoniam magis communis
eſt contra Dec. ꝙ immo requirantur tria, ut ſupra, & pro hac opi. ſemper uidi
iudicari, & pluries obtinui. Sed dubitatur, nunquid intelligatur illud pactũ
iuxta conuenta, ita quòd ſit expreſſum tempus unius anni illo elapſo, an nõ
amplius habeat locum dictum pactum? & uidetur dicendum ꝙ non, per
tex. in c. 1. de feud. dat. in uicem leg. commiſſo. ubi feudum poſt dilationem
præfixam redimi poteſt. Hinc uulgares dicere ſolent pactum huiuſmodi eſſe
perpetuum, contrarium tamen eſt uerum per tex. in l. 2. de pact. inter emp. &
uen. C. & latiſſimè formaui in d. conſ. 206. uerſ. hiſce tamen, & hanc conclu-
ſionem intelligo procedere, niſi eſſet enormiſſima læſio, tunc tale pactũ por-
rigeretur uſque 30. ann. Iac. à S. Geo. in l. mutuum damus. de reb. cred. & ibi
dixi poſt eum in Pand. Ant. Ca.

non autem poſſum petere reſcindi dictam venditioné, allegando in fraudem fiſci fore factam, quia principaliter ad fundandam intentionem meam allegarem turpitudinem meam. pro quo facit quod dicimus in ſimili, vtrum quis cogatur edere rationes, vel librum proprium ad petitioné aduerſarij ad fundandum eius intentionem, vel ad coadiuuandum.l.1. & l.ſi. C. de eden. & ibi plenè per gloſſ. & doctor. quod not. Ex prædictis
54 † poteſt inferri, ſi ſtatutum permittat cótra inſtrumentú opponi exceptioné ſimulationis, de qua ſimulatione intelligetur? & Bar. Bal. & Sal. in l.3. C. de poſtu. dicunt, ꝙ intellexit ſtatutú qñ aliquid permittitur, vel cóceditur ſine ſpe alicuius cauſæ præcedentis. vel ſecundò, qñ cauſa vera tédit ad diuerſum, vel cótrariú effectú cú cauſa expreſſa in inſtrumèto.l. empti fides. C. de contrah.emp. & d. l. emptione.C. plus valere qđ agi.cú ſi.Tertiò, qñ de nullo fingit̃ aliquid, vt d.l.imaginaria.cú ſi.ſed qñ de aliquo fit i aliquo alio nouatio, ſiue tráſlatio, & eſt ibi æquipollétia in effectu, illa obligatio nó dr̃ ſimulata, qa nó deficit obligationis ſubſtantia.l. ſi ex pretio.C. ſi cer. pet. Et de hac vltima non poſſet opponi. Addas tu, ꝙ facit l. certi condictio.§. ſi.& l. ſingularia.cú ibi no.ff.ſi cer.pe.& d.l. Lucius.la 2.ff. depoſi. vbi elegátisſimè Bar.in ſi.dicit ad noſtrú propoſitú, ꝙ exceptio ſimulationis tunc obſtat, qñ in veritate nihil agebatur. vt in caſu d.l.nuda.& d.l.imaginaria. vel agebatur aliquid inualidum, ſiue turpe.l.1.C. de cond. ob cau. ſecus aút ſi in veritate aliquid agebatur, licèt cederet in ſpecié alicuius obligationis. vt d. l.
55 Lucius.& d.l.ſi ex pretio .cum ſim.quod no. ¶ † Ex ea his manifeſtè apparet ét ea dictis Bal. ꝙ illud, quod dicit Bal. in d.l 3. in ſi. ꝙ propriè ſimulatio eſt, vbi fraus eſt, nó eſt verú, quia quáuis fraus nó cómittatur, nihilominus poſſet opponi exceptio ſimulationis, etiá in ſtatutis, quæ requirunt verba propriè.l. 3.§.hæc
56 verba.ff.de neg. geſt ¶ † Quæritur, quomodo probetur ſimu-
a latio, an eo ipſo, ꝙ alienás remanet in poſſeſſione [a] rei véditæ, præſumatur ea hoc contractus ſimulatus? & breuiter dicendú eſt, ꝙ quo ad creditores, fiſcú, vel alium tertiú, illa eſt ſufficiés coniectura, ꝙ præſumatur cótractus ſimulatus.l. ſicut.§. ſuperuacuum.ff. quib.mod.pig. vel hypo.ſol.non aút quò ad ipſos cótrahétes, quia ſi véditor contra emptoré vellet dicere, propter hoc præſumi cótractum ſimulatum, nó audiretur, qm̃ habeat actioné perſonalé contra venditoré, quę durat per 30. ann. ad petendú ſibi tradi ré emptam, tunc dimittendo apud dictú venditoré, propter hoc non poteſt dicere véditor, ꝙ contractus ſit ſimulatus. ita dixit Bar. in d.§. ſuperuacuum. & ét voluit in dicto ſuo cóſilio, Pet.Nicolæ. & in d.l. poſt contractú. & Bal. Sa-
57 ly.in d.l.emptione.quod no. ¶ Quæritur, an † per teſtes poſſit fieri probatio, ꝙ inſtrumétum, ſiue cótractus eſt ſimulatus? iſtá quæſtioné ponit gl. & doc.in l.generaliter.C.de non nu.pec.& gl.in l.illicitas.§.veritas, & ibi Iac.But.ff.de offi. præſi.& Bal.& Sal.in l.1.C. plus vá. quod agi. Et primò videtur, ꝙ non poſſit probari per teſtes dicta ſimulatio contra dictú inſtrumétum. vt eſt glo.no.in d.l.generaliter.in gl.1. In contrariú videtur per l. in exercendis.cum ibi no.per doc.& gl.C. de fid.inſtru. Tu verò allega in contrariú, ſ.m Sal.in d.l.generaliter.glo. ordi. in d. l.illicitas.§. veritas. Et iſtá vltimam gl.ſequitur Iaco. But.& Cy. in d.l.generaliter.tamé latius Bal.in d.l.interdú.ſic dicit: interdú teſtes inducuntur ad remotioné cauſæ in inſtrumento, & talis probatio per teſtes non admittitur: ita intelligatur d.l.generaliter. Interdú producuntur ad remotionem cóſenſus, & iſta eſt propriè materia ſimulationis, & túc dicit, ꝙ teſtes recipiuntur ad probandum inſtrumentum ſimulatum. vt C. ſi quis alie. vel ſibi.l.multò.& ibi vide Bal.qui aliter dicit in materia ſimulationis. & C.de dona.inter virú, & vxo.l.ſi filij tui. Interdú verò teſtes non producuntur cótra inſtrumentum, ſed ſupra inſtrumentum ad eius declarationé. & talis probatio admittitur per teſtes.ff.de teſtamen.l. hæredes palam.§. ſed ſi notam. facit quod no.in l.eos.§.cum in tabulis.ff. de duobus reis.& quod habetur in l. 2.per glo.& doc.C. de bono. poſſeſſio. Interdum teſtes producuntur ad inſtruméti ſuppletionem, & eſt idé. vt extra, de fide inſtrumen.c.cum Ioan.& ff.de lega.2.l.cum proponeretur. & ibi per glo. & latè Bald. Interdum verò producuntur teſtes ad transferendú aliquam diſpoſitioné in aliú. & idem vult.l. vxor marito.ff.de dona. inter vir.& vxo. Interdum producuntur teſtes ad remouédum inſtruméti tacitá præſumptioné. & idé.ff.de pac.l.iuriſgentiú.§.quod ferè.& ibi gl.& doc. Interdú producuntur teſtes ad probandú inſtrumenti falſitaté. & idé l.optimá.cú ibi no.C.de contrah. & cómit.ſtip. quæ omnia no. vt ſcias quibus caſibus teſtes admittantur contra inſtrumétum. ¶ Addas tu quod habetur per gl.& Bal.in rep.& Cy.in d.l. in exercédis.C.de fide inſtr.& quod no. Bar.Ang.& Io.de Imo.

in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemad.teſt.aper. vel dic proprius ad caſum noſtrum, ſ.m Sal.in d.l.generaliter. ꝙ aut ɔ̃ctus eſt celebratus in ſcriptis, quod qñ fit, habet̃ ita & gl.in l.contractus.C. de fid.inſtr.& ſ̃.de emp.& vend.§.1.& ibi ſcripſi, & tunc non pót probari ſimulatio inſtruméti per teſtes. & ita propriè intelligatur gl.in d.l.generaliter. Aut cótractus nó eſt celebratus in ſcriptis, licèt de eo ſit ɔfecta ſcriptura, & ſic ſit redactú in ſcriptis, & confectú publicum inſtr̃m, iuxta ea, quæ habentur in d.l.contractus.& d.§.1.& per gl. & doc.in l.1.C. de teſt. tunc tali caſu bene poterit probari ſimulatio per teſtes. & ita propriè intelligatur d.gl.in d.§.veritas. quá ibi ſequitur Bar. quod no. quia ut plurimú hodie cótractus non celebrantur in ſcriptis, licèt per notariú redigantur in inſtr̃is publicis, quia tunc ſemper dicta
58 ſimulatio poterit per teſtes probari. ¶ † Quot aút teſtes requirantur? uide gl.& doc.in d.l.in exercédis.& Bar. & doc.in d.§. ſi quis neget.quod no. Et prædicta procedunt quò ad ipſos contrahentes, & eorú hęredes, vt dictum eſt. Si aút dicatur cótractus fictus, & ſimulatus p creditores, & tunc aduertas, ꝙ ſi ſunt creditores præſentes, agant, vt hr̃ in l.ait prætor.§. ſi quis particeps.ff. quæ in fraudé cred.& dixi plenè ſ̃.de act. §. item ſi quis
10 iur.in ſexto. ¶†Quæro,an in iſta cautione de mutuo confeſſa- to [a] orta ſit aliqua obligatio? & gl.ſupra de lite. oblig. in uerbo obligetur.in fi.tenet,ꝙ non oritur niſi ciuilis obligatio,quæ ante biennium eſt inefficax ad agendum.ut ibi dixit glo.& idẽ uoluit in l. 1.ff.de condi. indeb. & idem in l. generaliter.C.de non numera.pec.Sed Vltramonta.ut refert Cyn. in d.l. cum quis. C. de iur. & fac.ign. tenent contrarium, quia immo ſtatim eſt nata & ciuilis,& naturalis obligatio. quod patet,quia obſtat exceptio ſupra de litera.oblig.§.1.& hic ergo eſt orta actio, quia exceptio eſt actionis excluſio.l.2.ff.de exce.ergo erat obligatio orta,quia priuatio præſupponit habitum.l.decem.de verb.obl.Secundò, cautio poteſt condici.d.l. ſi quaſi.C.eo.& ſupra dixi. igitur &c. Tertiò, defectus implementi nõ impedit obligationem vtranque naſci.l. Iulianus.§.offerri.ff.de act. emp. Quartò, iſte contractus habet ſua eſſentialia. vt ſupra de litera. obligat. per totum,ergo debet naſci etiam naturalis obligatio, & non debet deficere ratione extrinſeci accidentis, videlicet, non factæ numerationis. vt C. & ff. de dolo. & quod metus cau. ſed Iac. de Are.dicit contra nullam naſci obligationem per l.ſi pecuniam, ff.ſi cer. pet. vbi eſt in poteſtate rei ſe non aſtringere. Secundò per tex.l.pe.ff.quæ res pig.ob.poſ. ibi,eo tempore pignoris obligationem contractam videri, & ſic quando pecunia accipitur, illo tempore naſcitur obligatio, & non ante.ad idem l. 1. in fin. qui po.in pig.habe.Tertiò,quia ineſt tacita condictio, ſcilicet ſi numeretur.l.ſi. C eo.quæ ita ſuſpendit,ſicut expreſſa. ut not. in l.item quia.de pac. Quartò,fuit opinio Iac.But.Guil.Bar.& cõmuniter doc.ꝙ immo ciuilis tantùm ſit orta,vt dixit glo. ex eo, quia naturalis procedit ex cõſenſu puro.l.1.ff.de pact. vel æquitate iuriſg. intuentis meram veritatem,& exiſtentiam rei.l.pen. ff. de iuſtit. & iure.Sed iſta hic deficiunt, ergo non eſt naturalis obligatio,ſed ciuilis,quia ius ciuile, quod hunc contractũ adinuenit,ipſum in ſubſidio, & in remedio extraordinario introducit.C.de rei vxo. actio.l unica. in prin. Et pro hoc inducunt dictam l.qui pecuniam. cũ alijs ſupra allegatis. Nec obſtat, ꝙ detur exceptio,ſm Pet.quia reſpondetur, ꝙ hæc exceptio eſt anomala.vt no.gl.§.appellatur. & dicam infra etiã in iſto §.in fi.ergo magis videtur dari contra intentionem actoris, quàm cõtra actionem,quæ nunquam competit.ſimile.C.de temp. in integr. reſti.l. ſuperuacuam. vbi quadriennio præſcribitur natiuitati reſciſſoriæ. de qua reſciſſoria vide quod plenè dixi ſupra de acti. §.rurſus. Vel dicas ſm Bart. ꝙ immo eſt nata actio, ergo datur exceptio, vt hic. & dicitur eſſe natã ex parte tantum, & ſic ex obligatione ciuili tm̃.de quo uide doc.in d.l.cum quis.& Barto. & doc.in l.1 ff.de cond. indeb. & dixi ſupra de obl.in prin. Nec etiam ob.ꝙ condicatur cautio, quia etiam obligationis diſſolutæ condicitur inſtrumentum inefficax. ut C. de condi. ex lege.l. 2.& dixi ſupra. Nec obſtat quod dicitur de effectu inſtrumenti dictæ l. Iulia. §.offerri. quia ibi contractus eſt perfectus, & purus,ſine aliqua conditione futuræ numerationis. Nec obſtat, ꝙ habeat debitam formam, quia negatur, cum conditio pecuniæ numerandæ interim deficiat. Vel dicas,ꝙ habet formam iuris ciuilis tantum,ideo obligationem ciuilem inducit.Nec obſtat, ꝙ dicitur de futuro contingenti,quòd non producitur,quia verum eſt efficax,& hoc vult propriè d.l.qui pecuniam.ſm Sal.in l.generaliter.in fi.C.de non nu. pec.Sed Bal.in d.l.cum quis. in verſ. dicto de debito naturali,videamus de debito ciuili. tenet opinionem Pet. ꝙ immo etiam naturalis obligatio orta ſit, quia ſic ſe habet chirographus, ſicut ſtipulatio facta ſpe futuræ numerationis. pro quo tu allega tex.in l. 2.§. circa. de do. except. ſed dicta ſtipulatio interim parit ẽt naturalem obligationem, licèt obſtet exceptio. vt d.§. circa ſuppoſito, ꝙ ſtipulatio interim ſit apta à natura ad obligandum.vel l.1. in fin.cum ibi no.ff. de pac.ergo idem dicẽdum in chirographo. Nec videtur obſtare,ꝙ talis obligatio non ſit de iuregentium,quia aut conſideramus conſenſum in genere, & omnis conſenſus eſt de iuregentium.ita poteſt hic conſiderari.aut cõſideramus conſenſum certi contractus in ſpecie,& tunc iſta diſtinctio ſpecifica nõ eſt de iuregentium, nec in ſtipulatione,nec chirographo,nec in contractu feudali,nec in emphyteutico,qui à iure ciuili fuerũt inuenti.vt ff.de iuſt.& iur.l.ex hoc iure.& non eſt dubium,ꝙ attẽta naturali materia.i. ipſo conſenſu in genere oritur obligatio naturalis in contractibus incognitis à iuregentium.ita dicit ibi Bal.quod eſt valdè ſubtile.Sed tamen propter hoc non videtur fore tutum recedere à communi ſententia doctorum,quia ſi eſſet nata etiam obligatio naturalis,non videretur eſſe in iſta literarum obligatione aliqua ſpecialitas,quam tamen tex.ſupra de lite. obli. inducere intendit. Reperio, ꝙ dominus meus Raph. Ful.in d. l.cum quis.licèt non loquatur hoc modo,tamen videtur velle has opiniones ad concordiam reducere, quia aut in ipſo chirographo facto ſpe futuræ numerationis ſubeſt ſtipulatio, tunc ipſo iure ſubeſt & naturalis obligatio propter conſenſum purum,& nulla conditione ſuſpenſum.l.1.ff.de pact. licèt facta ſit ſpe futuræ numerationis, ſicut dicimus in dato ob cauſam, quia ſtatim tranſit dominium in accipientem, licèt tu des in iſta ſpecie,vt alter det rem ſuam.iuxta.l.ſi.ff.de condi.ca.da.vel alter adimpleat contractũ ex parte ſua.l.3.§.ſi pecuniam. eo.tit.ita in ſtipulatione.Et ita poſſet intelligi opinio Pet.Guil. & ſequacium,ante tamen numerationem ſecutam competit & ipſi promittenti exceptio,ſicut in dato ob cauſam,quia licet dãdo, ſtatim dominium rei meæ in te tranſlatum ſit, tamen cauſa non ſecuta,dominium meũ,quod eſt apud te, condicitur,ita ẽt in negotio imperfecto,vt in promiſſione, vt vadas pro me Romam,quia ſubuenitur ratione exceptionis,ſi non vadas Romã, vt d.l. 2.§.circa.& l.metum.§.ait prætor.ff.quod met.cau.& l. ſi quando. C.eo.conſequens eſt,ergo non dicitur rectè debitum. l.creditor.de verb.ſign.& iſto caſu poteſt intelligi opi.glo. Iac. de But.Bar.& ſequacium.& ita intelligatur d.l.ſi pecuniam.cũ ſimil. & ſic debitum tamen inefficax, ſm Pet. Aliquando verò non eſt ſtipulatio in chirographo, ſed nuda confeſſio de recepto,quia ſchedulam, in qua confiteor me recepiſſe centum mutuo,ſed eſt ſtipulatio,quia ꝓmitto tibi reſtituere,& tunc dr̃ eſſe indebitũ vtroq; mõ,ſm Iac.de Are.& bñ ſm Raph.quod ꝓbat, non.n. eſt obligatio realis, quia non interuenit numeratio, nec verbis, quia non interuenit ſtipulatio, nec conſenſu, quia iſte eſt contractus mutui,qui non celebratur ſolo conſenſu, nec literarum, quia non naſcitur obligatio ante biennium. vt ſupra de lit. obl.§. planè. ibi dum dicit,ſic ſit, vt & hodie, dum quæri non poteſt,an ſcriptura obligetur, & ex naſcatur condictio ceſſante,ſcilicet,verborum obligatione &c. & ſic non obſtat exceptio. Et ſi dicas,exceptio eſt actionis excluſio.intellige, ꝙ ſicut ille agit de facto,ita debitor excipiat de facto. facit glo.in l. minor. ff. de euict. Poſt biennium autem dicit natam eſſe ſolùm ciuilem,& nõ etiam naturalem, quæ ciuilis eſt ſufficiẽs ad exactionem. Tu verò pro Raph. qui videtur facere differẽtiam, an vltra confeſſionem interueniat ſtipulatio vel nõ,poſſes inducere iſtum tex. vbi interuenit ſtipulatio. & ſic agi poteſt,licèt obſtet exceptio in ratione ſui,ibi,cũ ex ſtipulatu tenearis. & prius dixerat,qualiter à te dictam pecuniam petere poſſe certum eſt,

te

ADDITIO.

a Mutuo confeſſato. Dicitur ciuile mutuum confeſſatum.& eſt talis natura, vt q ſic confeſſus eſt,ſi conueniatur ante biennium poſſit opponere exceptionẽ non numeratę pe. niſi ipſi exceptioni expreſsè renunciauerit, vt fit quotidie in inſtrumentis.poſt biennium verò habet os clauſum ne poſſit talem exceptionem opponere hæc ſunt verba Practi. Pap in for.libelli in actione hypotheca. in gl.in verſi.mutuo.ver.ciuile vero tantum. Barth.ab Hora.

te enim dare oportet, cum ex ſtipulatu tenearis, igitur &c. Sed
contra iſtam opinionem facit l.cum vltra.C.de non nu.pe.vbi
traditur regula, ꝙ nemo re poteſt obligari vltra quam accepe-
rit.demum ſubijcit, ꝙ ſi ſtipulatio interuenerit, & tamen credi
tor non numerauit, ꝙ datur cõtra agentem exceptio. & in fine
dicitur, ꝙ vltra id, quod per creditorem ſolutum eſt, à te exigi
non poteſt, ergo ſi nihil ſolutum eſt, cũ re obligetur, nullo mo
do nec in aliquo obligabitur, vt ibi dicitur in princ. licèt ergo
ſtipulatio interueniat, tamen numeratione non ſecuta nõ tene
bitur in aliquo. Præterea contra iſtam ſuam differentiã, an in-
teruenitat ſtipulatio, vel non, ſunt tex. qui plurimùm nõ curãt,
an interueniat ſtipulatio, vel non, vt hic eſt tex. & in d.l.cum vl
tra.& in d.l.2.§.circa.de doli exce. & tamen omnes alij tex. dãt
exceptionem non nume.pecu.quando interuenit ſtipulatio.l.ſi
ex cautione. & l.in contractibus.C.eo.ſicut quã interuenit ſtipu
latio, vt hic, ergo iſta iudicantur à pari, interueniat ſtipulatio
vel non. Præterea ſtipulatio appoſita in contractu, vt plurimũ
fit cauſa adimplendi contractum præambulũ, & non vt nouet.
vt plenè, & eleganter voluit Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.fa-
cit l.duo ſocietatẽ coierunt.ff.pro ſoc.ac etiam in dubio ſtipu-
latio videtur eſſe appoſita, nõ vt plus inducat, quàm inducebat
natura illius contractus, cui adijcitur. l. ſi ſtipulatus.ff. de vſur.
igitur &c.& ꝙ non ſit differentia, adijciatur confeſſioni ſtipula
tio, vel non.facit l.5.C.de non nu.pec.igitur &c. Nec obſtat, ꝙ
quando non eſt ſtipulatio, ꝙ nõ dicatur contractus, nec verbis,
nec conſenſu, neque re, neque literis, quia hoc negatur, immo
eſt contractus literarum, etiam ante bienniũ. vt inſti.de obli. in
fi.coniuncto titulo de litera.oblig.in fi.coniuncta d.l.in contra
ctibus.in prin.C.eo.nec eſt verum, ꝙ ante biennium non eſt or
ta obligatio, quia immo obligatio etiam ante biennium condi
citur, ergo nata eſt, hoc probat tex. in d.l.ſi quaſi.C. eo.ibi, per
conditionem repetere poteſtis obligationem. Not.quòd dicit
obligationem. & clarum eſt, ꝙ iſtud erat ante biennium, quia
ibi etiam competebat exceptio nõ nu. pec. vt dicitur ibi in tex.
uel exceptio nõ nu. pec.nam elapſo biennio nõ competit dicta
exceptio priuilegiata.ut d.l.in contractibus. & ſupra de litera.
obli.§.planè.Nec obſt.in d.§.planè quia notandũ eſt, ꝙ ille tex.
refertur ad l.in contractibus. in princ. ſed ibi clarius Impera-
tor loquitur faciendo duos caſus. Primò, ꝙ ante biennium põt
opponi talis exceptio, quod non apertè dicitur in dicto titu.ſu
pra de lit.oblig. igitur &c. Secundò dicitur, ꝙ eo elapſo, nullo
modo querela non num.pec.admitti poſſit.unde dictus tex.de
litera.obli.qui eſt interpretans, & allegans dictam l.in contra-
ctibus. debet intelligi ſm illam, arg. in authen. ut fratrum filij.
§.1.ex quo ſequit, ꝙ tex.in §. planè. qui dicit, ꝙ eo elapſo ſcri-
ptura obligetur, & ex ea naſcitur condictio, debet intelligi ſm
dictam l.in contractibus.quia naſcitur tunc cũ effectu, quia nõ
habebit debitor dictam exceptionem, niſi probet pecuniam nõ
fuiſſe numeratam. vt dixi ſupra ad intellectum dictæ l.in cõtra
ctibus.licèt prius orta fuiſſet obligatio, & cõceſſa exceptio præ
11 dicta priuilegiata, vt etiam vult gl.in d.§.planè.cogita. ¶ †Quæ
ro ergo, an ſaltem elapſo biennio naſcatur naturalis obligatio?
& videtur, ꝙ ſic, quia tacitè videtur conſentire, qui patitur la-
bi biennium. C.de poſtulando.l.ſi ſub ſpecie.& hoc tenet Ang.
per d.l.ſub ſpecie.in l.generaliter. C. eo. pro quo tu allega glo.
ordi.in l.ſi ego.in gl.ſuam facere.in fi.ff.de neg.geſt. & facit C.
quomodo.& quando iudex.l.ab eo.C.de appel.l.hi, qui ad ciui
lia.& hoc tenet Pet.ſed gl.in d.l.generaliter.in glo.fin. & ſupra
de lite.oblig.tenet contrariũ. videlicet, ꝙ immo ſola ciuilis lo-
cum habeat, quæ tamen incipit habere maiorem efficaciam,
quam prius haberet, & ita communiter tenent ibi doct. Et eſt
ratio, quia tempus non eſt modus inducendæ obligationis; &
maximè naturalis.ff.de act.& oblig. l.obligationum fere.§.pla
cet. nec falſificandi verum, nec verificandi falſum. l.ſicut falſi.
C. de fal. Nec obſtãt allegata in contrarium, quia ſm Guil.ta-
lis conſenſus ex lapſu temporis non eſt verus, nec præſumptus
ex coniecturis, vel ex coniecturata voluntate partiũ, ſed fictus,
vel intellectus eſt ex poteſtate iuris ciuilis, vt dicimus in ſimili
in l.alienationis.ff.de verb.ſign. Et quia hæc fictio eſt iuris ciui-
lis tantum, & præter, & contra ius naturale, vel gentium, ſolũ
ciuilem producit effectum, robur tamen naturale habentem.
vt dicta gl.fi.in d.l.generaliter. allegat ſimile de ciuili ſola, quæ
naſcitur ex ſententia.vt ff.de cond.indeb.l.Iulia.de quo dic, vt
ibi.& plenè per doc.in l.cum quis.C.de iur. & fac. ignor. & per
gl. Bar.& doc.& Ludoui.in l.1.ff.de condi. indeb. & iſtud mihi
placet. Omnes tenent, ꝙ eò ipſo, ꝙ debitor confitetur ſe habuiſ
ſe, hoc facit ſpe futuræ numerationis, & ſic conſenſus ſuus non
eſt purus, & ideo nõ oritur obligatio naturalis: iſte igitur con-
ſenſus conditionalis ita eſt poſt biennium, ſicut ante biẽnium,
ergo ſicut ante biennium nõ oritur naturalis obligatio, ita nec
poſt biennium. Nec obſtat, quod dicitur de lapſu biennij, ſupra
de litera.oblig.§.planè.quia ille terminus ſtatuitur, non ꝙ ma-
gis intelligatur purificatus conſenſus debitoris, ſed ad hoc tñ
vt perdat priuilegium dictæ exceptionis,[a] ita ꝙ oportet, quòd
12 probet numerationem factam non fuiſſe, igitur &c. ¶ †Quæro
quæ actio competat creditori ex iſta cautione? & dicas, ꝙ ubi
interuenit ſtipulatio, res eſt clara, ut hic, & l.cũ vltra. & l.2.C.
eo. quia naſcitur ex ſtipulatu, ĩ. de verb. obl. in princ. Sed vbi
non interuenit, ſtipulatio oritur, & agitur actione in factum.l.
quoties.ff.de præſcr. verbis.coniuncta d. l. ſi ex cautione. C.de
non nu. pec. vbi dicitur, ꝙ agitur ex cautione, & non ꝑ cau-
tionem, & ſic non vr̃ dari condictio ex lege, vt ibi uoluit Cyn.
quia non ex cautione ageretur condictione ex lege, ſed ꝓpter
cautionem, ut dicimus in ſimili in pacto nudo de donando. vt
l.ſi quis argentum. C.de dona. Sed de his hodie non eſſet mul-
tum curandum, quia hodie non eſt neceſſe in libello exprimi
nomen actionis.c.dilecti filij de iud.& no.doc.in l.1.ff.de eden.
in princ. & ſupra de actio. in §.1. ¶ Et aduertas ad id, quod di-
xi ſupra, quando aliquis eſt confeſſus habuiſſe centum mutuo
a me, & in veritate non recepit, quod poteſt non recipere. l.
qui pecuniam.ff.ſi certũ petatur.quia intelligere debes, quòd ſi
creditoris intereſt, ut propter uſuras, uel alio modo, ꝙ debitor
cogitur numerationem recipere, vel præſtare intereſſe, ſi eſt
tantum, quãtum ipſæ vſuræ.l.qui Romæ.in prin.& ibi per glo.
Bar. & doc.ff.de verb. obl. ita etiam dixit Bar. in l.fideiuſſor.ff.
de fideiuſſ. & qđ dixi de vſur. & de intereſſe, intellige, vt dixit
Bar.in d.l.qui pecuniã. & idem ẽ, ſi creditor promiſit mihi mu-
tuare decem, non poſſum ipſum cõpellere, ꝙ numeret, qa ſol-
uendo intereſſe, liberatur.l.ſi pœnã. & ibi per gl. Bart.& doc.ff.
de uer.obl.& no.Bar.in d.l.ſi fideiuſſor.Nã dr̃ eſſe obligatus ad
factũ, ergo ſoluendo intereſſe liberat, vt voluit do.in d.l.ſi pœ-
13 nã.facit l.ſtipulationes nõ diuiduntur.ff.de verb. obl. ¶ †Venio
ad ſecundũ principale dubium. Et primò quæritur, cui cõpetat
iſta exceptio non nume. pec. Secundò quæritur, contra quem
competat? Et ad primum reſpondeo, ꝙ competit debitori, &
eius hæredi.l.ſi intra.C.eo. & etiam competit eius mandatori-
bus, & fideiuſſoribus.ut l.tam mandatori.C.eo.quinimmo etiã
competit creditoribus ipſius debitoris cõfitentis, exemplo rei
principalis. vt d.l.tam mandatori. ſiue dictus debitor voluerit
dictam exceptionem opponi, ſiue recuſauerit: & ſic eo intuito
competit talis exceptio omnibus illis, quorum intereſt quomo
documque, ſiue conueniantur vt poſſeſſores bonorum rei, ſiue
contra alios poſſidentes actionẽ moueant, vt eſt tex. in l.ſi cui.
C.eo. quòd no. Aduertas tamen tu cauſidice, ꝙ iſtas exceptio-
nes iſti, quorum intereſt, debent opponere ex perſona rei debi
toris, non autem ex perſona propria, quia debitori pecunia de
bebat numerari, & nõ illi opponenti, aliàs ſuccumberes. vt gl.
ordin.& ibi doc.in d.l.tam mandatori. quod no. in practica, vt
ſcias qualiter debeas formare iſtam exceptionem. de quo dicã
infra eod.in 6 principali quæſito. ¶ Secundò aduertas, ꝙ licèt
vnus prædictorum opponat dictam exceptionem, & ſuccum-
bat, non tamen propter hoc præiudicat aliis, nec etiam ipſi de-
bitori principali, quia alij poſſint dictam exceptionem poſteà
iterum opponere, licèt talis exceptio in perſonam debitoris, &
ſic vnius tantum ſumpſerit exordium, arg.l.ſi poſt mortem.§.fi.
de contra tab. & C.de temp.in integrum reſti. pe.l. petendæ. &
de hoc eſt tex.in d.l.ſi cui.& ibi doct.Bal. & Sal. ¶ Tertiò aduer
tas, ꝙ prædictæ perſonæ poſſunt ex perſona debitoris iſtam ex-
ceptionẽ opponere priuilegiatæ intra biennium, ſicut poterat
debitor elapſo biennio, poterunt etiam opponere, dũmodo of-
ferant ſe paratos probare, & probent pecuniam non fuiſſe nu-
meratam dicto debitori, vbi autem omnino debitor eſſet exclu
ſus à potentia opponendi, tunc illæ perſonæ non poſſent oppo
nere, quia iſtis perſonis competit illa exceptio, exẽplo rei prin
cipalis, ut dicit tex.in d.l.tam mandatori.ergo eodẽ modo for-
ma, & natura eis conceditur, ſicut principali, igitur &c. quod
eſt verũ, ſm Ang.in l.ſi cui.niſi in fraudẽ ipſius opponentis alia
confeſſio emanaſſet de recepto ab ipſo debitore, tũc enim obij
ci poſſet ſemper exceptio de fraude, non dico de non nu. pec.

vt-

ADDITIO.

a Dictæ exceptiones. An locũ habeat hæc exceptio nõ nu.pe. in alio cõtra.ꝙ in mutuo, lat. di. Are.Cy.& Bal.in l.ſi ex plurib.C.ſi cer.pet.dicẽ.ꝙ ſi,tu uerò uide gl.& Bal.in l. ſi ex cautione in 2.opp.& gl.& Bal.in l.in cõtrib.in prin. eo.tit.de non nu.pec. an poſſit opponi contra inſtrũ guarentigiæ, uide per And.Barba.in apo.illia magna, in d.l.ſi cautione.Barth.ab Hera.

vt in auc. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. Et potes tu adde-
re, ꝙ eſt ratio, quia tunc talis exceptio de fraude competit op-
ponenti ex perſona ſua propter fraudem debitoris, igitur &c.
& prædicta ſunt vera, niſi debitor querelam porrexiſſet intra
biennium, & poſtea mortuus fuiſſet, quia per porrectionem
querelæ factam etiam in iudicio per debitorem, perpetua eſt
a dicta exceptio,[a] & ſic perpetuò tranſit ad hęredem, & ad dictas
alias perſonas quarum intereſt, vt eſt caſus in d.l.ſi intra. & ibi
doc.ſicut nos dicimus in querela inofficioſi, q̃ præparata tranſ-
mittitur, quę aliàs non præparata non tranſmitteretur.l.ſi quis
poſthumus. §.ſi.cum l.ſeq. ff.de inoffi.teſt.& l. ſi quis filium.C.
de inoff.teſt.licèt actio, & ius agendi nō perpetuetur ſola que-
rela, ſiue per ſolam propoſitionem actionis. vt no.gl. & doc.in
l.ſicut. in verſ.perſecutione. C.de præſcr.30.ann. & in l.cum no
tiſsimi.in verſ.ſolam.eo.tit.& oo.Ang.in auc.offeratur.C.de li-
te conteſt. ita dixit Ant.in d.l.ſi intra.in princip.quod bene no.
¶Ex quo infertur, ꝙ facilius perpetuatur exceptio, quàm actio.
facit l.ſi ſeruum.§.nunc videamus.ff.de verb.obl.& non eſt mi-
rum, ꝙ fauorabilior eſt exceptio, quam actio.l.purè in fin.ff.de
14 doli excep. ¶†Quæro, an a ſententia lata contra debitorem ſu
pradictæ perſonæ poſsint appellare? vel econtra, an a ſententia
lata contra vnā ex dictis perſonis, aliæ perſonæ, quarum inter-
eſt, & etiam ipſe principales poterunt appellare? & dic, ꝙ ſic,
ita dixit gl.in d.l.ſi cui.in glo.ſi.in ſi. C.de nō nu.pec.& non mi-
reris, quia a ſententia lata contra quemcunq;, omnes, quorum
intereſt aliquali intereſſe, poſſunt appellare.l.a ſententia. & ibi
Bar.& latè Io.in l.ſi proluſorio. in prin. ff. de app. & vide quod
15 in eis ſcripſi. ¶†Ex his habes notare, ꝙ exceptio non nu.pecu.
eſt in rem, & non in perſonam, quia ſi eſſet in perſonā, nō egre-
deretur perſonam debitoris. l.exceptiones. la vltima. ff. de ex-
cep. & videbitis infra tit.1. §.pen.& ſi. ¶Et quę exceptiones di-
cantur in perſonam, vel in rem, & quomodo cognoſcantur, &
an exceptio eſt competens reo, & quæ competat eius fideiuſſo-
ri, vel aliis perſonis ſupra numeratis, ponunt doct. & maximè
Bal.& Sal.in d.l.tam mandatori. & Bart.in d.l.exceptiones.dixi
ſupra eo.in rub.& aliquid dicam in d.§.pe.& ſi. infra eo. De ex-
ceptione verò in perſonam, in rem tamen ſcripta, vt dicunt ple
nè Barto.& doct.vbi eſt gl.& tex. in l.ſi tertius. §.2.de aqua plu.
16 arcen.& forſan dicam in d §.pen.& ſi.¶†Quæro de quæſtione,
quotidiana: Aliquis confeſſus fuit ſe decem mutuo habuiſſe,
& dedit campſorem pro fideiuſſore, an ille campſor habeat di-
ctam exceptionem? & Bal.in l. fruſtra. C.de non nu.pec.tenet,
ꝙ non, quia iſti campſores pro aliis fideiubentes, vel conſtituē
tes, non habent beneficiū executionis, de quo magis eſt dubiū.
vt in Auth. de fideiuſ. §.argentariorum.cum glo. & dicitur eſſe
in eis ſpeciale propter publicam vtilitatem contractuum, qui
cum eis celebratur, & propter præcipuam fidem, quæ habetur
in eis, ſm Bal.ibi.Sed Sal.ibi in contrarium facit, q̃a ſi beneficiū
excuſsionis non competit ei, non ſic læditur, cum habeat aliū,
a quo repetat, & quia illud ex perſona ſua ſibi competit, ideo
fatetur, ꝙ campſor ex perſona ſua hanc exceptionē opponere
non poteſt.arg.no.in d.l.tam mandatori. ¶Sed dubium inſur-
git, an ex perſona principalis poſsit illā opponere? diſtinguit
in modo & forma ſpondendi: quia aut ſpopondit ex obligatio-
ne debitoris confeſsionata, & tunc etiam campſor poteſt dictā
exceptionem opponere, exēplo rei principalis, ſicut principa-
lis poſſet contra dictam cōfeſsionem opponere. vt d.l.tam mā-
datori.nō autem ſic eſſet, ſi ſimpliciter, vt debitum ab illo debi
tore, creditori debitor ſpopondiſſet, quia tunc & debitor, & cā
pſor fidem debiti videntur agnouiſſe, igitur &c.ar. C.eo.l.cum
fidem. & pro iſta opin. tu poſſes adducere, quod habetur in l.
Neſennius.in prin.ff.de re iud.& in l. ſi prior. per glo.& doc.ff.
ſol.mat. & ideo tu ſemper aduertas ad verba campſoris, quali-
ter ſe obligauerit, & faciat ad dictam recognitionem.l.ſi. & qđ
ibi habetur.C.de duo.reis.& de huiuſmodi campſoribus, quan
do pro aliis promittunt, vide Bar.in l.ſingularia.ff.ſi cer.pet.de
quo anno præterito latè ſcripſi in l.qui vſumfructum. de verb.
17 obliga.quod not. ¶†Quæro, debitor confeſſus eſt ſe recepiſſe
mutuo decem, & dedit fideiuſſorem, an & quando, & quomo-
do iſte fideiuſſor poſsit denuntiare creditori, ne numeret pecu
niam debitori, & ita ꝙ pro debitore non teneatur? Iſta dicitur
quæſtio ſabbatina. vt no.gl.in l.Titius.& ibi doc.ff.de proc.& in
l.ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſ. & facit quod no.glo.in d.l.tam man-
datori.tu dic, vt in eis, per gl. Sed Barto.in d.l.ſi fideiuſſor. poſt
multorum opiniones, dixit, aut creditor erat obligatus ad nu-
merandū, & talis denuntiatio fideiuſſoris non prodeſt, aut non
erat obligatus, & tunc ſecus.arg.ad hoc. ff.de condi.ob.cau.l.ſi
pecuniam. §.ſi ſeruum. & §.ſi quis prohibuerit. & eſt optimus
tex.in l.verum.cum l.ſeq.ff.de conſt.pec.& dicit, ꝙ ita commu-
niter tenetur.hoc ēt ſequitur Ange.in d.l.ſi fideiuſſor.qui con-
cludit, ꝙ ſi creditor erat obligatus numerare ex ſtipulatione,
vel ēt nudo pacto.arg. l.Quintus.& quod ibi Bar. ff.mandati.ꝙ
talis denuntiatio non prodeſt fideiuſſori, cum ſit facta re nō in-
tegra, quæ aliàs prodeſſet. Quinimmo dicas tu, ꝙ non, etiam ſi
creditor tātummodo iuraſſet numerare pecuniam debitori, &
cogeretur illud facere, ꝙ res deſinit eſſe integra. arg. glo. d.l.ſi
pecuniam.de condi. ob cau.quia contra tale iuramentum non
valeret proteſtatio fideiuſſoris, ēt facta in iudicio.arg.notatorū
per Inn.& Ioan.And.in c. ſignificauit. de cenſibus. Ac ēt addas,
quia proteſtatio ad id, ad quod quis eſt obligatus, etiā propria
non releuat proteſtantē. vt no.gl.no. in l.alimenta. C. de nego.
geſt. & de huiuſmodi proteſtationibus, quando quis proteſta-
tur alicui, ut faciat id, ad quod eſt obligatus facere, vel ne fa-
ciat id, quod eſt obligatus non facere, vide latè .per Barto. &
doc. in l. non ſolum. §.morte. ff.de nou.oper.nun.in verſ.circa
primum, quando alicui aliquis proteſtatur ne faciat &c.¶Sed
aduertas, ſm dom.Ioan.in d.l.ſi fideiuſſor.ꝙ ēt quādo creditor
non erat obligatus numerare, videtur, ꝙ denuntiatio proſit, q̃a
non videtur res in integro quò ad eum, qui in effectu videtur
ſe obligaſſe, ſi creditor numerauerit debitori: addas tu, ꝙ fide-
iuſſor poteſt accedere, & præſenti, & futuræ obligationi. vt l.ſi
ſtipulatus ſum.§.adhiberi.ff.de fideiuſſo.& ideo cum obligetur
ipſe ſub conditione proteſtatiua, quæ pendet ex poteſtate cre-
ditoris, non videtur eſſe in poteſtate fideiuſſoris impedire eius
implementum, & impotet ſibi.arg.l.ſicut. C.de act.& obli.con
iūcta l.in executionib. §. ſi.de verb.obli. Sed tamen tandem di-
cit do.Ioan. ꝙ fortè nō eſt contra mentem legum, ꝙ fideiuſſor
denunciando ne numeret, proteſtando, ꝙ non intendit teneri
vt fideiuſſor, ꝙ talis proteſtatio ſibi prodeſt, nec erit obligatus
ſecuta numeratione. Nam certum eſt, antequam principalis ſit
obligatus, fideiuſſor non obligatur; ſi ergo non eſt obligatus,
quare non poteſt ſe eximere? & tenet, ꝙ eximere ſe poſsit.
Tu vero dicas, ꝙ gl.in d.l.tam mandatori. videtur aliter diſtin-
guere, & mihi videtur facere vim in modo practicandi, nam
aut debitoris fideiuſſor non opponit exceptionem non nu. pe.
intra biēnium, quæ tunc ſibi priuilegiatè competebat, & poſtea
creditor numeret, & talis numeratio tollit fideiuſſori dictā ex-
ceptionem, quia per numerationem ſecutā ſignificatur dictam
exceptionē non competiiſſe dicto fideiuſſori, aut nondum ſol
uit, & tunc aut fideiuſſor opponit exceptionem nō num.pe. &
ſibi nō prodeſt, quin creditor numerādo poſteà habeat fideiuſ-
ſorē obligatū, aut ipſe reuocat mandatum, vt putà, proteſtan-
do, ꝙ non ſoluat ei, dicendo. Ego re integra reuoco mādatum,
& commiſsionē, & licētiam, quam dedi tibi, vt Titio numera-
res cētum, & tunc talis mandati reuocatio proderit fideiuſſo-
ri, licèt creditor poſtea numeret; ita te docet illa glo.no.quod
no.in theorica, & practica.licèt Bal.in d.l.Titius.in ſi.det conſi-
liū, ꝙ fideiuſſor opponat exceptionē non nu.pe. & nō faciat di
ctam proteſtationē, & erit ſm eum tutus ꝑpetuò.quod nō pla-
cet, quia expreſsè ipſe dixit contra dictam gl.ordinariam in d.
18 l.tam mandatori. ¶†Secundò principaliter quæro, contra quē
competit iſta exceptio? Et reſpondeo, ꝙ competit contra credi-
torē, qui recepit dictam cautionē.l.in contractibus. C.eo.& ſu-
pra de li. obli. per totum. & etiam competit contra eius hære-
19 dem vniuerſalem.C.eo.l.ſi intra.¶†Sed dubium inſurgit, an ta-
lis exceptio poſsit opponi contra ſingularem ſucceſſorem cre-
ditoris, vt putà, legatarium, donatarium, vel alium cui credi-
tor iura ceſsit titulo oneroſo? & videtur, ꝙ debeat diſtingui,
an ceſsio ſit facta ex cā lucratiua, & tunc exceptio, quæ obſta-
ret creditori cedenti, obſtat legatario, vel donatario, vel ceſ-
ſionario.l.ſi filiusfami.§.1.ff.de dona.l.Neſennius.in princ.ff.de
re iud. l.pure. §. ſi enim. & l.apud Celſum. §. ſi cui legitima.&
ibi Bartol.ff.de doli exceptio.l.doli. & ibi latè Dy. Bartol.Ang.
& uterque dominus meus.ff.de nouati.Sed in caſu noſtro con-
trarium dici poteſt, quoniam dictus debitor ex dicta ſua con-
feſsione habet a iure innatam dictam exceptionem in dicta
cautione; vnde cum in dicta cautione inſit dicta exceptio, ut l.
ſi ex cautione. C. eod. neceſſario ſequitur, quòd apud quem-
cunque vadat dicta cautio, & tranſeat cum dicta ſua cauſa, &
ſic

ADDITIO.

a Dicta exceptio. Licèt proteſtatio defuncti ad hæredem non tranſeat, vt no.in l.nō ſolū. §.ſi.ff.de no.ope.nun. tamen querela facta per debitorem tranſit ad hæredē. ita ꝙ tēpus, quod quis habet ad opponendū exceptionē, trāſmittit ad hæredem, & oppoſitio facta per defunctū prodeſt hæredi.d.l.ſi intra.C.de non nu.pec. quæ hic allegat. & quā l. allegauit Pau.de Caſt. in ſuo cōſ.17.q̃ incip.in Chriſti nomine amen.in cauſa quę vertitur in 6.rub.&c.[illegible]

ſic vulnerata a dicta exceptione non num.pec. vel vulneranda
per dictam exceptionē, ſicut dicimus de lepra. l.ex ea.ff.de po-
ſtu. ergo licèt per ceſsionarium, etiam ex cauſa oneroſa, dicta
cautio deducatur in iudicio, ſiue ſuper ea fundando intentio-
nem ſuam, ſiue eam producendo ad probationem ſui iuris,tñ
ſibi obſtat dicta exceptio, ſicut dicimus in ſimili de libello, vel
inſtrumento debiti,quod actor producit, in quo eſt pactum de
non petendo ad tempus, vel alia exceptio, ꝙ eò ipſo, ꝙ actor
producit inſtrumentum, & obligationem ex dicto inſtrumen-
to numeratam, ipſe reus eſt ex officio iudicis abſoluendus. ita
quando producit ille, qui habet cauſam oneroſam ob dictam
cautionem, quia (vt dixi) dicta cautio habet ſui natura dictam
exceptionem, ergo produxit dictam obligationem vulneratā,
& per conſequens non debet obtinere.argu. l.ſi vnus. §.pactus.
& quod ibi gl.Bar.& doc.ff.de pac.& no.Bar.in l.lecta. in prin.
ff.ſi cer.peta.& not.Bar.& doc.in l.eum qui ita.§.qui ita.de vet.
20 oblig.& no.glo.& docto.in l.petens. C. de pact. cogita. ¶†Ca-
pio tertium principale, quo quæritur, quæ eſt materia, ſuper
qua fundatur iſta exceptio? dic primò, quòd eſt mutuum ci-
uile, non naturale,quia ſi eſſet mutuum naturale,quia verè fuit
ſibi numeratum,non haberet locū iſta materia, quia ſtatim præ
iudicaretur l.1.§.mutui. ſi cer. pet. Quinimmo ſi eſſet mutuum
ciuile cōſiſtens in confeſsione tantùm, & adderetur in confeſ-
ſione,ꝙ verè habuit,& recepit,ſtatim præiudicat ſibi,vt voluit
Bal. & Saly. in d.l.ſi. C.de non nu.pec. Si autem eſſet confeſsio
mutui ciuilis ſimpliciter, & tunc habet locum iſta materia.
21 ¶†Ex quo ſequitur,ꝙ ſi ex cauſa mutui confiteor aliquā quan-
titatem mihi fuiſſe numeratam, quæ tamen in veritate non fuit
numerata, vel confiteor me habuiſſe centum mutuo,vel confi-
teor aliquid mihi mutuatum, quod conſiſtat pōdere, numero,
vel menſura,& ſic id,in quo conſiſtat mutuum.iuxta l.2. ſi cert.
pet.& tunc habeo hanc exceptionem, vt hic dicitur. ibi,cauſa
credendi pecuniā.& ſupra de litera.oblig.in verſ.planè.coniun
cta glo.in verſ.debere.& C. de non num.pec.l.in contractibus.
22 in princ.ibi,pecuniæ vel aliæ res. coniuncta glo.¶†Ex quo ſe-
quitur, ꝙ iſta exceptio non habet locum in quibuſcunque aliis
a contractibus,præterquam in mutuo [a] ciuili,vnde ſi ex alia cau
ſa,quæcunque ſit, quam ex cauſa mutui ciuilis aliquid ſum
confeſſus,ſtatim mihi præiudicat, & non habeo hanc exceptio-
nem.l.generaliter.C.eo.& d.l.in contractibus.§.1.ibi, nullā ex-
ceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. facit l.fin.
in verſ.penitus.C.de nouat. Fallit hoc in dote confeſſata de re-
cepto,quia ſtatim non præiudicat marito confitenti,ſed ſm di-
ſtinctionem l. ſi. & auc.quod locum. C.de dote cau.non nu.de
qua dotis cōfeſsione latè ſcripſi ſupra de actio. in §. fuerat. dic
vt ibi.Et prædicta procedunt in confeſsione inducta ad obligā-
dum,& ſic ex parte debitoris. ſed confeſsio creditoris de rece-
pto mutuo dato inducta ad liberandum a dicto mutuo credi-
tori præiudicat poſt 30.dies, quia intra 30.dies tantùmodo pōt
per creditorem opponi exceptio, ꝙ dictum ſuū mutuum non
receperat,licèt ita confeſſus fuerit.eſt tex. & ibi Cy.Bal. & Sal.
& Ang.in d.l.in contractibus.§.in cæteris. quod no.quia ſemel
habui de facto Bono. contra Io.de Magdalena mercatorē.licèt
confeſsio creditoris, aliàs de recepto mutuo ſtatim ſibi præiu-
dicat,vt ibi,quæ omnia no. Secundò, ad hoc, vt habeat locum
iſta materia,ex qua oriri poſsit exceptio nō numeratę pecunię,
videtur etiam requiri, ꝙ præfatam confeſsionē mutui faciat in
ſcriptis, & quod plus eſt, non ſufficit qualibet ſcriptura, ſed
opus eſt, ꝙ dicta ſcriptura ſit ſcripta manu propria ipſius debi-
toris,vel ſaltem,ꝙ ſit ſcripta per perſonam publicam,aliàs aūt
ſi fuiſſet ſcripta per tertiam perſonam priuatam, in qua ſcriptu
ra contineatur, qualiter Titius confeſſus fuit habuiſſe decē mu
tuo a Caio,nihil valeret. Ita no.dicit gl. in verbo,ſi quis. ſupra
de literarum oblig. Sed Petrus (vt refert Cy.in d.l.ſi ex cautio-
ne) tenet, ꝙ non tm̄ ſcriptura priuata manu tertij non facit lo-
cum huic exceptioni, ſed etiam iſta exceptio non habet locum
in ſcriptura publica principaliter,qm̄ ſcriptura publica princi-
paliter fit ad probandum, & ex tali cautione publica non oritē
iſta ciuilis obligatio,ſed ex priuata manu debitoris. vt vult tex.
ſupra de litera. obligatio.§.1.ibi, ſi quis ſe debere ſcripſerit.cō-
iuncto ibi, ſcriptura obligatur.ſed omnes doc. communiter in
d.l.ſi ex cautione.tenent pro glo. vt ibi refert Bal. & Sal.in ver-
ſic.ſed decimò ab extra,gl.pro quo facit tex. cum gl.in l.non fi-
gura.ff.de acti.& obli.& quod ibi Bar. Poſſes tamen ſecundum
Sal. ibi has opiniones reducere ad concordiā.nam aut creditor
agit ex ſcriptura publica ad mutuum,& tunc quia ex tali in-
ſtrumento confeſsionis mutui nulla naſcitur obligatio, quia
ſpeciale eſt in confeſsione mutui facta in cautione ex ſcriptu-
ra publica.vt dicit prædictus text.ſupra de litera. obliga. §.pla-
nè.neceſſariò ſequitur, ꝙ non eſt opus exceptione non nu.pec.
cum nulla obligatio, vel actio ex inſtrumento confeſsionis na-
ta ſit:Et ita intelligatur opinio Pet. Aut creditor agit ex medio
concludendi,quia numerauit. & ad hoc probādum,inducit di-
ctum inſtrumentum confeſsionis publicum, & tunc quia actor
deducit obligationem,tunc reo competit, & opus eſt vt oppo-
nat exceptionem nō nu.pec. & ita intelligitur opinio gl. & tūc
actor debet probare numerationem,ſicut ſi ex cautione priua-
ta ageret. ¶Et (vt clarius intelligatur) attendas ſm Saly. quia
ex cautione priuata poteſt agi dupliciter. Vno mō ex cautio-
ne,& ſic ex obligatione literarum, vt ſupra de litera. oblig. per
totum. Alio modo ex mutuo, & tunc chirographus inducitur
ad probandum. C.eo.l.aduerſus.ibi, quaſi debita pecunia peta-
tur. & habet locum exceptio non nu. pec. & iſto ſecundo mo-
do,non tantùm poteſt peti,qñ publicum inſtrumentū interue-
nit,ſed etiam qñ cautio priuata debitoris, quia eſt eadē ratio;
ſed non habet locum in primo caſu, igitur &c. quia tunc habe-
ret locum ratio Pet. Sed tu conſidera, vt dixi ſupra in iſto §. in
verſ.reuoco in dubium, cui incumbat onus probandi &c.ibi,
ſed tunc inſurgit dubium &c. ꝙ per talem modum agendi non
debet auferri reo beneficium ſuæ priuilegiatæ exceptionis; qa
non debet eſſe in poteſtate actoris per viam indirectam aufer-
re reo beneficium a iure indultum. vt ca. indultum.de reg.iur.
in 6.dic,vt ibi latius dixi. Quapropter ſimpliciter, & indiſtin-
ctè eſt tenenda gl. videlicet, ꝙ ſiue ſit ſcriptura facta manu pro-
pria debitoris, ſiue publica in mutuo cōfeſſato, habet locū iſta
exceptio, & ita communiter ab omnibus approbatur. ¶Sed &
aduertas, ſm Ange.in d.l.ſi ex cautione. circa prin. ꝙ iſta mate-
ria non ſolùm habet locum, quando iſta cōfeſsio eſt redacta in
ſcripturam publicam, vel manu propria debitoris,ſed etiam ſi
eſſet ſcriptura priuata manu tertij, dummodo ſit trino teſte no
tata, quia habet vim publici inſtrumenti. l.ſcripturas. cum ibi
no.per glo.& doc.C.qui potio.in pigno.habeantur.& talis cau
tio conſequitur effectum, ac ſi manu propria debitoris fuiſſet
ſcripta.Quid plura? tu potes etiā dicere, ꝙ ſi ſcriptura eſt ma-
nu priuatæ,& tertię perſonæ, ſubſcripta tamē manu debitoris,
ꝙ habet locum iſta materia, quia eò ipſo, ꝙ eſt ſubſcripta ma-
nu debitoris, perinde eſt, ac ſi tota eſſet ſcripta manu ſua pro-
pria. vt l.ſi.cum ibi no.per doc. C.ſi quis alteri vel ſibi. & l.cum
antiquitas. C.de teſta.& no. Ang.& vterq; dominus meus in l.ſi
23 ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.obl. ¶†Sed pro perfectio
ne materiæ quæro, de iſta confeſsione mutui non apparet ali-
b qua ſcriptura; [b] ſed teſtibus probatur, an ex tali cautione, ſiue
confeſsione poſsit cōfitens conueniri, & habeat locum iſta ma
teria? & Bal.in d.l.ſi ex cautione.in verſi.decimò quæritur,po-
namus &c.dicit,ꝙ virtus cōſiſtit in modo practicandi, quia cū
non ſit aliqua ſcriptura, nec ſtipulatio oritur, neque contractus
verbis; neq; literis; vnde ſi creditor proponat pecuniam fore
numeratam,& ſic agat ex numeratione, & probet dictam con-
feſsionem per teſtes, & lapſum ſit biennium, obtinebit, nō qua-
ſi ex obligatione nata ſit actio,ſed ex confeſsione,& ex tempo-
ris curſu præſumatur numeratio facta, quia quod facit confeſ-
ſio depoſiti,vel alia ſine curſu temporis, hoc facit cōfeſsio mu-
tui poſt biennium. vel l.Publia.in fi.ff.depoſiti.& l.generaliter.&
l.in contractibus. C.de non num.pec.quia cōfeſsio non eſt mo-
dus obligationis inducendę, ſed vt per eam probetur inducta.
ſicut dicimus de præſcriptione longi temporis, quæ non indu-
cit obligationem,ſed probat eſſe inductam. ff.de vſur.l.cum de
in rem verſo. & hoc tenet Nico. de Mat. in authen. contra qui
propriam.C.eod.ſed gl.in l.ſi non ſinguli.in verbo rei geſtæ. C.
ſi cer.pet.vult expreſsè,ꝙ ad hoc, vt cautio iſta operetur,opus
eſt, ꝙ ſit cum ſcriptura,ergo &c. Sed Bart.in d.l.ſi ex cautione.
tenet contra iſtam gl. ꝙ quomodocūque iſta confeſsio probe-
tur ſcriptura,vel non ſcriptura, habet locum exceptio non nu-
meratę pecuniæ.& allegat ad hoc glo.ordi.in auth.rogati.C.de
teſtib.

ADDITIONES.

a Præterquam in mutuo. An hoc ſit verū,ꝙ non habeat locum in aliis contra-
ctibus,examinat Bal.in l.ſi pluribus. C.ſi cer.pet. & tangit ſupra in alia apo-
ſtilla.tangit gl.& Bal. in l.ſi ex cautione. C.de non num. pec. & ibi etiam in
apoſtil.magna ad Bar.in verſi.recepiſſe pecuniam. Barth.ab Hora.

b Scriptura.An ſit neceſſe, ꝙ celebretur in ſcriptis inſtrumētū ad hoc,vt habeat
locū exceptio nō nu.pe. gl.adinuicē ꝯtrariantur.nam gl.in l.ſi non ſinguli,C.ſi
cer.pet.vi velle,ꝙ ſic. contrarium videtur velle gl.in auc.niſi rogati. C.de te-
ſta.Bar.aūt tenet in l.ſi ex cautione, quocunq; modo quis confiteatur,ſiue in
ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis, ꝙ hæc exceptio habeat locū.Lodo.Rom.tenet ꝯ Bar.
in l.ſi manda.ff.de fideiuſſori.& adde in propoſito Io.de Imo. in l.1.§.ſi quis
ita.& in l.ſi ita ſtipulatus. in §.Chryſogonus. ff.de verb.obl. per Bal.in l.ſi ex
cautione,penult. C.de non nu.pec.in 9.q.aliàs col. Barth.ab Hora.

teſtib.& facit l.cum vltra.C.eo. & ita ſecundum eum debet in-
telligi d.l.io contractibus. & illam glo. in auth.rogati,tenet Sa-
ly.in d.l.ſi ex cautione. & alleg. l.ſub ſpecie. C.de poſtula. & l.
qui pecuniam.ſi certum petatur. Et concludit,ꝙ aut interuenit
ſtipulatio,ex qua agi poteſt, & tunc opponitur exceptio in fa-
ctū.vt d.l.cum vltra. Vel dicas tu, ꝙ etiam poteſt opponi exce-
ptio non num.pec.vt hic. vbi etiam interuenit ſtipulatio. Aut
ſtipulatio nō interuenit,& tunc ſi agitur, & petitur pecunia,vt
tradita,& numerata,ad cuius probationē inducit cōfeſsio,quæ
idē eſt ac ſi per teſtes probetur, & tunc excipi poterit exceptio
non nu.pec. ſecundum gl.in d.auc.rogati. ſed Ang.in d.l.ſi non
ſinguli. tenet illam glo.in auc.rogati.reprobata glo. in d.l.ſi nō
ſinguli.& idem tenuit in d.l.ſi.§.fin. ff.ſi cer.pet. ſed Imol.in l. 1.
§.ſi quis ita.ff.de verb.obl.in verſ. hæc vera, quando interuenit
ſcriptura &c.dixit,ꝙ quando interuenit ſcriptura in confeſsio-
ne ex cauſa mutui,ꝙ videtur etiam, ꝙ poſt biennium non ori-
tur obligatio,per ea,quæ habentur ſupra de litera.obliga.§.pla-
nè.& ibi dixi,quod tenebat Fulgo. per d.gl.in d.l.ſi non ſinguli.
& bene facit quod no. Cy.in l.generaliter.circa finē.C.eo.Nec
obſtat gl.io d.auth. rogati. quia loquitur de confeſsione de ſo-
luto,quam facit creditor, quo caſu non contrahitur obligatio
literis, ſecus in confeſsione debitoris ex cauſa mutui,ergo &c.
quia eſt longa differentia inter vnam confeſsionem debitoris,
& aliam creditoris.vt d. l.in contractibus.in prin.coniuncto §.
1.facit l.fauorabiliores.de reg.iur.Et addas,ꝙ hoc videtur velle
Bal.in d.auc.rogati.in verſ.quæro,nunquid confeſsio.& in ver.
quæro, nunquid contra illam ſolutionem. & videtur dicere
Bal.in d.l.qui pecuniam. ſi cer.pet. in verſi.reſpōdeo ad dictam
l.in contractibus.& ſic dicit.Aut non interuenit ſcriptura in cō
feſsionem ex cauſa mutui: & tunc exceptio non num.pecu.eſt
perpetua,ſm Guil. Nam ex curſu biēnij eſt obligatio literarū,
vt verbum ſonat,ideo requiritur ſcripturā. vt ſupra de literarū
oblig.§.1.& no.glo.in d.l.ſi non ſinguli. & ff.de acti.& obl.l.nō
figura. Nam propter ſcripturā actio eſt magis ſolennis, & ideo
magis efficax, ideo dixit ipſe in eadem l.qui pecuniam, in verſ.
ſed pone facta eſt confeſsio. ꝙ ſi confeſsio facta ſit ſine ſcriptu-
ra ex cauſa mutui,tamen non magis operatur elapſo biennio,
quàm ante.arg.l.ſi ea pretio. C.ſi cer.pet.& ff.de actio.& obl.l.
obligationum ferè.§.placet. & iſtud tenerē propter authorita-
tem glo.in d. l. ſi non ſinguli. cum glo.in d.auth.rogati.quæ in
contrarium allegatur, ꝙ non loquatur in dicto caſu. cogita tu.
¶Et prædicta procedunt, quando quis confitetur ſe mutuum
recepiſſe nulla cauſa obligationis per prius ſubſiſtente, & per
conſequens petitur quaſi credita pecunia: ita ad literam dicit
tex.in l.aduerſus.C.eo. Quod no. tu creditor, quia ex illa lege,
quando vis agere in iſta materia,habes medium concludendi,
quia tunc habet locum illa exceptio. Sinautem verum creditū
deducatur in nouam confeſsionem de recepto,non habet locū
tūc iſta exceptio.iſte eſt tex.in d.l.aduerſus.in ſecundo caſu. &
ibi plenè per gl.& doc. & facit l.certi condictio. §.ſi.cum l.ſeq.
ff.ſi cer.pet.& l.ſi non ſinguli.& l.ſi ex pretio. C.ſi cert.pet.Vn-
de ſi debebā tibi decem ex cauſa venditionis librorum, & po-
ſtea illa decem conuertimus communi conſenſu in mutuo,ita
ꝙ agimus, ꝙ retineam dictum pretium ex cauſa mutui, & ſic
in chirographo confiteor me decē recepiſſe mutuo a te, iuxta
d. l.certi condictio. §.ſi. ꝙ ſi poſteà agis virtute dicti chirogra-
phi,non potero poſtea opponere iſtam exceptionē non nu.pe.
vt videtur text. in d. l. ſi aduerſus. Quod eſt verum, ſi creditor
probat dictam cauſam anteriorē, licèt non probet de tempore
confeſsionis chirographi, & ſic tunc numeratam pecuniā fuiſ-
ſe.ita dicit Nico.de Mata.per illū tex.ibi,an tūc cum &c.& hoc
ſequitur ibi Bal.in ſi. Sinautē in chirographo confeſsionato ex
mutuo fiat etiā mentio de antedicta cauſa, tūc non eſſet opus,
ꝙ aliter dicta cauſa per creditorē probaretur,ſm doc.ꝙ tu po-
tes comprobare, ſicut dicimus de inſtrumento obligationis fi-
deiuſſoris,vel de inſtrumento obligationis cōſeruationis indē-
nitatis, quia ſi fecit mentionem de debito rei principalis,nō eſt
opus, ꝙ aliter dictum debitum rei principalis probetur.vt no.
per gl.& doc.in l.ſciendū. ff.de verb.obl.¶Sed tu aduertas,quia
ſm hoc, ſi eſſet verū, faciliter poſſet huic materiæ fieri fraus, ſi
in inſtrumento chirographario cōfiteatur habuiſſe decem mu
tuo,in quibus tenebatur per prius ex cā venditionis, quod non
eſt dicendum.l.ſi qſ.in prin. C.de inoffi.teſt. & l.fraus.cum ibi
no.ff.de leg. vnde intelligo d.l.aduerſus. & quod ſupra dixi,qſ
non eſſet ſuſpicio fraudis: vt quia notorium eſt de dicta vendi-
tione,vel erat homo bonæ conſcientiæ, & qui erat ſolitus face-
re veros, & bonos contractus. iuxta l.qui ſemiſſes.ff.de vſur.a-
liàs autem ille intellectus, ꝙ in iſto chirographo facta ſuit mē-
tio antiquæ cauſæ, & ꝙ nō teneatur ꝓbare, nec numerationē,
nec dictam antiquam cauſam, non placet mihi, quia faciliter
eſſet reperta via eneruandi totam iſtam materiā, & cum ſimus
in materia odioſa,in qua non præſumitur numerationē aliquā
interueniſſe. facit quod habetur in l. qui teſtamentū.de proba-
24 tioni. ¶†Sed quid ſi nunc confitetur me tibi debere centum ex
cauſa mutui,quæ mihi numeraſti ex cauſa prędicta iam eſt an-
nus, an poſsit opponi iſta exceptio ſm propriam naturā,& pri
uilegiatē, ita ꝙ ſi opponatur intra bienniū, debeat probari per
actorem? & gl.in l.in contractibus. in prin.in gl.1.in verſ.item
intelligo &c.C.de non nu.pec.tenet, ꝙ non. & hanc opinionē
fuit ſecutus quidā Simon Vicentinus, vt refert Cy. in l.genera-
liter.C.eo.in prima oppo.& idem tenet Richar.& Saly.io d.l.ſi
ea cautione.Sed tu potes ſm Sal.diſtinguere,quomodo oppo-
natur talis exceptio,quia ſi opponeretur ſub illa forma,ꝙ tem-
pore confeſsionis non numerauit, & tunc opponi non pōt,quia
talis exceptio nō ɔ̄dicit cautioni,quia hoc idem dicit cautio,&
actor fatet.& ꝑ d.l.aduerſus. Aut opponit, quia numeratio nō
fuit facta tpe antedicto, de quo in cautione,& ɔfeſsione ſit mē-
tio: & tūc opponi pōt, ſicut de qualibet alia cauſa.vt d.l.aduer-
ſus. Cōclude ergo,aut cauſa antecedēs eſt diuerſa a præſenti cā
mutui, aut cauſa antecedens eſt eadem cum præſenti, & tunc
aut utraq; eſt alia, quā mutui,& omnibus his tribus caſibus cō
25 feſsio ſtatim præiudicat. d. l. generaliter. ¶†Quęro quomodo
debent eſſe formalia verba cautionis, vt contrahatur iſta obli-
gatio literarū? Et quidā dicunt, ꝙ ſufficiunt verba enūciatiua,
vt putà, in ſcriptis confitetur me debere tibi centū ex cauſa mu
tui,ſicut econtra, per talia verba enuntiatiua inducitur libera-
tio.l.tale pactum.in prin.ff.de pac. vt ɔ̄triorum eadē ſit diſcipli-
na.Sed gl.in l.generaliter.C.eo.tenet contrariū,quia ex ſola cō
feſsione inducitur ſolùm probatio.l.Publia.in ſi.ff.depo.& hoc
ſequitur ibi Cy. & quaſi communiter omnes doc. debent ergo
verba eſſe diſpoſitiua ſub iſta forma:Promitto me tibi reſtitue-
re decem ex cauſa mutui.vel ſub iſta forma: Confiteor me de-
biturum tibi decem ex cauſa mutui, quæ per has literas reddi-
turum promitto. Vel tertiò, quamuis confeſsio continens ver-
ba enuntiatiua tm̄ literis,tamen figurata, & ſic in ſcriptis facta,
tunc per illa verba inducitur obligatio literarum, vt eſt tex.ſu-
pra de litera.oblig.§.planè.non cauillando literam.Si verò con
feſsio non eſt facta in ſcriptis, tunc per eam induceretur ſola
probatio, etiam ſi ſit in ſcripturam redacta, & ita intelligatur
d.l.Publia.§.ſi.Aliud eſt enim ɔfeſsionē fieri in ſcriptis, & aliud
in ſcripturā ipſam redigi. l.contractus.cum ibi no. C. de fid.in-
ſtrum.ita dicit Angel.in d.l.generaliter.& iſtud placet mihi,qđ
26 no.¶†Capio quartum principale quæſitum.ſ.caſu, quo oppo-
natur iſta exceptio, & non probetur in caſu,quo eſſet proban-
da,& ſic negatur intētio actoris, & negatur etiam propria cau
tio,quam pœnam opponens patiatur? Et aduertendum primò
eſt,ꝙ regula eſt,ꝙ cuicunque reo conuento tam in ciuilibus,ꝗ̄
in criminalibus,vel mixtis licitum eſt negare factum in iudicio
contra ſe propoſitum, adeò ꝙ ſi mentiatur conuictus pœnam
in aliquo ſuo iure pro ſua defenſione proponendo nō patiat.
Et ideo cōtrarias directò exceptiones allegare permittitur, de
quo ſtatim dicā.vt C.de exce.l.ſi quidē.cū gl.in l.2.& ibi doc.&
no.ꝑ gl.& Bar.in l.nemo.ff.e.& ꝑ gl.& Bar.in l.nemo ex his.de
reg.iu.& ꝑ Dy.in c.nullus plurib.de reg.iu.in 6.Ita dicunt doc.
Cy. Bar.Bal.Sal.& Ang.in auc. ɔ̄ qui propriā.C.de non nu.pec.
& ideo ille reus conuentus,qui dicit: Nego narrata prout nar-
rantur vera eſſe, non incidit in aliquam pœnam, nec in ſpec.
dicitur aliquid negaſſe, licèt negauerit veritatē, nec etiam per
dicta verba perdit aliquod beneficium, quod conſecutus fuiſ-
ſet,ſi non negaſſet. vt eleganter dicit Bart.& doc.in l.ſi dubitet.
in §.ita demum.in ſi.ff.de fideiuſ. & licèt exceptio ſit implicita
negando narrata vera eſſe, vel non competere ius agenti,tamē
reus non tenetur eam declarare, quia non cogitur ſe aſtringe-
re.vt d.l.nemo ex his.ita dicit no. Bal.in d.l.ſi. quæ tamē (vt di-
xit ipſe) non ꝓcederent in caſu d.l.ſi. vnde in caſu illo opponi-
tur ſub iſta forma,non competit tibi ius agendi potius,quā ſim
pliciter negaro narrata,prout narrantur.quod tu cauſidice no-
ta perpetuò, vt ſcias quomodo debes opponere. ¶Sed prædi-
cta regula,ꝙ negans nullam pœnam patiatur, fallit in caſibus a
iure expreſsis,in l.ſi. ff.de rei vend. cum ſimil.Et ideo aduertas,
vt dictos caſus ad pleniorem declarationem reducamus,ſm Sa
ly.dicendum videtur, ꝙ mendacium negantis quādoq; tendit
ad euitandum iudicium, & proceſſum, quandoq; tēdit ad eui-
tandum condemnationem in proceſſu faciendā.Primo caſu pę
na mendacij eſt qñque in poſſeſsionis tranſlatione,qñq; eſt in-
ſolidi iudicij ſuſceptione, quandoq; eſt in beneficij conceſſi
amiſsione.

amiſsione. De primo habes exemplum in negante ſe poſſide-
re, vt iudiciū ſuper rei vēd. euitetur. vt C. vbi in rem acti. l. 1. ff.
de rei vend. l. fi. Tu autē de hac pœna in negante ſe poſſidere,
vide quæ ſcripſi ſupra de acti. §. 1. in materia realis actionis. De
ſecundo habes exēplum in eo, qui ex minori parte fatetur ſe hę
redem, quia conuictus de mēdatio, conuenitur inſolidum. ff. de
interro. actio. l. de ætate. §. ſi cum eſſet. De tertio habes exēplum
de dn̄o cōuento ex ſerui ſui delicto, qui ſe negauit ſeruum ſuū
eſſe poſteà conuictus perdit beneficium deditionis ſerui pro
noxa. vt ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. 1. §. 1. ff. ſi quadru. paupe. fecit. di-
ca. l. 2. §. interdū. & ibi vide Flo. Secundo caſu dic, ꝙ pœna mē-
dacij eſt quandoque in translatione oneris probādi, quandoq;
a in amiſsione iuris retinendi, quandoq; in amiſsione beneficij
conceſsi, quandoq; in cōdemnatione ſimplici, vel dupli ſoluē-
di. Exēplum de primo habes. ff. de proba. l. cùm de indebito. in
prin. & §. 1. De ſecūdo habes. C. qui po. in pig. hab. auc. itē ſi poſ
ſeſſor. & in auc. de trien. & ſemiſ. §. illud quoq;. Et eſt ratio, quia
ibi negauit id, ſuper quo ius retinendi fundabatur. De tertio eſt
exemplū in eo, qui negauit ſe ſocium, vel ſimile. ff. de re iud. l.
hoc ita. De quarto habes exemplum, primò in d. auc. cōtra qui
propriā. & ſupra de act. § itē ſi lla. & quod ibi no. & quod ibi
di xi. & C. ad leg. Aquil. l. 2 negantem. & ibi doc. Bal. & Sal. & in
l. fi. C. de fideicom. & ibi doc. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §.
fi. cum l. ſeq. Et ad prædicta bene facit, quod no. Bal. Ang. & Sal.
27 in l. 1. circa fin. C. de fur. ¶ † Hinc ſumpta occaſione quæro, an
reus poſsit opponere exceptiones contrarias, & maximè impū
nè? & iſtam quæſtionem vobis pollicitus ſum hic tractare, vt
dixi ſupra eo. in rubr. in 8. quæſito principali. Et iſtā quæſtionē
ponit gl. plenè in l. nemo ex his. de reg. iur. & Bart. in l. nemo. ff.
de excep. & doc. in auc. contra qui propriā. C. eo. & gl. in d. l. ne
mo. de excep. tenent, ꝙ non poſsit. ſed gl. in d. l. nemo ex his. di-
cis hoc verum, niſi l. prohibeatur. ſed Dyn. in d. c. nullus pluribꝰ
dat regulam, ꝙ quandocunq; aſſertio prius facta in exceptio-
ne non poteſt cōcurrere cū aſſertione, vel negatione poſterius
facta, & tunc reus non poteſt proponere exceptiones contra-
rias. l. quoties. §. prætor. de noxa. & d. auc. contra qui propriam.
ſed poteſt eas conditionaliter proponere. l. ſi quidē. cum gl. C.
tè dicatur, ꝙ per talem confeſſionem factam ad inſtantiam par
tis, dicatur querela facta de pecunia non numerata, & ſic inter-
rupta præſcriptio, & per cõſequens, vt perpetuò poſſit opponi,
& per illam confeſſionem probari, nec præſumatur poſtea ali-
quo tempore numerata.l.ſi intra. C.eod.titu. Tu dicas, ꝙ vltima
pars eſt vera, quia licet ante bienniũ præſumptio ſit, ꝙ non fue-
rit numerata, tamen per confeſſionem creditoris, ẽt extraindi-
cialem, verè probatur, ꝙ nõ fuit numerata. Vnde licet illa præ-
ſumptio iuris tolleretur ex lapſu biennij, ita ꝙ poſtea præſume
retur numerata, tñ ſi creditor confiteatur ſe numeraſſe, licet trã
ſeat biennium, veritas negatiuè non mutatur, quia magis debet
attendi veritas, quam fictio.l.ſi ſtio quem pater.ff.de libe.& poſt.
Quid ſi hodie confitetur creditor, ꝙ tempore cautionis nõ nu-
meraui, ſed bene confitetur ſe recepiſſe a debitore cautionem
ſpe futuræ numerationis, dicit tñ ſe poſtea numeraſſe, & eſſe la-
pſum biennium, intra quod reus querelam non fecit. certè vi-
detur, ꝙ illa cõfeſſio præiudicet creditori, quia reddit retro cer
tum, ꝙ confeſſio debitoris fuit facta ſpe futuræ numerationis,
quæ numeratio cum conſiſtat in facto, nullo ſpatio tpis præſu-
mitur. Sed vbi eſſet dubium an ſpe futuræ numerationis feciſ-
ſet, vel tunc tpis, vel poſtea, vt ſi creditor ſimpliciter confitetur
ſe tempore cautionis non numeraſſe, tunc ſtante hoc dubio, per
lapſum biennij præſumitur numeratã fuiſſe, vt prima facie de-
monſtrat confeſſio debitoris, põt tamen probari contrariũ, ſm
cõem opi.& pro hoc accedat d.gl. in l.in contractibus. quæ hic
68 procedat. ita dixit Sal.in d.l.in ꝯctibus. quod no.¶ † Quærit Cy.
in d.l.in contractibus, pone, ꝙ creditor producit confeſſionem
debitoris factam in iudicio cum promiſſione de reddendo, an
creditor poſſit repelli per debitorẽ iſta exceptione non nume-
ratæ pecu.& rñdet Cy. ꝙ ſi talis confeſſio, & promiſſio de red-
dendo fuit facta in iudicio per modum iuriſdictionis volunta-
riæ, vt videmus quotidie fieri in inſtrumentis guarentigiæ, qui-
bus lectis, tabellio, qui dr̃ eſſe iudex chartularius. vt not.glo.in
l.1.ff.de iudi.ex poteſtate ſibi à ſtatuto conceſſa, facit confitenti
præceptum de ſoluendo, nam ibi exercetur quædam volũtaria
iuriſdictio, & totum procedit ex conuentione partium. Addas
tu not. ꝙ hoc geſtum in inſtrõ guarentigiæ perinde iudicatur,
ac ſi eſſet factum in iudicio. ita eleganter dixit Bar.in l.poſſeſſio.
§.& ſi poſſeſſio.ff.de acq.poſt.& in l.nõ fatetur.de confeſſ. ſecus
ergo, ſm Cy. ſi confeſſus eſſet per modum iuriſdictionis conten
tioſæ, quæ in inuitum redditur.l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de ver.
obliga. ſiue ſua ſponte coram prætore fuerit confeſſus. iuxta l.ſi
reus paratus. ff.de procur.& facit l.ſi debitori. de iudi. quia tunc
non præſumitur ſpe futuræ numerationis. cum non ſit veroſi-
mile, ꝙ ſic fuerit confeſſus, niſi pecuniam habuiſſet. l.non eſt ve
roſimile. quod met.cau. Addas aliam rationem ſm Sal. quia tũc
apparet, ꝙ confeſſio eſt de mutuo antecedenti, & ſic ceſſat exce
ptio iſta, nec oppoſita patrocinatur.l.generaliter. C.eo. ¶Quæ-
ro, caſu, quo reus neget propriam ſcripturam, cum teneatur ad
pœnam dupli, quo iure, & forma cõueniatur ad duplum? vide
quæ dixi ſupra in quarto principali quęſito. in verſi. tempeſtiuũ
69 accedere, &c. quia hic cõgruentius caderet. ¶ † Sed aduertas ad
id, quod ſupra dixi, ſm Sal. ꝙ qñ vltra confeſſionem debitoris
eſſet ſtipulatio de reſtituẽdo, & ageretur ex dicta ſtipulatione,
tunc non debet formaliter excipi de exceptione non numeratę
pecu. ſed de exceptione in factum. l. cum vltra. C.eod. ſm eum,
non obſtat iſte tex. quia ſm Petr.& Ray. & Sal.in d.l.cum vltra.
hic exceptio non numeratæ pec. non denotat nomen exceptio-
nis, ſed materiã, ex qua exceptio datur. i. exceptionem in factũ
de pecunia non numerata, vel propter pecuniam non numera-
tam, ſicut dicimus in ſimili in actione ex ſtipulatu, vt habetur in
l.debitori. in ſi. C.de pac.& in actione de dolo.l.1.C.de do. Tu di
cas, ꝙ ipſi violant multum iſtum tex. vnde tu potes ſaluare debi
torem, qui ꝯ ſtipulantem ſimpliciter excipit de non num.pecu.
vt hic eſt tex. Nec obſt.d.l.cum vltra. quia licet ille tex. dicat, ꝙ
ſit danda exceptio in factum, non tñ negat, ꝙ ſi opponat exce-
ptionem non num.pec. quòd non debeat abſolui, igitur poterit
opponere, vel exceptionem in factũ, vt ibi, vel exceptionem nõ
nu.pecu. vt hic. Vel ſecundò, poſito, ꝙ non competeret niſi ex-
ceptio in factũ, vt dicunt doct. tñ etiam poteſt defendi reus, qui
ſimpliciter opponit exceptionem non num.pec. quia iſta verba
impropriãtur ad ſaluandã exceptionem reo, ſicut verba libelli
actoris, qui non eſt ita fauorabilis. l.fauorabiliores. de regu.iur.
impropriantur, vt ſaluetur libellus. l.ſi olei. & ibi Bar. C.loca.&
no. Bar. in l.ſi prius. de no.ope.nunc. de quo plenè dixi ſupra de
act. §.s. & ſic in caſu noſtro ſupplebitur opponendo exceptio-
nem nõ nu.pec. i. exceptionem in factum hoc modo: Propono,
propter pecuniam mihi non numeratam, quam tñ vltra confeſ
ſionem meam per ſtipulationem promiſi reſtituere, & iſto mo-
70 do res ſaluabitur. ¶ † Quid ſi debitor elapſo biennio volẽs pro-
bare numerationem non fuiſſet factam, facit de hoc poſitiones,
& petit per creditorem reſponderi, an cogatur rñdere? & vide-
tur, ꝙ ſic. vt no. in l.ſi ex cautione. C.eo. cum poſitionib. rñdea-
tur cum iuramento calum.l.2.§. ſed quod obſeruari. C.de iura.
calum. ergo cogitur reſpondere, & iurare ſe non numeraſſe, vt
d.§. ſed quod obſeruari. ſed in contrarium vr̃ tex. in l.in contra-
ctibus. §. de illo. C.eo. & ibi glo. quæ allegatur generaliter. C.de
iureiu. ob quam gl. Bar. diſtinxit. Aut creditor habet iuſtam cau-
ſam recuſandi, & non cogitur iurare, nec rñdere illi poſitioni,
& ita intelligatur dictus §. de illo. Aut non habet iuſtam cauſam
recuſandi, & cogitur rñdere, & per conſequens iur̃m calumnię
præſtare. Ita ſaluabitur illa gl. & ita ſenſit dicta glo. alleg. d.l. ge-
neraliter. ſed Bal. ibi dicit, quod Bart. non bene dixit, quia iuſta
cauſa recuſandi eſt lapſus termini, quo quis exoneratur ad re-
ſpondendum poſitioni negatiuæ, cui aliàs eſſet rñdendum de iu
re. c.2. de confeſſ. in 6. & illud placet Sal. in d.§. de illo. & reſpõ-
det ad glo. in d.l.ſi ex cautione. ꝙ loquitur intra biennium, licèt
poſt renunciationem factam. Vel ſecundò creditor non neceſſi-
tabatur reſpondere, ſed volens reſpondit. ita intelligatur glo. in
d.l.in contractibus. in nullo modo. Et pro iſta opi. tu adducas, &
multum facit quod habetur in l.mancipiorum. de opi.lega. per
gl.& Bart.& gl. in cle. ſæpe. in verbo non obſtante. in ſi. de verb.
ſig.& Cy.& doc. in l.ſi ea quæ. C.qui accu. non poſſ.& not. Ang.
& latè do. Io. in l.quandiu. la grande. ff.de acq.hær. & Inn.& Io.
And. in ca.cũm in tua. qui mat.accu.poſſ. vbi habetur, ꝙ lapſus
termini præcludit viam contumaci, ꝙ amplius nõ audiatur. Sed
opi.gl.& Bart. eſt multum ęqua, & fortè pp eorum authoritatẽ
ſeruatur in practica, pro qua facit quod no. Inno. in d.c.cum in
tua.& Ang.& Io. in d.l.quandiu.& Sal. in d.l.ſi ea quæ. qm̃ id, qđ
dr̃ in l.mancipiorum. cum ſimi. videlicet, ꝙ lapſus termini præ-
71 cludit viam contumaci, eſt verum, ſi iudex † interlocutus fuit
terminum fuiſſe lapſum, & per ꝯñs amplius audiri non debere,
aliàs aũt ante dictam interlocutoriam poterit contumax proba
re, & inducere non obſtante lapſu termini. ita dicam in caſu no
ſtro, licet biennium ſit lapſum, & ſic terminus legalis, tñ etiam
poſtea poterit eſſe iuſta cauſa, qua debitor poterit audiri, & res
ſit integra, ſi adhuc non ſit pronunciatum reum amplius audiri
non debere propter lapſum biennii, ſm Inno. in d.c.cum in tua.
¶Ex quo no. tu cauſidice, ꝙ qñ parti aduerſæ labitur terminus,
ꝙ accuſes eius contumaciam, & facias per iudicem interloqui
terminũ fuiſſe lapſum, & amplius in illo actu non fore audien-
dum, nec ſufficit ſolummodo accuſare eius cõtumaciam nihil
probantis, vel nihil facientis in termino. quod nunquam exeat
72 mentem tuam, quia quotidianum. ¶ † Quæro ergo quõ forman
tur articuli in hac exceptione, vt concludant, tu habes gl.& ibi
Ang.& doc. in l.a. C.de non nu.pec. qui dicunt, quòd debes for-
mare duos articulos. Primus, ꝙ creditor confeſſus fuit ſe non
numeraſſe præſente debitore, aliàs ſi eo abſente, talis confeſſio
creditoris non pręiudicaret ſibi, vt not. Sal. in d.l.in bonæfidei.
C.de iurein.& Ang. in l.rõnis. C.de proba.& hoc qñ aliqua pars
pecuniæ nondum eſt numerata, & biennium ſit lapſum. Secun-
dus articulus erit, qñ aliqua pars eſt numerata, videlicet, ꝙ cre-
ditor tali tpe, & tali loco tantam pecuniam, & non plus nume-
rauit, hoc.n. probato, neceſſario probatur, ꝙ maior quãtitas nu
merata non ſit. Vbi autem nullam penitus quantitatem numera
uit, & debitor vult dicere nullam quantitatem numeratam, fa-
cit duos alios articulos, in quorũ vno dicat, ꝙ tali loco, & tpe
confeſſus fuit ſe tantam pecuniam recepiſſe. Secundò articule-
tur,

tur, q dicto loco, & tempore, & coram talibus teſtibus in tali
inſtrumento deſcriptis creditor ceſſauit numerare, & non nu-
merauit dictam pecuniam, nec potuiſſet numerare, quin dicti
teſtes vidiſſent, & intellexiſſent, qm fuerunt præſentes cõfeſſio-
ni prædictæ. facit quod not. gl in l. 1. §. 1. de iti. actuq; priua. Sed
ẽt aduertas, vt dixi s. in primo principali quæſito, in verſ. aduer-
tas tñ, q omnibus caſibus in quibus &c. q debitor poteſt etiam
ſuam confeſſionem cõdicere, habet ergo debitor duplex reme-
73 dium, vnum vt agat † contra creditorem, vt liberet eum, quaſi
ſine cauſa habeat eum obligatũ, ſeu vt condicat ipſam obligatio
nem per conditionem ob cauſam iſta forma, valet aſſerẽs, q ſe
obligauit ob cauſam. i. ob ſpem futuræ numerationis. & q ſecu
ta cauſa non ſit, quia non eſt ſibi numeratum, igitur &c. iſte eſt
proprius caſus in l. ſi quaſi. C. eo. Secundum remediũ eſt, q exci
piat de non nu. pec. quia igitur iſta exceptio põt deduci in iudi-
cio per modũ agendi, vt dixi, meritò limitatur tpe. vt d. l. in con
tractib. ſm Ang in d. l. ſi quaſi. Tu verò addas, q non ſolũ poteſt
cõdicere obligationẽ ea forma, & modo quo dixi. vt d. l. ſi quaſi.
ibi, per conditionẽ repetere põt is obligationem &c. ſed ẽt po-
teſt opponendo intra biennium exceptionẽ non num. pec. & pe
tere, & cõcludere reddi ſibi tuam cautionem, & apocham tuã,
vel inſtrũ, ſi per inſtrumentum confeſſus fuiſti. iſte eſt tex. in l.
fin. C. de condi. ex leg. quinimmo credo, q poſſet ſic practicari,
ẽt ſi iſta exceptio opponatur poſt bienniũ, q dicatur ſic, oppo-
no exceptionem non nu. pec. quam querelam monſtrando, vel
ſi monſtrauero, peto mihi reddi cautionem meam, vt d. l. ſi. ibi,
74 habitam conteſtationẽ monſtrando &c. quod bene no. ¶ † Septi
a mum principale fuit, quo tpe iſta exceptio debeat [a] opponi, an
ante litem conteſtatam, vel poſt. & ſic eſt videndum, an ſit dila-
toria, vel peremptoria. & gl. magna in §. appellantur. ĩ. eo. vocat
iſtam exceptionem anomalam, quia regulariter qui excipit, po
nit, quia in exceptionibus reus dr̃ actor. l. in exceptionibus. ff. de
probat. & ibi Flor. & tñ in iſta exceptione non proponens, ſed
creditor debet probare, igitur non ſeruat regulas aliarum exce-
ptionum. Alio vero reſpectu dr̃ exceptio tpalis biennij, qñ de-
bitor confitetur recepiſſe mutuum, vel triginta dierum, qñ cre-
ditor confitetur ſibi ſolutũ, & ſatisfactum. vt d. l. in contractib.
& idem dicit gl. in l. 3. ff. eo. ſed Bar. ibi dicit, q eſt exceptio per-
emptoria, quia perimit, & impedit actionem perpetuo, ꝯ quam
opponitur. Nec obſt. q ſtatuatur certum tps, intra quod oppo-
natur, quia iuriſconſultus inſpexit, an exceptio oppoſita tollat
actionem ad tps, vel perpetuo, quia ſi ad tempus, eſt dilatoria, ſi
perpetuo, eſt peremptoria. l. 2. in fi. ff. eod. no. tn l. peremptorias.
C. ſen. reſcin. non poſ. & in l. exceptionem. C. de proba. Illud ve
ro, qđ gl. dicit, q quo ad onus probandi, eſt anomala, nõ eſt ve-
rum, ſm Bar. quia idem in qualibet exceptione, per quam exci-
piendo nihil ponitur. l. 1. ff. eo. & hoc tenet Raph. in d. l. 3. q ſit
75 peremptoria, quia tpalis † põt ſumi dupliciter. Vno modo quò
ad tempus proponendi, & iſto modo iſta eſt tpalis. Alio modo
ẽt põt opponi quò ad modum excludẽdi, quia excludat in per-
petuum, vel non, ſed illa exceptio eſt tpalis quò ad facultatem
opponendi, & ſi opponatur, eſt perpetua, licèt dici poſſet, q iſta
exceptio omnino eſt perpetua. Nam ſm quod habetur in d. l. ſi
ex cautione. talis exceptio poteſt opponi intra biennium, ſi non
vult probare, ſed ſi vult in ſe ſuſcipere onus probandi, poſſet in
perpetuũ opponi. & iſtam puto veram, licet Spec. in tit. de exce.
§. 1. verſi. quid de exceptione non num. pecu. dicat, q debet op-
76 poni ante litem conteſtatam, quia eſt dilatoria, qm † datur ad
tempus. vt d. l. in contractibus. & poſtea opponi non põt, quia
præcludatur via per litem conteſtatam, ſicut in alijs dilatorijs. l.
ita demum. de procu. Quod dicit fore verum, niſi reus velit iura
re ſe prius ignoraſſe, quia poſſet ẽt poſt litem cõteſtatam oppo-
ni, cum ſit peremptoria ex ſuo officio, quia perimit petitionem
actoris, vt hic. & pro hoc facit l. 2. de iuriſd. & c. paſtoralis. extra
eo. tit. poſſet tñ ſm quoſdam, vt ibi refert Spec. proponi poſt litẽ
conteſt. licèt ante deberet proteſtari, ut contingit in aliis perem
ptoriis. l. exceptionem. C. de probat. Sed tu teneas quod ſupra
dixi, ſm Bart. & Raph. & quod dixit Spec. quòd cum iuramento
admittitur, ſi dicat ſe ignoraſſe &c. cum hoc pendeat ex facto
ſuo, & ante biennium, & ſic de recenti, ergo non præſumitur
legitima ignorantia. l. peregre. de acq. poſſ. in prin. unde daretur
materia deierandi, quod lex non patitur. l. meminerint. C. unde
ui. igitur non uidetur admittendus. Et de materia dilatoriarum,
& peremptoriarum dicam infra eod. §. appellantur &c.

ADDITIO.

a Exceptio debeat. Adde an iſta exceptio pretii non ſoluti opponi poſſit contra executionẽ inſtrumenti, conſil. Phil. Deci. 119. in prin. De hmõi exceptione pecuniæ non numeratæ plenè tangit Prac. Papien. in for. libelli in actio hypo thec. in gl. in verſ. mutuo. ſed an & qñ & quõ talis exceptio poſſit opponi vide per Bal. magiſtraliter in cõſi. 326. in prin. quod inci. quædam mulier in 1. lib.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo an ſit perſonale, vel ad hæredes tranſeat.*
2 *Pactum de non petendo, an ipſo iure tollat naturalem obligationem. & numero 3.*
4 *Intellectus ad l. ſi vnus. § ſi ſtipulatus ſim decem. ff. de pact.*
5 *Intellectus ad l. 1. ad Macedonianum.*
6 *Pactum de non petendo an elidat ipſo iure ciuilem obligationem.*
7 *Exceptionum eliſarum quot genera ſint.*
8 *Exceptio pacti de non petendo quomodo ſit in iudicio proponenda.*
9 *Pactum de non petendo quare tollit ipſo iure naturalem obligationem magis, quàm ciuilem.*
10 *Furtum prohibetur de iure ciuili, naturali, & diuino.*
11 *Ius naturale varijs modis accipitur.*
12 *Aequitatis ſpecies.*
13 *Actio, & obligatio ciuilis, & naturalis per pactum nudum de non petendo indiſtinctè tollitur in maleficiis ipſo iure.*
14 *Damnum, & intereſſe an videatur remiſſum per remiſſionem actionum ex maleficio.*
15 *Declaratio ad l ſi tibi. § de pignore ff. de pac.*
16 *Pactum quid ſit.*
17 *Pactum quo iure fuit introductum.*
18 *Pactum in quo differt a promiſſione, & pollicitatione.*
19 *Pactorum diuiſiones quæ ſint.*
20 *Pacta quæ ſint quæ pariant actionem.*
21 *Pacta inutilia quæ dicantur.*
22 *Pacta vtilia quæ ſint.*
23 *Pactum nudum quid ſit. & quid veſtitum nu. 24.*
25 *Pactorum veſtimenta quæ, & quot ſint.*
26 *Pactum nudum ſi præcedit, quod iure ſingulari parit actionẽ, vel per ſeipſum datur actio, vel condictio, an veſtiat pactum nudum incontinenti appoſitum.*
27 *Contractus veſtitus ſi præcedit, & ſequuntur duo pacta nuda, an ambo veſtiantur.*
28 *Stipulatio pœnalis an veſtiat præcedens pactũ nudũ. & nu. 29. & 30.*
31 *Pactum quando cohærentia veſtiatur.*
32 *Diuertiſſe ad alia quis dicendus.*
33 *Contractus duo ſi principaliter fiant, & poſtea pactum apponitur, a quo contractu veſtitum dicatur.*
34 *Pactum appoſitum iuxta contractum quid operetur.*
35 *Actio præſcriptis verbis an cum alia actione concurrat.*
36 *Actio vt ex pacto nudo incontinenti appoſito naſcatur, opus eſt, quod habita relatione pacti ad contractũ, reſultet cõtractus innominatus.*
37 *Actio præſcriptis verbis an ex contractu nominato oriatur.*
38 *Intellectus l. cum a. C de iure dotium.*
39 *Actio præſcriptis verbis an ſit bonæ fidei, vel ſtricti iuris.*
40 *Contractus an reſultet innominatus, vel ex contractu primo nominato, & relatione pacti ad ipſum contractum.*
41 *Contractus innotatus an cognoſcatur ex conuentione, uel ex implemẽto.*
42 *Pactum incontinenti appoſitum an pariat aliquam actionẽ. & quam actionem, & quomodo. & nu. 47.*
43 *Actionis præſcriptis verbis locus.*
44 *Actio præſcriptis verbis, quæ oritur ex contractu innominato an informetur ex pacto incontinenti appoſito.*
45 *Contractu per pactum mutato quid ſit agendum.*
46 *Contractus innominati quot ſint.*
48 *Modus in contractu innominato an pro conditione habeatur.*

a Præterea. ¶ Exceptio pacti de non petendo actionem nõ
tollit, [a] ſed eam elidit, quæ exceptio nititur
æquitate, h. d. ¶ Not. tex. ibi, ne a ſe pecunia peteretur &c. quòd
1 hic fuit pactum, ne a ſe peteretur. An aũt in tali † caſu dicatur
pactum perſonale? ita q licet á debitore peti non poſſit, tñ pe-
ti poſſit à ſuo hærede. Et vr̃ primo, q nec ab eo, nec ab eius hæ-
rede peti poſſit, quia perſona debitoris fuit in pacto ſpecifica-
ta, non vt pactum perſonale fieret, ſed vt perſona demonſtrare-
tur, cum qua pactum factum fuit. vt dixit tex. in l. iuriſgentium.
§. pactorum. ff. de pact. In cõtrarium videtur, quòd immo pactũ
dicatur perſonale, & ſic proſit debitori tantum, igitur ab eius
hærede, non obſtante tali pacto, peti poterit. l. qui in futurum. §.
1. eo. tit. vbi Bar. ſic concludit, qñ ſtipulatio, vel pactũ concipi-
tur negatiuè, q tunc aut procedit cõtractus, de cuius natura te-
netur hæres, & tranſit ad hæredes promiſſoris & ſtipulatoris. l.
inter ſtipulantem. in prin. cum ſimi. ff. de verb. obl. aut non pro-
cedit

ADDITIO.

a Non tollit. Adde hic, q licet pactũ de non petendo ſimpliciter factũ non tollat actionẽ ipſo iure, tamen eſt ſecus in pacto de non petendo geminato, quia tollit actionem ipſo iure, per Ang. Pau. de Caſt. & doc. in l. legitima. ff. de pact.

cedit talis contractus, & tunc aut tale pactum non afferret vti-
litatem, niſi tranſiret ad hęredem, & tunc ad eum tranſit. l. ſi ſti-
pulator. de verb. obli. Aut afferret commodum, & ſi ad hęredē
non tranſit, tunc aut perſona adiicitur ſolum verbo obligatiuo,
& dr̃ eſſe in rem, & ideo tranſit ad hæredē. vt d. §. pactorū. Aut
adiicitur verbo executiuo, & tunc aut adiicit̃ perſona tertij, vt
ꝓmittis nō petere a Lucio Titio, forte erat filius, vel ſeruus, &
erit perſonale, & ad alias non porrigitur, niſi ſit actum. l. & hæ-
redi. §. nos aũt. ff. de pac. & d. §. pactorum. Aut adiicitur perſona
ipſius paciſcentis, & tunc ſi eſt talis, qui non poſsit habere here
dem, vt ſeruus, & filius, ſm̃ iſta tempora, & tunc eſt perſonale.
l. acquirere. §. 1. coniuncta l. & hęredi. in prin. de pac. Aut poteſt
habere hæredē, & tunc in dubio intelligitur in rem, & ſic trãſit
ad hæredem. vt d. §. pactorum. Fallit ſi eſt appoſita dictio taxati-
ua, vt promitto non petere a te ſolo, vel a te tm̃. l. nō ſolū §. ta-
le. cum glo. & ibi Bar. de lib. leg. & ita debet neceſſario intelligi
d. l. qui in futurū. §. 1. ſm̃ Fran. Accur. & Iac. de Bel. Ita dicit ibi
Bar. in l. ſi ſic. ff. de ver. obl. & ibi doc. & vide Bar. & doc. in l. ve-
terum. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & ibi Cy. & Sal. & do.
Io. in d. l. ſi ſic. & Flor. in l. ſi pactū. ff. de proba. Et per hanc cõem
ſnĩam, tu poſſes reprobare, quod no. Bald. in l. ſtipulatio iſta. in
prin. ff. de verb. obl. qui dicit, ꝙ ille verſi. ſed ſi ſe obligat &c. ha-
beret locum, vt tranſeat illa obligatio ad hęredē, licèt eſſet ibi
dictio taxatiua, quia hoc vr̃ contra ſupraſcripta. Verum iſta do
ctrina Bar. deſtruit tex. in d. l. qui in futurum. §. 1. quia ibi nō eſt
aliqua taxatiua, vt dixit Io. in d. l. ſi ſic. dic, vt ibi per eū, quia in
hac materia magis mihi placet. quod no. idem do. meus Flo. in
d. l. ſi pactum. quia clarum eſt, qñ eſt perſonale, ꝙ nō egreditur
perſonam, qñ verò pactum de nō petēdo eſſet reale, ad omnes
tranſiret. l. niſi. & d. l. qui in futurum. §. 1. ff de pact. in tm̃ ꝙ tran-
ſiret ad ſingularē ſucceſſorem. l. fluminū. §. adiicitur. ff. de dam.
infec. Sed ſi dubitatur, an ſit in rem, vel in perſonam, tũc aut eſt
perſonale in verbo obligatiuo, & executiuo, vt ꝓmitto tibi, ꝙ
non petam a te, & tunc pactum cenſetur perſonale, & non trã-
ſitorium. d. l. qui in futurum. §. 1. Aut eſt perſonale in verbo obli
gatiuo, ſed imperſonale in verbo executiuo, vt promitto tibi, ꝙ
amplius non petetur. & dicas, ꝙ eſt reale, quia perſona vr̃ adie-
cta loco demonſtrationis, & acquiſitionis inchoandæ, & nō li-
mitandæ. d. §. pactorum. Aut eſt imperſonalitas in verbo obliga
tiuo ad non petēdum, & in executiuo, vt promitto amplius nō
peti. & idē dicit, quia perſona ſubintelligitur in verbo obligati-
uo, non executiuo, potiſsimè, qñ pactum non eſſet gratuitū. vt
in exactione. l. cū mota. cū ibi no. C. de tranſac. Sed ſi ſit dubiū
qualiter verba ſint formata, puta, quia teſtes dicunt, ꝙ interfue-
runt, qñ Titius fecit Seio pactum de non petēdo, ſed non recor
dantur qua forma, vel non fuerunt interrogati, tũc in dubio pa
ctum præſumitur reale. d. §. pactorum. Nec ob. ꝙ probatio ob-
ſcura non releuat. c. in præſentia. de probæ. quia hoc hr̃ pro cer
ta legis præſumptione, d. l. iuriſgentium. §. ꝙ ferè. & iſtud mihi
2 placet, quod tene menti. ¶ 1 No. ꝙ per pactum de non petendo
non tollitur obligatio naturalis totaliter, vt patet in tex. ibi, ni-
hilominus obligatus manet. & ibi, obligationes non oĩno diſ-
ſoluuntur. Ex quo ſequitur, ꝙ licèt fiat mihi pactum de nō pe-
tendo, remaneo tñ obligatus, & contra me pōt intentari actio,
vt hic: tñ quia iniquum eſt me condemnari, quia dictum pactū
factum eſt, quia nihil tam naturale, q̃ pacta ſeruari. l. 1. ff. de pac.
iniquum eſſet me condemnari. vt hic in fi. ¶ No. ꝙ ille, cui factū
eſt pactum de non petēdo, debet proponere exceptionē pacti,
aliàs condemnabitur, vt hic. & l. ſi vnus. §. pactus. cum ibi no. ff.
de pac. ¶ In gl. peteretur. ibi. §. naturalis. dic ſm̃ quoſdā, melius
probatur in l. in his. §. Imperator. ff. de ſolu. ibi, quædā ex pacto,
& naturaliter debentur. Sed tu dicas, ꝙ ille tex. non probat, q̃a
loquitur de pacto de petendo vſuras, non aũt de pacto de non
petēdo, vnde melius probat̃ in d. §. naturalis. ibi, naturalis obli-
3 gatio. & ibi, quia vinculū æquitatis &c. ¶ † No. ergo ea gl. ꝙ pa-
ctum de non petendo tollit ipſo iure naturalē obligationē. &
idē voluit gl. in l. pacta quæ ɔ̈. & ibi doc. C. de pac. in d. l. ſi vnus.
§. pactus. vbi Bar. tenet iſtam gl. per d. l. naturalis. & per l. fi. ff. de
iureiur. & per l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. de fideiuſ. vt di-
xit Bar. in d. §. pactus. in ver. pro huius ergo declaratione &c. &
idem voluit Bar. ſequendo glo. in d. §. naturalis. quod intellexit
verum, qñ interponitur ſuper actione perſonali, vbi cadit obli-
gatio, ſecus ſi ſuper reali, vbi nō cadit obligatio. vt ſup. de actio.
§. 1. & ibi dixi, quia nō pōt tolli, quod nō eſt per dictum pactū.
Sed Bal. in d. l. pacta quæ ɔ̈. arguit contra hoc, ſi teſtator damnet
hæredem non petere a Titio, nulla tollitur obligatio, niſi acce-
ptilatio poſtea ſequatur, vt eſt tex. in l. ſi quis decedens. §. ſed cū
de effectu. de libe. leg. igitur idem in ɔ̈ctu, quia non debet eſſe
maioris efficacię contractus, q̃ vltima volũtas. l. ſeruum filij. §.
cum qui. ff. de leg. 1. In contrarium facit tex. in l. ſi vnus. §. ſi cum
decem. ff. pac. in fi. vbi dr̃, pacto de non petendo totam obliga-
tionem ſubmoueri. vnde concludit, aut pactum conſiſtit in pro
pria vi pacti, & tollit naturalē obligationem, aut nō conſiſtit in
propria vi pacti, & non tollit naturalem obligationem, & ideo
nō parit exceptionem pacti, ſed doli. l. reſcriptum. §. fi. ff. de pac.
facit quod no. ff. de lib. leg. l. non ſolum. §. liberationis. Nec obſt.
arg. de vltima voluntate, quia in hoc vltima voluntas eſt mino-
ris potentiæ. Et eſt ratio, quia innititur cõſenſu teſtatoris tm̃. l.
cum pater. §. tur do. ff. de leg. 2. Sed ɔ̈ctus innititur conſenſu duo
rum. l. 1. ff. de pac. igitur dr̃ eſſe maioris potentiæ. vt no. in d. l. 1.
ff. de pac. ſed Saly. in l. pacta nouiſsima. C. de pac. in ver. ſecũda
operatio pacti. de non petēdo &c. alleg. Guil. qui indiſtinctè te-
net contra gl. ꝙ immo nullo modo tollatur naturalis ipſo iure,
quia actus agentium non debent operari vltra intentionem ip
ſorum. l. non oīs. ſi cer. pet. & intentio colligitur ex verbis. l. nō
aliter. de leg. 3. Sed verba pacti ſolummodo ſunt interpoſita ſu-
per petitione, non ſuper obligatione, vt quia facio pactū de nō
petendo, vel promitto non petere, igitur &c. Secundò pactū de
non petendo non tollit dñium, nec rei vendicationem. l. ſi pro
fundo. & l. ſiue apud acta. cum ibi no. C. de tranſac. ergo nec re-
ſpectu debiti obligationem tollere debet, cum idem conſenſus
poſsit operari in vtroq;, ex quo vtrunq; eſt penès debitorē, cū
potētia ex cã habili habeatur pro traditione. §. interdum. ſupra
de re. diui. & hoc ſequitur Iac. But. & pro hoc alleg. caſum in l.
1. in prin. ad Macedo. & l. 2. ff. ad Vellea. & pro hoc potes alle-
gare l. 1. § ſublata. & quod ibi Bar. Ang. & Moder. ff. ad Treb. vbi
licèt dicatur, actionem non dabo. intelligitur non ipſo iure, ſed
ope exceptionis. & ad §. naturalis. reſpondet, ꝙ loquitur in pa-
cto liberatiuo, in quo dicitur, libero te, vel abſoluo te, quia tale
pactum concernit obligationē, quod non cõtingit in pacto de
non petendo, quod cõcernit tantummodo petitionem. Sed Ri-
char. de Sal. & Sal. & cõiter doc. tenent indiſtinctè gl. per d. §. na
turalis. qui loquitur indiſtinctè in dicto ſuo, in quolibet iuſto
pacto. Secundò per rationem ibi in tex. poſitam, quę ſic deduci
tur, ex pacto, vel contractu de petendo, inducitur naturalis ex
æquitate, cui nil magis congruit. &c. l. 1. ff. de pac. Tu pro eis alle
ga tex. in d. l. in his. §. imperator. ibi, quædam ex pacto naturali-
ter debentur, ergo ɔ̈trio pacto de non petēdo, quia ſi eadē æqui-
tate oritur, dēt tolli naturalis obligatio, & æqualis ad oppoſitū
ſit comparatio. C. de ſenten. paſ. l. fi. Tertiò per tex. in l. creditor.
C. de pac. ibi, de parte non petenda, coniuncto ibi, ea obligatio-
ne liberatus es. & ibi, nam exceptio pacti, petitionem repellit.
4 † Quartò per text. in d. l. ſi vnus. §. ſi ſtipulatus ſim decem. ff. de
pac. vbi dixit ea. per pactum de non petēdo totam obligatio-
nem ſubmoueri, ſed ſubmouere eſt auferre id, quod adiicitur.
l. 2. ff. de cõpenſa. nec eſt verū, ꝙ partes intelligant tollere peti-
tionē pacti, quia ridiculum eſſet, & de impoſsibili. l. vbi pactū.
C. de tranſa. nec ēt tollit petitionem iuris. vt eſt tex. hic apertus
in ver. qua de cauſa. & cum non tollat obligationem ciuilem,
vt patet hic, ibi, nihilominus obligatus manet; neceſſariò ſequi-
tur, ꝙ tollit naturalē, qua tñ ſublata remanet petitio, & actio,
exceptione tñ eliſa, vt hic, ibi, non omnino diſſoluuntur. & ibi,
ſed quia iniquū. & probatur manifeſtè in dict. §. naturalis. Nec
ob. quod dixi per l. ſi pro fundo. quia non eſt par ratio, quia cõ
ſenſus pōt inducere obligationem, ſed non dñium. l. traditioni-
5 bus. C. de pac. Nec † obſt. l. 1. cum ſimili. ad Maced. quia ibi ciui-
lis ipſo iure tollitur, ſicut per pactum tollitur naturalis tm̃, ſed
ibi remanet naturalis, cū qua ſola actio iam nata pōt remane-
re, ſicut in pacto remanet ciuilis, cum qua ſola conſeruari pōt
actio, ſicut filia pōt remanere cum matre tm̃, vel cum patre tm̃.
vt no. plenè Bar. & doc. in l. cum quis. de iur. & fac. ign. de quo
dixi ſupra de oblig. in prin. vnde illa iura magis concordant, &
iſtud eſt tenendum. Poſſes tñ opin. Bart. tenere, quæ vr̃ multum
conſona iuri, & ex ea poſſes concordare opiniones, quia aut pa
ctum eſt in ſua propria vi, vt quia factum eſt debitori, & tunc
tollatur naturalis. vt vult gl. Bart. & cõiter doc. aut pactum non
eſt in ſua propria vi, vt quia per aliū, vt putà, per procuratorē
mihi quæritur pactum de non petendo, & tunc mihi non com
petit pacti exceptio, ſed acquirit̃ doli exceptio. vt eſt tex. aper-
tus in d. l. reſcriptum. §. fin. ibi, qui exceptione pacti vti nō pñt,
doli exceptione vſuros, & ita intelligitur opi. Guil. & Iaco. quia
ſi non competit mihi exceptio pacti de nō petendo, ſi talis ex-
ceptio in forma intentaretur, nō tolleret nec ciuilem, nec natu
ralem obligationē, vt ineptam. l. 1. §. in flumine. de flumi. cogi-
6 ta. ¶ † In ea. gl. ibi, item elidit ciuilem, vt hic. quod eſt verum, ſm̃
Bart. in d. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. in ver. pro huius ergo de-
claratione

claratione &c. videlicet, qñ fuit oppoſita exceptio pacti, vt hic,
& per conſequens qñ venit ad conflictum, vt contingit in duo-
bus pugilibus. ita dicit Iac. Are. in l. creditori. C. de pact. Sin aũt
eſſet pronunciatum ꝯ actorem, nõ ſolum eliditur obligatio, ſed
tollitur in totum actio. arg. l. quæcunq;. ff. de compenſa. Et ſic tu
habes, ſm iſtam doctrinam Bar. tria tpa diſtincta, & diuerſimo-
dè conſideranda, videlicet, tempus pacti, & non eliditur tẽpus,
quo opponitur exceptio, ſed eliditur tempus ſniæ, & in totum
tollitur actio. Sed Bal. in d. l. pacta quæ contra. in ver. venio ad
tertiam virtutem. dicit, quod immo obligatio ciuilis eſt eliſa ẽt
antequam exceptio pacti opponat̃, & ſic anteq̃ veniat ad cõfli-
7 ctum. Nam † quædam ſunt exceptiones, quæ eliduntur ipſarum
origine, quędam, quæ elidũtur ipſarum propoſitione, exceptio
verò pacti eſt de primis exceptionib. quia reſpicit ad iniquita-
tẽ petitionis. vt hic in fi. Iſtud aũt, quod dicit Bar. poſſet proce-
dere in exceptionibus, quæ non reſpiciũt iniquitatem petitio-
nis, ſed aliquod beneficium iuris. vt ff. ſol. ma. l. ex diuerſo. §. fin.
Sed idẽ Bal. in d. §. pac. in ver. item quæritur, iuxta prædicta dixi
ſuperius &c. dicit, ꝙ dicta opi. Bar. recedit a veritate, quia ipſo
iure actio eliditur ab ipſo initio, cum fit pactum. quod ſic pro-
bat, quia eo inſtanti, quo fit pactum, tollitur naturalis, quæ faue
bat ciuili, & remanet ciuilis debilitata, & eliſa; vñ inter pactũ,
& eliſionem non eſt dare medium. Præterea, ſtatim cum eſt or-
tum pactũ, eſt nata exceptio, vnde natiuitas exceptionis elidit
actionem, immo verius eliſio eſt cã exceptionis in ordine intel
lectus. Præterea patet hoc; quia ſi non eſſet eliſa, ſolutum non
poſſet repeti, hoc. n. eſt regulare in oĩbus exceptionibus, quæ
non elidunt. ff. de fideiuſ. l. ſi cum teſtõ. §. 1. ſed iſtud eſt falſum,
quia non competit repetitio, & factum ad excipiendum trahi-
tur ad agẽdum. vt no. in l. traditionibus. C. de pac. apparet ergo,
ꝙ nullum eſt interuallum tpis inter pactum, & eliſionem, ſed
ideo ius requirit, ꝙ exceptio opponatur, quia iudex non poſſet
prouidere vigore exceptionis non oppoſitæ, nec incluſæ in iu-
dicio. ita dicit gl. in d. §. pactus. in ver. in opponendo. facit l. qui
ex liberis. §. teſtõ. de bon. poſ. ſecun. tab. Nec etiam verũ eſt qđ
dicit Bar. ꝙ per ſniam tollitur actio ipſo iure, quia eſt contra ca
ſum. ĩ. eo. §. item ſi quis in iudicio. & ibi dicam. Vnde dic, ꝙ ſen-
tentia ſuper exceptione oppoſita nõ auget ius oppoſitum quò
ad pleniorem liberationẽ, quia veniret de natura exceptionis,
ſed declarat ipſam, & facit tranſire in rem iudicatam. vt d. §. itẽ
8 ſi quis in iudicio. tu dic, vt ibi dicã. & iſtud mihi placet. ¶ † Ad-
uertas tu potiſsimè in actu practico, in modo opponendi exce
ptionem in iudicio, qñ competit exceptio pacti de non petẽdo
id, quod no. Spe. in tit. de excep. §. dicto de dilatoriis. in ver. rur-
ſus notandũ eſt. in fi. vbi dicit, ꝙ ſi petitione propoſita, dicat ali
quis, non teneor rñdere, quia feciſti pactum de nõ petendo, ta
excipiens nõ eſt audiẽdus, quia proponit exceptionẽ ad id, qđ
non competit, videlicet, ꝯ petitionẽ, vt eam differat, & non con
tra actionem, ꝯ quam eſt exceptio peremptoria proponẽda, vt
eam excludat, ad quam cõpetit talis exceptio. & ideo dicit tex.
in c. exceptionẽ. de excep. ꝙ talis exceptio non impedit litis cõ
teſt. ¶ Ex quo infert, ꝙ iſta exceptio pacti ſic debet proponi. Nõ
teneor tibi, quia feciſti pactum de non petẽdo, quia tunc oppo-
nitur ꝯ actorem. quod nota tu cauſidice, vt ſcias formaliter op-
ponere, qñ tibi cõpetit pacti exceptio de nõ petẽdo, quia ine-
ptè accipiens, ſuccumberes. vt l. 1. §. Labeo. ff. de flumi. ¶ Vltimo
poſſes ſaluare opinionẽ Bar. & cõcordare cum opi. Bal. ſm in-
tẽtionẽ Ang. in l. pacta quæ ꝯ. videlicet, quia eò ipſo, ꝙ fit pactũ
a de non petendo, tollitur naturalis, & eliditur ciuilis.[a] ita intel-
ligitur opi. Bal. ſed non habet plenũ effectum, niſi veniat ad cõ
9 flictũ. & ita intelligatur opi. Bar. ¶ † Sed hic quæritur, quare pa-
ctum de non petẽdo tollit ipſo iure naturalẽ obligationem ma
gis, q̃ ciuilem. Reſpondet Bal. in d. l. pacta. quia obligatio ciuilis
oritur rõne ſolennitatis, ſed naturalis ratione actus habẽtis na
turale, vel accidentale veſtimentũ, & naturale veſtimentũ ha-
bent ꝯtus nominati. l. fi. & l. iuriſgentiũ. in prin. ff. de pac. ſic re-
gula iuris eſt, ꝙ in omni actu tollendo ipſo iure requirit̃ alius
actus retro ſimilis. l. nihil tam naturale. de reg. iur. quia ergo pa
ctum nudũ non eſt actus retro ſimilis, cũ primum factum fue-
rit veſtitum, & iſtud pactũ de non petẽdo non ſit veſtitum, me-
ritò non tollitur ipſo iure obligatio ciuilis. vt ff. de ſolu. l. prout
quiſq;. Præterea pactum de nõ petẽdo habet plurimũ facti, ſed
obligatio ciuilis habet plurimũ iuris. vt d. §. pac. in prin. merito
id, qđ minimum iuris habet, non põt tollere ipſo iure id, quod
plurimum iuris habet, arg. C. de codic. l. fi. idẽ. Tu pro eo allega
gl. in l. 1. C. de acq. poſ. & pro eo ẽt facit l. qđ per manus. ff. de in
re codi. ¶ In ea. gl. ibi, tñ ẽ obligat naturaliter paciſcentem. Sed ꝯ
opponitur, quia ſm iſtam gl. clarum eſt, ꝙ hoc pactum parit li-
berationẽ, vt hic, ergo non põt parere obligationem, quia idem
actus non põt parere ꝯrios effectus. ff. de ſol. l. qui hoiem. in §. fi.
Secundò vr̃ probare expreſsè in l. ſi pater filiæ. §. quæ debitorẽ.
ff. de iur. dot. ibi non obligatur. ſolue ſm Bal. in d. l. pacta quæ
contra. Quædam ſunt pacta quæ valẽt in propria vi pacti, & ex
iſtis oritur naturalis obligatio. Quædã ſunt pacta quæ mero iu-
re non valẽt, ſed tuitione legis valẽt ſolum quantũ ad exceptio
nem doli ſubſidiariam exceptionis pacti, & ex his nõ orit̃ obli-
gatio naturalis, quia cũ nõ oriat̃ niſi exceptio ſubſidiaria, obli-
gatio ordinaria non põt naſci. vt l. reſcriptũ. §. fi. ff. de pac. Nec
obſt. d. §. quæ debitorẽ. quia ibi loquitur in mera liberalitate, vt
qñ dico, libero te. Sed hic loquitur in pacto de non petendo, in
quo continetur promiſsio, in qua cõtinet̃ obligatio naturalis,
igitur &c. Tu verò dicas, vt dicit gl. in d. §. quæ debitorẽ. in ver.
non obligaturi. quia ibi non obligatur ad dotẽ ſoluẽdam, quia
dr̃ ſoluiſſe conuertendo obligationẽ peculiarem in dotem, vel
non obligatur ciuiliter, & naturaliter ad nõ petendũ, obligatur
tñ naturaliter. vt in hac gl. ¶ In ea. gl. in fi. No. totam iſtã gl. quæ
ponit, quid operatur pactũ de nõ petendo. ¶ No. ẽt ex fine d. gl.
10 ꝙ † non ſolũ de iure ciuili quis prohibetur furtum facere, ſed
ẽt de iure naturali, vt ſup. de oblig. q̃ ex delic. naſcun. §. 1. ibi, iu-
re natural. Tu dic, immo ẽt de iure diuino, vt ibi dr̃ in gl. iuxta
11 illud pręceptum Altiſsimi, Ne furtum facias &c. Nam ius † na-
turale capitur multis modis, vt volũt doc. in l. 1. §. huius ſtudij.
ff. de iuſti. & iure. qui dicunt, ꝙ licèt gl. ibi dicat, ꝙ ſunt tres ſpe
cies iuris naturalis, ꝙ immo duobus modis tm̃ dici poteſt. Vno
modo propriè, & tunc intelligitur quod eſt cõe omnibus aĩali-
bus. vt d. §. huius ſtudij. Alio modo accipitur nõ ita propriè, vi-
delicet, ꝓ naturali rõne inſita homini, & inter oẽs hoĩes ſerua-
tur. & ita accipitur in §. ſingulorum. ſupra de rer. diui. & in d. §.
1. de obli. quæ ex delic. naſcun. Nec gl. ibi bene dicit, quia nõ de-
bet intelligi ſibi fuiſſe prohibitum a lege Moſaica, quia iſta fuit
ſnĩa Pauli iuriſconſulti. in l. 1. §. 1. ff. de fur. licèt Iuſtin. illud trã-
ſpoſuerit in §. 1. Alio mõ accipitur ius naturale, quod differt
a ciuili, ſupra de rer. diui. §. 1. & 1. de acq. rer. do. l. 1. ¶ Ex quo in-
fert Raph. in d. §. huius ſtudij. ꝙ l. 1. in prin. ff. de mino. debet in-
telligi de iure naturali. Nec obſt. ſi dicatur, de iure naturali pa-
12 cta ſeruantur. l. 1. ff. de pac. ſed in tit. de mino. pacta † deſtruun-
tur, igitur &c. quia rñdetur, ꝙ eſt dare æquitatẽ in genere, quæ
conſeruat pacta, aliqñ eſt dare æquitatem, quæ pacta diſſoluit.
l. 1. §. 1. ff. de doli excep. ita intelligatur d. l. 1. in prin. de mino. Tu
poſſes dicere, ꝙ licet iuriſconſulus non cogitauerit de iure di-
uino, tñ ẽr de iure diuino furtum eſt prohibitum, vt dixi. & nõ
põt exponi text. lege naturali. i. diuina, & de ingentium, vt ibi
dicit gl. ¶ In glo. nõ oĩno. ibi, §. naturalis. ergo no. ꝙ pactum de
b non petendo non tollit ciuilẽ,[b] & ſic in totũ non perimit. Sed
contra, de d. §. naturalis. Solu. ibi, prima obligatio ſolutione,
pacto, & iureiu. tollit̃ ipſo iure, & in totũ, & ſic iſta tria æqui-
parantur ibi. Sed rñdeo, ꝙ pactum de nõ petendo ipſo iure tol-
lit primæuam obligationem naturalem tm̃, inductam per con-
tractum obligatorium, quia nihil tam naturale &c. ſed pactum
de petendo, & ſic obligatorium, non tollit ẽt primæuum pactũ
de non petendo ipſo iure. vt d. §. pactus. multò ergo minus tol-
lit obligationẽ ciuilem, vt hic. ita dicit gl. in d. §. naturalis. Et eſt
ratio drĩæ inter pactum de petendo, & pactum de non petẽdo,
quia promptiores ſumus &c. l. Arriani. ff. de act. & obli. ¶ In ea.
13 ibi, vt in maleficiis factis. Not. ex gl. ꝙ † in maleficiis indiſtinctè
actio, & obligatio ciuilis, & naturalis per pactum nudũ de non
petendo tollitur ipſo iure, & naturalis conuentio dr̃ legitima,
quia a lege iuuatur. l. legitima. cũ ibi not. per glo. Bar. & doc. ff.
de pac. ſed d. l. ſi tibi. §. quædã. eo. ti. loquitur in actione iniuria-
rum, & furti, & non vniuerſaliter. licet gl. ibi, etiam vniuerſali-
ter in omnibus criminibus intelligat illum tex. quæ contineant
cauſam famoſam, vel ſint poenales, cum ſit eadem ratio. l. illud.
ff. ad

ADDITIONES.

a Ciuilis. Adde de iſta materia pacti de non petendo quid operetur in actione perſonali, & reali. Bal. in conſi. 449. in verſ. ſed pro parte, quod incipit ad euidentiam. in primo lib. & an pactum de non petendo factum filii abſtinendi ſe ab hæreditate paterna proſit nepoti poſſidenti bona auita, & an requirat, ꝙ exprimatur cauſa, quare ſit tale pactum. & ſi cauſa in eo exprimatur falſa, falſum etiam videatur pactum. vide per eundem Bal. in conſi. 59. per tot. inc. creditor. in 2. lib. uide per Iaſ. plenè in l. ſi tibi. 10. in §. perſonale. ſub num. 1. ibi in tertia parte gl. ff. de pact. in ſuis lecturis ultimò impreſſis, & in l. ſi unus. § pactus ne peteret. ff. eo. de pact. pleniſſimè per eundem.

b Ciuilem. Adde per Iaſ. copioſe in l. ſi unus. in §. pact. ne peteret. ff. de pac. quos autem effectus operetur pactum de non petendo, examinat ipſe, ubi ſupra multum excellenter, & an tale pactum æquiparetur ſolutioni, & acceptilationi, uide in preallc. l. ſi unus. § ſi cum mihi. per eundem. An autem tale pactum factum principali debitori proſit fideiuſſori, vide per eundem in l. quod dictum. num. 1. ff. de pact. Bartho. ab Horatio.

ſ.ad leg. Aquil. Et eſt ratio prædictorum, quia actiones deſcen-
dentes ex maleficiis, non naſcunt̃ ex conſenſu, & ideo ſunt de-
bitores. Item cum ſint pœnales, ſunt odinſæ. Sed Bart. intelligit
in actionibus famoſis, dummodo deſcẽdant ex maleficiis, ſecus
ſi ea contractu, vel quaſi, vt actio tutelæ, & ſimiles, quæ ſunt fa-
moſæ. l. 1. ff. de infa. & tñ ipſo iure non tolluntur. ff. de pac. l. iure
gentium. in §. idem Marcellus. cũ § ſeq. Item ꝙ dicit gl. vel ſint
pœnales, intelligas ex vtraq; parte, vt in exẽplo d. §. quædã. ſed
ſi ex parte rei tm̃ eſſet pœnalis, non eſſet eadem ratio, vt patet
in actione tutelæ, quæ eſt pœnalis ex parte rei tantum, & tamẽ
non tollitur ipſo iure. d. l. iuriſgentium. §. idem Marcellus. ff. eo.
tit. ¶ Verum autẽ actio ſit pœnalis ex parte vtriuſq;, vel ex par-
te vnius tm̃ actoris, vel rei, vide gl. ſupra de act. in §. item miſta.
24 facit §. pœnales. eo. tit. & quod ibi habetur. ¶ † Aduertas tamen,
ꝙ qui remittit actiones ex maleficio, non vr̃ remitere damnũ,
vel intereſſe. vt dicunt Dy. Bar. Bal. & Ang. in d. §. quædam. alle.
l. ſed ſi vnius. §. ſi autem. ff. de iniur. ac etiam dixit ibi Bart. an p
remiſſionem iniuriarũ factam in foro pœnitentiali tollantur
iſtæ actiones ex maleficiis? & videtur ꝙ ſic, per gl. multum no.
ſupra de iniur. §. ſi. & quod ibi ſcripſi. Sed ipſe determinat con-
trarium, quia tantummodo videtur remittere vltionem, nõ au-
tem ſuum intereſſe. de quo vide glo. in c. ad apoſtolicæ. in gl. ſa
tisfactionem. de re iudi. in 6. Ac etiam aduertas tu, ꝙ d. §. idem
Marcellus. non multum probat opi. Bar. quia ibi loquitur quò
ad obligationem inducẽdã, videlicet, vt tutor obliget̃ in maio-
ribus vturis, ſecus fortè eſſet in liberatione. d. §. quædam. per
regulam in l. fauorabiliores. de regu. iur. Item ſi tolluntur ipſo
iure famoſæ ex delicto. vt d. §. quædam. ergo fortius ipſo iure
debent tolli famoſæ ex contractu, ne melioris conditionis ſit il-
le, qui plus deliquit. facit l. non ſolum. ff. de noxal. actio. ¶ in ea.
ibi. §. de pignore. iſta gl. ſentit, ꝙ etiam in pignore per pactũ tol
letur ipſo iure obligatio. Sed in cõtrarium vr̃ tex. apertus in d.
25 §. de pignore. † vbi dicitur, ꝙ licèt iure ordinario in pignore ex
pacto naſcatur actio, tamen exceptione tollitur, & ſic non ip-
ſo iure, igitur &c. Vnde conſidera ꝙ hic de pignore poteſt in-
telligi duobus modis, vt voluit glo. in d. §. de pignore. Vno mo-
do, ꝙ loquatur in pignore tacitè remiſſo, videlicet, cũ debitor
ſciuute, & patiente creditore vendit pignus, tunc tacitè videtur
pignus remittere, & ſic non ipſo iure, ſed ope exceptionis. facit
l. ſi debitor. ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. Sicut dicimus in ſimili,
qñ creditor recepit ab vno ex correis ſoluẽte pro parte ſua, ga
tacitè videtur paciſci, non velle amplius illum inquietare pro
reſiduo, & ſic inducitur tacitum pactũ. l. ſi creditores. C. de pac.
cum ibi no. l. ſi ea tota. §. 1. de leg. 1. Secundo modo in quandam
conſequentiam debiti fuit pignus remiſſum. quod procedit, qñ
remiſſio debiti fuit inutilis, tunc pignus intelligitur inutiliter
remiſſum, vel qñ debitum fuit remiſſum, ſed actio competens
ad debitum non fuit extincta ipſo iure, ſed ope exceptionis. vt
l. maior. cũ gl. C. de pig. & ſic principaliter non fuit permiſſum
pignus, ſed in cõſequentiam: vel fuit pignus traditum credito-
ri, & fuit ſimpliciter pignus remiſſum, ſed non retro traditũ, &
ſic non fuit actus oĩno retro ſimilis. facit l. 1. ff. de pign. act. con-
iuncta l. ab emptione. de pac. ita in effectu voluit glo. & doc. in
d. §. de pignore. ¶ Extra gl. quia iſte tex. tractat de pactis. & alibi
in iſto libro inſtitutionum de pactis non habetur, niſi hic, & in-
fra ti. proxi. ideo neceſſarium vr̃ pro noſtra inſtructione hic ali
qua regularia in materia pactorum videre. Et pro aliquali exa-
minatione, & ordine dictæ materiæ, vidẽdum erit primò quid
ſit pactum. Secũdò, quo iure fuit introductum. Tertiò, quid dif-
fert pactũ a promiſſione, ſiue ſtipulatione, & à pollicitatione.
Quartò, quæ ſint diuiſiones pactorũ. Quintò, ad quos porrigan
tur vires pactorum. Sextò, de viribus pactorum, videlicet, quid
operãtur, & de eorum effectu. ¶ Veniamus itaq; ad primũ, quid
16 ſit pactum? Et † reſpõde, ꝙ pactum eſt duorum, [a] pluriumve
a in idẽ placitus conſenſus, vt diffinit iuriſcõſultus in l. 1. in prin.
ff. de pac. & ſm Azo. in ſum. d. tit. & gl. in d. l. 1. Eſt no. quod dici-
tur (in idem,) quia debet ſuppleri ad dandum, vel faciendũ ali-
quid paciſcenti, quid aũt ſi paciſcatur dare alteri, an dicatur pa
ctũ? iſtam q̃õnẽ ponit Azo. in ſum. & Guil. Ray. & Bal. & Ange.
& doc. in d. l. 1. ſed latius dixit Bar. & ibi doc. & ibi Lud. in l. ſti-
pulatio iſta. §. ſi ſtipuler. de verb. obl. Vnde dic breuiter, aut ver-
ba obligatiua, & executiua conferuntur in perſonam tertij. ver
bi gratia; promittis Titio, ꝙ dabis ei centum, qm̃ inter te, & me
nullum negotium contrahitur, nec inter te, & illum Titiũ nul-
lum pactum reſultat, & per ꝯñs, nec aliqua obligatio naturalis,
niſi in eo fuerim nuntius Titij, quia tunc acquireretur ei. l. qui
aũt. §. ſi. ff. de cõſti. pecu. & l. multum. & ibi Cy. & doc. C. ſi quis
alte. vel ſibi. & l. 1. in ſi. ff. de contrah. emp. & hoc verum, ẽt cum
à principio mea intereret ſolui Titio, nũ. n. illa verba mea pa-
rant mihi obligationem, quia non fuerunt ad hoc ordinata, nec
etiam Titio, quia præſens nõ erat, & etiã hoc ignorabat. & hoc
vult gl. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff. de verb. obli. licèt
cõtrarium teneat, & malè, in l. quæcunq;. ff. de act. & obl. Quod
intelligas verũ, niſi in tutore, curatore, adminiſtratore, vel acto
re municipum. l. cum qui. §. itẽ tutori. ff. de conſti. pecu. cum ibi
no. p gl. Bar. Bal. & Ang. & Sal. & in filio, & ſeruo, & monacho.
no. gl. in l. 1. in prin. & ibi doc. de ſtipu. ſer. Sed ſi verba obligati-
ua conferuntur in perſonam paciſcentis, & executiua in perſo-
nam tertij. Exemplum; promittis mihi, ꝙ dabis Titio centum,
tũc vera eſt opinio, ꝙ reſultat pactum inter te, & me, ꝙ ex illo
pacto ſaltẽ iure naturali ſis obligatus. & hoc tenet gl. in d. l. ſti-
pulatio iſta. §. alteri. de verb. ob. & illa naturalis poterit in iudi-
cio deduci de æquitate canonica in foro eccleſiaſtico. vt in c. 1.
extra de pac. cõiuncto c. nouit. de iudi. & de hoc dic, vt no. Sal.
in l. legem. C. de pac. de quo latius ſcripſi ſupra de act. §. in per-
ſonam. in ver. de conſtituta. dic, vt ibi. Item cum oritur natura-
lis ex ſuperueniente intereſſe accumulatur poſtea ciuilis, & re-
conualeſcit pactum, vt dicũt Guil. Ray. & Ang. in d. l. 1. & ſic ſu
perueniente intereſſe, pactum nullum vr̃ confirmari. vt no. per
doc. in d. §. alteri. allegatur ad hoc l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. ff.
mand. cum gl. & bene facit l. ſi procuratorem. §. mandati. eo. tit.
In contrariũ facit, ſm Lud. l. ſi tibi. §. pactus. cum ibi no. de pac.
vbi ſi ſtipulor extraneo, & poſtea efficiatur hęres meus, & ſic
ſuperueniat intereſſe, nõ conualidatur. Sed dic, ꝙ ille tex. nõ fa-
cit, quia ſuperuenit intereſſe poſt mortem. ſed pro prima parte
do. Io. alleg. l. exiſtimo. §. 1. de ver. obl. ſed nec ille tex. facit, quia
aut ſtipulatur ſibi, & tp̃e ſtipulationis, vel pacti ſua nõ intereat.
iuxta d. §. alteri. & tunc ex ſuperuenienti intereſſe cõualidatur.
d. l. exiſtimo. §. 1. Aut ſtipulatur alteri, & tunc ex ſuperuenienti
intereſſe non conualidatur, quia intentio noſtra, quæ ſumitur
ſcire iura. l. 1. late. de ver. ſig. nũquam fuit acquirere illi, ergo non
conualidatur. Et prædicta procedũt ſm Bar. & Ange. in d. l. 1. de
pac. qñ paciſcor alteri dari, vel fieri, quod nõ eſt meũ, neq; mi-
hi debetur, aliàs aũt ſi erat meum, vel mihi debitum, idem ope-
ratur tale pactum, ſicut mandatum ſimplex. iſte eſt tex. ſm vnũ
intellectum in l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolu. & ſic ille Titius vr̃
conſtitutus procurator meus ad recipiendum. Ex quo ſequitur,
ꝙ tu non poſſes ſoluere Titio effecto procuratori meo tali mo
do, nec inuitũ, licèt adiecto ad ſolutionem me inuitũ ſoluere
poſſes. l. aliud. in fin. de ſolu. & no. in l. Iulianus. §. ſi fundum. de
ver. obl. ¶ Et aduertas, quia dr̃ placitus conſenſus ad differentiã
ſtipulationis, quæ ſtipulatio non dicitur abſolutus conſenſus,
ſed conſenſus verbis ſolennibus declaratus per interrogationẽ
pręcedentem, ſecuta formali reſponſione. l. 1. in prin. & l. ſtipula
tionum. §. ſtipulatio. de verb. obli. & ideo quia ſolus conſenſus,
qui eſt facti, ff. de cura. furio. l. conſilio. §. fina. deſideratur in pa-
ctis, ideo dicitur factum in eis verſari, ſecus eſt in ſtipulatione,
quia totis ſolennitas deſideratur, & ea, quæ ſtipulationem ſub-
ſtãtiat, & plurimum poteſt, & dicitur ius verſari. Hinc eſt, quia
effectum ſtipulationis ſtipulatio tollit ipſo iure, quia quod iu-
ris eſt, alio iure tolli poteſt ipſo iure, quia conſenſus primæuus
qui ſubſtantiat pactum, cum ſit facti, tolli non poteſt. vt dic. l. ſi
vnus. §. pactus. ff. eo. Conſiderandũ tamen eſt, ꝙ licèt in pactis
factum vertatur, tamẽ ex eo ius oritur. ff. de procur. l. licet. §. ea
obligatio. Eſt autem iſtud ius obligatio naturalis, quæ eſt iuris
vinculum. ſupra de obligation. in princip. & in l. naturales.
de act. & obl. hoc ergo ius tollitur, ſed remanet factum inter-
dum habens ipſo iure effectum, & interdum non habens ipſo
iure effectum. vt ecce pactum de non petendo factum fuit,
poſtea

ADDITIO.

29 1. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nun. ¶ † An autem commiſsio de citando, vel ipſa actualis citatio, vel relatio nuntij, vel comparitio partis poſsit fieri tali die? not. Cyn. Bal. & Salyc. d. l. fin. & Bal. in d. l. ſi feriatis. de quo aliquid dixi in d. §. nūtiatio. quinimmo non poteſt fieri exactio, etiam publici debiti. l. omnes dies. & ibi Bal. Salyc. & doc. C. de fer. & talibus feriis non poteſt renuntiari, etiam conſenſu partium, vt habetur in d. l. omnes. pacta tamen, & concordiæ talibus diebus fieri poſſunt. vt d. l. fin. quinimmo omnis actus voluntariæ iuriſdictionis tali die dominico fieri poſſet. d. l. fina. & l. actus. eo. tit. & Saly. in d. l. omnes.
30 ¶ † Qui autem dicantur actus voluntariæ iuriſdictionis, dic, ꝙ emancipatio, adoptio, & ſimiles. & facit l. ſi conſul. ff. de adopt.
31 cum ſimil. ¶ † An autē tali die dominico poſsit pupillo dari tutor? dic, quòd ſic, quando non datur ex inquiſitione, aliàs ſecus. vt no. Bar. & Iac. de Are. in l. nec mandante. ff. de tut. & cur. da. ab his. & ſequitur Saly. in d. l. actus. licèt Bal. dicat contrariū in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iudi. ſed tamen idem Bal. in d. l. actus. tenet cum Batt. Vnde poſſet dici, quòd opinio Bal. procedat in d. l. 1. de iuriſd. omn. iudi. quando fuit tutor datus ex inquiſitione.
32 ¶ † An autem poſsit tali die interponi decretum prætoris ſuper alienatione rerum minoris? Cy. & cōmuniter doc. in d. l. actus. dicunt, quòd non, quia requirit cauſæ cognitionem. l. magis puto. §. nec paſsim. ff. de rebus eorum. Sed Saly. tenet contrarium, quia illa cauſa iudicij non fit ibi in contradictorio iudicio, & ideo nemo citatur: ſed fit ad informationem iudicis, igitur dicitur actus extraiudicialis, & ſic quodammodo poteſt dici contractus. ergo valet, & iſtam opi. Saly. de iure credo veriorē per d. l. actus. coniuncta l. ſi. eo. tit. licèt prima opinio fortè ſeruaretur in practica. Ideo ne erres, nunquam interponas decretum
33 in alienatione minoris in die ſolenni. ¶ † Eſt ſecundum genus feriarum repentinarum, quibus etiam ad ſimilitudinem ſolennium feriarum ceſſat omnis ſtrepitus iudiciarius. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. ex quibus cau. quas ferias repentinas ſolus princeps poteſt indicere. l. a nullo. C. de fer. die, vt ibi & ēt illis feriis non poteſt per partes renuntiari. vt no. glo. ſingu. in clem. ſæpę. de verbo. ſignifi. in verbo, ob neceſsitatem. in ſi. poteſt tamen in iſtis feriis repentinis appellari, quinimmo etiam poteſt dari libellus appellatorius. vt not. omnes doct. in l. 1. C. de fer.
34 ¶ † Ex quo ſequitur, quòd cum feriæ ſolennes, & repentinæ æquiparentur (vt dixi) & in repentinis poteſt dari libellus appellatorius, ita in feriis in honorem Dei introductis. Ita dicunt doc. in d. l. 1. facit l. miles. § ſexaginta. & quod ibi Bar. ff de adul. Et eſt ratio ſecundum Sal. in d. l. 1. quia in porrectione libelli appellatorij, vel in ipſa appellatione, cum tempus ſit continuum, & currat de momento ad momentū. l. a. §. dies. & quod ibi dixi. ff. quando app. ſit. ergo nō requiritur citatio partis, ergo om-
35 ni die fieri poteſt, quod not. ¶ † Eſt & tertium genus feriarum inductarum ob vtilitatem hominum, vt cauſa fructuum colligendorum, vel meſsium, vel vindemiarum, vel caſtanearum. vt no. Bal. in l. 1. ff. de fer. & in iſtis feriis, inuitus quis non cogitur litigare. d. l. 1. ff. de fer. vnde licèt tali tempore quis citetur, citatio valet. quod patet, quia ſi cōparet, & litigat, valebit proceſſus. ſin autem non comparebit, & ſic erit cōtumax, & iudex proceſsit in cauſa, proceſſus ipſo iure eſt nullus. Idem ſi cōparuit, & oppoſuit de feriis, & ſi non voluit litigare, proceſſus factus non valet, d. l. 1. poſt princ. Et eſt aduertendum, ꝙ non ſolum in cauſa priuatorum, ſed etiam in cauſa vniuerſitatis obſtant prædictæ feriæ. vt no. gl. in verſi. occupati. ibi, impulſiua. in l. 1. ff. de fe. & ita tenet ibi Bal. licèt dicat, ꝙ aliqui canoniſtæ dicant contrarium in c. ſi. de iu. & malè ſm eum. ¶ Sed aduertas tu, ꝙ hoc intelligo in cauſa vniuerſitatis priuatę, nā in cauſa publica, vel fiſcali, nō obſtant dictæ feriæ. vt eſt tex. in l. publicas. C. de fer. & ita poteſt intelligi dictum c. ſin. In priuatis autem vniuerſitati-
36 bus, dic, vt ibi plenè habetur. † Secundò tene menti, ꝙ talis exceptio feriarum poteſt in quacunque parte iudiciali opponi. vt d. l. 1. §. ſed excipiuntur. cum gl. In hoc tamen cōcludas. Aut renuntiauit quis feriis expreſsè, & ſimpliciter, & tunc amplius ferias allegare non poterit, nec poteſt de eis opponere, quia quilibet

ADDITIO.

a Feriarum. Adde an feriæ faciant dormire compromiſſum, per Bal. in conſi. 6. in 3. lib. & an feriæ dicantur dies vtiles, quando renūtiatum eſt feriis ipſis, per eundem Bal. in conſi. 423. eo. lib. 3. ibi, quæritur, ſi eſt renuntiatum. ſed adde de feriis in honorem Dei aliud conſilium Bal. 227. quod incipit, alia captura. & ſi eſt feriis renuntiatum, an illud tempus cenſeatur vtile, vel continuum, aliud conſil. 498. quod incip. Ciuitatis. Papiæ. eo. lib. 3.

quilibet poteſt iuri ſuo renunciare. l.pe.C. de pac. Aut non re-
nunciauit expreſſè, nec ſimpliciter, ſed ſimpliciter citatus com
paruit, & reſpondit libello, & lis conteſt. eſt, & alium actum
iudiciarium fecit, non tamen propter hoc præiudicatur ſibi,
quin in reſiduo proceſſus, ſi non voluerit, poſſit opponere præ
dictam exceptionem feriarum, cum quilibet actus iudiciarius
ſit de per ſe perfectus. Ita dixit Bal.in d.§. ſed excipiuntur. ad-
das tamen quod infra dicam. Tertiò conſidera, quod dicto tpe
nullus cogitur litigare, niſi res, vel actio, vel ius actoris eſſet il-
lo tempore petiturum, & eatenus cogitur litigare vſq; lit.con
teſt. & ſic donec præſcriptio eſt interrupta, & actio dicitur eſſe
perpetua. ut d.l.1.in fin.facit l.ſi ſeruum. §. videamus.ff. de uer.
ob. & inuitus non cogitur reus ulterius litigare. de hoc tamen
qualiter intelligatur, vide quod ſcripſit Bal. & Ange. in d.§.ſed
excipiuntur. In multis tamen caſibus poteſt talibus ferijs litiga
ri, de quibus fit mentio in l.2. & 3.ff. de ferijs. in quibus caſib. de
talibus ferijs poſſit cognoſci. vide Bar. per modum doctrinę in
37 l.diuus.ff. de fer. ¶ † An autem illis caſibus poſſit prouideri die
dominico? & glo. in l.omnes. C. de fer. quam ſequitur ibi Bal. te
net, ſi non, quod intelligas verum, qñ eſſet aliquis actus, in quo
requireretur aliqualis cauſæ cognitio; alias aūt poſſet ille actus
et die dñico per iudicem expediri, vt dixi ſupra de tutore dato
ſine inquiſitione. hoc eſt qñ eſſet actus pius, & fauorabilis. vt
no. in c.fin. de iud. facit c.fi. de fer. & quod ibi per doc. Ibi dixit
Bar. in l.diuus: quod no. inter quos caſus eſt caſus, in quo tali-
bus ferijs non obſtantibus poteſt peti executio ſententiæ, & ſic
ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poteſt peti executio-
ni mandari, vt patet in c.fi. de iud. Ita dixit Bar. in l.omnes dies.
C. de fer. & in l.1.§. nūtiatio.ff. de non. ope. nun. in ver. oppono
ad tertium reſpōſum &c. & hoc voluit Aut. de But. & commu
niter Cano. in c.fi. de iud. & tu potes allegare rationem, quia tā
li caſu non agitur de cognoſcendo, ſed de iam cognito, & de i-
pſo exequendo. Facit quod no. Bar. in l.à diuo Pio. in princ. de re
iud. & l.ſi vt proponis. & l. executorem. & ibi latè Bald. C. de
execu. rei iudic. Intantum quòd ſi fieri deberet captura perſo-
næ propter ſuſpicionem fugæ, dicendum eſt, quòd non tantum in
dictis ferijs in volontem hominum inductis, ſed etiam in hono
rem Dei fieri poteſt, non vt litiget reus, etiam volens, ſed ut ſa-
tiſdet de iudicio ſiſti, alias carcerabitur. Ita voluit glo. ord. quā
omnes doct. ſequuntur in l.fin. C. de fer. & hoc voluit Bar. in
l.ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cre. & Bald. in l. ſi
feriatis.ff. de ferijs. de huiuſmodi captura propter fugam, vide
38 quod ſcripſi in inſt. de act. in princ. ¶ † Quæro, an procurator con
ſtitutus ad lites poſſit ferijs inductis in utilitatem hominum re-
nunciare? & videtur, quòd ſic, quia iſta videtur exceptio dilatoria:
facit quod notat l.exceptionem. C. de prob. coniuncta l. ita de
mum. C. de procu. & clarum eſt, quòd procurator poteſt omittere
exceptionem dilatoriam. l.ſi fideiuſſor. §. quædam.ff. mand. & l.
de pupillo. §. fin. cum l.ſeq.ff. de no. ope. nunc. igitur &c. quod
intelligas verū, niſi talis omiſſio eſſet domino periculoſa, ut ſi
tunc dominus non habebat exceptiones paratas, vel probatio-
nes, quas nunc habet in l.3. §. cauſæ, de Carbo. vel forte habet
nunc iudicem gratioſiorem & propitium, quem tunc non ha-
bebat, & noſtra intereſt habere iudicem propitium. l.apertiſſi-
mi. C. de iud. coniuncta l.denunciaſſe. §. fin. de adulte. Ita dixit
Ang. in d.l.3.ff. de ferijs. Addas, tu cū off. iud. ſit latiſſimum. l.1. &
quod ibi per doc.ff. de iuriſd. om. iud. talis nanque renuntiatio
diceretur quædā donatio. l.ſi quis delegauerit. de donat. quod
procuratori non permittitur, nec videtur in mandato quantum
cunque latiſſimo. l.contra iuris regu. §. fi. cum ibi not.ff. de pac.
l.filiusfa. & ibi Bar. & doc.ff. de dona. & l.creditor. §. Lucius.ff.
39 mand. ¶ † Tene menti, quòd qñ valeret renuntiatio feriarum,
& fuerit renuntiatum ferijs, intelligitur illis tūc vigentibus, nō
autem futuris, niſi expreſsè dicatur, renuntio ferijs inductis, &
inducendis, vel ſi ſint alia verba reſpicientia futurum, arg. l.ſi à
colono.ff. de verb. ob. ita dicit Bar. in l.1.ff. de fer. & in l.ſi ita. de
auro & arg. leg. Dic tamen de hoc, vt latius infra dicam. & talis
renuntiatio partium non nocet teſtibus, qui inuiti non cogun-
tur venire ad teſtificandum. ut no. gl. in d.l.1.ff. de fe. & ibi doc.
& Sal. in d.l.omnes. ¶ In hoc autē articulo, an renuntiando fe-
rijs, videatur renunciaſſe ferijs meſſiū, & vindemiarum ſimul,
vel quibus? Sal. in d.l.omnes. concludit. Aut quis renūtiat alteri
earum tantum, & tunc illis ſoli, & non alijs intelligitur renun-
ciaſſe. l.ſi unus. §. ante omnia.ff. de pac. Aut renuntiauit ſimplici
ter ferijs, & tūc aut intra tempus feriarū meſſiū, vel vindemia-
rum, & tunc illis ſolis, intra quas erat, intelligitur renuntiaſſe,
& non alijs, niſi dixiſſet præſentibus, & futuris. d.l.ſi à colono.
Item quia renuntiatio eſt de iure ſpeciali contra ius cōmune,
igitur reſtringenda, in Auc. de non alie. §. quia verò veriſimile.
Item quia ſatis habet in quo præiudicet de præſenti, ideo ad fu
tura non debet extendi. l.ſi dominus.ff. de ſer. vrb. præd. l. fun-
dus, qui locatus.ff. de fundo inſtr. & quia contra eum debet fie-
ri interpretatio, cuius fauorem concernit generalis prolatio. l.
veteribus.ff. de pac. Aut renuntians erat extra ferias, licèt in iu-
dicio, vel in cōtractu renūtiauit per pactum ſimpliciter ferijs,
& tunc non eſt dubium, quòd intelligitur renuntiatum ferijs, & va
40 let renuntiatio. ¶ † Sed dubium eſt, an intelligatur de proximis
tm̄, an etiam de oībus poſtea ſecutis indifferēter; & videtur, quòd
de proximis tantum. per l.eum qui calendas. in prin.ff. de ver. ob.
ſed contrarium tenet Sal. in d.l.omnes. quia conuentio de re facien
da in dubio eſt in arbitrio creditoris, & eius tēpus, & quia om-
ne tēpus feriarum cōcernit, igitur & tpˢ feriarum, quibus renū
tiauit, & cōueniri poſſe voluit, ſimiliter eſt in arbitrio credito-
ris. ar. de teſt. mil. l.ſi Titius. Tu alle. l.2. §. 1.ff. de eo quod cer. lo-
co. & ſic ferijs omnibus, quæ habent impedire eius cōuentionē
in iudicio cum eo agitando, dicitur renuntiaſſe, & ſic non ſolū
proximis, ſed futuris occurrentibus ſm illius tēpus. Nec obſ. d.
l.eum qui calendas. quia ibi, quòd de proximis intelligatur, eſt fa-
uore creditoris ex neceſſitate inductū, alias ſtipulatio redderet
inutilis. vt ibi no. in caſu noſtro eſt totum ecōtra, igitur &c. qđ
no. ¶ Et aduertas ad id, quod dixi, quòd talis renuntiatio non nocet
teſtibus. multū facit quod dixi ſupra in materia prorogationis,
41 quòd prorogatio partium non nocet teſtibus. ¶ † Sed dubium hic
inſurgit, an talis renūtiatio feriarum facta per principalem no
ceat fideiuſſoribus; videtur, quòd ſic attēta ratione gl. & doc. in d.
l.1.ff. de fe. videlicet, quòd talis renuntiatio non præiudicat teſti-
bus, vt dixi, quia cogerētur inuiti illo tempore in iudicio veni-
re ad teſtificādum, quę ratio ceſſat in fideiuſſore, qui nō cogi-
tur venire; igitur forte pōt dici, quòd in fideiuſſore cōtractus talis
renuntiatio non nocet. arg. l.fi.ff. de pac. & in fideiuſſore de iu-
dicato ſoluēdo ſic. arg. no. in l.fi. C. de vſu. rei iud. & in l.1. & ibi
latè Bar.ff. iudica. ſol. Nam reus dicitur eſſe in culpa, qui nō op
ponit exceptionē ſibi competentem. l.ſi fideiuſſor. in prin. & in
§. 1. & facit l.idemq;. in §. & generaliter. ſupra manda. Nam tūc
tpe feriarum forte fideiuſſor habebat defenſiones, & probatio
nes in promptu, quas de præſenti nō habet, vt ſup. dixi, qñ pro
42 curator renuntiat ferijs, igitur &c. cogita. ¶ † Vltimò, an die do-
a minico poſſit fieri citatio, [a] vel remiſſio citationis pro die iuri-
dica, vel econtrā, an die iuridica pro die feriata in honorem
Dei? Dic, vt plenè habetur per Barto. Angel. & do. meos, in l.1.
§. nūtiatio. de no. ope. nunt. & per Cy. Bal. & Sal. in l.fi. C. de fer.
& per Cano. in c.fi. de fe. No. ergo bene iſtam glo. vſq; ad iſtam
partem, cum alijs gl. ſimilibus ſupra alleg. quæ enumerant mul
tos caſus, in quibus exceptio poteſt opponi poſt ſententiam, licèt
ſententia tranſierit in rem iudicatam, & etiam poſt quadri-
meſtre tempus, vt dixi. ¶ Addas tu, quòd non tantum in dictis caſi-
bus poteſt exceptio opponi poſt ſententiam, quę tranſiuit in rē
iudicatam, ſed etiā omnibus caſibus regulariter, ex quibus op-
ponendo non deuenitur contra ſententiā, vt eſt caſus, & ibi Bar.
Bal. Ang. & do. Pau. de Caſt. in l. ſi fullo.ff. de condi. ſine cauſa.
43 ¶ † Ex quo ſequitur, quòd hæres conuentus, & condemnatus in-
ſolidum, qui non oppoſuit de inuentario, poteſt opponere in
executione beneficium inuentarij. no. Barto. & doct. in l.ex di-
uerſo. §. fin.ff. ſolu. mat. l.Neſennius. §. fin.ff. de re iudi. & in l.fi.
in fi. de confeſ. & no. Ang. & do. Io. in l.1. §. huiuſmodi ſtipula-
tio.ff. ſi cui pluſquam; per l.Fal. & no. doc. in l.fi. §. in cōputatio-
ne. C. de iure del. & dixi ſupra de ac. in §. ſunt præterea. quod no.
44 ¶ † Quid de exceptione ceſſionis actionū, qñ poteſt opponi? &
dic, quòd poteſt opponi etiam poſt ſententiam. l.ſi fideicommiſſi.ff.
de iu. & no. Bar. & ibi doc. in l.ſi res obligata. de leg. 1. quinim-
mo & fortius talis exceptio etiam per executionem non exclu
deretur, vt eleganter dixit Bar. in d.l.ſi res obligata. in fi. & hoc
eſt mirum, quia propter hoc nō impugnatur modo aliquo ſen
tentia, vt ſup. dixi, igitur &c. Idem de exceptione compenſatio
nis, niſi prius fuerit de ea cognitum. l.quod in diem. §. 1.ff. de cō
pen. & ibi Bar. & l.ſi autem. §. fi. & ibi Bar. & doct. de neg. geſt.
ita dixit Saly. in l.ab executione. in fi.ff. quorum appel. nō reci.
45 ¶ † In hac autē exceptione compēſationis, quō formetur ipſa ex
ceptio in practica, vide quæ ſcripſi ſupra de actio. §. in bonæ fi-
dei.

ADDITIO.

a Citatio. Adde an citatio illegitimè facta irritet proceſſum, per Bald. in conſ. 207. in prin. quod incip. in a, & an ſententia lata per Principem requirat citationem, vide in alio conſ. 256. per eundem, col. 2. incip. factum &c. & quando præſumatur præceſſiſſe in ſententia, vide Phi. Dec. in conſ. 41, col. 10 adde etiam per Alexand. de Imol. an citatio facta non ſeruata forma perquiſitionis perſonæ valeat, in conſ. 2. 3. lib. ibi, & prima citatio.

dei.in ver.& erit practica.& ver.vnde erit aduertendũm.quod
eſt verum,prçterquam quando opponitur exceptio compẽſa-
tionis fructuum,ꝙ extenuare debeat ſortem. iuxta. l.1.& 2. cũ
ibi no.per doc.de pigno.act.quia debet opponi,ꝙ dicti fructus
ſont conſumpti, vel ꝙ à die perceptionis tranſiuit trienniũ, ex
quo conſumpti præſumuntur à iure,iuxta.l.1.cũ gl.C. ſi aduer.
vſuca.& l.3.§.fructus.& ibi gl.Bar.& doc.ff.de vſuca.aliàs ine-
ptè exciperet, vel obijceret de dicta cõpẽſatione. Ita dixit Bar.
Raph.& Lud.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.mat.¶Et vtrũ
iſta ſit exceptio peremptoria, & an poſſit opponi poſt ſentẽtiã
latam contra debitorem,Bald.in l.peremptorias.C.ſen. reſcin.
non poſ.in ver.extra quæro de tali exceptione, nunquid exce-
ptio &c.Primò arguit,ꝙ poſſit poſt ſentẽtiam opponi,quia di
citur ſententia compenſationis,ſiue imputationis.l.qui aliena.
in princ.ff.de neg.geſt. In contrarium arguit, ꝙ videtur conſu-
mere effectum, ſeu condemnationem, quatenus concurreret,
& concludit,ꝙ iſta quçſtio videtur eſſe ſimilis ei,qui bis ſoluit.
de quo no.in l.Iulianus.in 1.gl. & ibi omnino vide Barto.ff.de
condi.inde.& ideo dicit, ꝙ fructus poſſunt cõdici, licèt excipi
non poſſint.Sed ego credo contrarium, ꝙ immo cum dicti fru
ctus conſumpti ipſo iure extenuauerint ſortem ſine aliqua op-
poſitione.vt eſt text. in l.1.C. de diſtractio.pig.ibi,ipſo iure,ꝙ
quamuis fuerit lata ſententia contra debitorem ad ſortem,po-
teſt opponere compenſationem factam a iure de fructibus, qđ
eſt verum,ſi pendente iudicio non fuerit oppoſitum,& cogni-
tum.vt d.l.quod in diem.§.1.de cõpen.Ac etiam dicti fructus,
ſi eſſent conſumpti,non poſſent condici,licèt Bald. dixerit con
46 trarium, vt dicitur in d.§.ob donationes.igitur &c. ¶†In hoc
autem articulo,an exceptio peremptoria poſſit opponi,etiam
poſt ſententiam,diſtingue.aut exceptio,quæ opponitur,ſuper-
uenit poſt ſententiam,& clarum eſt,ꝙ poteſt opponi.ff. de ꝯd.
ind.l.eleganter.§.ſi quis poſt.de tranſac.l.& poſt.C.de re iudi.l.
1.& facit l.1. cum ibi not. C. de ſatiſd. Aut ante competebat, &
tunc aut ille reddit iudicium retro nullum, & adhuc poteſt.C.
de iud.l.licet.& C.de procu.l.licet.& C.ſi à non compe.iud. ꝑ
totum. aut non reddit iudicium retro nullum, & tunc agitur
aut actione primæua, & idem ꝫ & ſibi imputet qui tali actione
egit.C.ſi plures vna ſen.l.1.& not. C.de vſu.rei iud.l.ſi.per ſen-
tentiam condemnatoriam non tollitur actio primæua.l.4.§. ſi
ea conuentione.ff.de re iudi. & ideo poteſt agi actione primæ-
ua,& actione iudicati.vt §.ait prætor.eadem l.& l.miles.§.iudi
cati.& l.intra dies.& ibi Bar. & l. à diuo Pio. & ibi doc.ff. de re
iud.aut nõ egit primæua,ſed actione in factum,vel iudicati. vt
d.§.iudicati.Tunc ſi exceptione non contradicit ſententiæ, po-
teſt opponi quandocunque.ff.de re iud.l.Neſennius.§.ſi.& glo.
Bar.& doc.ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſores.§.idem reſpondit.ff. ſolu.
ma.l.ex diuerſo.§.fin.& ibi Bar.& doc.l.ſi fullo.ff.de condi.ſine
cau.& ibi Bar.Angel. & Pau.de Caſtr. Si verò contradicit ſen-
tentiæ, tunc aut opponitur per beneficium reſtitutionis inter-
poſitæ,& opponi poteſt.ff. de mi. l. minor vigintiquinq; annis,
omiſſam.Aut per beneficium appellationis interpoſitæ,& tunc
adhuc poteſt opponi.C.de tempo.app.l.per hanc.& ibi gloſ.&
omnes doct.quia exceptio peremptoria,quæ non fuit oppoſita
in prima inſtantia, ſiue in primo iudicio, poteſt opponi in iu-
dicio appellationis, dummodo malitioſè non fuerit in prima
inſtantia omiſſa.vt no.Hoſt.& Ioan.And.in ca.inter,de re iudi.
pro hoc allega no.tex.in ſimili in l.de rebus. in gl. & ibi Barto.
Bald.& doct.ff.de arb.& facit quod habetur in ca.cum Ioan.de
fide inſtru. Aut intentare vult dictam exceptionem præter ali-
quem de dictis modis, & regulariter poſt ſententiam opponi
non poteſt.d.l.peremptorias.quia vſque ad ſententiam,& non
poſt ſententiam regulariter opponi poteſt.¶Fallit in milite.d.l.
1.C.de iur.& fac.igno.Et in exceptione Macedoniani,& Velle-
iani.l.tam & ſi.cum ibi not.ff.ad Macedo.& alijs caſibus, vt dixi
ſupra.Iſta ſunt de mẽte Sal.aliquibus additis in d.l.1.C. de iur.
& fac.igno.¶Debemus itaq; hic declarare materiam exceptio-
47 nis peremptoriæ.† Primò ergo videndum eſt,vnde dicitur pe-
remptoria? & reſpondeo,ꝙ dicitur peremptoria,quia negotiũ
principale perimit,vel perſonam, ſine qua negotium,ſiue iudi
cium non ſubſiſtit.vt no.Inno.de cõſti.c. cum veniſſent.& Bal.
in d.l.peremptorias.in princ.& ſic vnum de tribus cauſantibus
iudicium perimit vel excludit,videlicet,vel perſonam iudicis,
aut actoris,vel rei.vt c.forus.de verb.ſig.Ita dicunt Bal.& Saly.
in d.l.exceptionem.C.de prob.vt dixi ſupra in prin.huius §. &
ſic ſi opponitur,ꝙ non poteſt eſſe iudex, vel ꝙ actor, vel reus
nõ poteſt ſtare in iudicio,& aliqua eorum perſona excluditur,
dicitur exceptio peremptoria:de quibus exceptionibus contra
perſonas, ex quibus cauſatur iudicium, dicã infra proximo §.

48 ¶Secundò aduerte, ꝙ † terminus, vſque ad quem regulariter
poſſunt exceptiones peremptoriæ opponi, eſt vſque ad ſenten
tiam,vel rectius vſque ad cõcluſionem in cauſa.d.l.perempto-
rias.vt dixi ſupra,circa principium huius §.Et eſt ratio,quia cũ
contineat merita cauſæ,ergo ante ſententiam diſcuti debet.l.ſi.
C.de ſenten.ex breu.reci.Ita dicunt Cyn.Bal.& Sal.in d. l.exce
ptionem.& Bal.in d.l.peremptorias. poſt principium. ibi, ſed
quæ eſt ratio.Sed terminus, à quo poteſt peremptoria opponi,
eſt in arbitrio rei, vtrum opponat ante litem conteſt.poſtea ꝓ
bandã,an proponat & poſt litem conteſtatam probandã & po
ſtea.d.l.exceptionẽ.de proba.& ibi Cy.gl.Bar. Bal. Sal.& Ang.
ita dicit etiam Bald.in d.l.peremptorias.in prin.Et ibidem vo-
luit Sal.Sed ꝙ dixi terminum,vſq; ad quem,eſſe vſque ad ſen-
tentiam,intelligas verum,ſm Ang.& doc.in d.l.peremptorias.
niſi certus terminus ſit ꝑfixus per iudicem,intra quem debeat
opponere,& probare.de quo dixi in iſto §. circa principium.
in ver.in ea.gl.ibi,ſi ante ſententiam &c. Dic,vt ibi plenè dixi.
Aduerte tamẽ tu cauſidice ne erres,ꝙ peremptoria(vt dixi)po
teſt opponi etiam ante litem conteſtatam,licèt non ſit neceſſe,
quia cum nondum ſit proceſſus ante litem conteſtatam.l.pro-
perandum.C.de iudi.l.1.cũ glo.eo.ti.non poteſt dici, ꝙ oppo-
natur ad proceſſum, niſi eſſet de his exceptionibus, quæ habẽt
naturam miſtam,vt infra dicam.ſed poſt litem conteſtatam de
bet de neceſſitate proponi, & probari intra tempus legitimũ
& ſic vſque ad ſententiam ,vel concluſionem in cauſa debent
proponi ad merita cauſæ, id eſt ad impugnandum cauſam, &
ideo dicuntur peremptoriç, quia aliqñ etiam perimũt actoris
49 petitionem, nõ ſolum negotium principale.¶†Quçro,quõ co
gnoſcetur de huiuſmodi exceptionibus peremptorijs?Reſpõd.
ꝙ de his exceptionibus cognoſcitur vnà cũ negotio principa-
li,& nõ ſeorſum à cauſa principali.Et in hoc differunt ab exce
ptionibus dilatorijs,vt in exemplo,in exceptione præſcriptio-
nis,vel ſimili.ita vult gl.Cy.Sal.& Bal.in d.l.exceptionẽ.in prĩ.
& l.ſi quidem.C. de excep. Et aduerte ad ea, quæ dixi, ꝙ exce-
ptiones peremptoriæ,licèt poſſint aliqñ proponi ante litẽ ꝯte
ſta.tamen probari debent poſt litem conteſtatã, quia prædicta
procedũt,niſi exceptio peremptoria eſſet notoria, quia poteſt
opponi,& deduci,& allegari ante litem cõteſt.vt no.gl.in ver.
forſan.c.ſuper literis.de reſcri.& Bar. in l.1.ff. de excep. alleg.
c.tuas.de app.facit cap.quoniam.de fil.presby. ¶ Secundò dixi
ſupra, ꝙ talis exceptio peremptoria , quia perimit intentio-
nem actoris.d.l.1.ff.de excep.regulariter examinatur cum prin
cipali negotio. d.l.exceptionem , iuncta d. l. peremptorias.
50 ¶†Quæro,an ſit aliqua exceptio peremptoria, quæ poſſit exa-
minari ſeorſum à principali . Iſtam quæſtionem mouit Bald.
in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vti.pub.ver.ſeptimò quæ
ritur,an ſit aliqua exceptio.Et primò arguit,ꝙ non, quia prius
debet examinari actio, quàm exceptio.C.de exce. l.ſi quidem.
In contrarium videtur, nam etiam peremptoria exceptio ali-
quando examinatur ſeorſum à principali.C. ad l. fla. de plag.l.
præſes.vnde concludit. Aut iſta exceptio peremptoria opponi
tur in genere contra ſpeciem , aut opponitur in ſpecie contra
genus,aut in genere contra genus,aut opponitur in ſpecie cõ-
tra ſpeciem . Primo caſu ,quando opponitur in genere contra
ſpeciem, verbi gratia,peto decem ex cauſa mutui, tu producis
inſtrumentum generalis refutationis,certè iſta exceptio gene-
ralis non præſupponit ſpeciem ſpecificè,ideo poteſt examina-
ri,non tangendo factum principale . Vnde ſi ante litem conte-
ſtatam producitur inſtrumentum generalis refutationis,iudex
non debet procedere ad conteſtationem litis,ſic intelligitur c.
exceptionem obijciens . de regu. iur. in 6. Si autem opponatur
exceptio in ſpecie contra genus , & cum de neceſſitate conti-
neat ſpeciẽ, tũc nõ poteſt ſeorſum examinari à negotio princi
pali. Et idẽ ſi in genere opponatur ꝯ genus, vel in ſpecie ꝯ ſpe-
ciẽ.facit quod habetur in l.tres fratres.ff. de pac. l.licet. de iud.
Ex quo poteſt inferri, ꝙ iſtis vltimis tribus caſibus,etiã ſi ante
litẽ cõteſtatam opponatur, nihilominus iudex coget reũ litem
conteſtari,non obſtante dicta exceptione, & primò deducetur
ius actoris,& demum ſuper dicta exceptione cognoſcitur.d.l.
exceptionem.Et hoc dr̃ fore verum,quando opponatur de eo,
quod decidit totam litẽ.ſed qñ decidit partẽ litis,tunc propriè
loquitur.C.de iur.& fact. igno. l.cum falſa.ſm vnũ intellectum:
vt ff.de min.l.intra vtile. Nam minor çtas poteſt examinari ſe-
orſum a lçſione,& per cõſequens beneficio reſtitutionis in in-
teg. Idem dicendũ eſt in d.l.præſes . Nam quçſtio dñij põt exa-
minari ſeorſum a crimine plagij,quia non habet eandẽ radicẽ,
& quia per aliam rõnem debet reddi cauſa teſtimonij, & pro
bationis.Et ex his apparet,quãdo exceptio,quæ opponitur, &
perimi-

perimitur,opponi poteſt,& examinari ſeorſum à principali,&
quando nõ.Sed ſi denegetur,quia denegare propriè nõ eſt exci
pere,ſed eſt defendere.Facit quod no.Bar.in l.ſi dubitet.§.1.de
fideiuſſo.Et facit qđ dixi de ver. defenſionis. ſupra in rub. poſt
principium,tũc certum eſt,ꝙ eadem eſt examinatio affirmati-
51 uè,& negatiuè.clem.teſtibus.de teſtibus. ¶†Quærũt Bal.Sal.in
d.l.peremptorias.quia (vt dixi) terminus ad proponẽdas perẽ-
ptorias eſt vſque ad ſententiam. Si iudex poſt ſententiam admi
ſit,valet ne admiſſio? Et reſpondet, ꝙ non, quia iudex eſt fun-
ctus officio ſuo.l.iudex.ff.de re iud. Nec poteſt ſententiam diffi
nitiuam latam reſcindere.l.1.& per totum.C.ſenten.reſcin. nõ
poſ.licèt poſt terminum à ſe datum poſſit illã admittere altera
parte præſente, vel legitimè citata.facit quod no. Bar. in l. nec
quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.procon. & ſe.& in l.ſcien-
dum.& ibi dixi.ff.de no.ope. nun.quia cum aſſignatio termini
habeat vim interlocutoriæ,videtur iudex putaſſe ſe partẽ gra-
uaſſe,vnde tale grauamen cauſa cognita reuocat ipſo facto,ad
52 mittendo reum poſt dictum terminum. ¶†Quęro,qñ eſt poſ-
ſibile,ꝙ peremptoria poſſit opponi,& probari vſq; ad ſenten-
tiam,& ſic poſt publicationem proceſſus,cum ꝓbari tunc non
poſſit pp timorẽ ſubornationis.auc.qui ſemel.C. de proba. &
in corpore vnde ſumitur;etiã,nõ poteſt probari conſenſu par-
tium,quia timore ſubornationis hoc introductum eſt, ne falſi-
tas cõmittatur,vt ibi,ergo fauore publico, ne delicta commit-
tantur,ergo partes non poſſunt renuntiare.l.iuriſgentium.§. ſi
paciſcar.ff.de pac.Ita dicit Ange.in d.auc. qui ſemel.quod not.
¶Et aduertas,ꝙ Bal.& Sal.in d.l.peremptorias,dicunt, aut vult
prædictam exceptionem probare per confeſſionem partis,vel
per inſtrumẽta,& ſcripturas, & poteſt.Aut vult probare per te
ſtes,& ſuper eiſdem capitulis,& non poteſt teſtes inducere,ſed
ſuper diuerſis,ſic etiam in prima inſtãtia. Et quę dicantur eadẽ
capitula,& quę diuerſa,vide gl. Cyn.Bar.Bal. Ang. & Sal.in d.
auc.qui ſemel.& per omnes doc.in l.per hanc.C.de tẽpo. app.
& in c.fraternitatis.& ibi doc.de teſt. Et ad prædicta vide gloſ.
53 ord.in l.officium.ff.de rei vend.Et aduertas,quòd dicitur † no-
uum capitulum,quod non comprehẽditur ſub primo, vel ſub
capitulis partis aduerſę tacitè,mentaliter, vel expreſsè faciens
ad cauſam,tunc tam in cauſa appellationis.vt d. l. per hanc.
quàm etiam in principali poſſunt teſtes produci.l.exceptionẽ.
C.de prob. ſuper capitulis verò antiquis, vel quæ includuntur
in antiquis,non poſſunt produci teſtes,etiam in cauſa appella-
tionis. dicuntur aũt ſuper antiquis comprehendi, qñ antiquus
articulus probatus non fundat intentionem ponentis,niſi pro-
betur vltra id,quod in articulo deducitur:vt puta,quis dicit rẽ
ad ſe pertinere ex longa præſcriptione,.vnde licèt probet lon-
gęuam poſſeſſionem,nõ ſufficit,niſi etiam probet titulũ. vnde
ſi probauit titulum , nec teſtes fuerunt ſuper titulo examinati,
tunc ijdem teſtes examinati, & non noui teſtes poterunt ſuper
titulo examinari,nã imputał parti, cur alios teſtes nõ inducit,
ſed non imputatur iudici,quare non examinauit, etiam ſup ti
tulo,igitur &c.Ita etiam dixit Ang.in d. auc. qui ſemel. Nouus
verò articulus dicitur,qñ de neceſſitate facti comprehenditur
ſub primo,& nõ de neceſſitate iuris, vt ſi poſui, ꝙ mutuaui ti-
bi decẽ,& nõ poſui tẽpus,poſſum poſtea ſuper tẽpus teſtes in-
ducere,quia poſſum probare mutuum abſq; tpe. l.teſtiũ.C. de
teſtib.Quędam aũt ſunt,quæ poſſunt adeſſe,& abeſſe circa con
tractum, vt ſunt qualitates,facit l.pacta conuenta.ff.de cõtrah.
emp.tunc poſſunt teſtes de nouo ſuper hoc produci,c.venis.de
teſt.Ita dixit Bar.& doc.in d.auc. qui ſemel. quod perpetuò re-
54 ne menti. † Quęro, condemnatus eſt venditor ad rem traden-
dam,nunquid poſt ſentẽtiam poſſit opponere exceptionẽ pre-
tij nõ ſoluti?& Bar.in l.ſi duo patroni.in §.ſi quis.ff. de iureiur.
tenet,ꝙ nõ, quia exceptio peremptoria debet opponi ante ſen
tentiam,& nõ poſt.Sed Sal.& ibi Bal.in d.l.perẽptorias. in ver.
quæro,condemnatus eſt venditor &c.tenet cõtrarium,quia cũ
iure pignoris poſſit venditor rẽ retinere.l.Iulia.§. offerri.ff. de
act.empt.Et de iſta exceptione non eſt pronuntiatum, ergo po
teſt opponi.l.ſextãre.§.Latinus.ff.de exce.rei iud.Præterea pre-
tium debetur ex eodẽ fonte, e a quo agitur, vt ff. de euic. l.& ſi
poſt.& l.1.§.1.ff.de exce.rei iud.Et ita dolo facit emptor poſt ſẽ
tentiam non ſoluendo pretium,ſicut ante,vnde exceptio oppo
nitur,quaſi ex nouo dolo.ff.de do.exce.l.pater.§.ex quadrante.
Dic plenius per Bal.in d.l.peremptorias. Et hanc ſentẽtiam eſt
etiam ſecutus Sal.in l.1.C.de iur.& fac. igno. Tu dicas,aut em-
ptor petendo rem emptam obtulit pretiũ. vt d.§.offerri. & tũc
in executione venditor non cogetur præſtare rem venditam,
niſi præſtetur ipſum pretium.l.ex empto.ff.de act.emp.in prin.
Aut non obtulit, & fuit admiſſus, & tunc aut per venditorem
fuit oppoſitum de pretio,& ſuper eo plenè diſcuſſum, & tunc
ſi ſententia ſimpliciter feratur , ꝙ debeat præſtare rem uendi-
tam, non poterit poſtea venditor opponere exceptionem pre-
tij non ſoluti, aliàs ſecus. arg.no.in l.pe. & ibi Bal.ff. de his qui
ſunt ſui,vel alie.iuris.& in l.ſi autem.§.ſi.& ibi gl.Bart.& doct.
55 ff.de neg.geſt.in l.quod in diem.§.1.de compenſa.¶†Quid ſi iu
dex dicit, cõdemno te ad decem, reſeruatis tibi exceptionibus
ſolutionis,& pacti, quibus probatis, ex nunc prout ex tunc te
abſoluo,an valeat iſta ſententia? videtur,ꝙ non,quia reſeruat
exceptionẽ peremptoriam poſt ſententiam, contra d.l.peremp-
torias, ac etiam quia ordo videtur peruerſus. In contrarium
videtur, quia totum hoc eſt ſententia diffinitiua, vnde ei ſtan-
dum eſt,ſi non appellatur. Vnde Bal.in d.l.perẽptorias. in ver.
quæro,iudex tulit ſententiam hoc modo &c.concludit ex cau-
ſa iudicem hoc facere poſſe, vt putà,ſi intra tempus ſtatutum a
iure debuit cauſam expedire,& ſibi nondum plenè liquebat.fa
cit l.ſi de meis.§.ſi.cum gl.ff.de arb.l. Pomponius ſi uni.ff. de re
in.& quod no.Bar.in l.prætor ait.§.1.ff.de re iu.ꝙ quãdocunq;
fiet probatio,fingetur facta ante ſententiam,quia conditio fin-
gitur retro.facit l.huiuſmodi.& quod ibi not.ff.de uerb. obl.&c.
de reſeruatione exceptionũ.vide tu quod not.Bart. & doct. in
56 l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.in ſi.ff.ad Treb.¶†Quæro,vtrum
exceptio,ꝙ bannitus, vel non ſoluens collectas non audiał, ſit
exceptio perẽptoria?& Bal.in d.l.perẽptorias.ver. quæro vtrũ
exceptio,ꝙ bannitus &c.dicit,quòd non, qa licèt iudex pronũ
tiet eam non obſtare,tñ ſi contingat eum abſolui a banno,poſ-
ſet de nouo agere,niſi bannum eſſet perpetuum, quia tunc ex-
ceptio eſſet perpetua,ergo peremptoria : quia omnis exceptio
perpetua eſt peremptoria, pro quo facit l.ſufficit.ff.de ꝯdi.ind.
quinimmo ẽt tali caſu tenet Bal.quòd nõ ſit perpetua,qa mor-
tuo bannito,eius hęres poteſt agere, & eodẽ modo habens ius
ceſſum bannito ex cauſa oneroſa,pro quo facit quod no.Dy.&
Bar.in l.doli.§.ſi.de noua.& Bar. in l.apud Celſum. §.ſed cũ le-
gitima.de do.exc.dixi ſupra eo.in princ.quia talis exceptio nõ
onerat actionem,ſed perſonam banniti agentis, & odium per-
ſonale non egreditur perſonam.l.2.§. emancipatus. de contra-
tab.Sed ſi ſtatutũ diceret,quòd non ualet contractus in fauorẽ
bãniti factus, talis exceptio obſtaret cuilibet repręſentãdi eius
perſonam, ſicut qñ dolus committitur in contractu. ut d.§.ſed
cum legitima. Et pro eo facit quod no.Bar. in l.omnes populi.
57 credo,in 2.char.ff.de iuſ.& iu.¶†Quæro,ſtatuto cauetur,quòd
bannitus non audiatur agendo, vel excipiendo, vtrũ audiatur
negando?Bal.reſpondet in d.l.peremptorias.quòd ſic,nã ille,ꝗ
agit, præſupponit aduerſarium. pro quo tu allega, maximè cũ
facit cũ citate. vt no.Inno.in c.cum inter.de exce.not.Bar.in l.
cum mulier.ff.ſolut.matri.& Bald.in l.fin.C. de edic. diui Adr.
ergo videtur admittere negantem , quia negatio facit eum ad-
uerſarium.Ac etiam ille,qui negat,non excipit.quod apparet,
quia ei non incumbit onus probãdi, & tamen reus probat ex-
ceptiones. l. in exceptionibus.ff.de probat. igitur pro eo facit,
quod no.Bart.in l.ſi dubitetur.§.1.in ſi.ff.de fideiuſ. de eo, qui
neget narrata prout narrantur &c.Addas tex.cum gl.in ca. ex-
ceptionem.& ibi doc.extra,de excep.de excommunicato, qui
non auditur agendo,ſed tantummodo ſe defendendo, & quan
do dicatur agere,uel ſe defendere bannitus,vel excommunica
tus,uide Bar.& omnes doc.& ibi dixi.in l. de pupillo.§. ſi.cũ l.
ſeq.ff.de no.ope.nun.& quod no. Bal.Ang.Fulg.& Flo.in l.non
cogendum.§.ſi.de proc.& vide Bar. Ang.& doc. in l.Libertus.
ff.de in ius vocan.Nam bannito excõmunicato,vel aliàs inha-
bili permittitur defenſio neceſſaria.l.ſeruos.& ibi Bar.ff.de ac-
cu.non autem defenſio voluntaria. vt no.Bar.& doc.in l. de pu
pillo.ff.de no.ope.nun.quod no.¶Quid aũt ſi bannitus,vel non
ſoluens collectas, vel excommunicatus oppoſuit, & fecit ſuas
probationes,in caſu,quo non poterat,tñ iudex admiſit, an va-
leant dictæ exceptiones,vel probationes? & Bal.in l.cum lege.
ff.de teſtib. dicit ſm Iac.de Aret.ꝙ non valent dictæ probatio-
nes,quia qui non admittitur ad agendum, vel excipiendũ,non
admittitur ad probandum,vel ad liquidandũ iura ſua, & ſi fuo
58 rit admiſſus de facto,non valet ipſo iure.¶†Vltimò dixi,quan-
do exceptio opponitur ante ſentẽtiam,& poſt cõtra ipſam ſen
tentiam,quid ſi opponitur executioni ſentẽtiæ,an poſſit oppo
ni exceptio peremptoria executioni ſentẽtiæ.dicas, ꝙ ſic,ſi nõ
fuerit in prima cauſa oppoſita,& ſi nõ fuit ſuper ea cognitum,
tunc executioni poteſt opponi,aliàs ſecus.d.l.ſi autem.§. fina.
cum ſimi.de neg.geſ.¶Et aduertas,ꝙ quãdo põi opponi, debes
ſic practicare,& ſic dicas:& ꝑdictam exceptionẽ offero me pa-
ratum incõtinenti probare.ita dicit Bar.in l. ſi.C. ſi ex falſis in-
ſtru. hoc eſt intra tẽpus , quo pendet cognitio ſummaria ſuper

iſta executione.vt dixit Bar.in l.ſi is à quo.ff.vt in poſſeſſ.leg.&
facit quod no.Bar.vt ibi dicam in l.4.§.cōdemnatū.ff.de re iudi.
& quod no. Bar.in l.ſi.C.de edi.diui Adr.tol. aliàs nō poſſes im
pedire dictā executionem,quæ ſit ſummariè.l.3.§.ait prætor.&
l.intra dies.& l.à diuo Pio.in prin.§.ſi ſuper rebus.ff. de re iud.
facit l.1.& ibi Bar.ff.de glan.legem.¶ Quæ aūt ſit exceptio,quæ
requirit altiorem indaginem, vide quæ ſcripſi, inſt. de act.in §.
59 in bonę fidei.circa prin.† & ideo ſi ſtatutum dicat,ꝙ ꝯ inſtrumē
tum guarentigiatum, vel ꝯ ſententiam non poſſit opponi,pote
rit tñ opponi ꝯ eius executionem,ſecus ſi dicatur,ꝙ non poſſit
opponi ꝯ inſtrumentum , nec ſententiam, nec ꝯ eius executio-
nem.ita eleganter dixit Bar.in l. ſi filius.ff. quod cum eo. quod
no.¶ Quæro,creditor agit ꝯ fideiuſſorem, vel vnum ex obliga-
a tis,opponit ſibi, ꝙ cedat actiones.[a] iuxta.l.Stichum aut Pāphi-
lum.§.pe.de ſolu.l.Modeſtinus.eo.ti.an, & qñ poteſt repelli, vi-
de plenè per Bar.in l.ſi ſtipulatus eſſem.§. ſi duobus.de fideiuſſ.
60 dic vt ibi per eum.¶ † Eſt autem ſecunda ſpecies exceptionum,
quæ vocatur exceptio miſta,exceptio autem miſta eſt,quæ ha-
bet miſtam cauſam,vt exceptio iuriſiurandi, tranſactionis, vel
alia exceptio litis finitæ.l.fratris.C.de tranſact.dixi ſupra §.pro
ximo.& talis exceptio opponi poteſt, prout reo placuerit, vel
ad impediendum proceſſum,vel merita cauſæ, dummō oppo-
natur legitimo tpe,ideo dicuntur habere miſtam cauſam. vt ff.
de cond.inde.l.elegāter.§.ſi quis poſt.& ibi Iac.But.Bar.& doc.
& idem in illa exceptione, per quam apparet actionē ipſo iure
actori non competere.Ita dixit Bal.& Sal.in d. l.exceptionem .
61 ¶ † Sed dubium eſt,qñ dr̃ opponi ad proceſſum,& qñ ad meri-
ta cauſæ,& Bar.elegantiſſimè in l.cum quęrebatur,in ſi.prin.ff.
iud.ſol.dixit animaduertendum fore.Aut opponens dicit,tu nō
potes agere,qa non habes actionē,vel non cōpetit tibi aliquod
ius,vel non competit tibi aliquis modus agendi ꝯ me,vel ſimi-
li mō opponitur,& tunc dr̃ opponere ad proceſſum. Aut dicit
opponendo,non foues iuſtitiam ꝯ me,vel obſtātibus exceptio-
nibus meis non potes,nec debes obtinere contra me,vel debeo
abſolui obſtantibus exceptionibus , vel ſimili modo opponit ,
vt puta,debeo abſolui,quia ſolui,& ſatisfeci tibi.& tunc nō di
citur opponere ad proceſſum , ſed magis ad merita cauſæ. qđ
nunquam cadat mentem tuam.& idem voluit Bart.in l. fina.ff.
pro ſuo.¶ Ex quo ſequitur,quòd quando opponitur ad proceſ
ſum, ſequitur abſolutoria ab obſeruatione iudicij: quando
verò opponitur ad merita cauſæ, ſequetur diſinitiua abſoluto-
ria.facit quod habetur per tex.gl.Barto. & doct. in l.ſi reus pa-
ratus.ff.de procu.& facit quod no. Bart.de Capitaneo, qui erat
in ſyndicatu.in l.qui infamem.circa medium.de pub.iud.quod
no.¶ In ead.ibi,ſed dilatoria opponitur ante litem conteſta. hic
ponam materiam dilatoriarum,ſequendo ordinem glo.ſed ſe-
quendo ordinem iuris,debuit prius de ea tractari,quàm de ex-
ceptione miſta,vel peremptoria,quia dilatoria debet prius op-
poni,quàm perēptoria.l.ita demū. C.de procu.l.ſi.C. de excep.
62 iuncta d.l.peremptorias.Et primò,& ante omnia ſcias,ꝙ † nul-
la exceptio poteſt opponi ante porrectionē libelli.ita dixit In
no.in c.conſtitutus.de procur.& no.Bal.in l.eleganter.§.ſi quis
poſt.ff.de cond.ind.quod tu intelligas verum, quando libellus
debet offerri,& offertur,quoniam ſi ꝓcederetur ſine libello,vt
auc.niſi breuiores.C. de ſen.ex breu. rec. vel quando procedi-
tur officio iudicis de plano.l. 1.§. dies. quis ordo in bonorum
poſ.ſer.cū gl.& l.nec quicquàm.§.de plano. & ibi Bar. & doc.
ff.de offic.procon. & leg.Et an, & quando in officio iudicis de-
beat porrigi libellus, vide Bart. in l.3.in §.q.princ.C. de pig.&
vide quæ ſcripſi ſupra de act.in princ.§. præterea quaſdā. tunc
his caſibus,vel ſimilibus quis dubitat, quòd facta apud acta ali
quali narratione per actorem,iuxta quam poſſit ferri ſentētia,
cle. ſæpe.de verb.ſigni.ꝙ ſtatim poteſt excipi,vt habetur in di-
ctis iuribus,licèt credam,ꝙ aliud non ſenſerint dicti doctores.
63 ¶ † Secundò aduertas ad intellectum huius materię ſecundum
doc.in d.l.exceptionē.ꝙ aliqua eſt dilatoria ſolutionis,hoc eſt,
quæ retardat ſolutionem debitam, quædā eſt dilatoria iudicij ,
quædam eſt declinatoria fori, vt dicunt doc.in d.l.exceptionē.
Redeo igitur ad primum,& dico, ꝙ exceptio dilatoria ſolutio
nis poteſt opponi ad triplicem effectum.Aut enim ad impediē
b dum proceſſum,[b] & tunc debet opponi, & probari ante litem
conteſtatam,vt cæterę exceptiones,quę opponūtur ad proceſ-
ſum.de quibus dixi ſupra §.proximo.& aliquid infra dicā. Vel
opponitur ad impediendum diffinitiuam ſententiam condem-
natoriam ferri,& ad conſequendam abſolutoriam ab obſerua-
tione iudicij,& beneficium duplicandarum dilationem ,& tūc
debet opponi ante litem conteſta. vel in ipſa litis cōteſtatione.
vt d.l.exceptionem. Vel tertiò opponit pro iure ſuæ dilationis
tantummodo cōſeruando,& iſto modo dico eam opponi poſt
64 litem conteſtatam,dicam latius infra.¶ † Exceptiones autem di
latoriæ iudicij,ſeu proceſſus,debent opponi ante litem conte-
ſta.ad impediēdum proceſſum,ſi prius competebat,& ante de-
bent probari,aliàs ſola oppoſitio eſſet fruſtratoria.Item poteſt
opponi poſt litem conteſtatam, ſi ignorabat eam prius ſibi cō-
petere.vt no.in l.error.C.de iur.& fac.igno.& eſt tex.in c.paſto
ralis.in ſi.extra eo. ti.de excep.Similiter poſſunt opponi poſt li
tem conteſt.ſi poſtea cęperunt cōpetere. l.2.C. de cōlor. eiuſd.
li.& tamen ante aliquem actum iudiciarium poſt litem cōteſt.
debent opponi.vt ibi no.doc.in l. ita demum.C. de procu.facit
l.nihil.cum gl.& ibi doc.in ſimili.C. de procur. & etiam ſtatim
debet probari,vt dixi in præcedentibus, quando cōpetebat an-
te litem conteſtatam.Vltra autem illa tempora non poſſunt op
poni,niſi exceptiones redderēt iudicium retro nullum,l.licèt.
C.de procu.¶ De tertia autem exceptione, videlicet,de declina
65 toria fori,dicam infra § proxi. ¶ † Ad cognitionem autem iſta
rum exceptionum poſſunt tradi iſtæ regulæ. Prima eſt,ꝙ quo-
ties per obiectum exceptionis aliqua de perſonis ſubſtantiāti-
bus iudiciū, vt eſt iudex,actor,reus,vel qui pro eis interueniūt,
repelluntur vt minus idonei , illa exceptio poteſt opponi ad
proceſſum,& erit iudicij declinatoria.vt C.qui leg.perſo.l.1.&
C.de procura.l.licet.& C.ſi à non compe.iud.l.ſi. ¶ Alia,& ſe-
cunda regula eſt, ꝙ omnes exceptiones litis finitæ poſſunt op-
poni ad proceſſum . & eſt ratio , quia ex quo finem liti impo-
ſuerunt,non eſt conueniens,ꝙ inſtaurentur.C.de tranſa. l.fra-
tris.l.poſtquàm liti.& ibi Saly.C. de pac.de quo dixi ſupra eo.
in §.æquè ſi debitor. & ſic debet opponi, & probari ante litem
conteſtatam. ¶ Tertia regula eſt , ꝙ vbi exceptio declarat nul-
lam actionem actori competere , illa exceptio ad impedien-
dum proceſſum poteſt opponi,vt patet in exceptione accepti-
lationis , quæ eſt imaginaria ſolutio. l. pactum. C.de tranſa. &
ibi glo.Barto.& doct.qui probant hanc regulam.& glo.Bar. &
doc.in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.& facit quod no. Bar.in l. le-
cta.ff.ſi cer.pe. Et idem, & fortius dicendum eſt in excep. veræ
ſolutionis: & iſtius ratio eſt , quia nemo poteſt experiri ſine a-
ctione.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.videamus. vbi ex forma il-
lius literæ iſta regula colligitur. ¶ Quarta regula eſt, ꝙ vbi lex
ciuilis , vel municipalis dicit , quòd quis non audiatur , vel ei
audientiam non dabo,nec aliter,ibi,vel, alibi declarando pro-
cedit , qua forma non audiatur, tunc dico talem exceptionem
ad proceſſum impediendum opponi poſſe. vt C. ne quis vel a
regia.l.2.& C.de his q ad eccl.confu.l.ſi ſeruus.facit l.1.§.ſubla
ta.& qđ ibi Bar.& Ange.& doc. & ibi dixi ff.ad Treb.quod no.
propter ſtatuta diſponentia , quòd malpagus collectarum, vel
bannitus in agendo non audiatur . ¶ Sed an per litis conteſta.
reus ab opponendo eam excludatur?dicas,quòd non licèt non
66 conſequatur ita amplum beneficium. infra dicam. ¶ † Quid ſi
exceptio dilatoria ſolutionis nō fuit oppoſita ante litem cōte.
vel in ipſa litis conteſtatione,an poterit opponi poſtea intra tē
pus,quo perēptoriæ exceptiones poſſunt opponi? & vr̃, ꝙ nō,
per dictam l.exceptionem. In cōtrarium facit, quia ſi nō eſt ne
ceſſe,ꝙ ante probetur,ſed demū probata intentione actoris,vr̃
ꝙ tunc opponi poſſit ſicut & alię exceptiones , quaſi anterior
oppoſitio habeat ſolū effectum cuiuſdam proteſtationis.l.ſi q-
dem.C.de excep.Quidā, vt refert Sal.in d.l.exceptionē. dñt, ꝙ
pōt poſtea opponi,ſed nō operatur eundē effectū,quem opera
tur,ſi ante oppoſita fuiſſet,qa ſi ante opponat,& actor deſiſtat,
quod

ADDITIONES.

a Actiones. Adde an ceſſio debeat fieri ſoluenti,per Philip.Dec.in conſ.99. col.
2.& ceſſio quando dicatur ſoluta,& quomodo intelligatur , & an exceptio
ceſſionis videatur ſublata à ſtatuto, per eundem in ſupradicto conſ. vbi ſu-
pra,ſed quando ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem,vide per eū-
dem in conſi.102.col.1.de exceptione cedendarum,vide per eundem in alio
conſ.27.col.2. an & quando ſit renunciatum per generalem renuntiationē.
vide etiam per Bal.de beneficio cedendarum ,quando obſit creditori, in con
ſi.258.ante ſi.incip. duo rei. & in conſ. 319. quod incip. dominus Lanfran-
chus,& an,& quando tale beneficium cedendarum poſſit peti.vide per eun
dem Bal.in conſ.307.per tot.incip.quilibet iuſtus poſſeſſor.

b Proceſſum. Adde de exceptionibus opponendis ad proceſſum impedien-
dum , & merita cauſæ , & cæteris exceptionibus , latiſſimè per Ioann. Pet.
de Ferrarijs Papien. in ſua Prac. in for. reſponſio. rei conuenti . in gloſſ. in
verb. quo ad impediendum , & in gloſſ. ſaluis alijs exceptio.& per Abb. Pa-
nor. in ſua prac. poſt for. libelli in cauſa ſpoli. ibi pro quo notandum , ꝙ
exceptiones , & per Hoſt. in ſum.de excep. §.1 .plenius per Spec. eod. titu.
de excep. §. 2. & 3. & ibi in apoſtill. & adde glo. & ibi plenè per ſcribentes
in cap.exceptionem. de excep. & an exceptiones, quæ non poſſunt opponi
ante ſententiam,poſſint opponi poſt,vide per Bal.in conſ.ſuo 323.quod in-
cip.præmiſſis duobus ſtatutis,in verſi. præterea.de exceptione facti, & inten
tionis,quæ ſemper poteſt per quemcunque opponi,vide in conſ.35.per eun
dem Bal.quod incip.caſus talis eſt.

quod facere poteſt.l.1.C.de plus pe.tunc ad vlteriora noo pro-
ceditur. Vbi autem non deſiſtat, tunc ſi poſt litem coteſtatam
reus eã probet,conſequetur duos effectus, videlicet,quia euita
bit coodemnationem , & abſoluetur ab obſeruatione iudicij,
& conſequenter poena duplicationis induciarum . vt in hoc §.
verſi. hodie. ſed ſi noo ante litem conteſtatam. nec io ipſa coo-
teſtatiooe, ſi poſtea oppooitur,tunc illa commoda non cooſe-
quetur, quia ad ſoluendum pecuniam petitam cõdemnabitur,
cum commodo tamẽ dilationis dumtaxat oppoſitæ inter par-
tes, & non cum eius duplicatione. Ita dicit Nico.de Matta. Se-
conda fuit opi.Inoo.in c.paſtoralis,de excep.ꝙ ſi fuit oppoſita,
& probata ante litis conte.actor repellitur ab agendo,tãquam
malè agens.ff.quan. dies vſufru.leg.ce.l.1.io fi. & iodociæ ipſo
iure duplicaotur,vt hic io ver.hodie. Si autem non ſit probata,
licèt ſit oppoſita ante litem coote.ſed poſtea eſt probata,& tũc
non repellitur actor ab agendo, nec ab obſeruatione iudicij ab
ſoluitur, quia ad hoc exceptio non opponitur, vnde iudex de
qua re cognouit tantum iudicabit,l.de qua re.in prin.ff. de iud.
& ſic ſi reperiet fore debitorem,ipſum condemoabit ad ſoluẽ-
dum duplicatis inducijs.vt d.ver.hodie.& pro hoc l. in lege A-
quilia.§.ſi deletum.ff.ad legem Aqui. Vbi autem ante litem con
teſtatam,vel in ipſa litis conteſtatione noo oppoſuit,oon pote
rit poſtea opponi,quia d.l.exceptionẽ.coarctat reum.vt in ini-
tio opponatur,niſi ignoret ſibi competere, quia tunc etiam po
ſtea oppouendo audiretur.iuxta formam d.c. paſtoralis.& idẽ
dicit Inno.in c.1.de plus pe.Tertia fuit opin. Bar. io l. eum qui
ita.§.qui ita.ff.de verb.oblig.ꝙ ſi eſt exceptio,quæ ineſt obliga-
tioni,licèt non fuerit oppoſita,ſufficeret apparere io proceſſu,
& oſtendere iudici tempore allegationum,ſecus ſi exceptio nõ
ioeſſet. Et dicitur ineſſe,ſecundum Bar. quando obligatio coo-
trahitur in diem,vel ſtatim poſt obligationem contractam ap-
ponitur pactum propter quod obligatio differtur in diem,quia
pacta incontinenti appoſita dicuutur ineſſe.l. lecta.ff.ſi cer.pet.
ſecus ſi ex interuallo fiat pactum . Ex quibus infert, ꝙ ſi dilatio
ex poſtfacto fuit concesſa,ꝙ poſt litem conteſtatam opponi oõ
poteſt,& oppoſita reijcietur, & reus condemnabitur ſimplici-
ter, nullis datis inducijs, & ſibi imputet qui ante eam non op-
poſuit.d.l.exceptionem.Sed ſi dilatio competit a principio,ſiue
ex cooventione expreſſa,vt quia debitor promiſit dare ad tem
pus,ſiue ex natura rei.l.interdum.ff.de verb.obl.ſiue ex natura
actionis.l.promiſſor.de conſt.pecu. & §.ex actio.de rer.vac.act.
tunc quantum ad effectum impediendæ ſententiæ coodemna-
toriæ opponi poteſt, nec quò ad effectũ duplicatioonis inducia-
rum, ſed quò ad effectum ſuæ dilationis conſequendæ habetur
67 pro oppoſita,† qoia actiooi ineſt, & ſic actor proponẽdo actio
nem,propouit eam cum exceptione,quę ineſt ſui natura,quod
ſufficit aduerſario.vt in ſimili.ff.de iureiuran. l.ſi duo.§. ſi quis
iurauerit.& §.Marcellus.& ideo dicit reum condemnãdum ad
quaotitatem ſoluẽdam tempore coouento. & pro hoc facit qđ
no.gl.& Bar.in l.ſi vnus.§.pactus.ff. de pac.& d. l. lecta. ſi cert.
peta.Sed Bal.in d.§.qui ita dicit,ꝙ pactum dicitur ineſſe,quao-
do ab initio ineſſe producitur,& tunc oritur exceptio pacti,&
ipſius oatura.ſed quando opponitur pactum ex interuallo, tũc
obligatio, & actio oritur ex contractu ſimpliciter ſecundũ ſui
ſimplicem naturam. ſed pactum appoſitũ ex interuallo ipſam
qualificat,& modificat,dummodo apponatur io initiò.Sed An
ge.ibi aliter dicit,videlicet,ꝙ vbicunque pactum adijcitur ori-
gini,& natiuitati obligatioois,ita ꝙ oritur ſimul cum obliga-
tione, tunc illud pactum ineſt, & nũquam illa obligatio poteſt
deduci in iudicium,niſi cum illa qualificatione,& modificatio
ne,ſiue infectione, & ideò tunc cũ ex propoſitione actionis,&
obligationis appareat defectus,noo eſt neceſſe,ꝙ opponatur a
parte, vt l.vbi pactum,cum glo.& ibi doc.C. de tranſa. Vbi au-
tem modificatio, ſeu dies noo adijcitur natiuitati, ſeu origini,
ſed præſtationi,exemplum ſi promitto decem,quæ ſoluere pro-
mitto ad Paſcha,tunc obligationis origo eſt pura ſecundũ eum
non habens aliquem effectum,& ſic noo eſt effecta, & ideo tũc
neceſſaria noo eſt exceptio , quia hic defectus coucernens fo-
ſurionem iudicij, eſt notorius, ideo ipſum condemnabit reum
non excipientem ad ſoluendum io termino ſtatuto, & non an-
te . quod dicit fore notandum. & profectò iſta opinio eſt mul-
tum colorata.Tu verò an,& quando pactum dicatur ineſſe, vi-
de quę ſcripſi ſupra de act.in §.actionum autem.in materia per
68 mutatioois,ſiue actionis præſcriptis verbis. ¶ †Quarta fuit opi.
Salyc.in d.l. exceptionem. dicentis, quòd iſtæ duæ quæſtiones
ſunt diuerſę. Vna videlicet,an poſſit hæc exceptio opponi poſt
litem conteſta. Alia quæſtio eſt, ſi poteſt opponi , quid opere-
tur ante , vel poſt oppoſita . Et in prima quæſtione non eſt du-
bitandom,ſi ignorabat eam prius ſibi competere , quod poteſt
eam opponere,etiam poſt lit.conteſt.vt in c.inſinuante. de off.
deleg. & io c.paſtoralis.in fin.eod. tit.& quod not.glo.in l.er-
ror. C.de iur.& fac. ign. Sed ubi ſciuit eam ſibi competere , eſt
dubium,tamen dicit, quòd poteſt eam opponere ratione iuris
ſui conſeruandi. ac ſi ex poſtfacto cœperit competere, quia ſi
de pacto nõ petẽdo io perpetuum poteſt opponi, ergo de tem
porali.argum.l.quæ de tota.§.1.de rei vend.Item ſi ante oppo-
ſita poteſt poſtea probari.vt d.l.exceptionem. ergo & oppoſi-
ta poſtea debet poſſe probari.arg.d.l.ſi quidem.C.de excep.Itẽ
quia oppoſitio,quæ fit quando probatur poſtea, non fit niſi ad
conteſtationem,ut ſic deſiſtat actor, ſi uult,vt pœnam non in-
currat,& ſic potius habet vim proteſtationis,vt actor pœnam
incurrat . Si ergo ante non opponit prouiſionem legis ſolum-
modo , quam conſequebatur opponendo , debet ſibi prodeſſe
non propriam , quam ſibi acquiſierat per contractum,& quæ
prius quàm actor petierit,ſibi competeret,cum lex ſuum pro-
prium non deneget auxilium. ¶ Ex his patet quòd Bart. in pri-
mo ſuo membro,ſecundum Saly. noo bene dixit . Sed nec ſe-
cundum ſuum membrum eſt ita faciliter expeditum , quia le-
ges per eum allegatæ loquuotur, quando ex propoſitione fa-
cta apparet defenſio rei, licèt Bald. in d.l.exceptionem. ſequa-
tur opin.Bart. Sed fortè opi. Bart. poteſt defenſari,quia quan-
do ſcit exceptionem ſibi competere, & eam non oppoſuit an-
te litem conteſt. videtur velle litigare,& iudex,qui videt reum
teneri,& obligatum eſſe, eum condemnabit ad ſoluendum cũ
ſimplici dilatione , quia videtur perdere beneficium legale,
videlicet, duplicationis induciarum , cum non ſeruauerit for-
mam traditam a lege, quia non oppoſuit ante lit. conteſt.pro-
bandom tamen poſtea , vt videtur requirere text. io d. l. exce-
ptionem . dum dicit, per verbum oportet, quod ſignificat ne-
ceſſitatem. l.ſæpe audio.ff.de off.præſ.& quod ibi per Ia.Butr.
nam legiſlator io d.l.exceptionem.dilatoriam opponi quidem
in initio,probari uerò poſtquam actor monſtrauerat,quòd aſ-
ſeuerat,oportet. Sed pone,dicit Salyc. quòd ſi creditor in caſu
noſtro petat decem ſimpliciter promiſſa,nihil de tẽpore dicen-
do,certè non dicitur petere cum dilatione cõuenta,quia ſi ſic
intelligeretur petere,lex pœnã duplicationis induciarum nõn
imponeret. Et idem dicendum,ſi a lege detur dilatio, ut io do-
te,quia niſi reus opponat exceptionem, nõ habetur propoſita,
ut probat iſte §.noſter.& probatur etiam in l.ſancimus. cũ glo.
in prin.& ibi doc.de inoff.teſt. Et poteſt eſſe ratio, qoia benefi-
cium non confertur in inuitum , & ideo debet de eo oppone-
re,vt videatur acceptaſſe.Et ſic cõcludit,quòd exceptio poteſt
opponi ad iuris ſui conſeruatiooem, & defenſionẽ, et poſt litẽ
cooteſt. Tu uerò in hoc cogita, & maximè per uerbum (opor-
tet)quod eſt io d.l.exceptionem.& per ea,quæ dixi ſupra,ſecũ-
69 dum Inno.& per ea,quæ dixi comprobando opi. Bar. ¶† Cir-
ca ſecundam quæſtionem,quid operetur, ſi opponatur ante li-
tem conteſt.uel poſt,& dixit Saly. ꝙ inſpicienda eſt forma op
ponẽdi,quia ſi oppooatur ante,aut oppooitur ad hoc,ut actor
repellatur ab agendo , tanquam malè agens , quia ante diem
agit , & tunc ſtatim debet probari , quia tendit ad impedien-
dum proceſſum : ideo ſicut cæteræ exceptiones proceſſus im-
peditiuæ debent ante probari,ita & iſta,qua probata,iudex ha
bet pronuntiare actorem male agere , quia ante tempus agit,
ideo de præſenti eum noo eſſe audiendum.l.1.in fin.quan.dies
vſusfru.le.ced.latè p Bar.io l.ſi ita ſtipulatus.ff.de uerbor. obl.
70 ¶ †Sed an iſto caſu duplicentur induciæ. ſentit Inno. quòd ſic,
patet ex his,quæ ſupra dixi.ſed Saly. tenet contrarium,quia du
plicatio induciarum eſt ſubrogata loco commiſſionis rei , ſeu
actioois. ut in hoc §.io uer.hodie. Sed in iſto caſu nõ perdebatur
actio,ſed demũ ſi ſuper petitis fuerit lis cõteſt. vt colligitur ex
tex.ſupra de act.in §.ſed hoc quidem.dum litera dicit,plus pe
petitum &c.& ibi dixi,nam ante lit.cooteſt.non dr petijſſe,ſed
petere uoluiſſe.io l.amplius.ff.rem ra. ha. & hoc etiam clarius
colligitur ex hoc §.in uerſi.alioquin.& pro hoc facit,quia ante
lit.cõteſt.licitum eſt pœnitere,ne in pœnam incurrat. d.l.1.C.
de plus pe.Aut opponit ſimpliciter, & ad ulteriora noo proce
dit,nec petitur,& tũc ſufficit eam probare poſt lit.cont.& poſt
actoris intẽtionem probatam,quo facto (dixit Sal.)quòd olim
perdebat actor actionem,ut dicto uerſic.alioqoin. Quod dicit
fore uerum,ſi hoc petebatur a iudice pronũtiari, hodie autem
noo perdit,ſed duplicantur induciæ. ut io iſto §.in uerſi.hodie.
Stat ergo dubiũ probata exceptione,quid habet iudex facere?
& reſpondet, quòd io fauorẽ actoris nullã põt proferre ſenten-
tiam.tex.eſt in dicto uer.alioquin. ibi, ne eo iudicio quicquam
cõſequatur.debet ergo pronuntiare pro reo, ſed nõ diffiniti-

nè ſuper petitis,ſed reo petente debet eum abſoluere ab obſer-
uatione iudicij cauſa adiecta, quia actor ante tempus egit. Et
idem ſi reus non petierit,quia ea actis manifeſtè apparet, quid
indea facere debeat. Sed ſuper duplicatione induciarũ , an de-
beat pronuntiare, dicit,quòd non tenetur, niſi petatur, pôt tñ
ex officio ſi uult, pro quo facit l. 4. §. hoc aũt iudicium , & ibi
Barto.ff.de dam.infect. Si tamen pro duplicatione induciarum
nihil pronuntiet,nihilominus ipſo iure a lege duplicatas indu
cias habebit, quibus demum finitis, & non ante , poterit actor
eaperiri,& reus bis demum finitis, & eapenſis ſibi refectis per
actorem,& non aliter,compelletur litem ſuſcipere.ut dicit hic
tex.in uer. hodie. Ea hoc clarè colligitur, quòd abſolutoria ab
obſeruatione iudicij debet proferri.quod probo,quia condem
natoria ferri non poteſt,ut dixi,ꝑ uer.alioquin,nec ſimpliciter
abſolutoria, quia tunc actor amplius non audiretur, quod hic
negatur in fi.ergo ſequitur,quòd abſolutoria ab obſeruatione
iudicij neceſſariò debet ferri.Et ſic patet,quòd Inn.malè dixit,
q dixit,quòd debet ferri condẽnatoria.Nec obſtant leges,quas
allegat,& ſic non obſtat ff.de iu.l.de qua re.quia reſpondeo du
pliciter. Vno modo, ut de re iudex pronuntiet, de qua cogno-
uit,niſi lex ex iuſta cauſa aliter pronuntiari ſtatuat,ut hic.Alio
modo retorquendo in oppoſitum , quia & iſto caſu cognouit
de exceptione oppoſita, quæ declarat actorem non habere ius
petendi de præſenti, ideo ſuper ea habet pronuntiare. & ideo
media via in pronunciando eſt inuenta, per quã unicuique ius
ſuum reſeruetur.Et ad l.in lege Aquilia ſi deletum. & ad l. qui-
dã.ſimul,reſpondeo, quòd illa rõ, quæ ibi ſuadet reum cõdem-
nari ante euentum conditionis,ut dixi,in caſu noſtro ſuadet
eum non condemnari,ſed abſolui, & non ſimpliciter , ut dixi.
Delictum.n. rei eſt illud, quod ibi condẽnationẽ fieri inducit,
ſed in caſu noſtro deliquit actor , & non reus, ergo hic qñ op-
ponitur illa exceptio ante lit.conteſt.uel in ipſa litis conteſtatio-
ne. Si autẽ opponatur poſtea,quod ſupra dixi fieri poſſe indu-
bitanter,ſi prius ea iuſta cauſa ignorabatur competere,& tunc
qa ad proceſſum poteſt opponi, & ſic ad impediendum diffini
tiuè pronuntiari,dixit tunc Sal.quòd ea oppoſita, ſi actor perſi
ſtat in ſua petitione,& tunc exceptio probetur,iudex debet ab
ſoluere ab obſeruatione iudicij,& conſequetur reus commo-
dum duplicationis induciarium, ut in præcedenti mẽbro dixi,
qa ille caſus illis æquiparat̃,ut uoluit Inn. facit quod no.glo.&
doc.in l.nihil.C.de proc.Et hoc putat uerum,niſi actor ſimpli-
citer ignoraſſet ea iuſta cauſa, nã tũc nõ debuit ſtatim facta op
poſitione a lite diſcedere, & ius ſuũ indiſcuſſum dimittere. ar.
l.illud.ff.de pe.hę. Item quia ignorans non debuit pati pęna. ff.
loc.l.ſi quis ignorans.Et quod ibi glo.& doc. Item quia in pari
ignorantia melior debet eſſe conditio eius qui tractat de dãno
uitando.Et ideo iſto caſu,cum uterq; ignorans fuiſſet,non con
ſequeret̃ reus beneficium duplicationis induciarũ , ſed ſufficit
ei abſolutoria ab obſeruatione iudicij , & hoc ubi ignorauit
reus.Sin uerò ſciuerit ante litẽ conteſt.exceptionẽ ſibi cõpete-
re,tunc ꝑꝑ eius ſcientiã,& omiſſionẽ,quam fecit priuatus eſt
a poteſtate opponendi talẽ exceptionẽ ad retardãdum proceſ-
ſum,& ad impediendum diffinitiuam ferri,& iſto caſu dicit eſ
ſe ueram opin.Ni.de Ma.& fortè idem uoluit Inno.& tunc ea-
ceptio probata diffinitiua non impediet,ſed ſolummodo dila
tionem prius ei competentem reſeruat , & ideo condemnabit̃
diffinitiuè ad ſoluendum,cum tẽpus ſolutionis euenerit,& ſic
commodum duplicationis non habet, quia illud datur illi,qui
ab initio oppoſuit.facit d.l.exceptionem. et hoc clare uult iſto
tex.in verſic.ergo his caſibus &c.quem bene pondera, dum di
cit agere volentibus obijcitur exceptio.agere.n.velle dicuntur
ante lit.conteſt. & non poſtea.l. amplius nõ peti.ff.rem ra.hab.
& hæc vera, etiam ſi ex pacto poſt contractum initio competat
exceptio,vt puta,ſi poſtea creditori fecit pactum de non peten
do vſque ad certum tẽpus.& idem dicẽdum ſi dilatio concedi
tur beneficio legis ex natura actionis.l.interdum.ff.de uer.obl.
in prin.& hic,ubi de utroq; loquitur.Et hoc potiſſimè puto ve-
rum , ſi malitioſè reus omiſerit opponere dictam exceptionẽ.
71 l.de reb.ff.de arb.¶†Quæro,quid ſi ante condõnis effectum cre-
ditor petat,an induciæ duplicentur,& glo.ſi.ſecundum Hug.in
l.pecuniam.ff.ſi cer.pe.& l.grege.§.ſi ſub condõne.ff.de pig.di-
cunt, ꝙ induciæ duplicantur,per iſtum §. Sed has gl.reprehen
dit Guil.de Cug.duabus rationibus. Primò, qa pœna duplica-
tionis induciarum ſuccedit loco amiſſionis actionis,vt hic,ſed
olim agens ante conditionis euentum nõ perdebat actionem .
d.§.ſi ſub conditione.Secundò,quia in obligatione cõditiona-
li non eſt aliquod tempus certum,& ſic non eſt quid duplican-
dum,cum non ſit dare ſimplum.ar.l.1.C.de ſen.quæ pro,eo qđ
intereſt.Sed Bar.in d.l.pecuniam.tenet dictas gl.& dicit pro eis
eſſe caſum in d.c.1.de plus pe.cõiunctio medio cum fine, ꝙ ſua
det vt rõne melioris conditionis ſit,qui peſſimè agit,& ſine ali
qua actione,quam qui malè agit.facit l.1. in ſi.ff. qñ dies vſufr.
leg.ced.Ad ſecũdam rõnem Guil. rñdet Bar. ꝙ duplicatio fiet,
cum conditio euenerit , quia tunc certificabitur , ꝙ tunc prius
incertum erat in d.§. ſi ſub conditione . Sed ad primam rõnem
Guil.non reſpondet Bar.& iſta magis vrget.Vnde aliqui dicũt,
ꝙ de iure antiquo non perdebat cauſam , ſed poſtea de media
iuris prudentia cauſam perdebat.l.non ſolum.§.tale.ff.de lib.le.
& ibi no.in glo. Alij dicunt, ꝙ ſi cauſam non perdebat, tamen
tanquam temerariè agens puniebat̃ in eapenſis.l.eum quem te
merè.ff.de iudi. & hęc pęna erat arbitraria, hodie autem iudex
non habet arbitrari,quia pęna eſt duplicationis induciarũ, vbi
minor erat exceſſus. Alij dicunt aliud de iure canonico , aliud
de iure noſtro,quod ſanctius prouidit, niſi enim conditio non
euenerit,reperietur temerarius ſine pęna. Alij dicunt,ꝙ ſi dies
veniebat in conſequentiam conditionis,tunc de iure noſtro nõ
perdebat cauſam , nec duplicabantur induciæ, ſed vbi econtra
conditio eueniebat in conſequentiam diei , tunc perdebat cau-
ſam, vt hic.quod probo,& ſpecifico per id,quod dicitur de di-
ctione, ſi quæ facit principaliter conditionem ſecundariò,& in
conſequentiam tempus. Sed dictio,cum, totum econtra.facit l.
ſi Titio.quã.dies leg.ce.hodie verò videtur, ꝙ tales induciæ du
plicentur, licèt dies fuerit ab initio incertus. vt d.§.tale. Tu di-
cas,ꝙ gl.in l.ſi mater.§.eandem.de eac.rei iu.ꝙ ibi Ang.& glo.
in l.boue.§.fina.de ędil. edi. tenet, ꝙ nullo modo iſte §. locum
habet,quando agatur ante conditionis euentum, quia nihil eſt
duplicandum,niſi diceres,ꝙ duplicabitur id, cum poſtea con-
ditio euenerit, vt dixi,ſm Bar.per d.§. ſi ſub conditione. cogita
72 quia eſt paſſus dubitabilis.¶†Quæro clarum eſt,ꝙ debet,& po
teſt opponi cõtra teſtes,& eorum perſonas, & dicta, an talis ex
ceptio ſit perẽptoria,ita ꝙ tantummodo poſſit opponi vſq; ad ſen-
tentiam primæ inſtantiæ,an etiã opponi poſſit poſtea in appel
latione? Et diſtingue, aut opponitur cõtra perſonas teſtium,&
tunc tantummodò poteſt opponi vſque ad ſententiam, & non
poſtea. Aut vis opponere contra eorũ dicta,& tũc etiam poteſt
opponi poſt, vt eſt gl.ord.i c.ex parte,& ibi doc. & Ant.de But.
73 extra de teſt.¶†Quæro, quid de exceptione, qua dicitur, & op-
ponitur,tua non intereſt agere,dicere, vel excipere, petere, vel
replicare, an ſit dilatoria?dicas ꝙ ſic.& ſic debet dici, & opponi
ante li.conteſt.no.Pe.de Anc.in cle.conſtitutione.de ele.& no.
Inno.in c.ſuper his.de acc. qui allegat ad hoc tex.in l. poſthu-
mus.§.ſi quis ea his.ff.de inoff.teſt. & hoc ſequitur ibi Bar. Bal.
& Ang.& Bar. & Bal.in l.1.C.de ordi.iud. Bal.& Saly.in l.poſt-
quam liti.C.de pac.& Bal.in l.fratris.C.de trãſac.& Bar.in l.nã
poſtea.in prin.ff.de iureiur.& in l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff. de
cõd.inde.& Bar. in l.cũ quærebat. in ſi.prin.ff.ſo.ſol.& in l. vir
bonus.e.ti.& gl.in parte A.de teſt. & eſt tex.in l.3.§. ſciendũ.ff.
ad exhi.& eſt tex.in c.vemens.el a.de teſt.& per Bal.in l.cũ ſer-
uum quiſpiam.C.de ſer.fug.& eſt tex. in d.c.ſuper his.de accu.
& ibi doc.& Bar.i l.nõ vtiq;.ff.de excep.& eſt tex.& ibi Ang.&
74 ibi ſcri.in l.1.ff.de app.rec.¶†Quid de exceptione,ego non poſ
ſum accuſari, vel non poſſum conueniri pẽdente officio meo,
quia ſum de maioribus magiſtratibus, vel non potes ꝯ me inq-
rere, qa de iſto delicto ſum accuſatus.iuxta no.per Bar.in l.a.in
ſi.ff.de adul.an ſit dilatoria,& dicas ꝙ ſic.& ideo ante li.cõteſt.
debet opponi, vel antequam nomẽ rei ſit receptum inter reos,
aliàs proceſſus valeret.l.ſi maritus.§.pręſcriptiones.& ibi gl.&
Bar.ff.de adul. Ita dixit Bar.in l.hos accuſare.in princ.ff.de acc.
75 ¶†Quęro, ſi exceptio dilatoria ſit oppoſita fruſtratoriè ante li
tem conteſta. nunquid opponens debeat in expenſis condem-
nari ſtatim,cum ſuper exceptione pronuntiatum eſt,ſuper qua
videtur omnino pronunciandum.l.Statius.in ſi.ff.de iur. ſiſ. An
verò expectetur diffinitiua,& videtur,ꝙ non debeat in expẽſis
condemnari,quia a lege habet facultatem opponendi exceptio
nem dilatoriam.C.de procu. l.ita demum.& ſupra eod.§. præ-
terea.& hic, vnde puniri non debet,cum faciat legis autoritate.
l.Gracchus.C. ad leg.Iul.de adul. Et pro hoc facit etiam, quod
no.in c.finem litibus.de dolo & contuma. vbi plenè de mate-
ria expenſarum. vbi dicitur , ꝙ ſi poſt fundatam intentionem
actoris opponatur exceptio fruſtratoria, ꝙ debeat fieri condẽ-
natio in expenſis,ergo a contrario,ſi ante fundatam dictã intẽ-
tionem,ſecus erit, arg.l.1.§.1. de off. eius cui man. eſt iuriſ. ſed
hoc nulla lege cauetur,igit̃ &c. l.illam. de coll. In contrarium
facit, quia licèt a iure ſit permiſſum exceptiones dilatorias op-
poni,nõ tamen calumnioſè opponere permittitur.arg.C.de cõ
ſor.eius.lib.l.1.C. de falſis.l.a.ne per legem detur materia calũ-
niandi,

niandi,& calumnioſè protrahendi litem, quia calumnioſe pro-
trahentes litem, puniuntur. C. de iur. calum. l. 1. de iud. l. prope-
randum. in princ. facit l. meminerit. C. vnde vi. Et quia dicitur
ſatis intentio actoris fundata, cum conſtet, q in rem agitur, &
ſibi ius competat. l. adulterij. C. de adul. poſt productum igitur
libellum, prædicta ratio a contrario ſenſu locum non habet. Et
potisſimè, cum argumentum a contrario ſenſu non ſemper ha-
beat locum. l. 2. C. de condi. in ler. Poteſt itaque dici, q cum liti-
a gator improbus debeat in expenſis condemnari. [a] l. eum quem
temerè. ff. de iu. ſupra de pœna temere litig §. item actoris. & ibi
ſcripſi. & debet victus victori in expenſis condemnari. d. l. pro-
perandum. §. ſin autem reus. & in fi. cauſæ reſtituẽdis, ſiue com-
putandis, ergo eodem modo debet in expenſis condemnari, fa-
ctis per oppoſitum exceptionibus ſi calumnioſè oppoſuit. l. nõ
76 ignorat. C. de fruct. & lit. expen. circa prin. ¶ † Addas, q licèt di-
catur in appellatione, non deductum deducam, non probatum
probabo. l. per hanc. cum ſua materia. C. de temp. appe. non ta-
men exceptio dilatoria omiſſa ante li. conteſt. in prima inſtan-
tia poteſt poſtea opponi in cauſa appellationis, etiam ante li-
tem conteſt. quia etiam in appellatione inter præſentes lis con-
teſtatur, aliàs non valet proceſſus. l. 1. & ibi Bal. Saly. & Ang. C.
ne lic. tertiò prouo. ſecus inter abſentes. l. fi. §. illud. C. de temp.
app. & eſt ratio, quia appellatio reducit primam cauſam ad eũ
ſtatum, in quo erat poſt litem conteſtatam in prima inſtantia, &
illa extinguit, vel ſuſpendit. l. 1. in fi. ff. ad Turp. l. ab executione.
C. quorum app. non reci. non autem ea, quæ facta ſunt ante lit.
77 conteſt. l. ita demum. & ibi Barto. & doc. C. de procu. ¶ † Ex quo
nota incidenter, q libellus productus in prima inſtantia, cum
non ſit per appellationem extinctus, dicitur etiam eſſe libellus
in appellatione. ita elegãter dixit Bar. in l. 1. C. de erro. cal. quod
perpetuò teneo menti. ¶ Sequeretur videre pro perfectione ma-
teriæ, de exceptione dilatoria iudicij propter inhabilitatem ali
cuius ex litigatoribus actoris, vel rei, vel etiam iudicis. iuxta c.
forus. de verb. ſignf. de his dic, vt dicam infra. §. proxi. vbi ſimi-
liter etiam dicam de tertia ſpecie dilatoriarum, videlicet de di-
latoria fori. iuxta l. fin. C. eo. dic, vt dicam in d. l. fin. ¶ In ea. glo.
ibi, ſed de exceptione non num. pecu. quid dices de hac exce-
ptione dicas vt plenius dictum fuit ſupra eo. §. 1. Nam ibi ex no
tatis poteſt clarè intelligi, an talis exceptio dicatur dilatoria,
& ſic, an ante litem conteſtatam ſit opponendi, an verò perem-
ptoria, & ſic poſſet opponi vſque ad ſententiam, an verò dica-
tur anomala, & ſic participet de dilatoria, vel de peremptoria.
Nam credo, q dici posſit anomala, vt hic in glo. ſecundum vnã
opinio. quia participat de vtraque. ſ. de dilatoria, & peremptori-
ria, clarè colligi poteſt ex his, quæ dixi in d. §. 1. dic, vt ibi dixi.
78 ¶ † In eadem gl. ibi, item quæro in exceptione numeratæ dotis
&c. nota illam l. fi. & auc. ibi poſitam. C. de do. cau. quam gl. hic
allegat. quia gl. illius legis dicit, aut inſtrumentorum continet con
feſſionem dationis, vel receptationis, & poteſt opponi exce-
ptio non nu. dotis, aut continet aſſertiuè, quòd dotem dedit,
& numerauit, & tunc ſtatur inſtrumento, niſi contrarium pro-
betur. l. cum precibus. C. de proba. Sed Saly. in d. l. fi. dixit, quòd
illud vltimum eſt verum in inſtrumento publico, quod poteſt
redargui de falſo, quia notarius non debet ſcribere, niſi quod
videt, & percipit ſuo ſenſu, ſed in inſtrumẽto priuato ſcripto a
parte, puta, ſcribit notarius. Sciant omnes, quòd Berta vxor mea
dedit, & numerauit mihi mille in dotem, & tunc illa glo. vult,
quòd posſit maritus dicere, licèt ita ſcripſerim, tamen hoc non
fuit verum, ſed ita ſcripſi, quia putabam te ſtatim numerare. &
iſtud probatur per dictam legem fi. Et ſic excipiens contra in-
ſtrumentum publicum debet probare, ſed non excipiens con-
tra priuatum a ſe factum, & ratio differentiæ eſt, quia priuatum
inſtrumentum habet vim confesſionis tantummodo, ſed non
publicum, quia probat veram numerationem. Et pro dicto Sal.
facit, licèt non alleget, quod idem eleganter not. Bar. & doct. &
etiam gl. in l. ſi ex cautione. C. de non num. pe. & dixi ſupra. eo.
§. 1. dic, vt ibi. Ex quibus ſequitur, q iſta exceptio dicetur dila-
toria, peremptoria, vel anomala, vt ſtatim dixi de exceptione nõ
num. pecu. quia ad eius ſimilitudinem datur. d. l. fin. coniuncta. l.
79 in contractibus, & l. pe. C. de numer. pecu. quod not. ¶ † Quæ-
ro, poſt dotalia inſtrumenta ſecundo loco confitetur mari-
tus dotem recepiſſe, an iſta ſecunda confesſio præiudicet ma-
rito, ita quòd non posſit opponere exceptionem non numera-
tæ dotis, ſi eſt intra tempus, quo opponi posſit, iuxta d. l. fin. &
auc. ibi poſitam. C. de do. cau. non numer. Et glo. in l. in contra-
ctibus. §. 1. C. de non num. pecu. tenet, quòd confesſio mariti re-
gulariter ſibi non præiudicat. d. l. fin. Nec obſt. d. l. in contracti-
bus. §. 1. quia poſt multas ſolutiones ibi datas, illam tenet, quòd
maritus (vt dixi) poſt dotalia inſtrumenta fecit ibi nouam con
feſſionem, & ideo ibi ſibi præiudicat. Sed Pet. & Cyn. ibi hoc re
probant ex eo, quia qua ratione primæ confesſioni obijcitur
exceptio non nu. do. eadem ratione debet obijci ſecundæ con-
feſſioni, quia eſt eadem ratio. l. illud. ff. ad legem Aquil. Item
quia aliàs de facili iſta materia deſtrueretur, cum creditores
de facili debitoribus egenis duas confesſiones fieri facerent.
Facit ad hoc l. doli. §. diuerſum. de noua. Ideo dico, quòd ſi ma-
ritus pluries confiteretur, toties etiam exceptionem opponere
poſſet. & intelligunt d. l. in contractibus. §. 1. quãdo mulier poſt
ſtipulationem promiſerat dotem marito, & poſtea maritus con
feſſus fuit ſe dotem recepiſſe, quo casu, ſibi præiudicat ſecus
ſi abſque mulieris promisſione ſit confeſſus ſe certam quantita
tem nomine dotis recepiſſe. vt d. l. in ꝯtractibus. §. fi. & l. 1. C. de
dote cau. Sed Sal. in d. l. in ꝯtractibus. §. 1. dicit, q illa opinio non
conformatur illi literæ, dum ibi dicitur, poſt confectionem do-
talium inſtrumentorum &c. Nam ſecundum iſtam lecturã, pro
priè non ceſſat inſtrumentum dotale, ſed promisſionis dotis dã
dę. item inſtrumenta dotalia propriè fiunt a viro vxori. Ideo nõ
propterea recedendo ab intellectu Petri, defendit etiam intelle
ctum glo. aduertendum namque eſt, quia aut ſecunda cautio eſt
de recepto, & numerato eo, quod continetur in prima confeſ-
ſione, & tunc præiudicat, nec poteſt amplius opponi dicta exce
ptio non nu. do. Si autem ſecunda ſit ſimpliciter conformis pri-
mæ, & tunc, aut ambæ dictæ confesſiones factæ ſunt ante con-
ſummatum matrimonium, & tunc ſit vera opin. Petri, vt op-
poni posſit dicta exceptio, aut prima fuit facta ante matrimo-
nium, ſecunda, poſt conſummatum matrimonium, & tunc ſe-
cunda ſtatim pręiudicat, nec exceptio contra eam opponi po-
teſt. vt dicit glo. d. l. in in ꝯtractibus. §. 1. Et eſt ratio propter quã
facit primam confesſionem, vt illam in vxorem haberet, nunc
b ceſſat, quia eam habet. Ex his habes, q confesſio dotis facta [b] cõ-
ſtante matrimonio, tali casu non habet vim donationis, qa tunc
non teneret. l. 1. cum fi. ff. de dona. inter vi. & vxo de qua confeſ
ſione, vide quæ ſcripſi ſupra de act. in §. fuerat. & etiam in d. §.
fuerat. vide intellectum d. l. fi. & de toto illo ti. ff. de do. cau. &
d. l. in contractibus. § 1. in ver. nec pro opinione Saly. fecit mẽs
80 totius tituli. ¶ † Quæro, pone, q poſt tempus ordinatum a iure
per d. l. fi. & dictam auc. cum locum. & poſt lapſum dicti termi-
ni, mulier per publicum inſtrumentum confeſſata eſt ad inſtan
tiam viri ſe non numeraſſe illam dotem confeſſatam a viro, an
talis confesſio ei præiudicet? & Bal. in quodam conſilio, vt re-
fert Saly. in d. auc. cum locum. dicit q non, quia talis confesſio
habet inſtar donationis, ideo inter virum & vxorem non valet.
l. ſi voluntate. C. de do. promiſ. etiã ſi iuramentũ interueniret, qa
per hanc cõfesſionẽ mulier remaneret indotata, quod eſt cõtra
publicam vtilitatẽ. l. 1. ff. ſol. mat. l. 2. ff. de pac. do. & ideo iura-
mentum non eſt ſeruãdũ. extra de foro comp. c. ſi diligenti. C. de
agric. & cen. l. 2. & l. quemadmodum. cum ibi no. lib. 11. vel ſaltẽ
rõne æquitatis oportet eam abſolui a iuramento. Sed Saly. in d.
auc. cum locum. in hoc dubitat, & primò an talis confesſio ha-
beret vim donationis, an verò pariat ſolum ꝓbationẽ marito,
ſi teneremus, q ẽt poſt tẽpus maritus poſſet excipere, ſed debet
probare ſibi non fuiſſe numeratã, vt in ſimili dr̃ in debitore con
fitente mutuũ &c. vt dixi ſupra eo. §. 1. Secũdo poſito, q habeat
vim donationis, tñ cum hoc intereſſe dotis vr̃ eſſe intereſſe pu-
blicum ſecundariò, & non principaliter. vt not. in d. l. 1. ff. ſolut.
ma. ideo videtur iuramẽtum ſeruari debere. iuxta not. per Bar.
in l. ſi quis pro. in fi. princ. ff. de fideiuſſo. niſi metu diceretur ex-
tortum. cap. 2. de pact. in 6. l. 1. §. quæ onerandæ. & ibi glo. Bart.
& alii. ff. qua. rer. act. non datur. Ego adhærerem opi. Saly. q ta-
lis confesſio præiudicet ipſi vxori, quia confesſio mariti de do-
te recepta, elapſo tempore a lege ſtatuto præiudicat ſibi, vt de-
beat probare illam negatiuam. ſ. dotẽ nõ fuiſſet numeratã. Vnde
ſecunda confesſio dotis non ſolutæ facta per mulierem, tollit
marito tantummodo iſtud obſtaculum, & reducit id ad primos
terminos, q facta dicta oppoſitione non nume. dotis, non in-
cumbebat marito onus probandi, igitur de facili hoc per mu-
lierem

ADDITIONES.

a Condemnari. Adde quando expenſis ſit condẽnandus reus, & a quo tẽpore vide Bal. in conſ. 121 quod incip titulus. & qñ taxãtur, an ſit citãdus fideiuſſor, qui promiſit pro expẽſis vide eundem Bal. in conſ. 244. & in conſ. 256 q inci. ſtatum ſuper quo, quæ conſilia ſunt in 1. vo. Bartho. ab Horat.

b Confesſio dotis facta. Adde de confesſione dotis conſi. Bal. 350. qđ inci. inter dũ confesſio. Itẽ an confesſio de dote inter patrem & filiũ valeant, vide in cõſ. 530 qđ inci. iſta confesſio. ſed quid de cõfesſione dotis facta cõſtãte matrimonio, vide p Ale in cõſ. 42. in 1 vol. & latius & maximè quando eſt facta confesſio conſtante matrimonio per eundem Alex q præſumatur facta in fraudem, & animo donandi. in conſi. 148. in 5. vol. & in conſi. 143. eo lib.

lierem fieri pôt.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pac.& non dr̄ dona
tio facta inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, igitur
valet.Sed aduertas,ꝙ iſta exceptio non nume.dotis, non ſolum
poteſt opponi intra dicta tempora,vt dixi,per maritum & eius
hæredem,ſed per omnē perſonam obligatam pro marito prin-
cipaliter vna cum marito, ſiue acceſſoriè ad reſtitutionem do-
tis,vel etiam per heredem obligati cum marito.d.l.ſi.& l.ſi con
ſtāte.§.quoties.& ibi glo.Dy.Bar.& Mod.& ibi dixi.ff.ſo.ma.&
l.1.& 2.in rub.& quod ibi per doc.C. ne fideiuſ.do. den. Sed ēt
generaliter poteſt opponi per omnem perſonam cuius intereſt
etiam inuito marito,& eius hærede,ēt ſi non eſſet obligata pro
dicta dote pro marito.vt l.pe.C.de non nume. pe. & dixi ſupra
81 eo.§.1.¶ † In ea glo.ibi,item quid de ea,quę opponitur, vt quis
conueniatur inquantum facere poteſt, dic, ꝙ huiuſmodi exce-
ptionis dicuntur modificatiuæ, quæ ſic appellantur ab effectu.
quædam ſunt quæ modificando differunt exactionem.Exemplū
primi habes in actione de peculio,quę datur ꝯ̃ partem, vel do-
minum non inſolidum,ſed quatenus ſunt vires peculij.l.1.§.ſi.
de conſt.pecu.cum ſi. & de tributoria, & de in rem verſo, & ſi-
milibus.& iſtæ debent opponi tempore peremptoriarum,quia
licèt non perimant in totum,perimunt tñ in parte, vt arguendo
de toto ad partem,l.quę de tota. de rei vend.ſequitur,ꝙ tēpore
peremptoriarum debent opponi.Exemplum de ſecundo, quan
do modificant actionem, vel exactionem, habes in exceptione,
ne quis teneatur,niſi inquantum facere poteſt,& ſic deducto ne
egeat. vt hac glo. Nam non impedit condemnationem fieri de
toto,ſed licèt fiat de toto,tñ ſemper temperat exactionē l. pen.
ff. quod cum eo. & dixi ſupra de act. §.ſi.& iſta pôt opponi ante
ſententiam quandoque, & etiam poſt ſententiam, quoniam ſentētiæ
non contradicit l.ea diuerſo. in fin.ff. ſolu. mat. & dixi ſupra in
iſto §.& vide quæ ſcripſi in d.§.ſi.ſupra de actio.¶ Extra gl.quæ-
ro de quibuſdam alijs exceptionibus an dicantur dilatorię, vel
peremptoriæ,vel anomalę,vel quo nomine nūcupantur,& per
82 ꝯ̃ns quando opponi debeat, vel poſſint.Et primò † de exceptio
ne diuiſionis,quam habent plures rei debēdi. vt in auc.hoc ita.
C.de duob.reis.vel plures mandatores,fideiuſſores, & conſtitu
tores,l.non recte.C.de fideiuſſor.l.ſi.C.de conſti.pecu.Et breui-
ter Sal. in d.l. exceptione. C. de proba. diſtinguit. Aut loquitur
de exceptione diuiſionis factæ a creditore, & per ipſum credi-
torem,& illa opponi debet eo tempore, quo opponuntur per-
emptoriæ, quia inducit tacitum pactum de non petendo. vt l.
ſi creditores.& ibi glo.Cyn. Barto. & doct. C. de pact.& l.libe-
rum.& l.reos. C.de fideiuſſ.& l.ſi ex toto.§.1. & ibi glo.Bart.&
doct. ff. de le. Aut quæritur de beneficio diuiſionis a lege con-
ceſſo. Et circa hoc variant glo. & doct. & non eſt mirum, quia
tex.ſunt dubij, & varij videntur. nam tex. in d.l. exceptionem.
videtur ſentire, ꝙ ante litem côteſtatam debeat opponi. & hâc
partem tenuit Pe. vt refert Cyn.per d.l.exceptionem.& per l.in
ter eos.§.1.ff.de fideiuſſ. ibi,litis conteſtatæ tempore. & in ea.l.
§.cum inter. ibi,poſt litem conteſtatam definit. & allegat iſtam
rationem,quia iſta exceptio in ſui conceptione nô continet per
emptionem intentionis actoris, & ſic potius dilatoria eſt nun-
cupanda,& ſic ante litem conteſtatā debet opponi.Et per hanc
partem dicit Cyn.in d.l.exceptionem. ꝙ quidam fuerunt ducti
illa ratione, quia beneficium diuiſionis datur ei, qui debitum
non inficiatur l.ſi dubitet.§.1.ff.de fideiuſſ. ſed per litis conteſta
tionem quis debitum inficiatur. C. de lit. conteſt. 1. ergo vltra
litem conteſtatam non competit beneficium,nec ius opponen-
di alij,& ſecundò gloſſatores dixerunt,ꝙ eſt peremptoria, & de
mum poſt litem conteſtatam poteſt opponi. & alle. pro caſu l.
fideiuſſor.C.de fideiuſſ.& ibi ante condemnationem,ea ordine
poſtulare ſolet, licèt Pau. de Caſt. conetur illi legi reſpondere,
ꝙ ante ſententiam eſt idem,quod eſt ante litem côteſtatam.ſed
in veritate hoc non eſt de intentione illius literæ. & ideo Dyn.
& Bar. tenent iſtam partem in d.l.ſi dubitet.§. 1. tam per tex. d.
l.fideiuſſor. quàm per iſtam rationem, quia iſta exceptio non
differt,ſed perimit intentionem actoris pro parte,quia facta di-
uiſione,alter pro altero non tenetur,licèt ille deſinat eſſe ſoluē
do.d. l. inter eos. §. cum inter. Et ſic ratio Pe. non eſt bona. Ad
tex. per eum allegatos reſpondent, quòd potius faciunt contra
Petrum,quia ſciri non poteſt, an alter eſſet ſoluendo tempore
litis conteſt. niſi ſit lis conteſtata, & niſi de beneficio diuiſionis
opponant.Ad rationem qua dicitur,ꝙ per litis conteſtationem
negatur debitum, reſpondet Barto. quòd ea hoc non negat ſe
fideiuſſiſſe. & iſtud eſt neceſſe expreſſim negari, qa illud eſt il-
lud,quod eſt cauſa huius beneficij, ſicut dicitur in ſocio, qui ſe
negat ſocium. ff. de re iud. l. ſed hoc ita. Et hoc idem tenet Bar.
in d.l.fideiuſſor.& idem tenent ibi Bal.& Sal.Sed idem Sal. in d.
l.exceptionem. tenet cum glo.ſupra de fideiuſſ.l.ſi plures. vide-
licet,ꝙ ſit anomala,quia nô eſt ſimpliciter dilatoria, nec ſimpli
citer peremptoria,ſed de vtraque participat,& ideo dicit,quod
ante litem conteſt.poteſt opponi,ſed non neceſſitatur.Et ſi op-
ponatur,differt, & perimit,differt enim proceſſum, donec erit
cognitum an fuerint ſoluendo cęteri, vel non,& ſi reperiantur
ſoluendo diuiditur petitio,& actio,& ſuper diuerſa petitione,
& actione lis conteſtatur.& ſi poſt litem conteſtatam aliquis eo
rum ſoluendo eſſe deſinat,periculum eſt creditoris. Et pro hoc
eſt caſus,ſm eum,in d.l.inter eos.§.1.ſi autem non reperiantur
ſoluendo non diuiditur.Veruntamen ſtante hoc dubio, capen-
ſis,& periculo opponentis,& ſatiſdatione pręſtita,& nô aliter,
fiet tunc diuiſio,& pro parte illorum fiet conuentio.d.l.ſi dubi-
tet.in prin.vbi etiam videtur probari,ꝙ ante litem conteſt. po-
teſt opponi,& ſic in parte differt, & in parte perimit, ſi ſoluen-
do reperiantur, & in alijs fideiuſſoribus non repertis ad ſoluen
dum idoneis,exceptio reperitur ſolum diſtuliſſe, non peremiſ-
ſe.item dicit, ꝙ etiam poſt litem conteſtatam poteſt opponi in
83 d.l.fideiuſſor.vbi eſt caſus.& ita dicitur anomala.† Sed refrica-
tur in dubium, an ſemper poſt litem conteſtatam ſit opponen-
da?& Sal. in d.l.exceptionem.concludit. Aut quæritur in caſu,
quo prius competebat ei ius opponendi,puta quando alij con-
fideiuſſores ante litem conteſtatam non erant ſoluendo,nūc ef
fecti ſunt ſoluendo,& tunc cum prius opponi non potuit,quia
ius opponendi non competebat.not.doc.in d.l.ſi dubitet.dicen
dum eſt,ꝙ opponi poteſt.arg.l.2.C.de conſor.eiuſdem li.& ex-
tra,eo ti.ca. paſtoralis. in ſi.Aut quęritur,caſu,quo prius facul-
tas opponendi ei competebat,quia ante litem conteſta.& tem-
pore litis conteſtatæ fideiuſſores erant ſoluendo, & in hoc ſtat
totum dubium,an poſtea per conuentum opponi poſſit,& iſto
caſu diſtinguit,aut reus negauit expreſſe ſe fideiuſſorem, vt re-
quirit Bar.in d.l.ſi dubitet.§.1.& tunc res eſt clara,ꝙ opponere
non poteſt d.l. ſi dubitet. §. 1. aut ſe fideiuſſorem non negauit,
& tunc aut fideiuſſores ſunt euidenter locupletes & ſoluendo,
& opponi poterit,quia ex parte actoris nulla eſt cauſa contra-
dicendi.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi verò.§. qui pro rei qualitate. & ita
poteſt intelligi.d.l.fideiuſſor. aut ſunt euidenter non ſoluendo,
& non poteſt opponi,& oppoſita nô releuat, quia non ſufficit
tempore anteriori fuiſſe ſoluendo, niſi tempore oppoſitionis
ſint ſoluendo.l. inter fideiuſſores eo.titu.& d.l.inter eos.§.1. &
§.cum inter.Et ſuadet ratio,quia non actor,ſed reus fuit in cul-
pa,qui non oppoſuit tempore,quo cæteri erant ſoluendo, & ſi
aliter dicatur,dabitur reo occaſio malignandi.Nec obſtat.d.l.in
ter eos.§.1.quia loquitur,quando conuentus eſt ſoluendo tem
pore litis cum eo conteſtatę,& poſtea deſinit. nos loquimur de
conuento.igitur aut dubitatur,an alij ſint ſoluendo,vel non,&
tunc debet recurrere ad remedium dictę.l.ſi dubitet.in prin. &
hoc de pluribus fideiuſſoribus, mandatoribus, vel conſtitutio-
nibus.¶ Sed in pluribus tutoribus,idem videtur,quia etiam ipſi
habent beneficium diuiſionis.iuxta.l.1.§. nūc tractemus. de tu.
& ratio.diſtra.ſaluo eo quod dicit Bar. in d.l.inter eos.§ 1.dic,
vt ibi per Bart.ita dixit Bar.in d.l. ſi dubitet.in fin.principij.¶ In
pluribus autem reis debendi,indiſtinctè etiam poſt litem con-
teſtatam poteſt opponi, quia eis côpetit tale beneficium purè,
& ipſo iure,non ſub conditione, ſi alter ſit ſoluendo.in auc. de
fideiuſſ.§.1.auct.hoc ita.C.de duo.re.ſed replicari poteſt,ꝙ ali-
ter correus non eſt ſoluendo, & replicanti incumbit onus pro-
bandi hanc negatiuam.vt probat Bar.not.in l.3.ff.de duob.reis.
84 quod not.¶ † Sed dubitatur,an iſta exceptio diuiſionis poſſit op
poni poſt ſententiam in executione, & quidam dicunt, ꝙ ſic.d.
l. fideiuſſor.C. de fideiuſſor. pro quibus melius facit. ff. de iure
fiſci.l.bona.§.1.Sed doctores tenent contrarium,quia hac.l.non
cauetur. Et ſic ſtat regula, ꝙ non opponatur poſt ſententiam.l.
perēptorias. C.ſen. reſcin.non poſ.l.1.C.de iuris & fac.igno.Et
ad l.bona.reſponde,ꝙ ibi de alia diuiſione loquitur, puta con-
demnationis factæ de pluribus.facit.l. 1.C. ſi plures vna ſen. &
l.Paulus reſpon.ff.de re iud.& ibi dicam, hic de diuiſione peti-
tionis,igitur &c.Nec obſtat.l. fideiuſſor.§. ſiua. C.de fideiuſſo.
quia illa loquitur in conceſſione actionis. vide Saly.in d.l. fide-
85 iuſſor. C. de fideiuſſo. quæ omnia nota. ¶ † Quid de exceptio-
a ne præſcriptionis, [a] an ſit dilatoria, vel peremptoria, & ſic
quando debeat opponi,videtur,ꝙ ſit dilatoria ſolutionis,quo-
niam opponi dēt in initio,& ſic añ litem conteſtatam,& proba
ri debet poſtquam actor probauit intētionem ſuam. vt videtur
tex.

ADDITIO.

a Præſcriptionis. adde an exceptio p̄ſcriptionis opponi poſſit ſecūdū editionē Canonis reintegrāda, 3.q.1. Pau.de Caſ.in col. 105.in 1.vol.in vlt.editione.

tex.apertus in l.emptor.C.de præſcrip.lon.tem. Tu dicas, ꝙ ex-
ceptio præſcriptionis dicitur exceptio litis finitæ. l.ſi.& ibi Bar.
ff.pro ſuo. nam ſicut exceptio tranſactionis, & iuriſiurandi, &
ſimilium impedit litis ingreſſum, ita ẽt iſta exceptio præſcriptio
nis, quia eſt exceptio litis finitæ, vt dixi ſ.eod.§.æquè ſi debitor.
dic, vt ibi. Nec ob.d.l.emptor. quia tota virtus conſiſtit in modo
opponendi. Nam poteſt opponi ad proceſſum, & impedit litis
ingreſſum.d.l.ſi.aut opponitur ad merita cauſæ, & ita loquitur
d.l.emptor. Ita dicit Bar. in d.l.ſi. Vnde ſi dicit opponens, nõ po-
tes agere, quia actio tua eſt perempta tempore, & tunc impedit
litis conteſtationem.l.omnes.in fin. C.de præſcrip.30.anno. vbi
præcipit, quod tale ius non moueatur. facit l.ſicut.in ſi.eod.titu.
ibi, nulli mouendi &c. Sinautẽ opponatur ad proceſſum. vide-
licet dicendo, dico talem agere non poſſe, vel non eſſe audien-
dum, vel litem conteſtandam non eſſe, quia ſi actio eſt perem-
pta præſcriptione, dicetur dilatoria. Sed ſi opponeretur ad inſtã
tiam cauſæ, vel ſi nego te ius habere, vel dico me abſolui debe-
re, quia præſcripſi, tunc opponitur in vim peremptoriæ, & non
impedit litem conteſtari. Ita poteſt intelligi d.l.emptor. Et ita ẽt
ibi dicit Bar.& pro hoc.l.eleganter.§. ſi quis poſt.& ibi Bar.ff.de
condi.indeb.& idem no.Bar.in l.cum quæritur.in ſi.prin.ff.iudi
catum ſolui. Ex propoſitione igitur ipſius apparebit, an ſit per-
emptoria, an dilatoria, quod no. Et prædicta ſunt vera, ſi ille, qui
talem exceptionem opponit, eſt paratus eam incontinenti pro-
bare, & ita ſe offert, aliàs autem ſi requireret altiorem indaginẽ,
fieret conteſtatio reſeruata exceptione dilatoria. vt eſt text. ex-
preſſus in l. nam poſtea.in prin.ff.de iureiur. Facit quod no.Bar.
in l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.in fin.ff.ad Trebel.& facit quod
86 dixi ſ.in rub.ita dixit Bar.in d.l.ſi.pro ſuo.¶ †Quid de exceptio-
ne impediente cumulationem, quando debeat opponi, & an in
effectu ſit dilatoria, vel peremptoria, vel anomala, nam Bald.in
l.edita. C.de eden.dicit, aut talis exceptio differt, aut perimit. Si
differt, aut cumulatio præceſſit litem conteſtatã in primo libel-
lo, & debet opponi. C.de exc.l.ſi.& quod ibi Bar.ff.de eui.l.ſi mã
cipium.§.1.C.commu.diui.l.2.in glo.& ibi Bart.& doct.& not.
Bart.in l.fundi.circa ſi.ff.de exce.aut talis exceptio præceſſit cu-
mulationem, quia poſt litem conteſtatam in prima actione fuit
porrectus ſecundo libellus, & tunc dic indiſtinctè obijci poſſe
ad conteſtationẽ ſecundi iudicij, & non poſtea.ff.de iud.l.ſed &
ſi ſuſceperit.in princ.& quod ibi not.C.de accu.l.ſi accuſationi-
bus.ſi eſt dilatoria. Si verò eſt peremptoria exceptio cumulatio
nis, & etiam actionis ſecundo loco propoſitæ, tunc vſq; ad ſen-
tentiam opponi poteſt.de quo dic, vt dixi ſ.de actio.§.ſi minus.
ver.quæro, qñ iſta exceptio impediens &c.dic; vt ibi.¶ Nunc per
modum regulæ, per aliquos actus, & partes iudicij diſcurrẽdo,
videamus quando exceptio opponi poſſit, & de eius effectu. Et
prima pars iudicij incipit a vocatione in ius.vt ſ.de pœna teme
rè litig.§.ſi.dic, vt ibi ſcripſi.& not.glo.in rub.C.de in ius voc.&
87 in rub.ff eo.tit. Et †ſic ſi contra iſtam citationem velis oppone-
re ad finem, vt vlterius non procedatur, & feratur abſolutoria
ab obſeruatione illius iudicij, opus eſt, ꝙ ſtatim opponas, ꝙ nõ
fuiſti citatus perſonaliter, vt requirebatur in illo negotio, vel ꝙ
talis citatio non deuenit in notitiam tui, tali tempore, quo po-
tuiſſes comparere.l.2.§.ſi.cum glo.& quod ibi ſcripſi.ff.qñ app.
ſit. Vel opponere, ꝙ tu non fuiſti citatus peremptoriè, vt requi-
rebatur, vel ꝙ non fuiſti citatus ter loco peremptorij. iuxta no.
in l.tres denunciationes.& l.conſentaneum.C.quo.& quan.iud.
l.ad peremptorium. ff.de iud.no. Bart.& ibi latè ſcripſi in l.ſi fi-
nita.§.Iulia.ff.de dam.infec. Si autem non vis opponere, tunc in
prin.iudicij tempore dictæ citationis potes poſtea qñcunque in
quacunque parte iudicij opponere, ꝙ iudicium non tenet, quia
non fuiſti citatus legitimè, & ideo non comparuiſti, vel ẽt non
comparuit actor, vel ſi comparuit, nõ accuſauit legitimè tuam
contumaciam, nec licentiatus receſſit. iuxta no.per Bar.& ibi
ſcripſi in d.§.Iulia. Vel opponere potes, quia in primo termino
comparuiſti, & non actor, licet in ſecundo termino actor com-
paruerit, & non tu reus, & ideo his caſibus contra te, tanquam
contumacem procedi non potuit.iuxta l.& poſt edictum §.ſi.ff.
de iud.& quod ibi per doct.& Ang.& no.Bar.& Ang.& Mod.in
l.qui ante calendas, & ibi dixi.ff.de verb.obli.¶ Secundò facta ci
tatione porrigetur libellus.auct.offeratur.& auc.libellum. C.de
lit.conteſt.& c.1.de lib.obl.& l.1.cum ibi plene not.per gl.Bar.
& doct.ff.de eden.& l.edita. & ibi plenè per doct. C.de eden.&
88 c.examinata.de iudi. † Et ſi ego volo opponere exceptionẽ cõ-
tra libellum, ꝙ ſit ineptus, quando ergo dictam exceptionẽ ine-
ptitudinis libelli opponere poſſim, & debeam, & dic, ꝙ nõ tan-
tum in principio iudicij, quod (vt plurimum) eſt ſtylus cauſidi-
corum, quia in primis exceptionib. opponendo contra libellũ,
dicunt ipſum libellũ fore ineptum &c. Sed tu dicas, ꝙ qñcunq;
non ſolum in principio talis exceptio opponi poteſt, vt eſt glo.
ſing.ſ.de obli.in prin.in glo.in verſ.ſecundum.in ſi. Intantum ꝙ
ẽt ſi ſententia feratur ſm dictum libellum ineptum, nunquam
tñ talis ſententia tranſit in rem iudicatam, immo de ineptitudi-
a ne libelli ſemper poteſt opponi.[a] Intantum ꝙ licet à dicta ſen-
tentia appelletur, & petatur reformari, iudex appellationis non
poſſet reformare dictam ſententiam. vt eſt tex.ſing.in c.cum di-
lecta.de emp.& vend.& ibi Pet.de Anch. Ant.de But. Io.de Imo.
quod eſt ſingulariter notãdum. Et eſt ratio, quare talis exceptio
ſemper poteſt opponi, quia ibi non põt eſſe, vel dici iudicium,
vbi non eſt fundm̃, & pro hoc d.c.examinata.de iu.vbi videtur
caſus. Et intelligas ineptum fore libellum, qñ de iure aliquo ca-
ſu non procedit, vel non concludit de iure ſub iſta forma, ſem-
per opponas tu, (& ſufficit) videlicet dico dictum libellum de
iure non procedere, vel de iure non concludere, & ſufficit, etiã
ſi aliud non opponas. Et tene menti, ꝙ prædicta procedunt, niſi
talis ineptitudo procederet ſolum reſpectu cauſę non expreſſę,
nam tunc quando libellus eſt generalis, debet contra talem ge-
neralitatem opponi ante litem conteſtatam, aliàs procederet li-
bellus, & iudicium.l.ſi.cum ibi not. C.de anna.excep. Ita dicunt
doc.in l.1.ff.de eden.& in d.l.edita. & l.ſi.licet in veritate illa l.ſi.
in hoc non probet, ſed loquitur in ſuo caſu ad interrumpendã
præſcriptionem, quæ eſt odioſa. & ideo omnes cauſidici dicunt
in primis eorum exceptionib. ꝙ dictus libellus eſt dubius, ob-
ſcurus, & generalis. & bene faciunt, licèt melius facerent dicere
in ſpecie, in qua parte, & in quo eſt dubius, obſcurus, & genera-
lis. ¶ Verùm porrecto libello, quia iudicium conſiſtit ex tribus
perſonis, videlicet actore, reo, & iudice.c.forus.de verb.ſig. vi-
deamus de vnoquoque, quæ exceptiones poſſint opponi, & qñ
debent opponi, & ꝯ quem exceptiones poſſunt opponi, an con-
tra actorem ſuo nomine agentem, an contra quemcunq; alieno
agentem nomine, vel ad vtilitatem alienam, & ẽt ꝯ reum, vel ꝓ
reo comparentem. Et quę exceptiones poſſint opponi ꝯ iudicẽ,
89 vide quæ ĩ.dicam.in §.ſi.¶ †Quid de exceptionibus concernen-
tibus ineptitudinem alterius partis proceſſus. diſtingue, aut alle
gatur defectus in omiſſione, & tunc aut defectus eſt in ſubſtan-
tialibus, & talis defectus poteſt allegari qñcunq;, ẽt poſt ſenten-
tiam, vt quia non eſt lis conteſt. vel quid ſimile. & eſt ratio, quia
propter hoc ſententia redderetur retro nulla. C.de ſen.l.prola-
tam.& ibi gl.& doc.C.quomodo, & quãdo iudex.l.ſi vt propo-
nit.& l.ea quæ. Aut eſt in alijs, quæ non ſunt ſubſtãtialia, & tũc
talis defectus debent opponi ante ſententiam, non poſtea, niſi
ab ea fuerit appellatum: vt extra de proba.cap.qm̃ contra.& ibi
gl.ſi.& per Ioan.And.in c.in præſentia.de renun.in ſi. Si verò in
ordine, & pręparatione ſit omiſſio, vel defectus, & tũc aut eiuſ-
dem cauſæ ad ſeipſam, & talis præpoſteratio vitiat proceſſum.
d.l.prolatam.& extra de iudicijs.c.exhibita. Et ideo quandocũ-
que põt opponi, etiam poſt ſententiam, quia redditur nulla. aut
vnius cauſæ ad aliam, & tunc aut quælibet earum eſt mouenda
inter eaſdem perſonas, aut inter diuerſas. Si inter eaſdẽ, & tunc
glo.vult, ꝙ ante lit.conteſt.debet opponi. l.ſi mancipium.§.1.de
euict. Et ratio dñæ inter iſtum caſum, & præcedentem eſt, quia
in primo caſu ordo eſt de forma illius iudicij, cum quodlibet to
tum requirat ſuam formam.l. Seia. de aur.& argen.leg. ideo ea
non ſeruata, non habet ſubſtantiam.ff.ad exhiben.l.Iul.§.ſed &
ſi quis. In ſecundo caſu ordo non eſt de forma alicuius illorum
iudiciorum, ſed ſimpliciter vnius totius ad aliud, & nõ eſt om-
nimodæ neceſſitatis, ſed potius vtilitatis, & voluntatis, & ideo
& meritò apertè debet opponi ante litem conteſt. vt appareat,
ꝙ non cõſentit actui ſibi præiudiciali, ſi inter diuerſas perſonas,
vt rei fideiuſſoris, & pignorum poſſeſſoris petentiũ primò con
ueniri reũ principalem.auc.ſed hodie. C.de actio.& ob.& ſcri-
90 pſi ſupra de actio.in §.ſi quis in fraudem.¶ †Quæro itaque, quæ
exceptio dicatur iſta, quam opponit fideiuſſor, vel pignorũ poſ
ſeſſor, & per conſequens qñ debeat opponi, & gl.ſi.in l.2.ff.en.
dicit hanc exceptionem fore anomalam, & ſic poſſe opponi an
te lit.conteſt.& ẽt poſtea. & mouetur ex eo, quia dubium eſt, an
ſit tẽporalis, vel perpetua, & ideo in dubio iudicandum eſt, vt
de perpetua.l.ſufficit.ff.de condi.inde. Sed in cõtrarium adducit
Iac.de Are. quia adultera non poteſt accuſari, niſi prius adulter
accuſetur.

ADDITIO.

a Opponi. Adde quæ not.Iaſ.in propoſito multum eleganter.in l.eleganter.in §.poſt tranſactionem ff de condi.inde & de hac exceptione ineptitudinis libelli. vide pulcrum conſi. Bal.84.quod incip. verba libelli.in 2.col.ibi iſte eſt ergo libellus.in 1.lib. Bartho.ab Horat.

accuſetur.& hoc poteſt ipſa mulier excipere vſq; ad litem conteſt. ſeu antequam recipiatur nomen ſuum inter reos, non poſtea.l.ſi maritus.§.præſcriptiones. ff.de adul.ergo nec in propoſito,cum vterque eſt eiuſdem ordinis.& hanc partem tenet Pet. & Cyn.in 6.q.in d.l.exceptionem.C.de proba.& hoc etiã tenet Bart.in d.l.2.in fin.ex eo, quia exceptio non perimit,nec impedit perſonam agere,ſed ſolum petit, vt principalis prius excutiatur.& hoc etiam tenet Saly. in d.l.exceptionem.quia iſte ordo nõ eſt de forma alicuius totius,ſed in ordine vnius totius ad aliud,& eſt ob vtilitatem fideiuſſoris inuentus, cui tacitè renuntiare potuit,patiendo ſecum litem conteſtari.Nec obſt.ratio gl. dum dicit,quòd de forma exceptionis poteſt eſſe perpetua, reo principali poſtea ſoluente.Quia reſponde,ſecundum Bar.quòd illud non contingit principaliter vi exceptionis,& eius naturę, ſed vi, & poteſtate ſolutionis, quæ omnem obligationem diſſoluit. Vel aliter, exceptio dubia,ſi defenſio ſit perpetua,iudicatur perpetua quo ad repetitionem ſoluti. vt eſt tex.in d.l.ſufficit.& ſic non quo ad omnia,vt in caſu noſtro.Vel ſic,exceptio dubia iudicatur perpetua, quando dependet ab euentu futuro, vt ibi. non ſi à ſtatu præſenti,vt puta,an principalis ſit ſoluendo vel non,quia tunc in ſe non eſt dubia, licet in noſtra cognitione non ſit certa. l. cum ad præſens. ff. ſi cert. peta. quod not.

91 ¶ † Quæro, video quòd terminus ad opponendas dictas exceptiones dilatorias, vel peremptorias eſt à iure ſtatutus, an iudex poſſit dictum terminum variare, & dicas, q; ex iuſta cauſa poteſt.l.2.& ibi Bar.Ange. & Mod.& ibi dicã.ff.de re iud.& hoc tenet Io.And.in addi.Spe.in tit.de dila.§.ſi.ver.& not.licèt ibi re

92 fert Guil.de Suz.tenentem contrarium. ¶ † Quid ſi aſſignatur terminus ad exceptiones proponendas, an ſufficiat proponere vnam exceptionem in ſpecie, & dicere alijs ſaluis &c.ita q; pp iſtam proteſtationem poſſit poſtea alias exceptiones opponere elapſo eo termino? dic,q; non. vt eſt gl.no.in c.paſtoralis.extra eo.tit.facit.l.ſcire oportet.ff.de excuſ.tut.Et not. Bart.in l.1.ff.eo. tit.quod tene menti ad limitationem eorum, quæ ſcripſi ſ.eo.in rub.allegando Bal.in l.Titiæ textores.de leg.1.ſed licet non poſſit alias exceptiones proponere elapſo dicto termino dato ad excipiendum,poteſt tamen agere, nec actiones ei deſcendentes ex dictis exceptionibus perdidit, & amiſit, ſecus ſi fuerit ſtatutus terminus ad agendum. quia tunc elapſo termino perditur actio.l.Titia.& ibi glo.& Bar.ff.de act.& l.diffamari.& quod ibi Bal.& Saly.C.de inge.&.manumiſ.& l.ſi ea quæ.& ibi Cyn.Sal. & doc.C.qui accu.nõ poſ.& ſcripſi ſ. eo.in rub. Exemplum eſt, dato termino ad excipiendum de ſpolio, eo non probato, pôt poſtea de ſpolio principaliter agi. vt no.in reg.mora.de reg.iu. in 6.& in c.2.de ord.cog.facit in ſimili.l.ſi prius. cum ibi not.ff. de no.ope.nunc. ¶ Aduertas tamen,& tene menti,q; licet detur terminus generalis ad opponendas ſuas exceptiones,non includitur tñ,q; ſi quis habeat aliquam exceptionem anomalã, quin elapſo etiam termino illam opponere poſſit, & per conſequẽs in tali termino non comprehenditur talis exceptio, vt no.Bald. in d.l.exceptionem.ff.de prob.& in l.ab executione.C.quo. appel.non reci.Sed licet in dicto termino poſſit opponere oẽs, & ſingulas exceptiones, quæ ſibi realiter competunt, non tamen poteſt opponere exceptiones, quæ de præſenti non competũt, ſed aliquo obſtaculo de medio remoto competere poſſent, ita dicit Barto.in l.qui ob rem. per illum tex.coniuncta.l.qui exce-

93 ptionem. de condi.indeb.quod not. † Et etiam tene menti,q; ſi detur alicui terminus ad probandum, ſiue actori ad probandũ

a intentionẽ ſuam, ſiue reo ad probandum exceptiones ſuas, ᵃ & intra dictum terminum producit iura ſua iudici,niſi citetur aduerſarius ad contradicendum,& copia detur parti aduerſæ,nõ dicitur probaſſe.ita dicit ſing. Bart.in extrauag.ad reprimendũ. in ver.de plano. & Lud.in d.l. qui ante calendas. de verb.oblig. Quod in actu practico tu cauſidice perpetuò tene menti.

ADDITIO.

a Exceptiones ſuas. Vide Dyn.& Ioan. And in c.indultum de reg.iur.in 6.vide tex. in c. paſtoralis.& ibi per ſcr.de excep.per Cyn in l.iudices.C.de iu.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio contra reſcriptum ſub qua forma opponi poſſit.*
2 *Miles an,& quando litigare poſſit.& nu.7.*
3 *Iudex an poſſit procuratoriam exceptionem opponere, quando per partem non opponitur.*
4 *Sententia lata cum procuratore nullum habente mandatum agente nomine meo poteſt a me ratificari,& ratiohabebit iudicium.*
5 *Mater pro filio quando ad agendum admittatur.*
6 *Mater agens pro filio an dicatur intercedere pro alio,ita quod nõ admittatur,niſi renunciet Velleiano.*
8 *Clericus an poſſit eſſe procurator.*
9 *Doctor vel aduocatus an procurator eſſe poſſit.*
10 *Exceptiones quæ poſſunt opponi contra reſcriptum.*
11 *Regularia reſcripti quæ ſint.*
12 *Iudex quotuplex ſit. & quid contra eius perſonam opponi poſſet.*
13 *Iudex delegatus remotus habet executionis officio.*
14 *Iudicis incompetentia a quo poſſit cognoſci.*
15 *Iudex infamis, cui non opponitur, an poſſit ab onere iudicandi ſe abſtinere.*
16 *Forma exceptionis ad repellendum iudicem & nu.18.*
17 *Iudicis recuſati proceſſus an ſit nullus.*
19 *Arbitri,vel arbitratores qui eſſe poſſint,& quæ contra eorum perſonas obijciantur.*
20 *Spiritualia an in laicum compromittantur.*
21 *Statu libero an in iudicio agere,accuſare non liceat.*
22 *Pupillus an ſine tutore poſſit eſſe in iudicio.*
23 *Infantia proximus an iudicetur ſicut proximus pubertati.*
24 *Pubes minor 25.an.an in iudicio eſſe poſſit ſine auctoritate curatoris.*
25 *Prodigus non poteſt agere. vel accuſare ſine tutore, & idem in ſurdo, muto,& furioſo,ſiue demente.*
26 *Læſæ maieſtatis,vel hæreſis crimẽ contrahens agere nec accuſare põt.*
27 *Filius,& hæres hæretici patris,vel matris ab agendo repellitur. Filia hębrei effecta chriſtiana,à patre hębreo dotari debet.*
28 *Vxor repellitur contra maritum ab agendo de dote conſtante matrimonio.*
29 *Maritus contra vxorem, & vxor contra maritum non poſſunt actiones famoſas,vel pœnales intentare.*
30 *Pater non auditur contra filium,nec filius contra patrem.*
31 *Filius in caſibus,in quibus poteſt agere contra patrem, non admittitur niſi prius petita venia.*
32 *Banniti ſpoliatores,& excommunicati ab agendo repelluntur.*
33 *Monacho conuerſo an agere liceat.*
34 *Fideiuſſor an agere poſſit contra reum pro quo fideiuſſit, antequam ſoluat.*
35 *Repelli ab agendo qui poſſunt.*
36 *Procuratori quæ obijci poſſint,& quibus repellatur.*
37 *Procurator an teneatur cauere de defendendo dominum ſuum.*
38 *Procurator an,& qualiter poſſit alium procuratorem conſtituere,& vices ſuas committere.*
39 *Procurator habens mandatum ad lites præſenſ, appellationem a diffinitiua per eum interpoſitam proſequi non poteſt.*
40 *Procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendum, defendendum, &c. an ad futuras cauſas conſtitutus dicatur.*
41 *Procurator habens poteſtatem a domino ſubſtituendi, vnum,vel plures procuratores,an ante litem a ſe conteſtatam poſſit ſubſtituere.*
42 *Procurator in rem ſuam qui,& qualiter poſſit conſtitui.*
43 *Procuratori in rem ſuam quæ obijci poſſunt.*
44 *Procuratori in rem ſuam an opponi poſſit, quod dominus eſt legalior, & tanquam melius informatus reſpondeat poſitionibus.*
45 *Ceſſionarius an ante litem conteſtatam teneatur facere copiam ſuæ ceſſionis.*
46 *Verba ponens eum in locum ſuum, in procuratorio poſita quid importent.*
47 *Sindicus quibus exceptionibus repellatur.*
48 *Collegium qualiter coadunari poſſit deficiente collegio, vel conſilio.*
49 *Poteſtas, vel principalis officialis loci intelligitur cõſtitutus ſindicus pro conſeruandis,& defendendis rebus,& iuribus municipij. quoties in ciuitate, vel municipio non eſt ſindicus ſpecialiter deputatus.*
50 *Sindicus vniuerſitatis quis creare debeat.*
51 *Vniuerſitatis ſingulares an poſſint conueniri ex obligatione facta per ſindicum habentem mandatum ad obligandum vniuerſitatem, & ſingulares perſonas vniuerſitatis.*
52 *Tutori,& curatori quæ obijcienda & nu.57.*
53 *Tutoris vel curatoris actori quæ obijci poſſint.*
54 *Actor tutoris an teneatur cauere de rato.*
55 *Furioſi curatori quæ opponi liceat.*
56 *Furor quomodo probetur.*
58 *Curator quando ſit dandus bonis.*
59 *Economo quid opponi poteſt.*
60 *Orphanotrophi qui dicantur.& quale ſit eorum officium.*
61 *Hoſpitale an eiſdem priuilegijs gaudeat, quibus gaudet minor, & eccleſia.*
62 *Abſentiam excuſantes,eorumque officium quale ſit.& nu.63.*
64 *Procurator quomodo in criminalibus repelli poſſit.*
65 *Coniuncti an pro coniunctis agere poſſint, & quæ eis obijciantur. & numero 68.*
66 *Conſortes eiuſdem litis an pro conſortibus ſine mãdato agere poſſint.*
67 *Coniuncta perſona vſque ad quem gradum dicatur, ita quod ſine mandato agere poſſint.*
69 *Amicus an pro amico poſſit agere ſine mandato.*
70 *Defenſor quis dicatur.*
71 *Defenſorum quod genera ſunt.*
72 *Libelli forma excipiendi cõtra defenſorem, & ſententia contra eum.*

Præterea. Exceptionum tertium genus eſt, quia quædam
vocatur dilatoria iudicij perſonam reſpiciens;
vt exceptio incompetentis procuratoris, & ſimilis.h.d. primo.
Infamis autem poteſt eſſe procurator, & procuratorem con-
ſtituere.h.d.vſque ad finem, legam tamen per partes. ¶Nota,
ꝙ non ſolum ex re poteſt eſſe exceptio dilatoria, vt in §. ap-
pellantur. i. eod. ſed etiam ex perſona, vel propter perſonam,
vt hic.& l.ita demum.& l.alienam. cum ſi. C. de procur. ¶Not.
quòd quis non poteſt in iudicio comparere per militem,
nec etiam per mulierem. Et ſic no. quòd miles, vel mulier alie-
nam litem proſequendam in iudicio ſuſcipere non poteſt, &
ſic non poſſunt fungi miles, vel mulier officio procuratoris.
¶Nota ibi, nec ex ſacro reſcripto. ꝙ nõ valeret reſcriptum prin
cipis, quo habilitaretur miles, quòd poſſit eſſe procurator. Et
eſt ratio, quia eſſet contra publicam vtilitatem, ita habetur in
l.militem. C. de procu. & ibi Barto. & doc. Vnde princeps au-
fert ſibi hanc facultatem ad hoc, vt milites non litigiis foren-
ſibus, ſed armis & exercitio armorum vacare debeant. l. fina.
in princ. C. de iure deli. Sicut princeps non intendit valere re-
ſcriptum ſuum contra iam iudicata, quæ tranſierunt in rem iu-
dicatam, vt ſit finis litium.l.fin. C.ſen.reſcin. non poſſe.cum ibi
no.per glo. & doc. & maximè Bald.& Saly. ¶Ex quo not. ꝙ in
1 iudicio opponi poteſt exceptio contra † reſcriptum ſub hac
forma, videlicet, quòd huic negotio princeps fecit præambu
lam clauſulam derogatoriam, quoniam quando eſt talis clau-
ſula derogatoria, reſcriptum poſtea ſequens non valeret.l.ſi mi
hi & tibi.§.fina.cum gloſ.de leg.1. & ibi docto. & in l.ſi quis in
princ.teſtamenti.ff.de leg.3.& no.in l.2.& in l.ſi. C.ſi cõtra ius,
vel vti. pub. quia tunc talis impetratio, & reſcriptum præſu-
mitur obtentum ad importunitatem impetrantis. l.1.C.de pet.
bo.ſublata.libr.10. & ibi Bartol. facit l.3.in princ. & ibi Bartol.
ff.quod quiſque iuris. & facit cap. ſi motu proprio, & ibi glo.
& docto. de præben. in 6. Et prædicta ſunt vera, niſi princeps
in ſecundo reſcripto reuocatorio primæ ſuæ ordinationis fa-
ceret ſpecialem mentionem de dicta ſua prima ordinatione;
vt ſi diceret in ſpecie, non obſtante tali alio noſtro reſcripto,
vel ordinatione, vel lege derogatoria. vt not.Bald. & Salyc.&
doc.in d.l.fin. C.ſenten.reſcind. non poſſ. Et not.glo.& doc.in
d.l.ſi quis in principio teſtamenti.& in d.l.ſi mihi, & tibi.§.fina.
& in d.l.fina.C.ſi contra ius, vel vti.pub. & facit quod not.Iac.
Butr.& Bart.in proœmio digeſtorum.& quod no.Saly.& Ang.
in ſimili in l.ſancimus. C.de teſt.& Barto.in extrauag.ad repri.
in ver. non obſtantibus. & facit quod not.glo. & doc.in l.1.C.
de natu. lib. & quod not. gl. & doc. in auct. hoc inter liberos.
C.de teſt. Et prædicta procedunt, etiam ſi impetratur contra
talem legem prohibentem impetrationem reſcripti, etiam ex
certa ſcientia principis, ſi apponatur clauſula (non obſtan-
te tali lege in ſpecie, & nominatim) vt not.glo. & Barto.in
l.omnis.C.de aquæductu, libr.11. ¶Not. quòd miles etiam pro
patre, matre, vel vxore, & ſic pro perſonis coniunctiſſimis non
poteſt vt procurator eſſe in iudicio, ſed fœmina interdum pro
his perſonis in iudicio intereſſe poteſt. l.fœminis. ff. de procu-
rat. de quo dicam cum glo. in verſic. mulierem. ¶Sed an miles
pro prædictis perſonis poſſit interuenire, dicam cum gl.in ver.
2 pro patre. ¶ † Not. quòd miles cauſam propriam poteſt in iu-
dicio agitare, etiam per ſe, & dicitur cauſa propria, etiam ſi ſit
factus procurator in rem ſuam, & ſic ſi intentat actionem ceſ-
ſam ex honeſta, & verecunda cauſa.l.qui ſtipendia. C.de procu.
quod etiam tunc eſt verum, dummodo non offendatur diſcipli
na militaris.de quo dicam infra cum glo. in verſi.offenſa. ſecus
ergo ſi dicta ceſſio iurium non eſſet ex verecunda, & honeſta
cauſa. quia tunc diceretur redemptor litium, quod non conce-
ditur.l.ab Anaſtaſio.C.man. & d.l.qui ſtipẽdia. ¶Not.quòd iſta
a eſt exceptio procuratoria (tu non es procurator, [a] tu non po-
tes eſſe procurator, vt quia miles, vel ſimilis, vel quia non do-
ces de mandato.) l.inter quos.§.pe.ff.de dam.infe.& ff.man.l.ſi
fideiuſſor.§.quædam. Sed ſi dicatur, tu non es procurator, nec
3 vnquam fuiſti, tunc talis exceptio † non eſt propriè illa, de qua
hic loquitur, quoniam illa talis exceptio poteſt opponi quan-
docunq;, & oppoſita reddit iudicium retro nullum, & ſic non
eſt illa exceptio procuratoria, & dilatoria, de qua hic, quę debeat
opponi ante litem conteſta. vt dictum eſt ſupra eod.§.appellan
tur, vt l.licet. C.de procu. & c.noſtra.in ſi.de proc. In vnoquo-
que.n.iudicio perſonæ ſunt legitimandę. l. ſi quęramus. ff.de
teſta.etiam ſi ſit iudicium ſummarium, & executiuum. vt eſt gl.
ord.in l.2.& ibi Bartol. C.de edict. diui Adri.tol. Et hæc proce-
dunt, quando cauſa defenditur, ſed quando agitur contra con-
tumacem, tunc talis exceptio non venit opponenda per iudi-
cem, vt videtur caſus in d.l.inter quos.§.alieno.in verſ.ꝙ ſi rei,
ſed legitimabitur poſtea perſona procuratoris, cum agetur de
nullitate, & validitate proceſſus. Et ſic not. ꝙ non poteſt per iu-
dicem opponi talis exceptio, ꝙ non ſit talis procurator, quãdo
non opponitur per partem, ita dixit ſingulariter Bar.in d.l.alie-
no.in ſi. licèt per iudicem poſſit opponi talis exceptio, videli-
cet, ꝙ comparens non poteſt eſſe procurator, vt quia miles, vel
fęmina, vel alius inhabilis, & hoc propter decorem iudicij.l.fi-
lius.§.veterani.ff.de procu. de his tamen vide quę notãter ſcri-
4 pſit do.meus Ioan.de Imo.in d.§.alieno. ¶ † Ex his infertur, ꝙ ſi
procurator, qui nullum mãdatum habet, agat nomine meo, &
pro me feratur ſentẽtia poſſum ratificare, & retro valebit iudi-
cium, & ſententia, vt eſt glo.ſingularis. & ibi Iaco.de Are. Bart.
Ang.& Raph.ĩ l.ſi mater. §.hoc iure. ff.de excep.rei iud.& iſtud
teneas.& ita ſemel vidi practicari, licèt allegaretur glo.in con-
trarium.& ibi Vltramon.& Sal.in l.ſi tutor. C.ſi tutor, vel cura-
tor interue. quæ omnia no. ¶In gl. mulierem. in ſi.dic, ꝙ etiam
5 poteſt agere † pro filio, dummodo ipſa mater ſit maior, & om-
nia, quæ hic enumerantur in glo.in patre, interueniant in filio,
vt.ſ.ſi filius, aut propter ætatem, aut morbum agere non poſſit,
nec habet aliquem idoneum, qui pro eo agat. Sed quod dixi de
ętate, dic, vt ſtatim dicam. quia his caſibus eſt eadem ratio in
filio quę eſt in patre. ita dixit Bar.in d.l.fęminis.& doc.in l.alie-
nam.C.de procur. Si autem filius ſit minor, mater non admitti-
tur in iudicio, etiam ad defendendum, nedum ad agendum. vt
d.l.alienã. Sed debet ei tutorem, vel curatorem petere, vt ibi in
gl. quod procedit in cauſa principali, ſed in cauſa appellatio-
nis mater pro omni ſuo filio, & per conſequens etiam pro mi-
nore admittitur. vt eſt caſus in l.1.ff.de app.rec. Et ſic no. ꝙ ma-
gis admittitur mater pro filio in cauſa appellationis, quam in
cauſa principali. Et eſt ratio, quia appellatio eſt maioris prę-
iudicij. vt no.in cle.quamdiu.de ap.& auc.ſi tamen. C.de temp.
app. facit l.properandũ.in ſi.cum ibi no. C.de iud. Quod Raph.
in d.l.1. intelligit verum, etiam ſi mater caueat de rato, tamen
ad appellandum admittitur. per d.l.1.ad differentiam, quam ibi
facit tex.inter negotiorum geſtorem, & matrem. Sed mihi hoc
non placet, quia regula eſt, ꝙ cõiuncta perſona, quę in caſibus,
in quibus de iure admittitur, pro coniuncta nunquam admitti-
tur, niſi caueat de rato, l.3.§.1.ff.iud.ſol. etiam ſi ſit pater pro fi-
lia.l.non ſolum.ff.ſo.mat. licèt etiam actio per eum mota ſit cõ-
munis patri, & filiæ.l.2.§.1.& §.ſi.ff.ſol.ma. poteſt etiam mater
liberale iudicium pro filio proſequi, & etiam inuito filio. Et eſt
ratio, quia tali caſu diceretur ęquè bene proſequi cauſam pro-
priam.l.2.3.& 4.ff.de lib.cau. Quod eſt verum, quando nõ eſſet
alius maſculus idoneus, qui in dicto iudicio liberali agere vel-
let, tunc enim etiam omnibus fęminis de cognatione illa, non
6 ſolũ matri hoc permittitur, ut dixit tex.in d.l.3.de li.cau. ¶ † Et
an talibus caſibus, quando mater agere poteſt, dicatur interce-
dere pro alio, ita ꝙ non admittatur niſi renunciet Velleiano? Bar.
eſt ſibi contrarius. nam in d.l.alienam. tenet, ꝙ non iuuetur, niſi
expreſsè renunciet Velleiano.& iſtã opi.eſt ibi ſecutus Bal. Sed
Bar.in d.l.1.de app.rec. dixit, ꝙ licèt dicatur propriè intercede-
re, non tamẽ iuuatur Velleiano, vt ibi, ſicut filius minor, qui a-
liquando admittitur ad tuitionem patris. iuxta l.exigendi. C.de
procu. nõ iuuatur ratione minoris ætatis, ne aduerſarius læda-
tur beneficio legis, quæ prædictas perſonas in dictis caſibus ad
mittit. Iſtam ſententiam fuit etiam amplexus Cyn.in d.l.alienã.
& hanc tenet Raph.in d.l.1. & ibi Mathæſilanus. & hanc etiam
fuit ſecutus Bar.in l.fœminæ.ff.de procu. Et iſta opinio eſt com
munis. de quo vide Iacob.But.& Saly.in d.l.alienam. qui diſtin-
guunt. dic, vt latius de hoc ſcripſi in d.l.1. ¶In glo.nec pro pa-
tre.in fin.dic, ꝙ iſto caſu dicitur defendere cauſam propriã pro
ſuo intereſſe, vt d.l.1.2.3.& 4.ff.de lib.cau. facit l.non tantum.&
quod ibi per doc.& quod ibi ſcripſi.ff.de app.dic, vt ſupra dixi in
7 notabilib. ¶In glo. ſine offenſa. ibi, exercitiũ militare. † No. ergo
rationem, quare miles non poteſt eſſe procurator, ne offenda-
tur diſciplina militaris, & ſic propter publicam vtilitatem. nec
etiam poteſt eſſe aduocatus ſecundum Bal. & Sal. in l.militem.
C.de procu. quia eſt eadem ratio in aduocato, etiam ſi aduerſa-
rius velit, ꝙ vt procurator, uel ut aduocatus ueniat. d.l.filius.§.
veterani. Ex his ſequitur, ꝙ publica vtilitas pręfertur parenti-
bus.l.ut vim.ff.de iuſt. & iure.cum ibi no. facit l.1.in ſi. C.de ca-
tol. Eſt etiam alia ratio, ne ſit propter potentiam terribilis ad-
uerſa-

ADDITIO.

a Tu non es procurator. Adde de exceptione tu nõ es procurator, an poſſit etiã
poſt concluſionem in cauſa opponi, pulchrũ conſi. Alex. de Imo. 72. in 4. par.
per no. Bartho. ab Horat.

uerſario.l.vnica.C.ne lice.poten. & in tit. de his quę pœnæ no-
mine. Et q miles non poſsit eſſe procurator, vel aduocatus, eſt
verum, ſi opponatur, aliàs ſecus, ſi ſub ſilentio pertranſitur.d.l.
filiusfamilias.§.veterani. Item hoc eſt verum in milite, ſecus in
veterano, vt d.§.veterani.niſi repellatur per iudicem. vt d.§. ve-
terani.¶ Ex quo ſequitur, q attenta prima ratione, qua argui po
teſt a ratione ceſſante, q cum illa ratio ceſſet hodie in militi-
a bus noſtri temporis, [a] quia non militant, & ſic non offenditur
diſciplina militaris, q milites noſtri temporis poterũt eſſe pro-
curatores alienæ cauſæ. ita dicunt Bart. & doc. in l.militem.C.
de procurato. & Bar.in d.l.filiusfamilias. §.veterani.facit quod
not.Cy.in d.l.1. C.de iur. & fact. ignoran. & ſcripſi ſupra de te-
ſtam.milit.in princ.Sed ſi ſecunda ratio vigeret, quia licèt non
eſſet in exercitio militiæ, tamen eſſet potens, & terribilis in ci-
uitate, tunc quia iſta vnica ratio ſubeſt, ſufficit ad hoc, vt pro-
curator eſſe non poſsit. Ita dicit Barto.in d.l.militem.quoniam
quoties ſunt duæ cauſæ, quę nocerent, ſiue prodeſſent, licèt vna
remoueatur, ſufficit, q altera remanſerit. §. affinitatis.ſupra de
nupt. Facit glo.notabilis in l. ſi quis ad exhibendum. ff.de exce.
rei iudica. Et vide in Specu. de procur. in §. ratione autem ſui.
in ver. item q eſt miles. Sed quod dixi, militem non poſſe eſſe
procuratorem, eſt verum, niſi in caſibus, qui habentur in tex. &
8 gl.in d.§.veterani.¶ †Quid in milite cœleſtis militiæ, vt in cleri-
co, an poſsit eſſe procurator? dicas, q non, vt notant doct.in d.l.
militem. & not.gl. & Bar.in d.§.veterani. & videtur tex.in Auc.
de ſanct. Epiſco.§.aliud. Sed de iure canonico videtur, q cleri-
cus ſimplex non poſsit eſſe procurator vniuerſalis laicorum,
ſed ad vnam cauſam ſic, ſed promotus non, niſi in cauſis ſpi-
ritualibus, vel niſi pro miſerabilibus, vel coniunctis perſonis,
vel pro eccleſia. & ſic prædicta debent intelligi ſecũdum Ioan.
Fab.hic. Et quod no.Inno.de obli.ad ratiocinan.ca.1.Et in Spec.
de proc.§.ratione autem ſui.in ver.item q Epiſcopus.Religioſi
verò non poſſunt eſſe procuratores de iure ciuili, ſed de iure
canonico ſic, pro ſuis monaſteriis, cum licentia Abbatis, de re
iudi.cap.cum olim. & Clemen.pen.de procu.Sed Petrus, vt re-
fert Cyn. & Saly.in d.l.militem.dicit, q aut quæritur de clerico
clauſtrali, vt ſunt monachi, & religioſi, & tunc etiam pro eccle
ſia ſua non poſſunt eſſe procuratores. in Auc.de ſan.Epi.§.Deo
habiles. Aut de alio, & tunc aut de beneficiato, qui tenetur ſer-
uire eccleſiæ, & tunc non poſſet, niſi in cauſa eccleſiæ. C.de epi.
& cleri.l.placet. & e.tit.l.omnes.§.1. Aut de non beneficiato, &
tunc aut non eſt in ſacris conſtitutus, & tunc indiſtinctè, & in
quolibet foro poteſt eſſe procurator. Aut eſt in ſacris, & poteſt
eſſe procurator in foro eccleſiaſtico, non in foro ciuili.l.conſul
9 ta.C.de teſt. & d.l.placet. quod not. ¶ †An autem miles inermis
militię, vt doctor, vel aduocatus poſsit eſſe procurator? & vide-
tur, q non, quia quotidie dicitur militare.l.aduocati. C.de ad-
uoca. diuer. iud. & ſic cum ſit in exercitio ſuæ militiæ, clarum
eſt, quòd non poteſt eſſe procurator.facit quod not.glo. & doc.
in l.miles.in princ.ff.de re iudica.Et ideo, vt dicta infra in verſi.
fina.huius §.ſecundum Io.Fab. doctores, & licentiati videntur
infames, qui onus procurationis recipiunt, quod no. contra a-
liquos. Tu verò poſſes diſtinguere, vt dicimus in militibus ar-
matæ militię, quia veteranus, qui actualiter non exercet mili-
tiá. & ſic vt milites noſtri temporis poſſunt eſſe procuratores.
nec ea eo quod ſunt milites, poſſunt repelli, niſi eſſent poten-
tes, vt dixi ſupra. Ita dici poteſt, q ſi eſſet aliquis doctor, qui nõ
exerceret officium doctoris, vel aduocati. vt quia non allegat,
non conſulit, non publicè legit propter ignorantiam, & tunc
poſſet dici, q tales poſſunt officiũ procuratoris exercere, quia
in his ceſſant rationes prohibitinę, igitur &c.c.cum ceſſante.de
appella.Facit quod not.Bal.in procemio digeſtorum.vbi dicit,
q huiuſmodi Doctorelli non gaudent priuilegio doctorum, & *
per conſequens tales debent poſtponi militibus noſtri tempo-
ris, licèt doctor egregius militibus præponendus ſit; dic, vt per
eum.¶ In ead.glo.in fin.ibi. l.qui ſtipendia. de procuratore ve-
rò in rem ſuam, & exceptionibus cõtra eum faciam infra quæ-
ſtionem particularem, dic, vt ibi dicam. ¶ Expeditis glo. iſtius
principij omittã verſi.eas verò exceptiones. & gl.ſuam, in ver.
acquieſcere.quod explicabo infra circa ſi. ſeparatim, & de per
10 ſe pro clariori intelligentia. ¶ †Vnde cum iſte tex. faciat men-
tionem de reſcripto principis. ibi, nec ex ſacro reſcripto. videa-
mus de aliquibus exceptionibus, quæ opponuntur, & opponi
poſſunt contra reſcriptum, quando aliquis virtute alicuius re-
ſcripti conuenitur, vt pollicitus ſum in rub.ſupra e.in 4.q.prin.
ver. deueniendum eſt ad quartum principale &c. & primò, &
ante omnia, poteſt opponi, & opponitur contra reſcriptum ſu-
perioris, quod non valet, quia fuit impetratum tacita veritate,
& expreſſa falſitate. vt eſt tex.in l.2.ſi contra ius vel vti.pub.eo.
tit.l. & ſi legib.de reſcri.ca.cæterum. & c.ea parte. cũ diſtinctio-
ne tamen de qua habetur, in ca.ſuper literis.e.titu.videlicet, aut
tacuit tale quid, quod etiam ſi expreſsiſſet, omnino princeps cõ
ceſsiſſet, & valet reſcriptũ, ſecus ſi tale quid tacuit, quod ſi fuiſ-
ſet expreſſum, princeps non conceſsiſſet, & tunc nõ valeret. &
pro hoc de iure noſtro allegatur etiam caſus, ſecundum Iac.de
Are.in l.ſi ſeruus legatus. §.ſi ſeruus alienus.ff.de lega.1.Addas
tamen omnino amplam, & not.gl.in d.c.ſuper literis.videlicet,
quid impetrans debeat in precibus ſuis ſecundum diuerſitatẽ
caſuum exprimere. ad hoc vt valeat reſcriptũ. dic, vt ibi.Quod
ẽt intelligas, ſiue mẽdacium fuerit commiſſum circa narratio-
nem iuris non ſcripti, vt quia in narratione dicebat eſſe in pa-
tria ſua vnam conſuetudinem, vel vnum ſtatutum, quod tñ nõ
erat, licèt in omnibus aliis verum dixiſſet, non tamen valet re-
ſcriptum, ſiue etiam falſum dixiſſet in narratione facti, ſiue om
nia vera narraſſet, ſed tacuit, & omiſit narrare veritatẽ, vt quia
dixiſſet ſe appellaſſet a ſentẽtia lata, & verũ dixit, ſed nõ expreſ-
ſit cauſam, in qua appellauerat, cum eſſet talis naturæ, a qua ap
pellari poterat.l.1.C.de ſen.præfect.prætor. & l.1. & per totum.
ff.a quib.appel.non ſed. & per conſequens nullum mendacium
dicendo, ſed ſolummodo veritatem occultando dicitur falſum
ſupplicaſſe, & ideo nõ valet reſcriptum. iſte eſt proprius caſus
in d.l.2. C.ſi contra ius vel vti.pub. quod eſt menti tenendum,
inta ntum q ſi multa mendacia cumulauit, non ſolum caret im
petratis, ſed etiam ſeueritati ſubiacet iudicantis. & ſic puniri
poteſt. Iſte eſt caſus in d.l. & ſi legibus. cum ibi not.per glo.quã
videas, quæ ponit bonum exemplum.¶ Secũdò poteſt opponi,
q reſcriptum eſt contra ius diuinum, & ſic nõ valet, quia reſcri
ptum contra ius diuinum non valet, 25. quæſt. 5. capit. contra
ſtatuta.hoc capi.nõ reperio ibi.dicas quod eſt 25.q.1. & nõ eſt
mirum. quia non valeret ius commune cõtra ius diuinum, niſi
limitatiuè.vt no.Barto.in l.oẽs populi.ff.de iuſt. & iu.quia infe-
rior non põt opponere manũ ad ſtatuta ſuperioris.c.cum infe-
rior.de ma. & obe. ergo nõ debet valere reſcriptum principis,
cum ſit priuata lex.ut no.in l.1.C.de leg. & in l.fi.C.ſi cõtra ius
uel uti.publi. & q ſit inferior, patet, qui omne imperium dici-
tur prouenisse a Deo.ut in Auc.quomo.opor.epi.l.in prin.¶ Ter-
tio põt opponi, quòd non ualet reſcriptum, quod eſt cõtra ius
humanum, uel utilitatem publicam, uel quod contra ius cõmu
ne fuit impetratum.C.ſi contra ius uel uti.pub. in rubro, & ni-
gro. & C.de præci. Imper.offer.l.reſcripta.cum gl. & ibi doc.C.
de ſacroſ.ecc.l.iubemus nulli.C.de inceſt.nup.in fi. & hoc nõ
niſi de illa lege, contra quam reſcribitur, fecerit mentionẽ, di-
cendo, nõ obſtãte tali lege.ff.de leg.3.l.ſi quis.in prin.C.de teſt.
auc.hoc inter liberos. & l.ſi non ſpãli.eo.tit. & C.de inoff.teſt.
l.ſi quãdo.in prin. & l.2. §.ſi quis a principe.ff.ne quid i lo.pub.
& facit quod dixi ſupra in notabilib. ſecus ſi dicatur in reſcri-
pto non obſtante aliqua lege, quia tunc non ualet, quando de
aliqua lege non eſt facta ſpecifica mentio.argumen.l.ſed & quis.
in §.quæſitum. ff.ſi quis cau. cum ibi not.per gl.Bart.Bal.Ange.
Sed ſi diceret non obſtante aliqua lege in contrarium, quolibet
faciente, tũc ualeret, & uideret eſſe derogatum omnib. legibus
contrariantib.no.Bar.in l.fi. & ibi do.C.ſi cõtra ius, uel uti.pub.
Et plenè per Bar. in extraua.ad reprimendum.uer.non obſtãte.
Dic, ut ibi plenè per eum, quoniam dicta clauſula, non obſtan-
te, eſt neceſſaria quando reſcriberetur ad priuatam utilitatem
alicuius, quia ſemper dicitur in ſe habere clauſulam derogato-
riam præambulam. ſecus ſi reſcriberetur ad publicã utilitatẽ,
quia nõ eſt opus, ut apponatur clauſula, non obſtante.l.nec dã-
noſa. & quod ibi per doc. C.de præc.Impe. offe. Dic latius per
Bar.in d.uer.nõ obſtãte. ¶ Quartò, põt opponi, quòd non ualet
* reſcriptum, quia fuit impetratum per fraudem [b] ad utilitatem
alterius.arg.l.tertius. ff.de bo.poſſ. & habetur in l.bonorum.C.
q admit.ad bo.poſ. & in l.1. & l.uniuerſis. C. de preci.Impe.of-
fe.Et eodem mõ poteſt opponi, quòd nõ ualeat, quia fuit impe-
tratum per monachum regularẽ, qui æquiparatur ſeruo, ut no.
Inno.in c.cum olim.de priui.Barto.in l.1.§.ſi fructuarius.de ſti.
ſer.¶ Quintò põt opponi, quòd ſcđo loco reſcriptum fuit impẽ
tratũ, non facta mẽtione de primo, ut in Auc. ut ſpo.lar.§.ſi qs.
& extra, de reſcri.c.cæterum.Quod fortè eſt uerum, quãdo am-
bo reſcripta ad diuerſos iudices diriguntur, ſecus ſi ad eundẽ.
ut habetur in c. 1.de reſcri.quod intelligas, ut infra dicã.¶ Sex-
[illegible] tò,

ADDITIONES.

a Temporis. Adde, an milites noſtrorum temporum dicantur propriè milites, conſi. Bal.232.in 3.lib. quod inci.quæritur vi ex dona. Bartho ab Hot.

b Per fordem, in veteris exemplis.

tò, poteſt opponi,ꝙ non valeat,quia fuit impetratum ſuper re
per ſententiam deciſa,quæ non ſit appellatione ſuſpenſa.l.fi.C.
ſent.reſcindi non poſ.& quod ibi glo. & doct. & maximè Bal.
quinimmo impetrans tale reſcriptum debet puniri in totius li
tis æſtimatione,& etiā eſt infamis.l.pen.& fi. & ibi Bal.Saly. &
doct.C.ne li.pen. ¶ Septimò poteſt opponi,ꝙ non valet reſcri-
ptum,quia fuerunt duo reſcripta eodem die ſuper eadem cau-
ſa,& ab eodem,ad diuerſos tamen iudices impetrata. de reſcri.
c.ex tenore.¶ Octauò opponi poteſt,ꝙ in reſcripto nō eſt facta
mentio de proceſſu negotij antecedente,ſi tamen proceſſus ali
quis factus fuerit coram aliquo iudice.c.inter monaſterium.de
re iud.& C.quomo.& qñ iu.in auc.qui ſemel.quod eſt verum,
ſi proceſſus fuerit aliquis , ita quòd valuerit , ſecus ſi proceſſus
non valuerit,nam tūc reſcriptum valet,ſi de tali proceſſu in eo
non fiat mētio.vt hr̄ in d.c.inter monaſterium.¶ Nonò,pōt op-
poni, quia fuit impetratum ɔ̄ aliqua priuilegia , vel ɔ̄ aliquem
priuilegiatum,non facta mētione de priuilegio.c.cum ordinē.
de reſcr.¶ Decimò,pōt opponi,ꝙ non valeat,quia fuerit impe
tratū ad quoſcunq; iudices,nullo nominato, vel ſup omnibus
cauſis,nulla cauſa expreſſa.c.ad hęc ſumus.de reſcri.¶ Vndeci-
mò opponi poteſt,ꝙ fuit impetratum ſup re litigioſa,ſi de hoc
non facit mentionē.de dolo & contu.c.ex literis.¶ Duodecimò
opponitur,quia eſt ſine die & conſule.vt eſt tex. in l.ſi qua bñfi
cia.C.de diuer.reſcri.& do.Ioā.An.& ibi Ant. de But.in c.ſuper
literis.de reſcrip.& ibi doc. ¶ Tertiodecimò, pōt opponi,ꝙ nō
patrocinatur impetranti, ſi ſteterit per annum, quo non fuerit
vſus, ſi tñ copiā iudicis habuerit. Et etiam hoc intelligas verū,
ſi aduerſarius aliud reſcriptum impetrauerit,aliàs ſemper vale
bit,licèt vſus non fuerit intra annū.de reſcrip.c.plerūq;.& hoc
clatum eſt de iure canonico. Sed de iure ciuili videtur ecōtra,
vbi perpetuo valere vr̄,vt eſt tex.in l.falſo.de diuer. reſcri. vbi
dr̄, ꝙ falsò aſſeueratur authoritas reſcriptorum deuoluta anni
ſpatio firmitatem ſuam obtinere non oportere,cum ea,quę ad
ius reſcribuntur,perpetua eſſe debeant,ſi modo tempus, intra
quod allegari,vel audiri debeat,nō ſit comprehenſum.Tu poſ-
ſes reſpondere,ꝙ iſta iura nō ſunt contraria, quia pōt intelligi
l.falſo, qñ ab aduerſario non fuit aliud reſcriptum impetratū.
De hac tñ materia, an priuilegium per nō vſum temporalē tol
lat,vide Bar.in l.1.ff.de nund.& Cy. plenè. & ibi Pau. & Sal.in
d.l.falſo.& Cy.latè in l.voluntariæ.C.de excu.tu.¶ Quartodeci
mò opponitur, ſi impetratū fuerit ſuper poſſeſſorio tm̄ , quod
non valeat ſuper proprietate. vt c.ſignificauit. de iudi. vide ibi
plenè pro,& cōtra.facit l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acq. poſ.
¶ Quintodecimò,aduertas,ꝙ ſemp in reſcriptis ineſt,& ſic ap-
a poni pt̄ illa clauſula,ſi preces veritate nitātur, [a] licèt in reſcri-
pto ſpecificè hoc non dicatur,vt hr̄ in l.fi.C.de diuer.reſcri.&
in c.ea parte.de reſcr.& no.Bar. i l.a diuo Pio.§.1.de re iu.¶ De
cimoſextò opponi pōt,ꝙ non valeat,ſi aliquid præcipit fieri al
tera parte abſente nō monita,vel citata. l.meminerint.& quod
ibi gl.Cy.Bar.Bal.Ang.& Sal.C.vnde vi.& l.fi. C.ſi per vim vel
alio modo. ¶ Decimoſeptimò pōt opponi,ꝙ reſcriptū fuit im-
petratum ab alio,quia ille,qui impetrauit,non habebat ſpecia
le mandatum ad impetrandum.c.nōnulli.de reſc.niſi ſit de per
ſonis,quæ ſine mandato illud facere poſſunt,vt ibi hr̄. ¶ Deci-
mooctauò non valet, ſi nō facit mētionem de appellatione in-
terpoſita.de appel.c.oblatæ. ¶ Decimononò opponi pōt,ꝙ re-
ſcriptum productum eſt exemplatum non ab originali,ſed exē
plo,licèt fuerit exemplatum auctoritate iudicis, qm̄ reſcriptū
debet inſinuari ex originali, & auctentico,non autem ex exem
plato,ēt auctenticato auctoritate iudicis.tex.eſt in l. ſancimus.
C.de diuer.reſcri.ſm̄ Cy. Bal.& Sal.ibi quod ꝑpetuò tene mē-
ti,quia non eſt alibi.¶ Vigeſimò,opponi poteſt ꝙ reſcriptum ēt
ſpeciale,& in ſpecie non facit mentionem de alio priuilegio ēt
generali. vt no.gl.in c.generi per ſpeciem.de reg.iu.in 6. ¶ Vige
ſimoprimò poteſt opponi,ꝙ non valeat,ſi fuerit pñtatum pri-
mò coram iudice incompetenti, licèt poſtea producatur corā
competenti iudice,ita eleganter dixit Bar.per illum tex. in l. ſi
quis.C.de aquæduc.lib.11.¶ Vigeſimoſecundò,ſi reſcriptum eſt
impetratum ad lites,poteſt opponi,ꝙ non valeat extra res,vel
perſonas in dicto reſcripto non ſpecificatur,vt eſt tex.in c.P.&
G.de off.deleg.vide Bald. in l.ſi qui ex conſenſu.in tertia parte
ꝓrogationis. C.de Epiſc.aud. ¶ Vigeſimotertio, poteſt opponi,
ꝙ ſecundum impetratum non valet,licèt faciat mentionem de
primo reſcripto,niſi etiam faciat mentionem de omnibus clau
ſulis,notabilibus tamen primi reſcripti,vt no. in c.ex conquę-
ſtione,de reſt.ſpol.& d.c.ex literis,de do.& ɔtu.& c.inter.mona
ſteriū.de re iudi. ¶ Vigeſimoquartò opponi poteſt,ꝙ non valet
reſcriptum,quod permittit,ꝙ procedatur pręter ſolitum ordi-
nem iuris,ut putā.ſimpliciter & de plano &c. vel ſimili.niſi di-
cto reſcripto inſit clauſula,non obſtante &c.etiam ſi tale reſcri
ptum eſſet principis, ut not.eleganter Bal.in l.ſi quando. C.de
iniur. ¶ Et aduertas,ꝙ nō omnes ſuperiores poſſunt reſcribere
cum iſta clauſula , ꝙ procedatur ſimpliciter, & de plano , ſine
ſtrepitu,& figura iudicij, etiam ſi eſſet legatus a latere,niſi ſpe-
cialiter ſibi fuerit cōmiſſum in ſua delegatione,ſolus ergo prin
ceps poteſt talem clauſulam opponere in reſcripto, vt eſt gloſ.
ſingularis in c.fi.de reſcri.in 6. ¶ Vigeſimoquintò opponi pōt,
ꝙ non valet reſcriptum principis, niſi habeat ſubſcriptionem
quæſtoris, ſeu ſui Cancellarij, & vtens tali reſcripto, & etiā iu
dex obſeruās tenetur pęna falſi.ut in auc. ut diui. iuſ.ſubſcrip.
ha.poſt prin.& in l.fin.& in auc..bi poſita.& ibi per doc. C. de
diuer.reſcriptis.¶ Et prædicta intelligas uera,niſi eſſet ſtylus,&
antiqua cōſuetudo illius Cancellariæ in cōtrariū,quia de facto
obſeruaretur, ut eſt Ferrariæ. facit l.ſemper in ſtipulationibus.
ff.de re. iu. ¶ Vigeſimoſextò poteſt opponi, ꝙ fuit impetratum
lite penden.l.2.C.ne li.pen.quod tamē intelligere debes, ut ibi
hr̄,& maximè per Bal.& Sal.& per totum illum ti.vt eſt tex.in
Auc.vt in medio litis nō fiant ſa.iuſſi.poſt prin.& in fi. ¶ Vige-
ſimoſeptimò aduertas, ꝙ ſi opponitur contra reſcriptum exce
ptio obreptionis,iuxta l.ſi quis obrepſerit,& quod ibi per Bar.
ff.de fal.ꝙ debet talis exceptio opponi , & in qua ſpecie obre-
ptionis , & non ſufficit opponendo dicere,dico dictum reſcri-
ptū fore obreptitium,no.Bal. in l.2. C. ſi cōtra ius vel vti.pub.
in ver.5.quærit̃.qualiter exceptio obreptionis &c.& alle.Inn.
in c.ſuper eo.de appe.ſicut dicit Bar.in ſuo eleganti cōſilio Pe.
Nicolæ. ꝙ non ſufficit opponere exceptionem ſimulationis in
genere,ſed neceſſe eſt,ꝙ opponatur in ſpecie, in qua ſpecie ſi-
mulationis contractus eſt ſimulatus.de quo dixi plenè ſupra in
princ.in ver.poſtquā uidimus de actione,de dolo &c. ¶ Ex his
no. ꝙ reſcriptum ad lites, etiam per obreptionem non eſt nul-
lum ipſo iure,ſed ope exceptionis debet elidi.c.cæterum.de re
ſcrip.& ibi Inno.& doct. ¶ Vigeſimoctauò poteſt opponi,ꝙ in
reſcripto non eſt locus datæ.ut no.Pau.de Leaza.in Cle.1.in fi.
de reſcrip.& in Spec.de reſcrip.præſenta.§.1.ver.item quando
non eſt ibi locus.& gl.Io.And.& doc. in c.ex literis,de reſcrip.
¶ Vigeſimononò opponitur,ꝙ ſit obreptitium,quia nō expreſ
ſit exceptionem peremptoriā, vel ēt dilatoriam aduerſarij. in
c.accedens.el 1.vt lit.nō conte.& no.Inn.in c.ſup literis,de re-
ſcri. ¶ Trigeſimò pōt opponi, ſi non continet diœceſim,in qua
res ſita eſt,de qua ſit mētio in reſcripto.ut in c.ſignificante. de
reſcrip. dic in de hoc,ut ibi per gl.& doc.¶ Poſtquam uidimus
aliqua,quę opponi poſſunt cōtra reſcriptum,uideamus aliqua
11 regularia circa reſcriptū.¶ † Et primò aduertēdum eſt,ꝙ in du
bio alio non probato ſemper præſumitur impetratū ob impor
tunitatem impetrantiū,& nō proprio motu principis, niſi hoc
ſpecialiter dicatur,ut no.in c.ſi motu proprio.de præben. in 6.
& habetur in l.1.C.de pe.bo.ſup.lib.10.& ibi Bar.& habetur in
l. 3.in prin.& ibi Bar.& doc.ff.quod quiſq; iur.¶ Secūdò eſt ad-
uertendum,an tempus datæ in reſcripto attendatur,vel nō. de
quo infra dicam.¶ Tertiò,bene no.ꝙ ſicut in legibus pōt argui
a contrario ſenſu,& poteſt capi argumentum a ſenſu cōtrario.
l.1.ff.de off.eius cui man.eſt iuriſ.& no.plenè Bal.in l.conuenti
culā.C.de epiſc.& cle.& habetur in l.2.C.de cōdi.inſer. & in l.
apud antiquos.C.de fur.& no.Bar. in l.oēs populi.ff.de iuſti.&
iu.ita ēt in reſcripto a ɔ̄rio ſenſu argui poteſt.vt eſt tex.cum gl.
notab.in l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantem.ff.mand.& ibi doc.
¶ Quartò tene menti , & ꝙ ēt qñ calumniatur de falſo reſcri-
pto, de ea falſitate, & de dicto reſcripto cognoſcit ēt iudex in
eo datus,ut eleganter no.Bar.in l.idem fiet.in prin.ff.de teſt.tu.
& no.Inno.in ca.paſtoralis.de reſcri.& no. in l.præſcriptione.
C.ſi cōtra ius,vel uti.pub. ſicut etiam dictus iudex iudicare po
teſt,ſi preces veritate nitantur,d.l.præſcriptione.¶ Quintò not.
ꝙ reſcriptum poteſt induci loco petitionis , nam reſcripto qs
vti poteſt petitionis loco,ut not. Bal.in l.1. C. de preci. impe.
off.Quod tñ intelligas uerum in cauſis,in quibus poteſt proce-
di ſine figura iudicij,& in ſummarijs. ita debet intelligi quod
no.Inno.in c.dudum.el 2.de ele.ita no.dixit do.Ioan.in l.ſi quis
filio.§.eius qui.ff.de iniu.teſt.& omnino vide c.ſuper eo.el 2.in
fi.de app.Bal.& Sal.in d.l.1.C.de preci.impe.off.¶ Sextò,natura
reſcripti ſemper eſt attendenda,quia in dubio ſemper refertur
ad

A D D I T I O.

a Nitantur.Adde,ꝙ reſcriptum ſemper habet clauſulam hic poſitam,ſi preces veritate nitantur,uide cōſilium Philip.Deci.142.col.4.& an reſcriptum ſpeciale deroget generali.Vide in conſi.147.col.3. Item ꝙ reſcriptum regulatur ſecundum intentionem Papæ,per eundem in conſi.33.col.3.

ad narrata in ſupplicatione inquantum fieri poteſt commodè,
& ultra vires narratorum non porrigitur, vt not. Innocen. de re
ſcrip. ca. ſuper literis. de quo per doct. & maximè per Bal. & Sal.
in l. 2. C. ſi contra ius, vel vti. pub. ¶ Septimò, in dubio reſcriptū
refertur ad intellectum iuris. cap. cauſam quæ. de reſcrip. & ibi
glo. & c. ſuper quæſtionem. §. ſi verò. de off. deleg. ¶ Octauò, an
impetrans reſcriptum poſsit illi renuntiare, ſi aduerſarius vult
vti reſcripto? no. Inno. & doc. in c. ex conquæſtione. de reſtitut.
ſpo. qui tenent, quod quando eſt ius quæſitum parti, nō poteſt
renuntiari. dic vt ibi. facit in ſimili de appellatione interpoſita,
an inuita altera parte poſsit renuntiari. de quo per Ang. & ibi
ſcripſi in l. 3. §. 1. & in l. a ſententia. ff. de app. Sicut eodem mo-
do dicimus de dilatione vni ex litigatoribus conceſſa, an poſsit
ei renuntiari inuita altera parte? vt habetur in l. petendæ. & ibi
per doc. C. de tem. in integ. reſt. pe. ¶ Nonò tene menti, ꝙ per il-
lam clauſulam appoſitā in reſcripto, & quoſdam alios, nō poſ-
ſunt vltra quatuor conueniri. de reſcr. in c. cum in multis. in 6.
¶ Decimò, ꝙ non omnis omiſsio narrationis, etiam illius, quod
in veritate interuenit, vitiat reſcriptum, ſed tātummodò illud,
quod ſi fuiſſet expreſſum, non eſt veroſimile, ꝙ princeps con-
ceſsiſſet, ſiue autē omnino, etiam illo expreſſo conceſsiſſet, illud
omiſſum non vitiat reſcriptum, vt eſt caſus ſecundum Iaco. de
Are. in l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. 1. & habe-
tur in c. dudum. de præben. in 6. quod not. ¶ Vndecimò, ꝙ impe-
trans reſcriptum videtur fateri omnia narrata in eo, & ſibi præ
iudicant. no. Io. And. in c. ſi. de iudeis. in 6. & in l. cū precum. &
ibi Bal. C. de lib. cau. ¶ Duodecimò valet reſcriptum ad lites, li-
cèt impetrans tacuerit exceptionem peremptoriam, quæ ad-
uerſario competebat. vt eſt tex. in c. 1. de lit. cont. in 6. ¶ Tertio-
decimò valet reſcriptum ſecundum, poſt primum ſurrepti-
tium, & quod poteſt exceptione elidi, licèt in ſecūdo reſcripto
de primo non fiat mentio. tex. eſt de reſcr. c. ex parte. & gl. in c.
ex tenore. in fi. vl. gl. magnæ. e. titu. ¶ Vltimò quæritur, vt ſupra
dixi, an attēdatur tempus datæ, vel præſentationis reſcr. & Ant.
de Butr. in c. dilectus. el 2. de præben. ſic dicit, ꝙ iſta eſt via bro-
cardica, & in aliquibus caſibus attenditur tempus datę, in ali-
quibus aliud tempus. quia quò ad vim comprehenſiuam reſcri
pti, reſpectu illorū, quibus ſcribitur, attenditur tēpus datæ. Iſte
eſt proprius caſus, ſecundum eum in cap. eam te. de reſcrip. Si
verò agitur de vi comprehenſiua reſcripti, reſpectu capacita-
tis perſonæ, pro qua ſcribitur, & attenditur tempus vacationis,
iſte eſt propriè caſus in cap. ſi cui. de præben. in 6. Si verò de vi
comprehenſiua reſpectu rei ſuper qua ſcribitur, attenditur ēt
tempus datæ. Iſte eſt propriè caſus in c. conſtitutus. de reſcri. &
c. ſi eo tempore. eo. tit. in 6. Si autem quæritur de perpetuatione
gratiæ ex parte concedentis, vt propter mortem Papæ. & tunc
ſi gratia eſt perfecta, attenditur tempus datæ. c. ſi qui. de reſcrip.
in 6. ſi vero non eſt perfecta, ſed eſt in fieri, attenditur tempus
inceptionis negotij per executorem. ca. ſi ſuper gratia. de offic.
deleg. in 6. & hoc in beneficialibus. In reſcriptis verò conten-
tioſis dic, ſi agatur de virib. reſcripti ex parte rei attenditur tem
pus datæ. de reſcrip. ca. ſi. vnde reſcriptum applicatur ad actio-
nem ortam tempore datæ, non ad alias poſtea ortas. Fallit in
vſurario, odio vſurarum. c. quia fruſtra. de vſuris. Si verò agitur
de validitate reſcripti ex parte concedentis, attenditur tempus
datæ. de offic. deleg. ca. ſi. ſi autem agiť de vi reſcripti quantum
ad effectum perpetuandę iuriſdictionem attenditur tempus ci-
tationis. c. gratum. & c. relatum. & ca. licet. de off. delega. Si verò
agatur de validitate, vel inualiditate reſcripti reſpectu ſurre-
ptionis, videlicet, circa tacenda, vel exprimēda, attenditur tem
pus datæ. c. 1. de reſcri. in 6. Sed ſi agať de viribus reſcripti quò
ad conuincendam negligentiam iudicis, attenditur tempus prę
ſentationis. de app. in ca. ſuper eo. el 2. Sed ſi agitur de conuin-
cenda negligentia impetrantis, attenditur tempus facultatis
agendi. i. poſsibilitatis agendi, de reſcr. c. plerunq;. ita dicit Ant.
de But. in d. c. dilectus. el 2. de præbend. licet ſecundum eum gl.
ibi variatur. ¶ Vidimus de reſcripto, & de aliquibus circa reſcri
ptum, verum, quia iudicium cōſiſtit ex tribus perſonis. ſ. ex per-
ſona iudicis, actoris, & rei. ca. forus. de ver. ſig. Videndum reſtat
primò quid opponi poteſt contra perſonam iudicis. Et ſcien-
12 dum eſt, ꝙ † duplex eſt iudex, ordinarius. ſ. & delegatus. Vnde ſi
ordinarius eſt ſuſpectus, in totum amoueri non poteſt. vt C. de
iuriſd. om. iud. in l. pe. & fi. & C. de decur. l. curiales. lib. x. ſed pro
pter ſuſpicionem, de qua infra dicam, locorum epiſcopus ei aſ-
ſociatur. vt in auc. ſi verò contigerit. C. de iudi. in Auct. vt dif-
feren. in §. 1. Et eſt ſciendum, ꝙ de iure ciuili ſufficit tam in or-
dinario, quā in delegato allegare ſimpliciter cauſam ſuſpicio-
nis. cum iuramento tamē calumnię. vt eſt tex. cum gl. in l. aper-
tiſsimi. C. de iud. De iure verò canonico opus eſt, ꝙ allegeť iu-
ſta cauſa ſuſpicionis, & probetur, & arbitri eligantur, qui de
huiuſmodi ſuſpicionis cauſa cognoſcere debent. c. ſuſpicionis.
de off. deleg. & habetur per doct. cum gl. in l. fi. C. de iud. Et ſi cā
ſuſpicionis allegata non fuerit iuſta, vel non fuerit compro-
bata ab arbitris, ille iudex ordinarius ſolus ſine ſocio cognoſce
re, & iudicare poteſt. ſi vero delegatus fuerit, remanet iudex, &
cognoſcere, & iudicare in negotio principali poterit. vt not. in
dictis iuribus. Si autem cauſa allegata fuerit iuſta, & ab arbi-
tris comprobata, tunc (vt dixi) ordinarius aſſociabitur, & dele-
gatus remouebiť. vt in dictis iuribus remanebit, tamen ordina-
rius, vel delegatus iudex recuſatus ad exequendum ea, quæ ab
arbitris pdictis fuerint ſtatuta & iudicata, niſi a dictis arbitris
fuerit appellatum. vt d. l. apertiſsimi. & d. l. fi. & ibi Cy. Bar. Bal.
13 & Saly. ¶ Ex his nota, ꝙ † iudex delegatus remotus habet execu
tionis officium, quod non habuiſſet, ſi iudex manſiſſet. l. a diuo
Pio. in prin. & quod ibi not. ff. de re iu. niſi fuiſſet delegatus Pa-
pæ, vel Imperatoris, qui ſuam ſententiam exequi poſsit. vt no.
gl. Bar. & doc. in l. a diuo Pio. in prin. & habetur in c. ſignificaſti.
14 c. quærenti. de offi. delega. ¶ † Sed poſito pro conſtanti, quòd ſit
iudex, & ꝙ non poſsit vt ſuſpectus remoueri, an poſsint alia
obijci contra eius perſonam? & dicas ꝙ ſic. Et primò, ꝙ ſit ex-
communicatus: nam excommunicatus iudex eſſe non poteſt. c.
ad probandum. de re iu. ar. l. cum prætor. ff. de iu. §. 1. & 2. ¶ Se-
cundò, ſi eſſet conſanguineus alterius partis, poteſt ex hoc ſolo
vt ſuſpectus remoueri. c. cū inter. de exce. vt lit. nō conte. c. acce
dens. Et idē ſi eſt affinis, vel in aliquo gradu agnationis, vel co-
gnationis cum altera parte. argu. l. lex Cornelia. in prin. ff. de iu
reiur. & l. aut affinitate. ff. de procu. ¶ Tertiò, ſi iudex datus ha-
beat ſimilem cauſam cum alio, tunc poteſt vt ſuſpectus recuſa-
ri. de iud. c. cauſam quę. ¶ Quartò, ſi fuerit aduerſario meo mul-
tum familiaris, quia poterit vt ſupectus recuſari. arg. l. cum ſpe-
cialis. C. de iu. ¶ Quītò, ſi iudex fuerit de terra alterius partis: nā
ab altera parte poteſt recuſari. d. c. accedēs. ¶ Sextò, ſi fuerit ſo-
cius aduerſarij mei, poteſt recuſari. l. ſenatus. ff. de offic. prę ſi.
¶ Septimò, ſi fuerit ſubditus, vel vaſallus impetrantis illud iudi-
cium. d. c. accedens. ¶ Octauò, ſi fuerit inimicus, poteſt recuſari.
ff. de ſuſpect. tu. l. tutor quoq;. §. ſi tutor inimicus. ff. de iudi. l. prę
tor. & C. de aſſeſ. l. fina. & l. 3. §. fi. ff. de teſti. Quod eſt intelligen
dum, non de qualibet inimicitia, ſed de capitali. l. licet autem.
cum glo. & quod ibi dixi. ff. de arbi. & no. gl. in Auct. de teſtib. in
§. ſi verò odioſus. Et facit quod not. Bart. in l. 3. §. fin. de adi. leg.
¶ Nonò, pōt recuſari, ſi iudex habet cauſam cum altera partiū,
tunc ab illa vt ſuſpectus poteſt recuſari. ff. de excu. tuto. l. pro-
pter litem. ¶ Decimò, ſi actor eſt de familia illius iudicis, ille iu-
dex, vt ſuſpectus poterit recuſari. ff. de offi. præſi. l. ſenatus. & ff.
de iuriſd. om. iu. l. qui iuriſdictio. dic, vt ibi per glo. & doc. ne ſit
contra l. in priuatis. ff. de iud. ¶ Vndecimò poteſt opponi, ꝙ iu-
dex eſt ſeruus. iuxta l. Barbarius. ff. de offi. præt. d. l. cum prætor.
¶ Duodecimò poteſt opponi, ꝙ eſt periurus, vel etiam infamis.
vt C. de infa. l. 1. facit l. ſi quis maior. C. de tranſa. & C. de dig. l.
neq; famoſi. li. 12. & de reſcri. c. ſciſcitatus. ¶ Tertiodecimò op-
poni pōt, ꝙ iudex eſt minor 18. anno. nemo. n. poteſt cām de
legare minori 18 annis, niſi princeps. de off. dele. c. cum vigeſi-
mū. & hoc in delegato. Ordinarius aūt iudex eſſe nō pt, niſi fue
rit 25. annorū. d. l. cum prætor. §. 1. ſi aūt minor an. 25. maior ſit
viginti iudicauit malè, reſtituitur, niſi per dolum malum male
iudicauerit. l. cum lege. ff. de arbi. de quo dic, vt not. glo. Bald.
Ang. & Raph. ſed melius domi. Io. in l. quidam conſulebāt. ff. de
re iudi. ¶ Quartodecimò, non poteſt quis eſſe iudex eiuſdem
cauſæ, de qua primò fuit aduocatus. l. ſi. C. de aſſeſ. & de poſtu-
lan. l. quiſquis. de iuriſd. omn. iud. l. fin. prætor. ¶ Quintodecimò
opponitur, ꝙ res eſt eccleſiaſtica, & iudex eſt laicus. extra de
iudi. c. decernimus. vt C. de epiſc. & cleri. auc. ſtatuimus. & C.
ne fil. pro pat. auct. habita. ¶ Sextodecimò opponitur, ſi plures
dantur iudices, & maior illorum, ſiue maior perſona fuerit
ſuſpecta, omnes alij poſſunt recuſari. c. ſicut accepimus. de eo
qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan. ¶ Decimoſeptimò, quia ſur-
dus, & mutus, cæcus a principio, & prodigus iudices dari vel
eſſe non poſſunt. ff. de iudic. l. cum prętor. §. non autem. & l. cę-
cus. eod. titu. ¶ Decimooctauò fœmina iudex eſſe non poteſt. d.
l. cū prętor. & l. pe. §. fi. C. de arbi. ¶ Decimononò, poteſt oppo-
ni, ꝙ in dicta cauſa fuit teſtis, nunc iudex eſſe non poteſt. l. fina.
ff. de teſtibus. ¶ Vigeſimò, quòd eſt ſubdelegatus a delegato,
quia delegatus delegare non poteſt, niſi ſit delegatus princi-
pis. l. a iudice. C. de iud. ¶ Vigeſimo primò, quòd non poteſt eſſe
delegatus in mero, vel in miſto Imperio, niſi a principe. l. 1. ff.
de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. ¶ Vigeſimoſecundò, quòd
non

non ſit iudex, quia delegatio fuit facta, vt Titio, & non ſub no-
mine dignitatis, ergo nõ tranſit ad ſucceſſorem. c. quoniam ab-
bas, de offi. deleg. not. Bart. & doc. in l. more. & in l. & quia. ff. de
iuriſdi. om. iud. in l. ſi ſeruus cõmunis. la vltima. de ſtipul. ſeruo.
¶ Vigeſimotertiò opponitur, ꝙ fuit datus ad certam rem, ergo
in alijs iudex eſſe non poteſt. l. de qua re. ff. de iu. ¶ Vltimò op-
ponitur, quòd licèt ſit delegatus principis, tamen poſt ſenten-
tiam tranſiuit annus, vnde amplius ſe intromittere nõ poteſt. d.
c. quærenti. de off. deleg. ¶ Quæritur item, & opponitur, ꝙ eſt iu-
dex incompetens. iuxta l. ſi per errorẽ. & l. ſi conuenerit. & l. ſi.
ff. de iuriſd. om. iu. & l. ſi quis ex aliena. & l. ſed & ſi ſuſceperint.
in prin. & l. 1. & 2. ff. de iud. & l. ſi. C. de exceptio. & l. ſi qui ex cõ
ſenſu. C. de Epiſ. aud. & in c. inter monaſterium. cum ſimi. de re
14 iu. vel aliqua alia exceptio opponitur contra iudicem. † Quis
de incompetentia, vel de alijs exceptionibus contra iudicem
oppoſitis, cognoſcet? & iſtã quæſtionem mouet gl. in auc. habi-
ta. C. ne filius pro patre. & Bar. & Ang. & domini mei in l. quidã
conſulebant. ff. de re iud. Et Bald. & Ange. in l. 2. ff. ſi quis in ius
a voc. non ier. Et concludunt, ꝙ de incompetentia [a] regulariter ad
iudicem citantem ſpectat cognitio, & deciſio, ſit iudex compe-
tens, vel nõ. vt hr̃ in d. auc. habita. in d. l. ſi quis ex aliena. & in d.
l. 2. cum ſi. ff. ſi quis in ius voc. non ie. ¶ Fallit ſm Ang. in d. l. 2. in
multis caſibus. Et primò, ſi cauſa iuriſdictionis non eſt ſeorſum
examinabilis a cauſa principali. Exemplum epiſcopus vult viſi
tare monaſterium, ſed monaſterium dicit ſe exemptum, nam
non poterit epiſcopus de hac excep. cognoſcere, quin & cogno
ſceret de ſua iuriſdict. vt in c. venerabili. de cenſi. & ibi per Inn.
in gl. magna. & per eundem in c. ex parte. de verb. ſig. in gl. ma-
gna. vbi elegãter decidit, ꝙ allegato, & ꝓducto priuilegio exẽ-
ptionis, de veritate priuilegij epiſcopus nõ habet cognitionẽ,
ſed ſuperior. ¶ Secundò fallit, ſi de nullo alio quæritur, q̃ de iu-
riſdictione illius iudicis: Tu pro hoc allega, ꝙ eleganter deter-
minat Bar. ſuper hoc in l. ex ſententia. ff. de teſt. tu. vbi Bart. vo-
luit, ꝙ vbi q̃rit̃ de iuriſdict. videlicet, an aliquis ſit poteſtas, tũc
ipſe idem non poteſt cognoſcere, quia iudicaret in cauſa pro-
pria. l. 1. ff. ne quis in ſua cau. &c. Et ideo bona cautela eſt, ꝙ op-
ponatur, tu non es iudex competens, vel tu non es meus iudex.
quia primo caſu ipſe de hoc non poterit cognoſcere, ſecundò
verò caſo ſic. quod no. in practica. ¶ Tertiò fallit, ſm Ang. ſi iu-
dex eſſet aliquod commodũ percepturus de illa cauſa, vel ſpor
tulas, vel aliud, vt no. gloſſ. in l. de iure. ff. ad munici. & in l. ſi qs
ex aliena. de iudi. & hoc tenet Bart. in d. l. quidam conſulebant.
de quo per Bal. in d. l. 2. ſi quis in ius vocan. non ier. & in c. 1. an
apud iudicem, vel curiam domini quæſtio feu. termin. debeat.
Ex quo infertur, ꝙ ſi dominus petat a vaſallo annuum feudalẽ,
& vaſallus negat feudalem, ꝙ dñs non poterit cognoſcere. c. cę
terũ. de iudi. & ibi Inn. Sed do. Io. in d. l. quidam conſulebant. in
ver. extra gl. Bar. tangit hoc &c. tenet ꝯtrium, per §. ne aũt labor.
in Auc. de iu. col. 6. vbi patet, ꝙ delegati recipiunt ſportulas, &
ſic commodum pecuniarium exercitio iuriſdictionis, & tñ cla
rum eſt, ꝙ ipſe cognoſcit, an ſit ſua iuriſdictio vel non, c. ſuper
literis. de reſcri. quia non cognoſcit principaliter de tali cõmo-
do. & ꝓ hoc tu potes adducere l. dictãnibus. cum materia. C.
de teſt. & §. legatarius. & qđ ibi ſcripſi. inſti. de teſt. ord. & iſtud
mihi placet, licèt difficile eſſet obtinere in practica ꝯ docto. Po-
tes tñ vtranque opi. ſaluare: nam aut ſolummodo poteſt iudex
recipere cõmodum ſportularũ, & ſic cõmodum taxatum a iu-
re, & tũc ipſemet iudex de hoc cognoſcet, & ita intelligat̃ opi.
d. Io. Aut eſt aliud commodum ex cauſa prædicta ſuſcepturus,
& tũc ſi eſt pecuniarium cõmodum, nõ ſpectat ad eũ cognitio.
vt d. l. de iure. ita intelligatur opi. glo. Bar. & ſequacium, cogita.
¶ Quartò fallit, ſi obijciatur, ꝙ nõ ſit capax iuriſdictionis, vt q̃a
eſt laicus, & citatus eſt corã eo clericus, quia talis obiectio fa-
cit, ꝙ nec principaliter, nec incidẽter poterit de hoc cognoſce-
re. c. ſi iudex laicus. de ſenten. excõ. in 6. facit c. ſi diligenti. de fo.
compe. ¶ Quintò fallit, ſi obiectio ſugillat pudorem iudicis, aut
eius iuriſdictionem arguit. vt ſi opponitur, ꝙ ſit infamis, vel ꝙ
ſit excommunicatus, vel ꝙ ſit ſeruus, (vt dixi ſupra.) tunc ipſe
de hoc non cognoſcit, ſed ſuperior. de off. dele. c. cũ contingat.
& ibi per Inn. in glo. mag. & in d. c. ex parte. de ver. ſi. & in Spe.
de excep. §. nunc vidẽdum. ver. ſecundò quæro de his exceptio-
nibus. Sed Barto. in d. l. quidam conſulebant. dixit, ꝙ quandoq;
opponitur ꝯ iudicẽ, ꝙ non poteſt eſſe iudex ex defectu naturæ,
vt quia dicitur furioſus, demens, pubes, vel quid ſimile, & tunc
ipſe idem de hoc cognoſcet. l. cum prætor. §. nõ aũt. de iud. Quã-
que exceptio concernit ipſam delegationem, vt quia reſcriptũ
dicitur impetratum tacita veritate: & tunc de hoc ipſe iudex
cognoſcit. l. 2. C. ſi cõtra ius vel vti. pub. ſecus ſi allegaretur fal-
ſitas reſcri. alleg. Inno. in c. ſuper literis. de reſcr. quia, de hoc nõ
eſſet iudex competens. Quod dicit Ang. forte verum, niſi ille de-
legatus, cuius reſcriptum videtur falſum, eſſet alias iudex ordi-
narius, quia tunc etiam ipſe cognoſcit, vt no. Innoc. in c. præte-
rea. de dila. Si verò exceptio concernat perſonam iudicis, vt ſi
opponitur, ꝙ ſit infamis, vel ſeruus. & tali caſu dicit Inn. ꝙ ipſe
idem cognoſcit. Ratio, quia non pronunciat ſe eſſe ſeruum, vel
infamem, vel nõ, ſed pronunciat ſe eſſe iudicem vel non. vt no.
Inno. in c. cum ſuper. de off. deleg. Quod non placet Barto. per l.
abſentem. C. de accu. Sed tu aduertas, ſm d. Io. in d. l. quidã con
ſulebant. de obiectione infantiæ, quia illa põt opponi contra de
legatum, ſed non contra ordinarium, donec toleratur in off. Et
ſimiliter illa, ꝙ iudex ſit ſeruus, quia non debet impediri eius
officium, donec in officio toleratur. 8. q. 4. c. non omne. no. Inn.
in c. ſciſcitatus, de reſcri. & in c. cum ſuper. de off. dele. in gloſſ.
mag. Vnde tũc remedium eſt, ſm eum, ꝙ petatur corã ſuperio-
15 re, ꝙ remoueatur, quæ oĩa tene mẽti. ¶ † Sed dubitatur ſi iudex
eſt infamis, & non opponatur, an ipſe iudex poſsit ſe ab onere
cognoſcendi, & iudicandi excuſare ratione infamiæ? Inno. in c.
ſciſcitatus. dicit ꝙ non. allegat l. nec infames. de decur. lib. 8. Sed
conformia hoc interdictum,& petitio hęreditatis.Sed in aliqui
bus differunt,vt no.gl.rub.C.quo.bo.& Bar.in l. 1.ff.eo.titu.dic,
vt ibi, de quo dixi ſupra de actio.§. quadrupli.in materia quo-
rum bono.in ver.quæro, in quo differt hoc interdictũ &c.dic ,
vt ibi.¶ In gl.dãta eſt.in fin.dic,ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ iudex, ſiue
3 prætor,ſiue alius iudex bon.poſſ.concedat. ¶† Nec eſt opus, vt
authoritatem agnoſcendi bono.poſſ.concedat, vel interponat,
ſed ſatis eſt, quòd hodie quis agnoſcat bonorum poſſeſſionem
coram iudice,& in eius præſentia,licèt nõ interponat aliquam
authoritatem. vt l.fina.C.qui admit. ad bono. poſſeſſ. poſſunt .
& quod ibi glo. & doc.ſicut dicimus in inſinuatione, quia ſatis
eſt,quòd fiat coram iudice,licèt nõ interponat aliquam autho
ritatem, vt no.Bal. & Sal.in l.illud. C.de ſacroſanc.eccle. & no.
Bar.in l.Modeſtinus.ff.de dona ¶ In gl.pro hęrede.in prin.opor
tet tamen, ꝙ non ſit hæres pro quota, vel quòd, licèt ſit hæres,
aliter habeatur pro legatario.vt l.quoties.C.de hære.inſti. cum
ibi notatis.¶ In ea. ibi per totum.immo ſecundum Ioã.Fab.pro
falſo quãdoq; eſt iuſtus error. vt ff.de vſucap.l. Celſus.& quod
ibi gl.& Bar.in l.non ſolum.§.quod vulgò.ſed tamen tunc habe
4 tur pro vero.¶ †Sed nonquid tale interdictum petitionis hære-
ditatis præſcribatur?Bar.per iſtam gl. videtur ſentire, ꝙ ſic. C.in
qui.cau.ceſ.longi temp.pręſcri.l.hęreditatis.allegatur l.pro le-
gato.ff.pro legato.ſed ſecundum Sal.dic ibi, ꝙ licèt hoc ſit no-
tum,tamen illa lex non probat dictam gl.quia(legatarius)eſt ti
tulus ſingularis,& profitetur alium hęredem. Sed ſecũdum gl.
poſſidens pro hærede iuſto errore dicitur habere titulum vni-
uerſalem,& non profitetur alium hęredem. ¶ Vltimò,cui com
petat hoc interdictum? vide ſupra de actio.§.quadrupli.in mate-
ria iſtius interdicti,in ver.verum, quia etiam eſt remedium pa-
ratum.Et cõtra quem competat, vide in eo. §.quadrupli.in ver.
& datur iſtud interdictum ad ſimilitudinem &c.quid ſit articu
landum & probandum in hoc interdicto, vide in d. §. quadru-
pli.in ver.quæro, quæ ſit neceſſe deduci. ¶ An ſit libellus dan-
dus, & lis cõteſtanda in hoc interdicto, vide in d.§. quadrupli.
in verſic. aduertas tamen ad vnum &c.¶ Pro quibus autem re-
bus competat hoc interdictum, vide in d.§.quadrupli.in verſi.
quæro,pro quibus autem rebus competat &c.¶ An autem an-
no tollatur hoc interdictum:& an agenti tali interdicto poſſit
opponi exceptio dominij, vide in d.§. quadrupli.in uer. q̃ro an
ſit annalis. ¶ Qualiter autem debeat formari libellus in hoc in-
terdicto, vide formam, quam poſui in d.§.quadrupli. in verſic.
quęro quomodo formabitur libellus in hoc interdicto.¶ Quæ-
5 rit hic Ioan. Fab. nunquid † electus in dignitate poſſit intenta-
re hoc interdictum,ſaltem vtile.& allegat Spec.qui videtur te-
nere,quòd ſic, in titu.de cauſa poſſeſ. & proprieta.in princ. vbi
format in effectu ſic libellum,quia poteſt dicere: Cum tale be-
neficium fuerit mihi collatum canonicè , vel cum ego fuerim
in tali dignitate electus, & confirmatus, & tu abſque titulo le-
gitimo ipſum, vel ipſam detines occupatam , peto me admitti
ad poſſeſſionem eiuſdem,& ad dimittendam te mihi condem-
nari.quod mihi placet. ¶ In glo.comparatum pro rebus coloni.
in fin. formam autem libelli in Saluiano interdicto ego poſui,
& bene ſupra de actio.§.item Seruiana.in ver.in Seruiano verò
interdicto,quo Titius &c. ¶ In gloſſ.pepigiſſet.tu autem in quo
differat hypothecaria à Saluiano interdicto, vide quæ bene ſcri
pſi in d.§.item Seruiana.in ver.aduertas tamẽ,quòd cautus ad-
uocatus &c. vbi etiam videas an cõpetat tale interdictum. ¶ In
ea.glo. in fi. aduertas, quia aliter dicit gl.in l.cum res.C.ſi alie-
na res pign.data ſit. & aliter dicit in l.rem alienam.ff.de pigno.
actio.Sed tu dic, vt no. Cyn.& doc.& Saly.& Flo.in d. l. cũ res.
& per Bar.in d.l.rem alienam.ego autem latiſſimè ſcripſi in di-
cto §. item Seruiana.in verſi. in gl.quaſi Seruiana.ibi,fuiſſe do-
minum tempore &c. dic, vt ibi plenè, & latè totam materiam
hypothecarię, vide in d.§.item Seruiana.ſufficit remiſſio,ne bis
idem replicem,&c.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, vti poſſidetis, quibus, & in quos cōpetat. & nu. 2. & 8.*
3 *Interdicto vti poſſidetis agens quę probare debeat & nu. 9.*
4 *Clam poſſidere quid ſit & nu 6.*
5 *Perdere poſſeſſionem, quis videatur.*
7 *Poſſeſſio qualiter retineatur.*
10 *Deiectus, licèt non poſſit propria auctoritate repellere eijcientem, poteſt tamen turbare, & inquietare.*
11 *Colonus, licèt corporaliter poſſideat, non tamen ſibi ſed domino credi tur poſſidere.*

Retinendæ. ¶ Interdictum retinendæ poſſeſſionis di-
citur vti poſſidetis, & vtrobi. Nam cum
inter aliquos de proprietate quæſtio eſt mouenda, & vterque
ſe poſſeſſorem contendit propter magnum poſſeſſionis com-
modum, non pōt aliter ſuper petitorio diſceptari, niſi vnus ſit
petitor, & alius poſſeſſor: ad quod diſcernendū competunt hęc 2
interdicta, & vti poſſidetis pro rebus immobilibus, vtrobi ve-
rò ꝓ mobilibus cōpetit 1 & hodie idē obtinet in his interdictis,
q tēpe litis cōteſtatæ non vi, non clā, non precario, ab aduerſa-
rio poſſidet. Et quis dr̄ et poſſidere, q per alium poſſidet, & poſ
ſeſſio ſolo animo retinet, licèt ſolo animo non acquirat, h.d. vſ
que ad §. recuperādæ. ¶ No. ꝙ qn̄ futura eſt cōtrouerſia inter ali
quos de aliqua ꝓprietate, ex hoc naſcit primæuę quęſtio poſſeſ
ſionis. ¶ No. ꝙ ciuilis, & et naturalis rō facit, vt vnus ſit petitor,
& alius ſit poſſeſſor, à quo petat. ¶ No. tex. ꝙ longè cōmodius
eſt poſſidere, quam petere, & ſic q̄ fundi partibus actoris. ¶ No.
tex. ibi, & ferè ſemper ingēs exiſtit cōtentio ſuper poſſeſſione,
ꝙ maximè lites ſunt in poſſeſſorio, qa (vt ſequit in tex.) eſt ma
ximū commodum poſſidere. ¶ No. ꝙ ille, qui poſſidet, & cōue-
nitur, quamuis res non ſit ſua, & ſic licèt ſit inuaſor, vel prædo,
tamen abſoluetur, & res penès eum remanebit, ſi aduerſarius
non probat rem ſuam eſſe. ¶ No. ꝙ in dubio contra petitorem
ꝓnunciari debet, qa in ſimilibus fauorabiliores ſunt partes acto
ris, quàm rei. vt l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. In quo autem, &
quando actori, vel reo ſit magis fauendum, vide tex. glo. & ibi
doc. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ¶ No. quòd in hoc inter-
dicto vti poſſidetis, & vtrobi, is vincet, qui tempore litis conte
ſtatæ etiam poſſidet. ¶ No. quòd ille, q vult vincere in hoc in-
terdicto, opus eſt, quòd poſſideat à ſe, vel ab alio, non tamē ab
aduerſario. ¶ No. quòd qui poſſidet per colonum, dicitur poſſi
dere. ¶ No. quòd commodatarius nō poſſidet. vt l. rei commo-
datæ. ff. commo. nec etiam depoſitarius poſſidet. l. licèt. §. 1. ff.
depo. Sed commodans, vel deponens, & proprietatem, & poſ-
ſeſſionem retinet. ¶ No. regulam, quòd licèt ſolo animo nō quę
ratur poſſeſſio, vt l. 3. in princ ff. de acquir. poſſ. & dic, vt ibi per
gl. & doc. tamē ſolo animo retinetur. vt l. clam poſſidere. §. qui
ad nundinas. eo. ti. ¶ No. quòd licèt diſcedam à fundo animo ta
* men retinendi,* retineo animo poſſeſſionem, quamuis ſit natu
ralis tantum. vt no. gl. & doc. in l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſ. In
glo. proprietate. in fi. dic, vt l. ſi duo. in princ. cum ibi plenè no.
per glo. & per Bar. ff vti poſſi. De quo vide quæ ſcripſi ſupra de
actio. §. quadrupli. in materia huius interdicti, vti poſſi. in fi. Ma
teriam autē huius interdicti ego ibi poſui in ver. viſo de poſ-
ſeſſione recuperanda, & poſſeſſione adipiſcenda &c. vnde dic,
vt ibi. quibus tamen plura addas. Nam hic dicitur, & ibi in ver.
dixi in libello, quòd ego talem fundum teneo, poſſideo &c. di
1 xi, quòd omni poſſeſſori competit hoc interdictum. ¶ † Addas,
quid ſi non poſſidet, ſed quis detinet fundum, an ſibi competat
hoc interdictum? videtur, quòd non. vt l. 1. §. deijcitur. in fi. ff. de
vi, & vi ar. ibi, non tamē ſi colonus. & ff. vti poſſi. l. ſi duo. §. cre
ditores. Sed glo. videtur tenere contrarium in interdicto vnde
vi. ff. de vi, & vi arma. l. ſi fundus. quod non datur, niſi illi, qui
poſſidebat tempore, quo fuit deiectus. vt eod. titu. l. 1. §. interdi-
ctum. Sicut nec iſtud niſi poſſidenti de præſenti. vt infra eo. tit.
ver. hodie igitur. ſicut illud datur detinenti, videtur quod &
hoc, cum vtrunq; poſſeſſionem ſuo requirat tempore: & facit
ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. quod ait. & facit ſecundum Ioan. Fabr.
de dolo, & contu. c. contingit. vbi Inno. videtur hoc tenere, pro
quo facit, quia iura debent plus ſubuenire detinenti legitimè,
quam violento. ff. quod vi aut clam. l. ſeruus. ſed violento datur
hoc interdictum contra illos, qui non poſſident. vt l. 1. §. fi. ff. eo.
ergo & detinenti. Et pro hoc etiam facit, quia interdictum de
itine. actuq; priua. ſimilitudinem habet cum iſto, & eſt retinen-
dæ, vt hic no. ſed conſtat, quòd illud datur detinenti, vel poſſi-
denti nomine alterius, ita & illud. ff. de iti. actu. priua. l. 1. §. ſi ti-
bi. cum. §. ſequen. ſed Ioā. Fab. concludit, quòd hoc interdictum
non datur detinenti tantum; vt vult gl. in d. l. 1. §. quoties. de iti.
actu. priu. in glo. quod ita verum eſt, & probatur per d. §. deijci
tur. & §. creditores. Nec obſtat §. quod autem. quia loquitur de
rebus mobilibus, quia non refert quomodocunq; habeat, dum
modo immobilia, ꝑ quibus principaliter datur, poſſideat. Nec
obſt. c. cum contingat, quia tex. nihil facit. Nec obſt. opin. Inno.
quia illa procedit de equitate canonica, vt ibi dicit Hoſti. Nec
obſt. quòd detinenti datur interdictum violento, ergo fortius
detentori, quia hoc non eſt verum, quia prætor hic tuetur eū,
qui eſt in poſſeſſione, ſed qui non eſt in poſſeſſione, non poteſt
tueri, igitur &c. ¶ Ex quibus infert Io. Fab. ꝙ executoribus vlti-
marum voluntatum, non competit tale interdictum, quia ipſi
non poſſident pro ſe, ſed detinent, igitur &c. Quæro ergo quo
remedio prouidebitur talibus detinentibus? Reſpondeo, ſi eſt
miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ cauſa tunc intentet edictum,
ne uis fiat. in princ. vt ff. ne vis fi. ei. l. 1. in princ. & ibi Barto. Aut
officio iudicis, vt l. & ideo, cum ibi not. ff. de condictio. fur.
2 ¶ † Quæro, contra quem competit hoc interdictū? & dic, vt ha-
betur per tex. & glo. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. vti poſſi. qui conclu-
dunt, quòd non ſolum datur contra illum, qui contendit ſe poſ
ſidere, vt quidam in gl. dicebant, ſed datur contra turbantem,
vel inquietantem, licèt non contendat ſe poſſidere, vt eſt tex. in
l. ſi duo. §. ſi vicinus. ff. eo. tit. Competit etiam contra diffamato
rem, ſi tamen propter talem diffamationem impeditur libertas
meæ poſſeſſionis, quia tu vadis dicendo, quòd ego non poſſi-
deo, quòd talis poſſeſſio non eſt mea, propter quod non repe-
rio laborantes, tunc tali caſu competit mihi tale interdictum,
vt l. vim facit. ff. de vi, & vi ar. ibi, ſiue aliquid faciēdo &c. Ita di
cit Bar. in d. l. 1. §. huius autem. & ita ſequitur ibi Ang. ¶ Tertiò,
competit cōtra turbantem, non ſolum poſſeſſorem rei immo-
bilis, & corporalis, ſed & contra turbantem aliquem in quaſi
poſſeſſione ſeruitutis, quæ habet cauſam continuam, ita dicit
Bar. & gl. in l. 1. in prin. ff. eo. Et tunc competit vtile. Quod intel
ligit Ang. verum in l. 1. §. quod interdictum. quando non turba
tur propter hoc in poſſeſſione rei immobilis, ſed quādo turba
tur in quaſi poſſeſſione tantummodo iure ſeruitutis, vt putà,
volo altius tollere domum meam, & tu ſimpliciter prohibes,
tunc datur directum interdictum, quia prohibeor vti re mea
immobili; aut tu prohibes me altius tollere, qa aſſeris tibi ſer-
uitutem deberi, & tunc quia turbor in tali iure, datur mihi vti-
le interdictum. & ita intelligatur gl. Bar. & bene. ¶ Ex quo no. ꝙ
contra prohibentem me ædificare in meo cōpetit hoc interdi-
ctum directum. vt d. §. hoc interdictū. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi co-
lonus meus, vel inquilinus prohibeat me reficere domum, quæ
indiget neceſſaria refectione, ꝙ competit contra eum iſtud in-
terdictum. vt l. ſi duo. §. cum inquilinus. ſecundum verum intel
lectum gl. Ita dicit ibi Ang. ¶ Quartò competit contra turbantē
me in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, vt ſi ego ſum in quaſi
poſſeſſione alicuius iuriſdictionis, & tu turbas me in dicta iu-
riſdictione, vel in aliquo iure incorporali, vt in iure eligendi,
vel in iure colligendi pedagia, vel ſimilia, poſſum ꝯ te agere
iſto interdicto, quia hmōi iuriſdictiones poſſunt eſſe apud
plures inſolidum. vt l. inter tutores. ff. de admini. tut. & l. 1. ff. de
offi. conſu. & no. in l. Pomponius. §. ſi vni. ff. de re iudic. ita dicit
Bar. & Ang. in l. ſumma. ff. eo. ti. ¶ Quintò competit non ſolum
contra turbātem me extra iudicium, ſed ſi in iudicio negat me
poſſeſſorem, immo ſe poſſeſſorem aſſerat, contra ipſum cōpe-
tit hoc interdictum. vt no. Bar. in l. ſi prius. & ibi Ioā. de Imo. ff.
de no. ope. nuo. non autem ſufficeret, ꝙ ſimpliciter negaret me
poſſeſſorem, niſi etiā ſe aſſerat poſſidere, vt ibi habet. ¶ Sextò,
etiam competit, qn̄ in clā intraſti poſſeſſionē meā, licèt ab alio
detentam, & ſic fuiſti nactus naturalem tantum, ego qui poſſi-
deo ciuiliter, propter tuā naturalē turbor in poſſeſſione mea,
competit mihi hoc interdictum. Et iſto caſu erit etiam reſtituto
rium, quia ego conſequor naturalem, quam habebas. Ita dicit
glo. & doc. in l. clam poſſidere. §. fin. cum l. ſeq. ff. de acquir. poſ.
3 ¶ † Quæro quid deberet probare qui agit hoc interdicto? & cla
rum eſt, ꝙ debet probare ſe poſſidere. vt d. l. 1. in prin. ff. eod. &
hic. ¶ Sed an ſufficiat, ꝙ probet, ꝙ poſſidebat ante redditum iu-
dicium, ſi nullus tamen teſtis probat de tempore præſenti, an
ſufficiat? & videtur, ꝙ non, vt habetur de reſti. ſpo. c. cum ad ſe-
dem. vt hic, vbi dicitur, ꝙ oportet, ꝙ poſſideat etiam tēpore li-
tis conteſtatæ. Sed Hoſt. in d. c. cum ad ſedem. tenet cōtrarium,
& pro eo facit ratio, ſi probo, ꝙ ante iudicium ego poſſidebā,
cum poſſeſſio retineatur animo. vt l. 3. in princ. & §. in retinen-
da. ff. de acquir. poſſe. Ergo nūc de præſenti præſumor poſſide-
re. vt

ADDITIO.

* In vet. exempl. retinendi.

ſe. vt l. ſiue poſſidetis. C. de proba. niſi aduerſarius probet de me
dio tempore, quo alius fuerit ingreſſus poſſeſſionem. vt l. quod
meo. §. ſi. & l. peregrè. §. ſi. & l. Pomponius. §. quæſitum. & §. præ-
terea. cum gl. & ibi do. eo. tit. vel probet, ꝙ tanto tempore ſtetit,
ꝙ tradidit obliuioni. vt l. ſi id quod. in prin. ff. de acqui. poſ. & l.
peregrè. in prin. eo. tit. vt not. in l. furtum. §. 1. ff. de vſuca. Sed Io.
Fab. primò concordat opiniones. Nam aut agitur pro re immo
bili, & tunc indubitáter procedit iſte text. quia rei mobilis poſ-
ſeſſio non retinetur animo ſolo. vt d. l. 3. §. Nerua filius. ff. de ac-
quir. poſſ. Sed in re immobili aduertendum eſt, aut dixit ſe poſ-
ſeſſorem ciuiliter, & naturaliter, & oportet, vt illud probet, cũ
illud ponat, & idem ſi dicat ſe ſimpliciter poſſeſſorem, quia in
dubio omnem poſſeſſionem ciuilem, & naturalem videtur de-
duxiſſe. vt l. 2. §. quod vulgò. ff. pro hærede. Et his caſibus poteſt
loqui hic §. Sin autem diceret ſe poſſidere naturaliter tantũ ani
mo, quod fieri poteſt. vt no. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poſſ. & tũc
ſicut ciuilem animo retineret, ſic etiã animo ſolo præſumitur,
ꝙ iſtam naturalem retinuerit: idem etiam tali caſu ſufficit, ꝙ
probet ſe tempore turbationis poſſediſſe, quod mihi placet, &
bene. Vel fortè licet ſimpliciter dixerit ſe poſſeſſorem, vel poſ-
ſidere talem fundum, tamen ſi probat, ꝙ tempore turbationis
erat in poſſeſſione ciuili, & naturali, præſumitur tempore litis
conteſtatæ etiam eſſe in poſſeſſione, cum illa poſſeſſio, ſaltem
quò ad ciuilem, animo retineatur. vt d. l. 3. §. in retinẽda. & pro
ciuili tantum competit hoc interdictum, vt no. in l. 1. in prin. ff.
eo. & hoc ſeutit Bal. in l. 1. C. vti poſſid. quod no. tu aduocate, vt
ſcias quid habeas articulare, & probare. ¶ In gl. nec vi, nec clã.
in princ. ibi, cum multa ſunt genera violentiarum &c. addas ea
genera eſſe quinq; de quibus per glo. in l. 1. C. quod met. cauſa.
de quo vide quæ dixi ſupra de act. §. quadrupl. ¶ In ead. ibi, qui
pendentem, dic, & eſt optimus tex. in l. iniuriarum actio. §. ſi qs
me prohibet. ff. de iniur. vbi dicitur, ꝙ ſi quis prohibet in meo
miſcari, ꝙ non ſolum tenetur hoc interdicto ſecundum gl. ibi,
ſed & tenetur iniuriarũ. ¶ In ea. ibi. ff. ſi ſer. ven. l. 2. §. 3. de ſeruit.
& eius materia, & de actione cõfeſſoria, & negatoria. dic, vt ple
nè dixi ſ. de actio. §. æquè. ¶ In ea. ibi, clam autem poſſidet &c.
tu dic clarius, quòd illa verba ſunt formalia iuriſconſulti in l.
4 clam poſſidere, in prin. ff. de acqui. poſ. videlicet ꝙ illum† clam
poſſidere dicimus, qui furtiuè ingreſſus eſt poſſeſſionẽ eo igno
rante, quem ſibi controuerſiam futurum ſuſpicabatur, ne face-
ret, & timebat, & tali caſu competit mihi poſſeſſori hoc inter-
dictum, quando clam à me poſſidet, vt hic. ¶ Competit etiã in-
terdictum, ꝙ vi, aut clam. vt l. 1. §. hoc interdictum. & ibi Bar. ff.
quod vi, aut clam. quamuis ſit illud generale, quia illud compe-
tit, ſiue aſſerat ſe poſſidere, ſiue nõ, ſed refert quæſtionem ſolũ
de proprietate, ſecundum Iac. de Are. & Bar. ¶ In ea. ibi, nec ta-
5 men ſuſpicor me poſſe repelli, ſtatim videor,† perdere etiam
ciuilem poſſeſſionem. vt d. l. clam poſſidere. §. ſi. cum l. ſeq. quæ
ciuilis poſſeſſio amiſſa, acquiritur clandeſtino, etiam ignorãti,
quæ perditur non primo ingreſſu clandeſtini, ſed ex propria vo
luntate mea. ita dicit gl. in l. ſequenti. alleg. l. 3. §. ſi quis nuntiet.
eo. tit. ¶ In ea. ibi, inuito ſæpiſſimè facit. no. gl. quæ dicit, me ab-
6 ſente inuito,† dicitur tamen clam poſſidere, quia hoc non cre-
do verum, quia ſi quis me abſente, & ſciente ingrediatur fun-
dum, & me inuito, & ſic me ſciente, credo ꝙ non dicatur clan-
deſtinus poſſeſſor, quia ad hoc vt dicatur clandeſtinus, requi-
ritur, quòd ingrediatur me ignorante. vt dicit text. in d. l. clam.
vnde ſaluarem gloſſam, quòd à principio me abſente ignoran-
te ingreſſus eſt, & poſtea ego ſciui, & tamen etiam me inuito
retinet, tunc inſpicimus originem naſcendæ poſſeſſionis, non
autem obtinendæ. ita dicit tex. in d. l. clam. in ſecundo reſponſo.
7 ¶ † In ea. ibi, inuito animo retinet naturalem. not. glo. quia aut
quis poſſidet ciuiliter, & naturaliter, & tunc naturalem retinet
corpore ſuo, vel alieno, vt coloni, vel ſimilis. aut naturaliter tã
tum poſſidet, & tunc cum incumbit in rem, ipſam retinet cor-
pore, cum autem exit de fundo animo tamen reuertendi, reti-
net ipſam naturalem ſolo animo. ita dicit gloſſ. & communiter
doc. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poſ. ¶ In ead. ibi, vt faciat fructua-
rius. dic, vt in l. 3. §. vnde ui. & quod ibi per gl. Bart. & Ang. ff. de
vi, & vi arm. & habetur in l. naturaliter. & in l. 1. in princi. ff. de
acqui. poſ. Sed tu dicas, an fructuarius poſſideat naturaliter, vel
nõ? vt plenè dixi ſupra de actio. §. quadrupli. in materia, vti poſ-
ſidetis, in ver. no. ergo quòd vſuſfructuarius poſſidet. dic, vt ibi.
¶ In ea. ibi, admittat eam. dic, quòd hoc non eſt verum, (vt dixi)
quia etiam exiens, & vadens, etiam in longinquam regionem,
non perdit ipſam naturalẽ. vt d. §. vnde vi. ¶ In ea. ibi. §. vicinus.
dic, hoc intelligo verum pro turbatione præterita, non autem
de præſenti, quoniam non inſiſtat in fundo, & per conſequens
neq; verbo aſſerens ſe poſſidere, neque facto me in poſſeſſione
turbet, & ego ingrediar fundum, non video quomodo de præ-
ſenti competat hoc interdictum. facit quod habetur per Bart. in
d. l. 1. §. hoc interdictum. ff. eod. Et ego dixi in d. §. quadrupli. nec
§. ſi vicinus. facit pro glo. ſi bene aduertas. ¶ In ead. ibi, & haber
§. eum. dic, & in dubio præſumitur naturalis tantummodo poſ-
ſeſſio tranſlata. vt no. glo. Bar. & Ang. in d. §. eum. ¶ In ea. ibi. l. 1.
§. 1. & 2. dic, hoc etiã ſequitur Bart. in d. l. 1. §. 1. ff. vti poſſ. Si er-
8 go non poſſum intentare, vti poſſidetis † contra illum cui om-
nem poſſeſſionem precario conceſſi, quia nullo modo ego poſ
ſideo, ſequitur ꝙ ſi naturalem tantum conceſſi poſſeſſionem, ꝙ
cum ego ciuiliter poſſideam, ꝙ datur mihi cõtra eum iſtud in-
terdictum, quia tu poſſides à me precario. nã licet precaria poſ-
ſeſſio dicatur iuſta, donec habet domini voluntatem, tamen ea
finita, dicitur iniuſta. vt communi diuidun. l. commu. diui. §. Iu-
lianus. & eo. modo dicit Bar. in d. §. ſi. in conductore ad non mo
dicum tempus, vel emphyteuta, vel ſimili, qui finita conductio-
ne vel emphyteuſi ſtat in ſua naturali poſſeſſione, nam tunc di-
citur à me domino poſſidere vi, vel precario naturaliter, & per
hoc turbat dominum in ſua ciuili. vnde tenetur hoc interdicto,
vt illam naturalem poſſeſſionem reſtituat, & ſic à moleſtatione
9 deſiſtat. facit. C. vnde vi. l. non ab re. ¶ † Ex prædictis infert ibi
Bar. quòd habet neceſſe probare actor, vt vincat, ſcilicet ſe poſ-
ſediſſe tempore turbationis, & etiam litis conteſt. vt hic, & ſu-
pra dixi, & ſi aduerſarius probat ſe poſſidere, tunc actor debet
probare illam poſſeſſionem eſſe clandeſtinam, & ab eo, non au
tem ſufficere ſi ab altero clam poſſideret, vt dicam ſtatim. Pri-
mum, quòd ſit clandeſtina, probatur eo ipſo, ꝙ reus non pro-
bat antiquiorem fore ſuam poſſeſſionem, caſus eſt no. extra, de
prob. c. licet cauſam. Secundò, ꝙ ſit clandeſtina ab eo, probatur
eo ipſo, quod non probat clandeſtinam ab alio, ſufficit enim, ꝙ
in veritate debuerit timere, vel ſuſpicari ab actore controuer-
ſiam fieri ſibi, licet de alio fuerit ſuſpicatus. vt d. l. ſi is qui in pu-
teum. §. ſi quis dum putat. ff. quod vi, aut clam. & not. ibi Bart. &
Ang. in d. l. 1. §. ſi. ff. eo. tit. Econtra reus poteſt probare actorem
non poſſidere, vel poſſidere iniuſtè ab eo, vt dixi, vel ſe reũ ha-
bere iuſtam cauſam detinendi, licet nullo modo poſſideat. vt l.
colonus. ff. de vi, & vi arma. Primum, quòd actor nõ poſſideat,
probatur eo ipſo, quòd actor nõ probat ſe poſſidere, vel ſi reus
probat aliũ ciuiliter, & naturaliter poſſidere, poteſt enim reus
opponere de iure tertij, quãdo illud ius eſt penitus excluſiuum
iuris agentis. vt l. cum ſeruum quiſpiam. & ibi Cyn. Bald. Sal. &
Ang. C. de ſer. fugi. & no. plenè Bart. in l. 2. ff. de excep. rei iud. &
vide text. cum gl. & ibi Flo. in l. his conſequenter. in prin. ff. fam.
erciſc. vnde cum probat alium poſſidere inſolidum, neceſſariò
ſequitur, ꝙ actor non poſſidet, quia non poſſunt eſſe duo poſ-
ſeſſores inſolidum. vt l. 3. §. ecõtrario. ff. de acqui. poſſ. quæ om-
nia no. & addas his, quæ in iſto §. ſupra dixi. ¶ In ea. ibi, in fi. no.
gl. ꝙ quamuis poſſeſſio mea ſit vitioſa, quia vi, vel clã, vel pre-
cario poſſideam, ſi tamen non poſſideo vitioſè à te, ſed ab alio,
debeo obtinere, quia quo ad te liberas ædes habeo. vt l. loci cor
pus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendic. Quæro, ſi tu poſſides à me vi,
clarum eſt, ꝙ ex internallo ego non poſſum te expellere pro-
pria authoritate. vt l. 3. §. eum igitur. ff. de vi, & vi arm. nec poſ-
ſum te turbare, & inquietare, & permittere te, ꝙ pacificè poſſi-
10 deas. vt eſt gl. no. in d. l. 1. §. ſi. ff. eod. tit. quòd ſic. ¶ † Ex quo not.
quòd deiectus, licèt non poſſit propria authoritate repellere
deijcientem, poteſt tamen ipſum turbare, & inquietare, & non
tenetur, immo conuentus hoc interdicto debet abſolui. Ratio,
quia agens poſſidet vi à me, igitur &c. ita dixit Bar. & Ang. in d.
§. fin. quod not. ¶ Quid autem ſi ego deijcio te de fundo, deinde
vendidi fundum alteri, an liceat tibi turbare emptorem: vel ſi
ego precario poſſideo, vel clam à te alteri conceſſi, an liceat ti-
bi illum turbare, & an ſucceſſor debeat ſimpliciter ita ſuccum-
bere, ſicut ego. alleg. Cyn. in l. 1. C. eo. qui tenet, quòd ſic. per l. ſi
duo. §. non videor. ff. eod. quod not. Bar. in l. 3. C. de pig. an illud
11 pactum afficiat ſingularem ſucceſſorem necne. ¶ † In gl. in poſ.
in fi. dic. eſt caſus in l. 1. C. com. de ſuc. vbi dicit text. quòd quã-
uis colonus corporaliter teneat, non tamen ſibi, ſed domino rei
creditur poſſidere. Et ſupradicta procedunt, quando vnus aſſe-
rit, & probat ſe poſſidere, ſin autem, & actor, & reus probant ſe
poſſidere, & ſe poſſeſſores allegent, quis debeat obtinere, vide
no. gl. in c. licet cauſam. de proba. cum ibi no. glo. Inno. & Ioan.
And. Ant. de But. & doc. & quod habetur, & ibi Bart. in l. ſi duo.
in princ. ff. vti poſſ. & not. doc. in l. 1. C. eod. tit. & ego dixi ſupra
de actio. §. quadrupli. in materia huius interdicti, vti poſſidetis,
in ver. prædicta procedunt, quando vnus eſt qui poſſidet &c.
dic, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum recuperandæ cui, & pro quibus competat.*
2 *Incontinenti quid ſiat.*
3 *Armorum appellatione quid contineatur.*
4 *Arma habēs ad latus vim faciens alicui ſine offenſione armorū, an dicatur vim feciſſe cum armis, & lege Iulia de vi publica teneatur.*
5 *Percutere quando liceat.*

1 Recuperandæ. ¶ † Recuperandæ poſſeſſionis dicitur interdictum vnde vi. competens ſpoliato pro poſſeſſione, quam etiam habet in ſpoliante vi, vel clā, vel precario ex interuallo, licet hodie per vim ſpolians, ſi dominus eſt, à domino rei cadat, aliàs rem ſpoliatam, & eius æſtimationem reſtituit, qui aliàs lege Iul. de vi. pu. vel pri. criminaliter punitur. & armorum appellatione, lapides, & fuſtes continentur. h. d. ¶ Not. ꝙ ad hoc, vt competat hoc interdictum, opus eſt, vt quis ſit ſpoliatus re immobili, vt æde, vel fundo, quid autem ſi quis fuerit deiectus de ædibus ligneis, an habeat locum hoc interdictum: dic, ſi ſolo affixæ ſunt, ꝙ habet locum, aliàs ſecus. vt eſt text. not. in l. 1. §. planè. ff. de vi, & vi ar. & facit l. pe. C. de oper. pu. quod not. quod ſemel habui de facto Bononiæ in ſimili. ¶ Not. ibi, cogitur ei reſtituere. ꝙ eſt executiuè, & ſic coactiuè ſpolians cogitur reſtituere poſſeſſionem alienam. Et ſic not. ꝙ ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt ſine proceſſu. vt l. ſi quis ad ſe fundum. cum ibi not. per glo. Dyn. & omnes doct. C. ad leg. Iul. de vi. ¶ Not. ꝙ licet ego ſpoliauerim te, & ſic vi à te poſſideo, tu tamen non potes me ex interuallo ſpoliare, alias ego haberem contra te hoc interdictum. de quo dic, vt l. 1. § qui autem vi. & ibi gl. ff. de vi, & vi ar. ¶ Not. ꝙ occupans rem propriam ab alio poſſeſſam, vel detentam propria authoritate, cadit à dominio ſuo. Sin autem eſt res aliena, tenetur vltra rei reſtitutionem ad ipſius rei æſtimationem. facit l. extat. cum ibi no. per gl. & doc. ff. quod met. cau. & l. ſi quis in tantam. cum glo. & ibi doct. C. vnde vi. & not. ſupra de vi bon. rap. §. pen. dic, vt ibi. ¶ No. ꝙ vis, & violentia poteſt inferri cum armis, & ſine armis. ¶ No. ꝙ maior æſtimatur, & grauior violentia facta cum armis, quam facta ſine armis. ¶ Not. quid contineatur appellatione armorum, quia continentur non ſolum arma ferrea, & offendibilia, ſed etiam continentur fuſtes, & lapides. dicam cum glo. fin. ¶ In gl. 1. in fi. not. ꝙ ſolūmodo poſſeſſori deiecto datur hoc interdictum. vt l. 3. §. interdictum autem hoc. ff. eo. & competit pro re immobili. vt l. 1. §. illud. ff. de vi, & vi arm. Sed vt dicit gl. pro rebus autem mobilibus ſolummodò non datur, ſed ſi datur pro immobili, competit etiam poſtea pro rebus mobilibus exiſtentibus in dicta re immobili, de qua quis eſt deiectus. vt eſt tex. in d. §. illud. in 2. reſpon. & in c. rectiſſimè. & ibi Bart. ff. eo. titu. ¶ In gl. is ab eo. ibi. vel vi in ſequenti die. nota iſtam gl. cum ver. ſeq. ꝙ incontinenti, dicitur eadem die. vt in hac gl. & videtur tex. in l. cōtinuus. in prin. ff. de verb. ob. ¶ In ea. ibi, teneris mihi hoc interdicto. no. iſtam gl. ꝙ ſpoliatus ex interuallo ſpoliando ſuum ſpoliatorem, tenetur hoc interdicto, vt dixi ſuper text. & not. etiam gl. in d. l. 1. § qui autem vi. ¶ In eadem. in fi. dic, ꝙ non dicitur diuerti ad extraneos actus, ſi ſpoliatus vadit ad ciuitatem, & conuocat amicos, & parat arma, & alia neceſſaria pro recuperatione ſuæ poſſeſſionis, licet ſteterit per plures dies. vt not. glo. & Bar. in l. 3. §. eum igitur. ff. eo. in tantum ꝙ dixit Hug. in c.
2 naturale. 1. diſt. ꝙ dicitur † facere incontinenti, licet ſteterit per decem annos ſecundum caſus magnitudinem, vt puta, ſi ſpoliaſti me vna terra, vel caſtro, & ego pro recuperatione ſteti per decem annos ſemper inſiſtendo, & parando præparamenta pro recuperatione dicti caſtri, dicor feciſſe incontinenti. & hoc tenet dominus meus Ioan. de Imo. in l. 1. §. 1. ff. de verbo. oblig. & ibi Lu. de vibe. ¶ In glo. æſtimationem. in fi. dic ſecundū Io. Fab. ꝙ immo Dy. tenet, ꝙ in hoc interdicto fiat æſtimatio poſſeſſionis, ſicut in interdicto vti poſſidetis. ſed ipſe Ioan. Fabr. dicit. ꝙ ad proprietatem, & ad poſſeſſionem poteſt fieri æſtimatio ſecundum quod concluditur. Si enim concluditur ad proprietatem, & ad illam fit relatio æſtimationis. vt l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. alias fit æſtimatio poſſeſſionis tantum, vt hic. ¶ In gl. de vi priuata. ibi. §. item lex Iulia. de vi publica. dic, vt ibi habetur. & ibi aliquid dicam. ¶ In glo. & lapides. ibi, in princ. ibi. infra de
3 pub. iud. §. item lex. dic, vt ibi habetur, & ibi aliquid dicā. ¶ † In ea. ibi, l. armorum. nam ſcire debes, ꝙ appellatione armorum, non ſolum arma ferrea, & fuſtes, & lapides continentur, ſed etiam omne id, quod eſt aptum ad nocendum. vt eſt text. in l. 2. ff. de vi, & vi arm. & l. armatos. ff. ad leg. Iul. de vi pub. ¶ Sed aduertas tu, ꝙ licet appellatione armorum lapides, & fuſtes contineantur, vt dictis iuribus, tamen ſecundum Ange. in l. ſi de pignore. §. furem. ff. de fur. & ſecundum Lud. in l. 1. §. occiſorum. in prin. ff. ad Sil. impropriè dicuntur arma. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ ſi à lege municipali fieret mentio de violentia facta cum armis, ꝙ fuſtes, & lapides, & tela non comprehenderentur, quoniam propriè non ſunt arma: vt eſt gl. ſing. in clem. 1. de ſtatu mon. in gl. in ver. arma. ſed ſtatutum debet verificari in verbis proprijs. vt l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. igitur &c. quod nunquam exeat mentem tuam, quoniam ſemel vidi Bononiæ de facto, ꝙ quidam proiecit in oculos cuiuſdam ſacerdotis aquam ad partiendum, ſiue aptam ad diuidendum, & ſeparandum aurum ab alijs metallis, an ille comprehendatur ſtatuto, quo puniebatur delictum factum cum armis, nam patet per prædicta, quòd nō.
4 ¶ † Aduertas tamen, ꝙ ſi quis habeat arma ad latus, vel cultellam, vel enſem, & facit vim alicui ſine offenſione armorū, tunc dicitur vim feciſſe cum armis, & tenetur lege Iul. de vi publ. & non pri. quia propter arma, quæ habet ad latus, ipſe efficitur audacior, & aduerſarius timidior, vt eſt tex. & ibi Barto. in l. 2. in prin. ff. de vi, & vi arma. ¶ Secundò etiam debes aduertere, ꝙ licet temperatoriam, vel cultellinus aptus ad incidendum panē ſit de ferro, non tamen dicuntur contineri appellatione armorum. vt gl. fin. in Aue. de armis. in fi. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ ſi punirentur portantes arma, non debet puniri ſcholaris, qui portat gladium pennarium pro pennis, nec ruſticus, qui portat gladiū pro incidendo panem. ¶ Tertiò aduertas, ꝙ licet iſte tex. innuat, quòd appellatione armorum contineantur arma offendibilia, tamen Bart. in l. 1. ff. de vi publi. & Lud. in d. l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sil. dicit, quòd propriè non continentur arma defendibilia, vnde ſequitur, quòd ſi ſtatutum punit ſimpliciter portantes arma, non comprehenderet, ſi quis portaret loricam, vel galeam: de his tamen omnibus dic, vt latius ſcripſi in meo tracta. male-
5 ficio. verſi. cum ſtocho ferreo. dic, vt ibi. ¶ † In ea. gl. ibi, nos contra. quia ſufficit iuſtus timor, vt puta, quia infertur ei terror cū armis, quia fuit factus contra eum inſultus cum armis. ita ſentit glo. no. & ibi Flo. in l. 5. in prin. ff. ad leg. Aquil. & Barto. ibi in prin. dicit no. quòd eo ipſo, quòd probo, ꝙ aliquis veniebat cōtra me cum cultello, & ego occidam eū, ſtatim eſt probata mea defenſio, vt ibi eſt caſus cum glo. & hoc etiam tenet Bald. in l. 1. C. vnde vi. in lec. ord. illius l. & facit l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & ibi Bart. etiam dicit, quandoq; ego percutio te, antequàm tu percutias me, dum es in actu percutiendi, & tunc in dubio videor facere ad defenſionem, & hoc modo poteſt intelligi ibi glo. Quandoq; quis eſt percuſſus, & tunc nō licet repercutere etiam incontinenti, quia hoc eſſet ad vindictam, quia iam habita offenſione euadi non poteſt, niſi fortè repercuteret euadens alias offenſas, quas volebat facere aduerſarius de nouo: intantum quod dicit Inno. in c. ſi verò. de ſent. excom. quòd ſufficit probari, quòd probabiliter dubitari de offenſione poterat, vt defendens excuſetur. ar. l. ſciētiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & l. 5. in princ. eo. tit & C. quando lic. ſe ſine iud. vin. l. 1. & l. is qui aggreſſorem. C. de ſica. quod not. ¶ Vltimò adde glo. ſing. in clem. 1. de homici. quid habeat neceſſe probare quis ad hoc, vt dicatur feciſſe ad ſui defenſionem. Et ibi vide Petr. de Ancha. tu dic, vt colligi poteſt per ſupradicta, de quibus tamen vide quę latè ſcripſi in dicto tract. meo maleficio. in verſi. & dictus Titius ſe defendendo. in ver. quomodo autem probari poſſit factum ad ſui defenſionem &c. & in verſi. ſequen. dic, vt ibi. Materiam autem huius interdicti vnde vi. vide, & latè quæ ſcripſi ſupra de actio. §. quadrupli. in materia recuperandæ poſſeſſionis, vbi primò poſui formam libelli, quam ibi videas in ver. veniamus itaque ad violentiam compulſiuam. Et cui competit dictum interdictum, dic, vt ibi plenius dixi in ver. & aduertas quod dixi in libello. Et an locus, & tempus ſit inſerēdus in hoc interdicto? dic, vt ibi dixi in ver. item dixi in libello, poſitus in tali loco, in verſicu. & aduertas tu, quod tempus tu ponas &c. Et pro quibus rebus competat? dic autem, vt ibi in verſicu. fin. item dixi in libello, in quo erant tot, & tales res. Quid debeat articulari, & probari in hoc interdicto? dic, vt ibi in ver. item dixi in ver. & me de tali fundo &c. ¶ An autem, & quomodo ſpoliatus poſſit agere in iudicio, & extra contra ſuum ſpoliatorem? vide ibi in ver. Et prædicta locum habent, quando agere poteſt ſpoliatorio. Quando autem dicatur recuperari incontinenti? vide ibi in verſi. aduertas, quòd non licet poſ. &c. cum ver. ſeq. An autem exceptio dominii poſſit opponi in hoc interdicto? vide ibi, in ver. nec tali agenti tali interdicto. vide etiam Ioan. de Imol. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obligat. an autem ſpoliatus ſemper ſit ante omnia reſtituendus? vide ibi in verſic. & quod dixi, ſpoliatum ante omnia, qui tantummodo eſt nudus poſſeſſor, ſi cadat à poſſeſſione ſua, quæ detineat

niat ad te ſine vitio, quod remedium habeat. vide ibi in verſi. &
prædicta procedunt, quando poſſesſio fundi mei. & vide etiam
quæ dixi ſupra eod. tit. de act. §. item ſeruiana. dic, vt ibi. ¶ Mul
ta remedia recuperandæ poſſeſ. vide ibi in ver. & prædicta pro
cedunt, quãdo eſt poſſesſio fundi mei. intellectum. c. ſæpe. de re
ſti. ſpo. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & c. reintegranda.
1. q. 3. & de alijs remedijs ibi vide. ¶ Vltimò an in interdicto re-
quiratur libellus, & litis côteſt. vide ibi in ver. quæro, an in hoc
remedio recuperandæ &c. dic, ut ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Actor quis videatur, & quis reus in interdicto vti poſſidetis.*
2 *Dilationes pares an reo, & actori concedi debeant.*
3 *Iudicia duplicia qualiter intentanda.*
4 *Clericus vbi iudicio publico utatur.*

Tertia diuiſio. Interdictorum tertia eſt ſpecies, quia
quædã ſunt ſimplicia, in qbus actor,
& reus cognoſcitur, ut omnia reſtitutoria, & exhibitoria, &
quædam prohibitoria, vt ne quid in loco ſacro, & ſimilia, quæ-
dã vero duplicia ſic dicta, quia in eis non poteſt diſcerni actor
a reo. & quædam prohibitoria, vt eſt, uti posſidetis, & vtrobi,
hoc dicit. ¶ No. ꝙ actor eſt ille, a quo aliquid dari, vel fieri pe-
titur. ¶ No. ꝙ in duplicibus iudiciis par eſt conditio omnium,
quia quilibet eſt actor, hoc eſt quilibet poteſt eſſe actor, & fun-
gi partibus actoris, & quilibet poteſt eſſe reus, hoc eſt fungi par
tibus rei. dicam cum gl. ¶ In gl. 1. in fi. no. quòd iura, quæ alle-
gantur & loquuntur in iudiciis duplicibus, ut fam. erc. fin. re-
gun. &c. poſſunt allegari in materia interdictorum duplicium,
1 & econtra. ¶ † Ex quo ſequitur, ꝙ licèt iſte text. dicat, ꝙ par eſt
conditio omnium, nec poteſt diſcerni quis ſit actor, & quis ſit
reus, intelligas verum, donec iudicium mouetur, quia quilibet
eſt aptus, natus, ꝙ ſit, & eſſe poteſt actor, & reus. Sed poſtquàm
iudicium motum eſt, tunc apparere poteſt quis ſit actor, quia
ille uidetur actor, qui ad iudicium prouocaſſet, ut l. in tribus. ff.
de iud. facit l. qui prior. cum ibi no. eo. tit. Sin autem pariter ad
iudicium prouocant, tunc ſorte dirimitur, quis videatur actor,
& partibus actoris fungatur. ita dicit text. in l. ſed cum ambo. ff.
2 de iudi. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ † ille, qui uidebatur actor prius, iu-
rabit de calumnia, ut l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iura. calumn.
Et breuiores dilationes habebit, ſiue pauciores. vt l. ſi. cũ ibi no.
ff. de fer. ita dixit gl. in d. l. in tribus. Sed Ang. tenet ibi contrariũ,
quia immo regula dictæ legis procedit in criminalibus, ſed in
ciuilibus pares dilationes actori, & reo conceduntur. Et in du-
bio contra ipſum actorem ſententia feretur, vt l. fauorabiliores.
ff. de reg. iu. ita dicit gl. in d. l. in tribus. & ibi, & hic uidetur ca-
ſus ſecundum Bal. ibi, licèt quidam dicant ibi côtrarium, & ma
lè. facit quod no. in l. inter pupillos. ff. de autho. tut. ¶ Aduertas
tamen ad vnum, de quo videtur caſus coniuncta gl. in l. duo iu-
dices. & ibi Bar. & doc. ff. de re iudic. videlicet, ꝙ etiam ille, qui
prouocat, (& ſi dicatur fungi partibus actoris) tamen etiam ip-
ſe poterit condemnari ipſo reo conuento, quia ita dicitur pete-
re ius, ſicut actor. Ita dixit ſubtiliter Hoſtien. in c. ex conqueſtio
ne. de reſti. ſpol. & Bal. in d. l. in tribus. & facit. ff. de exce. rei iud.
l. ſi quis a non domino. Secundò aduertas, ꝙ licèt iſte, qui fun-
gitur partibus actoris, non probet, non tamen propter hoc ab-
ſoluetur reus conuentus, & ſic in his ſimplicibus iudicijs, ſiue
interdictis, ſiue non, vt no. iſta gl. & glo. in d. l. in tribus. non ha-
bet locum regulariter. l. qui accuſare. C. de eden. ita eleganter di
cit Ang. & do. meus Io. de Imo. in d. l. duo iudices. Tertiò aduer-
tas, ꝙ iſte §. & d. l. in tribus. videtur, ꝙ procedant quo ad ordina
tionem iudicij, non autem quò ad deciſoria, quia quo ad deci-
ſoria procedit d. l. in tribus. quia ſecundũ Ang. ibi, ille, qui pro-
uocat, fortè condemnabitur. Sed econtrà hoc fortiter facit, ſm
Io. de Imo. in d. l. duo iudices. quod habetur in l. 1. C. vti posſid.
vbi in illo interdicto ſi utriq; pariter probant, poteſt ferri ſen-
tentia abſolutoria pro prouocato, & ſic pro reo, tãquàm acto-
re non probante. iux. l. qui accuſare. C. de eden. facit quod no.
Bart. in l. ſi duo. in prin. ff. vti poſſ. Vel poſſet reſponderi ad d. l.
duo iudices. ꝙ pariter ad iudicium prouocauerunt, nec poteſt
apparere quis ſit actor, & quis reus. ¶ Quartò no. ſm Ang. in d.
3 l. ſed cum ambo, ꝙ vbicunque virtute † primæ inſtantiæ motæ
per unum in iſtis duplicibus iudicijs poteſt decidi illud, quod
in nouo libello reus contra actorem deducit, & eo caſu libellus
non eſt recipiendus, unde ſi tu agis (ponamus iudicio diuiſo-
rio, vel uno ex iſtis duplicibus iudicijs) contra me non peten-
do offerri libellum contra te, in quo petam declarari hanc rẽ,
diuidi non debet, cum mihi per viam exceptionis poſſet eſſe
conſultum. Ac etiam ſi tu petis ſententiam latam contra te de-
clarari nullam, tamen potero porrigere libellum, in quo petam
declarari ſententiam aliquam, cum mihi posſit per viam exce-
4 ptionis eſſe conſultum. quod no. ¶ † Vltimò circa hoc dicit An-
ge. ꝙ clericus poteſt agere iſtis duplicibus iudicijs coram laico
iudice, ſed non poterit ibi conueniri, quia primò agendo actor
eſt, ſed non poterit poſtea coram laico ſuſtinere partes rei, ẽt
ſi vellet. vt cap. ſi diligenti. de foro competenti. &c. dic, ut ibi
per doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones in factum quot ſint, & ad quid vnaquæque competat.*

De ordine. Interdicta hodie ſine ſolennitate proponun
tur, & pro his actio in factũ ſibi locum ven-
2 dicat. hoc dicit. ¶ † No. ꝙ ſicut in ordinariis formulæ actionum
ſunt ſublatæ. vt l. 1. & 2. C. de formu. ita ẽt in interdictis, & ſic
non tm̃ dictæ formulæ ſunt ſublatæ in iudicijs, & remedijs iu-
ris ciuilis, ſed etiam in remedijs, & iudicijs prætorum, ut hic.
¶ No. ꝙ hodie non eſt neceſſe interponi interdicta, ex quo ſe-
quitur, quòd cum dicat, ꝙ non ſit neceſſe, quòd ſi proponeretur
interdictum, propter hoc non vitiaretur iudicium: ſicut dici-
mus in ſimili, quòd non eſt neceſſe, ꝙ proponatur nomẽ actio-
nis. c. examinata. de iudic. non tamen vitiatur, ſi proponatur no-
men ipſius actionis in libello. ¶ No. ꝙ hodie loco interdictorum
competit vtilis actio, & ſic non directa, quæ ſm gl. appellatur
actio in factum. ¶ In glo. mag. in ſi. no. & ſigna iſtam gl. quot ſint
actiones in factum, & ad quid vnaquæque competat. & adde gl.
in l. quoties. ff. de præſcr. ver. & tex. in l. in factum. & ibi gl. ff. de
actio. & oblig.

De pœna temerè litigantium.

¶ In gl. rub. in fi. Iſta glo. non videtur perfectè continuare, quia
ſupra non ſolum dictum eſt de propoſitione actionum, ſed ẽt
de aliis, vt de contractibus ſeruorum, & filiorum fami. & ſatiſ-
dationibus, & exceptionibus, igitur non vr̃ perfecta. Vnde dicas
ſaluando glo. & ſupplendo, dictum eſt ſ. de propoſitione actio-
num, & de his quæ fiunt in iudicijs, & de exceptionibus, & ſa-
tiſda. quæ præſtantur, & fiunt in iudicio, verum quia litigantes
aliquando temerè litigant, ſiue ſit actor, ſiue reus, ideo de eis di
cit, & eorum pœnis.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna temerè litigantiũm quotuplex ſit.*
2 *Iudex an poſſit ultum pœnam imponere temerè litiganti, ſeu calum-
niantj, quàm per iura imponatur.*
3 *Pœnam impoſitam ex conſuetudine, & ſtylo palatij temerè litiganti,
an poſſit iudex mutare, & pœnam iuris communis imponere.*
4 *Iuramentum calumniæ vbi locum habeat.*
5 *Iuramentum calumniæ an præſtetur in cauſa criminali.*
6 *Iuramentum calumniæ an ſit in cauſa ſpirituali præſtandum.*
7 *Iuramentum calumniæ quo iure fuit introductum.*
8 *Nolens reſpondere in cauſa ſpirituali an habeatur pro confeſſo.*
9 *Iuramentum de calumnia an vnicum in tota cauſa ſufficiat.*
10 *Inſtantia cauſæ ſi perit, an iterum ſit iurandum.*
11 *Iuramentum calumniæ an in cauſa appellationis iterum ſit præſtãdũ.*
12 *Iuramentum calumniæ quando præſtari debeat.*
13 *Iuramentum calumniæ ſi petatur a parte, & non præſtatur, perdit to
tam cauſam ille, qui non præſtitit.*
14 *Iurare quis debeat prius de calumnia actor, an reus.*

NVnc admonendi. Totus iſte tit. diuiditur
in tres partes. Primò
côtinuat rubricã ad præcedentia. Secundò ponit tri-
plicẽ pœnã, vt temerè litigantẽ coerceat. Tertiò di-
ctas pœnas ſigillatim per exẽpla declarat. Secũda ibi, idq; eo ma
1 ximè. Tertia ibi, ecce. n. & hoc dicit, in ſum. ¶ † Pœna temere liti
gãtiũ triplici pœna coercetur, pecuniaria, periurij, & infamiæ.
Et reus de calũnia iurare debet, qui ſi temerè litigauerit, eſt per-
iurus. Item negans id, quod debet, aliquando in duplo pu-
nitur. Item actor, & aduocati vtriuſque partis de calumnia
iurabunt, hoc dicit. ¶ No. quòd ad ius dicentem ſpectat, ne te-
mere homines ad litigandum coràm eo accedant. facit l. quos
prohibet. ff. de poſtu. ¶ Not. in verſi. ideoque. maximè illud
vulgatum.

Oderunt

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Facit l. 1. ff. de iuſt. & iu. ¶ No. ꝙ reus debet iurare de calumnia,
& ꝙ prius non poteſt vti ſuis defenſionibus, niſi prius iuret de
calumnia. ¶ No. ibi, ꝙ putans &c. formam iuramenti rei de ca-
lumnia, quia iurare debet, ꝙ putans ſe vti bona inſtantia ad cõ-
tradicendum peruenti, & nõ aliter, & actor debet iurare, ꝙ nõ
calumniandi animo litem mouet, ſed credens ſe bonam cau-
ſam habere. vt d. l. 2. in prin. de iuram. calumn. ¶ No. ꝙ ſi agitur
de damno dato iniurioſè, & ſic l. Aqui. pœna parata eſt negãti
ad duplum. concordat. C. ad l. Aquil. l. cõtra negantem. & quod
no. per gl. & doc. ¶ No. ꝙ negans legatum ſactum pio loco inci
dit in pœnam dupli. facit ſupra de act. §. item miſta. & quod ibi
habetur, & quod ibi dixi. ¶ No ꝙ actio furti ſui natura, ſiue con
tra negantem, ſiue contra confitentem, eſt pœnalis ab initio, vt
ſ. de obl. quæ ex deli. naſc. §. fi. ¶ No. ꝙ actor nõ debet calumnia
ri, & de calumnia punitur vt reus, & non tantum litigantes, vt
ſcilicet actor, & reus, ſed etiam eorum aduocati debent de ca-
lumnia iurare, & idẽ multo fortius procurator, quia eſt domi-
nus inſtantiæ, & aduocatus non, vt l. in cauſæ. §. fi. ff. de procu. &
cle. 1. de procu. & l. nihil. C. de procu. quod eſt verum, etiam ſi
haberet ſpeciale mandatum ad ſic reſpondendum. vt eſt caſus
in c. 2. de iura. calum. in 6. de quo vide quod no. Bar. in l. qui bo-
2 na. §. ſi qs alieno. ff. de damn. infect. ¶ † In glo. 1. in fi. quærit hic
Io. Fab. cum huiuſmodi pœnæ impoſitio ſpectet ad iudicem, vt
hic, & ad eius officium, an ipſe poſſit aliam pœnam, quæ ſit hic
ſtatuta, imponere? dicit, ꝙ ſic. facit l. & ſi ſeuerior. cum gl. & ibi
Cy. Bal. & Sal. C. de infa. & l. ergo. §. pœna grauior. & ibi Cy.
3 Bal. & Sal. C. de infam. & facit l. hodie. ff. de pœn. ¶ † Secũdò q̃rit
hic Io. Fab. ſi cõſuetudo, vel ſtylus palam eſt, ꝙ imponatur vna
pœna, an & nihilominus poteſt iudex imponere pœnam iuris
communis. & determinat, ꝙ ſic per l. qui ſepulchra. C. de ſepul.
viol. Tu addas l. in eum. C. de fur. & l. quoties. ff. de act. & obl. &
Bar. in l. 1. ff. vi bo. rap. & l. ſenatus. ff. de accu. quod no. Cy. Bal.
& Saly. multum latè in d. l. qui ſepulchra. de quo ego latiſſimè
dixi in meo trac. Malefi. in gl. quas ſi non ſoluerit intra 10. dies,
amputetur ſibi manus &c. dic, vt ibi in gl. iuſiurandi, ibi, §. pro-
xi. dic melius, facit l. 1. C. de iur. calum ¶ In ea. in fi. dic, vt habe-
tur in l. 3. & ibi Bar. ff. de cu. ſtel. & in l. 2. & ibi Cy. Bal. & Sal. C.
de iureiu de quo dic vt dixi ſ. de act. §. item ſi quis poſtulante.
4 ¶ † In gl. cõſtitutione in fi. aduertas tamen, quia quod dicitur, ꝙ
iuratur de calumnia, habet locum in iuriſdictione contentioſa,
non autem in voluntaria. vt eſt tex. & ibi Sal. in l. 1. C. de iur. ca-
lum. ibi contentioſa. Item no. Spe. in ti. de iur. calum. §. ſequitur.
ver. quid ibi. Spec. dicit, ꝙ ſi quis petit priuilegiũ declarari, vel
petit diſpenſari, vel quid aliud ſimile, quod non expeditur in fi
gura iudicij contentioſi, non habet locum iuramentum calum-
5 niæ, quod ſequitur etiam Bal. in d. l. 1. ¶ † Quęro an iuramentum
a calumniæ præſtetur in cauſa criminali. Iſtã q. mouit gl. a in l. 1.
de iur. calum. & ibi tenet, ꝙ ſic, ſm opi. Io. ſed ſm doc. in crimi-
nalibus potius iuratur de veritate. vt c. cum dilectus. de accuſ.
6 dic vt per Bar. & Bal. & Sal. in d. l. 1. C. de iur. cal. ¶ † Quid in cau
ſa ſpirituali. dic, vt no. gl. in l. 2. §. ſed quia veremur, & ibi doct.
C. de iura. cal. Sed hodie eſt caſus, ꝙ ſic, in c. 2. de iura. cal. in 6.
7 vbi iuratur ſimul de calumnia, & de veritate dicenda. ¶ † Quæ-
ro, quo iure fuit introductum iſtud iuramẽtum calumniæ? dic,
ſm Bar. Bal. & doc. in d. l. 1. in prin. ꝙ in quibuſdam caſibus fuit
introductum de iure antiquo, vt eſt caſus in l. de pupillo. §. qui
opus. de nou. ope. nun. & l. qui bona. §. q damni. de dam. infect.
hodie verò generaliter fuit introductum per Iuſtin. vt d. l. 1. &
8 2. C. de iur. cal. ¶ † Nunquid in cauſa ſpirituali qui non vult re-
ſpondere habeatur pro confeſſo? Et videtur, ꝙ ex quo iurare
tenetur eo modo, quo ſ. dixi, ſi nõ iurat, habeatur pro confeſſo,
non tamen propter hoc acquiritur aduerſario aliquis tit. in cau
ſa ſpirituali, vel beneficiali. vt eleganter no. Arch. in c. 2. de con
9 feſ. in 6. & Bal. in l. 2. in fi. prin. C. de iur. cal. ¶ † Quæro, an ſuffi-
ciat vnum iuramentum calumniæ in tota cauſa? Dic, ꝙ ſic, ſi
durat eadem perſona litigantis, ſed ſi fieret tranſitus in alium,
vt de principali in eius hæredes. iuxta l. ſi ſeruus. & quod ibi
Ang. ff. de inſa. & l. ſi eum hominem. & ibi Bar. ff. de fideiuſſ. tũc
hæres deberet iterum iurare, quia iuramentum præſtitum a de-
functo non eſt iuramentum hæredis, nec hæredẽ ligat, nec eius
animam, vt c. veritatis, & quod ibi Inn. & doc. de iureiur. Et eo
modo ſi fieret trãſitus in procuratorem, iuxta l. neq;. & l. nihil.
C. de procura. Et eodem modo ſi fieret de vno procuratore in
alium, vt habetur in d. l. nihil. & l. ab executore. §. alio. ff. de ap-
pel. & cle. 1. de proc. tunc procurator nouiter adueniens, & qui
non iurauit, debet iurare eadem ratione, quia iuramentum pri-
mi ꝓcuratoris, vel ipſius principalis non ligat animam alterius
ꝓcuratoris, vt dixi in hęrede, ita vult Bal. in d. l. 2. in prin. ſecus
tamen ſi in medio litis mutetur iudex, quia tunc non iurabitur
amplius coram alio iudice, quia dicitur eſſe idem iudicium, vt
no. gl. Bar. & doc. in d. l. 2. in prin. Si autem ſint legitimi admini-
ſtratores, vt tutor, & curator adulti, furioſi, vel prodigi, vel ſyn
dicus vniuerſitatis. dic, vt d. l. 2. §. ſi actor, & quod ibi no. per gl.
10 & doc. ¶ † Ex quo infertur, ꝙ ſi inſtantia perijt iuxta l. properan
dum. C. de iudi. in prin. & l. Titia. ff. de acc. & quod ibi Bar. ꝙ ite
rum eſt iurandum, quia tale iuramentum pręſtatur propter or-
dinationem iudicij, & prima acta ſunt perempta, vt l. cum lite
mortua. & quod ibi Bar. ff. iud. ſol. Vel ſi inſtãntię fuerit renun-
tiatum, iuxta l. poſtquam liti. C. de pac. tunc etiam iterato debet
iurari, vt probatur in d. l. 2. §. actor quidem. in ver. nouiſſimè. &
11 ibi doc. & Bal. in Auct. hodie. co. ti. ¶ † Quid in cauſa appellatio-
nis? Dicas idem, ꝙ iterum per omnes eſt iurandum, cum in ap-
pellatione dicatur noua inſtantia, vt in l. inuitus. & l. ita demũ.
C. de Procu. Ita dicunt Bar. & doc. in d. l. 2. in prin. & Bal. in d.
12 Auc. hodie. ¶ † Quæro, quando debet præſtari hoc iuramentum?
Reſpon. quoddam eſt iuramentum, quod pręſtatur ſuper tota
cauſa, & illud eſt præſtandum in initio. Et dicitur in initio cau-
ſę ante litem conteſtatam, vel in ipſa lit. conteſt. vel immediatè
poſt lit. conteſt. vt eſt tex. & ibi glo. Bart. & doc. in d. l. 2. in prin.
Quoddam eſt iuramentum, quod præſtatur ſuper articulis, &
tunc præſtandum eſt, quoties pars petit aliquid produci. vt l. 1.
C. de iur. cal. Et ita no. Bar. & doc. in d. l. 2. in prin. facit l. vbi eũ
13 que. cum ibi no. ff. de interr. act. ¶ † Aduertas, & tene menti per-
petuò, ꝙ quando a parte petitur iuramentum calumnię pręſta
ri, ſi non pręſtaretur, perdit totam cauſam ille, qui non pręſti-
tit. ita ſing. dicit Iac. But. in d. l. 2. ꝙ nunquam excat mentę tuam.
14 ¶ † In glo. niſi prius. in fi. tex. hic videtur velle, ꝙ reus prius iu-
ret. ſed tex. in d. l. 2. in prin. videtur econtra, ꝙ prius iuret actor,
& ita ſentit iſta gl. ſed ſm doct. & maximè in d. l. 2. in princ. iſte
non eſt ordo ſubſtantialis, quo omiſſo vitietur proceſſus, vt in
iſto tex. coniuncta d. l. 2. in princ. ¶ In gl. ad contradicendum in
fi. no. gl. quę hic ponit ea, quæ debet iurare actor, & quę debet
iurare reus. In gl. nomine. in fi. no. pœnas aliquas, quas patitur
calumnioſè negans, & maximè no. quando aliquis poſſidet, &
negat interrogatus ſe poſſidere. ꝙ perdit poſſeſſionẽ, ſi de men
dacio conuincatur, vt d. l. pe. ff. de rei ven. de quo dic, vt dixi ſ.
de act. §. 1 ¶ An autem negans intentionem actoris, vel propo-
nens exceptiones contrarias patiatur aliquas pœnas: vide quæ
ſupra ſcripſi de excep. in rub. dic, vt ibi.

ADDITIO.

a *Mouit gl. de iſto iuramento præſtando in cauſis criminalibus, dic de iure cõi eſt præſtandũ. Sed ex conſuetudine iurat accuſator accuſationem veram, & non improbe, ſeu animo calumniæ productã, ſeu vero cõparens iurat tantũ de veritate dicenda, ſecundum Bar. in l. 2. hic alleg. per Spe. eo. ti. §. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnari in expenſis quis debeat.*
2 *Cauſę ex quibus quis ſit in expenſis condemnandus.*
3 *Victus in dubio iuſtam cauſam litigandi habere non præſumitur.*
4 *Abſolutoria expenſarum an porrigatur ad expenſas debitas ratione promiſſionis.*
5 *Expenſę litis debita ratione promiſſionis quæ dicantur.*
6 *Iuſta cauſa ignorantia an excuſet ab expenſis factis ratione contumacia abſolute.*
7 *Iudex, qui non condemnauit victum, nec etiam abſoluit ab expenſis, an poſſit ſuper eis iudicare.*
8 *Compenſatio an fieri debeat, ſi vnus in vna parte vicit, & in alia ſuccubuit.*
9 *Expenſis excuſatur habens iuſtam cauſam litigandi.*
10 *Expenſæ quando a victo non debeantur.*
11 *Citatio partis an in expenſarum condemnatione requiratur.*
12 *Inſtantia perempta iudex ille, etiam delegatus eſt idoneus in condemnatione expenſarum.*
13 *Victus quid victori reficere teneatur.*
14 *Expenſarum ſententia an ſit interlocutoria, vel diffinitiua.*
15 *Condemnatus in expenſis, quas ſoluit in vna interlocutoria, an in diffinitiua poſſit dictas expenſas recuperare.*
16 *Iudex, qui omiſit condemnationem expenſarum, an teneatur de ſuo in ſyndicatu parti læſæ reficere.*
17 *Condemnatus in expenſis ob aliquam interlocutoriam, vel contumaciam, quas ſoluit, & poſtea obtinuit in diffinitiua, an ab eius aduerſario condemnato in expenſis ipſas prius ſolutas recuperet.*
18 *Victus an in criminalibus condemnetur in expenſis.*
19 *Expenſæ quando ſint compenſandæ.*

20 *Appellari an poſſit a taxatione expenſarum.& nu.22.*
21 *Tempus appellandi a die condẽnationis expenſarum quãdo currat.*
23 *Iudex condemnans in expenſis an poſſit ſibi,& ſuccessoribus taxatio nem reſeruare.*
24 *Expenſæ primæ citationis an refici debeant.*
25 *Cedens liti quando non teneatur ad expenſas.*

Hæc autem omnia. Olim actor calumnioſè litigãs in decima parte litis puniebatur, hodie uerò periurij,& victori condemnabitur in expenſis.h.d.
¶No.ibi,quę in deſuetudinem abijt. ꝙ leges tolluntur per deſuetudinẽ, quod an ſit verum, vide quę ſcripſi ſupra in procœ. §.igitur. ¶No. ibi,damnum & expenſas litis. ꝙ improbus litigator afficitur damno liti,& expẽſarum.¶ In gl.introducta.ibi, §.ad excludendas.dic,vt ibi per gl. & Ange. & vide tex.& glo. Bar.Cy.Bal.& Sal.in auct.generaliter.C.de epi.& cle.Sed vt dicit gl.ſupra de ſatiſ.§.ſed hodie.& Bar.in d.auct.generaliter hodie huiuſmodi ſatiſdatio de lite proſequenda, & decima parte litis &c.non eſt in uſu.¶ In ea.gl.in fi.not.1. ex glo.ꝙ licèt vna lex generaliter loquatur, tamen per alias leges patitur limita-
a tiones, & reſtrictiones. ᵃ & ſic lex patitur interpretationẽ paſſiuam.vt l.1.§.lex Falci.& ibi Bar.ff.ad l.Fal.& l.2.cum gl.C.de
1 nox. ¶†Secundò no.ex gl.ꝙ non omnis, qui ſuccumbit in cauſa,debet condẽnari in expenſis,ſed ille tantummodo in expenſis condemnabitur, qui improbe,& calumnioſè litigat, ſiue ſit actor,ſiue reus. & quia hic dicitur de expenſis temerè litigantis, dicam hic circa expenſas aliqua. Et primò dic, ꝙ expenſæ reficiuntur,& refici debent quadrupliciter. Primò,ratione victoriæ, vt l.properandum.§.ſinautem reus.C.de iud. Et in iſto articulo.ſ.ratione victoriæ, diſtingue. Aut vult refici totaliter expenſas, & debet expectare finem totius litis.vt d.§.ſinautem reus. in l.properandum.C. de iud. Aut vult ſibi expenſas refici ſuper vno capitulo, & ſtatim poteſt id fieri, vnde ſuccumbens in aliquo incidenti,vel emergenti,eſt condemnandus in expenſis, ut no. Spec. in tit. de expen.§.ſinautem. verſi.ſed nunquam deficiens.& hoc etiam firmat Iac.But.& Bald.in l.ſancimus.C. de iud. & eſt tenendum menti, ꝙ ſi hoc eſt omiſſum, poteſt iudex in quacunq; parte iudicij durãte eo iudicio ſupplere. Inn. ita dicit de reſt.ſpol.c.ſæpe.& Bald.& Sal.in d.l.ſancimus. ¶Ex quibus ſm doct.ibi conclude, ꝙ condemnatio expenſarum poteſt fieri in prin.medio,& fine litis,vt etiam no.Ion.in c.fi. liti-
2 bus.& ibi do.de dol.& contu. ¶†Secunda cauſa principalis refectionis expenſarum eſt ratione retardati proceſſus, vnde licèt quis comparcat, ſi tamen per ambages litem protrahit, ex hoc ſolo condemnabitur in expenſis.in l.non ignoret. & ꝙ ibi per doc.C.de fruc.& lit.expen.¶ Tertia cauſa principalis eſt ratione temerariæ citationis. Vnde ſi eſt citatus qui citari nõ debuit,fortè quia erratum eſt in nomine,vel quia fortè citatio eſt æquiuoca,debet citans.i.qui fecit citare, condemnari citato in expẽſis.vt ff.de iud.l.eum quem temerè.& ibi no.¶ Quarta cauſa eſt ratione contumaciæ, ex qua cauſa poſſet venire refectio expenſarum in qualibet parte litis. ¶Quod autem ſupra dixi,ꝙ quis condemnatur in expẽſis ratione victoriæ,fallit in duobus caſibus.Primò,ſi victor fuerit contumax,quia quamuis aliquis contumax ſit,tamen poteſt fouere bonam cauſam,& obtinebit in principali, ſed propter eius contumaciam cõdemnabitur in expenſis.vt d.l.properandum.§.ſinautẽ ex geſtis.Secundò,propter iuſtam cauſam litigãdi. vt l.qui ſolidum.§.1. & ibi gl. Bar. Bal.& Ang.& domini mei.ff.de leg.2. ut no.gl.in d.§. ſinautem
3 ex geſtis.¶†In dubio autem tene menti,quòd victus non præſumitur habere iuſtam cauſam litigandi. vt d.§.ſinautẽ ex geſtis.
4 & ibi Bal.Sal.& no.Io.And.in c.1.de elec.lib.6. ¶†Aduertas tamen,ꝙ iuſta cauſa litigandi,vel contumacia uictoris non excuſat victum ab expenſis,quæ veniũt ratione promiſſionis,intantum,ꝙ licèt iudex abſoluat aliquem ab expenſis,tamen talis abſolutoria expenſarum non porrigitur ad expenſas, quę debentur ratione promiſſionis.vt no.gl.in §.oportet.in Auct.de iudi
5 cibus, iuxta fi.gl.quod tene mẽti perpetuò. ¶†Dicuntur autem deberi ratione promiſſionis, qñ partes promittunt adinuicem reſarcire omnia damna,& expẽſas litis &c.vt fit regulariter in inſtrumentis publicis, vnde licèt iudex abſoluat ab expenſis factis in lite, non propterea prohibetur creditor petere illas ratione promiſſionis, nam abſolutus eſt a petitione expẽſarum, quæ debebatur officio iudicis mercenario,nõ iure actionis. & pro hoc eſt tex.cũ gl.in l.3.§.ſi rem. & ibi Bar.ff.de leg.3. quod
6 nunquam exeat mẽtẽ tuã,quia eſt valde quotidianum.¶†Quæro, an iuſta cauſa ignorantiæ excuſet ab expenſis factis ratione contumaciæ abſoluti? & Fran. Accur.tenet,ꝙ non, quia ille veniunt iure actionis in factum,& poſſunt peti.vt l.1.§.non ſolũ ff.ſi quis ius dic. non obtem.& tenet Sal.in d.§. ſinautem alterutra.ea ratione,qua contumacia non poteſt includi in iuſta cauſa litigandi, & ſic iudicis verba ad illas non poſſunt trahi &c.
¶Sed aduertas, quia licèt verba iudicis non comprehendat dictas expenſas contumaciæ, tamen non poſſunt peti actione in factum,niſi intra annum.vt d.l.1.& §.1.& §.fi.quod bene no.licèt aliæ actiones pro alijs expenſis, puta promiſſionis, competant perpetuò,tamen quia competunt iure actionis, nõ compe
7 tunt vltra annum &c.¶†Quid ſi non condemnauit iudex in expenſis victum,nec etiam abſoluit,ita ꝙ ſuper expenſis nihil pronuntiauit? Dic,ꝙ eadem die poteſt ſuper expenſis iudicare,nõ autem ſi condemnauit,vel abſoluit ab expenſis, poteſt immutare. vt l.Paulus reſpondet.& quod ibi per gl.& doct.ff.de re iud. ¶Quod habet locum etiam in arbitro, qui poteſt, & ſuper expenſis,& acceſſorijs eadem die iudicare, licèt omiſerit in condemnatione prima.vt eſt glo. ord.in l.quia arbiter.ff.de arb.qđ no.¶Erit ergo idem in iudice delegato, q̃a iudex delegatus, & arbiter ęquiparantur. vt c.vno delegatorũ. de off.deleg. Et not. d.Io.de Imo.in l.quidam conſulebant.ff.de re iud.& ſic ſicut arbiter poteſt condemnationem expenſarum,& aliorum acceſſoriorũ facere eadem die, ita etiam iudex delegatus, quod bene
8 no.¶†Quid ſi vnus vicit in vna parte,& in alia ſuccubuit,vt eſt exemplum in l.1.cum gl.C.ſi aduer.rem iud. quia cõdemnauit reum in quinq;, & in alijs quinq; abſoluit,& iudex dicat,condemno victum victori in expẽſis.& Bar.in l.ſi legatario.§.fi.ff. de fideicom.liber.tenet,ꝙ non valet, quia non apparet quis ſit victor,& victus. Sed dñs meus Io.in l.iudex poſtea quam. ff.de re iud.tenet,ꝙ immo valet, & quilibet intelligitur condemnatus, quatenus fuerit victus. Vnde ſi in maiori parte vnus fuerit victus, quàm viceris, in eo pluri intelligitur eſſe condemnatus in expenſis, quia iſta fuit mens iudicis, & mens magis, quam verba,eſt attendẽda. vt l.cum virum.C. de fideiuſſorib. Tu pro hoc allega Iacob.de Are.ſm Sal.in d.§.ſinautem alterutra. pro quo allegat gl.in l.generaliter.§.his de præſentibus. in verſi. de expenſis.C.de iureiuran.Sed ipſe Sal.tenet,ꝙ immo actor ſolus ſit condemnandus in expenſis, quia reo licitum fuit negare totum propter partem indebitè petitam. vt arg.l. ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.Tu autem,an liceat totum negare propter partem indebitè petitam.vt arg.l. ſi is,qui ducenta. §.vtrũ. ff.de reb.dub. vide Bar.& doct.in l.1.§. ſi quis ſimpliciter.ff. de verb.ob.& in l.ſi quis cum totum.de exce.rei iud.in prin. & ibi Bar.in l.non poteſt videri.de reg.iu.& Bar.& doc. in l.qui ſolidum.ff.de leg.2. Et pro opinione ſua Sal.allegat tex.cum glo.in l.1.C.de plus petit.in ver.diſpendio.& dic,vt ibi per Sal.in vlt. q.Et videtur pro hoc etiam glo.in l.cum quædam puella.§.fi.ff. de iuriſ.omn.& illud placet.Tamen dic,vt ibi per eum. de quo
9 etiam dixi ſ.de act.§.curare.& dic,vt ibi dixi. ¶†Et aduertas ad id,quod ſupra dixi,ꝙ habens iuſtam cauſam litigandi debet abſolui ab expenſis; intelligitur in toto, ſi habuit iuſtã cauſam,vt quia conſiſtebat in ſubtilitate iuris; & pro vtraq; parte ſunt rationes,& authoritates.Et eſt materia difficilis,iuxta ea,quę no. gl.& ibi dixi ſ.de oblig.quæ ex quaſi delict.naſc.in princ. ita dixit Spe.in ti.de expen.§.nunc videndum.ver.quædam autẽ.¶ Secundò,propter facti incertitudinem,& cœlata,vt arg.ff.de condi.ind.l.2.& 3.¶Tertiò,propter eliſam probationem, quia ple
* næ * probationes reprobantur in perſonis, & non in dicto, vt putà, quia tanquàm infames,uel tanquàm excommunicati,nã iſte, qui probat, licèt ex hac cauſa ſuccumbat, non dicitur temerarius.arg.C.de teſt.l.1.& no.Spe.in fi.in tit.de calum.§ fi.& hoc tenet Bal.in auct.generaliter.C.de epiſ.& cle.in ver.ex prędictis apparet.quod no.perpetuò.¶Ex quo tu poſſes inferre,ꝙ ſi quis litigantium habuerit cõſilium alicuius approbati doctoris,ꝙ propter hoc debet ab expenſis excuſari, quia apparet qđ iſta cauſa erat dubia in iure, & ipſe habuit iuſtam cauſam credendi approbato viro.vt arg.gl.in l.ſi fundus.ff.de condi. & demon.facit l.in bonorum. & quod ibi Bar.ff.de bon.poſſeſ. ¶Ex quibus Bal.in d.auct.generaliter. cõcludit, ꝙ quandoq; ſuccũbit actor ex omni defectu probationis,& debet cõdemnari reo

in

ADDITIONES.

a Et reſtrictiones. Adde gl.in § ſed olim.ſuper ver. quibuſcunq; verbis, & ibi Ang.ſupra de leg.de iſto,quod verbum generale prolatum a lege recipiat reſtrictionẽ de habilitate,eſt gl.no.in l.fi.C.ſine cen.vel reli.fun.compa.nõ poteſt tex.iux.gl.in c.ad noſtram.el 3.de iureiu.vide l.1. & ibi Pau.de conſt.pecu.tex.in l.1.& ibi per ſcrib.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.tex.in l.2.de ſacroſanct.eccl.iuncta not.ibi per doct.

* Plures, in vet.exempl.

in expenſis, & ecótra, quãdo ſuccumbit reus ex omni defectu
10 defenſionis, quia condemnabitur actori in expenſis. ¶†Quandoq; vterq; probauit, ſed alterius probatio præponderat, tunc refert, aut vnus probauit ſemiplenè, alter plenè ex teſtiũ, & inſtrumentorum probationem, tũc ſemiplena probatio habetur pro nulla. argu. l. fi. C. de edic. diui Adri. ideo ſuccumbens condemnabitur in expẽſis, quod ego intelligo, niſi dicta ſemiplena probatio eſſet directò contra probationem plenam actoris. vt no. Cy. & Bal. in l. 1. C. de procur. & not. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiurã. Aut vterq; ſemiplenè probauit, ſed vnus vicit aliũ ex iuramenti ſuppletione, tunc victus non condẽnabitur in expenſis. arg. l. eum qui. & l. admonẽdi. in fi. ff. de iureiu. Aut vterque plenè probauit, ſed vnius probatio teſtium reprobatur ex perſonarum, & teſtium reprobatione, & tunc ſi perſona, quæ producit, oĩ ſuſpicione caret, ab expẽſis excluditur, quia videtur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, etiam ſi tantummodò habuerit vnicum teſtem, qui reſpectu perſonæ ipſius teſtis reprobatur, vt no. Bal. in l. 1. C. de aduoca. diuer. indic. & not. Bal. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. quod eſt ſing. no. Si autẽ nõ caret producẽs ſuſpicione, cum ſit hoc arbitrariũ, dic, ꝙ in expenſis cõdemnabitur, quia ſuſpicio perſonæ ſuæ elidit præſumptionem pro eo facientem. argu. C. de probat. l. iubemus. ita di-
11 cit Bal. in d. auct. generaliter. quod no. ¶†Quæro, an in condemnatione expenſarum ſit pars citanda? Et Bart. in l. pe. C. de fruct. & lit. expen. dicit, Aut citatio fuit facta ad defendendũ ſe, & tũc quia ſortita eſt effectum ſuum in illo, ſi debet condemnari in expenſis, quia ſe non defendat, debet iterum citari. vt l. aut qui aliter. in prin. & in l. fi. §. 1. & ibi Bar. ff. quod vi, aut clã. Aut fuit facta citatio cum comminatione, videlicet, aliàs procedetur cõtra te &c. & tunc ſine alia citatione poterit cõdemnari in expẽſis, vt no. Bar. in auct. qui ſemel. C. quomodo, & qñ iudex. facit quod no. Bar. & doc. de huiuſmodi comminatoria, & ibi dicit in l. ſi finita. §. Iulianus. de dãno infecto. Sed de hoc vide Bal. in d. auct. generaliter. Cy. Bal. & Sal. in d. l. ſancimus. Et tene menti, quia §. dicit, ꝙ expenſæ ſunt reficiendæ, ſed non dicit quæ expenſæ ſunt reficiendæ, cum expenſæ fiant aliquãdo inter partes, aliquando iudicibus, aliquando executoribus. & quæ iſtæ expenſæ ſint, & quæ iſtarum veniãt reficiendæ no. gl. & exempla ponit in Auct. de iudiciis. §. nullo quoq; præſumẽte & c. dic, vt ibi.
12 ¶†Quid ſi inſtãtia eſt perempta, an ille iudex, etiam ſi eſſet delegatus, ſit idoneus iudex in condemnatione expenſarum? Dic ꝙ ſic, licèt ille deſinat in cauſa principali eſſe iudex, vt no. doc. in l. properãdum. §. 1. C. de iud. & no. Inn. in c. fi. de iura. calum.
13 per l. non vtiq;. ff. de rei ven. ¶†Quæro, an ſolum ſumptus litis ſint reficiendi? an cetera damna? Dicas, ꝙ non ſolum ſumptus; ſed etiam cætera damna, quæ victor paſſus eſt propter illam litem. ſm Bal. Sal. & Ang. vt no. gl. & Bar. in l. 1. ff. de alie. iud. mu.
14 cau. fac. in prin. & no. doc. in l. 2. C. de fruc. & lit. expen. ¶Quæro, an ſententia expẽſarum ſit interlocutoria, vel diffinitiua? gl. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. dicit, ꝙ eſt verum, ſm do. Io. ibi, ſi lata fuerit vna cum diffinitiua, quia cum ſit pars ipſius, erit dif-
15 finitiua. dic, vt ibi per dictum dñm meum. ¶†Quid ſi vnus obtinuit in vna interlocutoria, iudex condemnauit eum in expenſis, an in diffinitiua poterit dictas expenſas poſtea recuperare? Et Innoc. in c. ſæpe de appel. dicit. quod ſic. quod eſt verum ſm eundem Inn. in c. finem litibus. de dolo, & contuma. ſi ille, qui obtinuit in interlocutoria, obtineat poſtea etiam in diffinitiua,
16 aliàs ſecus. quod bene no. ¶†Quid ſi iudex omiſit condemnationem expenſarum, an ipſe teneatur de ſuo in ſyndicatu reficere parti læſæ? Et gl. in l. fin. C. quando prouo. non eſt neceſ. dicit, ꝙ ſic. ſed Dy. & Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. in ver. 5. q̃rit Dy. tenent hoc verum, ſi fuerit petitũ a iudice condemnari in expẽſis, aliàs aũt non cogebatur cõdemnare, q̃a non cogitur impartiri officiũ ſuum nõ petenti ad priuatam vtilitatem. vt d. §. hoc autem iudicium. Vnde ſi vellet condem-
* nare, poſſet, quia fuit incidens* in cauſa, licèt non cogatur, ſi non vult. vt l. ædiles. §. item ſciẽdum. ff. de edil. edic. Sed Saly. in d. §. ſi autem alterutra. in ver. tũc quæro, quid ſi iudex non abſoluit. dicit multum latius, dic, vt ibi per eum, quia eſſet longũ
17 ipſum cum membris ſuis referre. ¶†Quid ſi fui condemnatus in expenſis ob aliquam interlocutoriam, vel contumaciam, & ſolui, poſtea obtinui in diffinitiua, & fuerit mihi condemnatus aduerſarius in expenſis, an expenſæ prius per me ſolutæ debeãt mihi reſtitui? Dic, ꝙ non. ita no. Guli. & Bart. in l. ſi de pignore.
18 ff. de pig. act. & no. Sal. in d. §. ſi autem alterutra. ¶†Quæro, an in cauſa criminali veniat quis condẽnãdus in expenſis? Et dic, ꝙ ſic. vt eſt text. ſm vnam lectu. & ibi doc. in l. fi. C. de fru. & li.
19 expẽ. ¶†Quæro, vnus obtinuit in principali, & aduerſarius fuit condemnatus ſibi, poſtea in appellatione ſuccubuit, & fuit condemnatus in expenſis, an dictæ expẽſæ compenſabuntur? Et gl. in l. generaliter. §. 2. C. de iureiu. dicit, ꝙ ſic. vide ibi Cy. Bart. & Bal. & doc. in c. finem litibus. de do. & contu. & Inn. & alios in c. ſæpe. de reſti. ſpo. ſed gl. ſing. in l. fi. ff. de re iudi. tenet, ꝙ immo ille, qui ſuccubuit in cauſa appel. tenetur reficere omnes expẽſas, & primæ inſtantiæ. quod ibi do. meus Raph. & Sal. in d. l. generaliter. intelligũt verum, qñ victor in prima ſuccubuit in appellatione ex eiſdem actis, ſecus ſi ex aliis actis, & probationibus, quia in appellatione non probatum probabo. vt l. per hãc. C. de temp. appel. & iſtud mihi placet, & multò latius ſup hoc
20 ſcripſi in l. negotiorum. ff. de app. dic, vt ibi latè ſcripſi. ¶†Quæro, an a condemnatione expenſarum, vel a taxatione poſſit appellari? Dic, ꝙ ſic. vt eſt caſus, & ibi doc. in d. l. fi. C. qñ ꝓuo. nõ eſt neceſ. ¶Aduertas, ꝙ facta cõdemnatione expẽſarum põt fieri reſeruatio taxationis ipſarum expẽſarum. vt C. de fruc. & lit.
21 expen. & ibi Cy. Bar. Bal. Sal. & Ang. ¶†Qñ ſit cõdẽnatio expẽſarum vna die, & poſtea fiat taxatio ipſarum, qñ currat dies ad appellandum, an a die cõdẽnationis, aut a die taxationis. & hoc ponit Ang. & do. Io. in l. aſſe toto. ff. de hæ. inſti. Nam aut vult appellare, eo quia fuit in expenſis cõdemnatus, & currit tempus a die condemnationis. Aut appellat, quia nimis fuerunt taxatæ, & tunc a die taxationis currit tẽpus. facit l. 2. §. biduum. & quod
22 ibi ſcripſi. ff. qñ app. ſit. ¶†Quid ſi quis conuentus fuit condemnatus in principali negotio, & fuit abſolutus ab expenſis, & appellat, an ſua appellatio deuoluat totam cãm, ita ꝙ non ſit neceſſe, ꝙ ego appellem, ex eo, quia fuit abſolutus ab expenſis? Et dicas, ꝙ ſic. vt eſt caſus. & ibi Cy. Bar. Bal. & Sal. & Ang. in d. l. fi.
23 C. qñ prouo. non eſt neceſ. ¶†Et aduertas, qñ cõdemnas in expẽſis, & reſeruas taxationem, quia ſi tu es iudex ordinarius, potes tibi, & tuis ſucceſſoribus reſeruare, ſed ſi tu es delegatus, vel arbiter, qui (vt dicit) poſſunt condẽnare in expenſis, teneas ꝙ debes dicere per iſta verba, videlicet condemnamus in expẽſis, quarum taxationẽ deleganti, vel cui de iure veniũt reſeruãdæ, reſeruamus. ita dicunt doc. in d. l. terminato. & facit q̃d not. Bar. in l. 1. §. quod ſi libelli. ff. de appell. Non autem dicas, quarũ taxationem nobis, & noſtris ſucceſſoribus reſeruamus &c. q̃a arbiter, & delegatus non debent habere ſucceſſorem. quod no.
24 ¶†An autem quis teneatur reficere expenſas primæ citationis? Et gl. in c. 2. de procu. tenet, ꝙ ſic. ſed Io. And. ibi cõtra. ſed Bar. in l. qui ante calendas. de verb. oblig. tenet illam gl. & idem voluit in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. & in l. ſancimus. C. de iudi. & ita communiter tenetur. & hoc etiam voluit gl. in
25 c. 1. de dolo, & contum. in 6. ¶†Et aduertas tu reus, qñ actor ꝓbauit ꝑ teſtes, vel per inſtrumẽtorũ productionẽ, ꝙ quamprimum tu cognoſcis, ꝙ ipſe probauit intentionem ſuã, ſi non habes aliquid, propter quod tu non poſſes eius intentionẽ repro-
a bare, cedas liti, & tali caſu non venies cõdẽnandus in expẽſis.[a] Si autem vlterius litigares, tunc venis in expenſis iudicij cõdẽnandus, quando erat factum tuum, & ita ꝙ totum, & rei veritatẽ a principio ſciebas. ſi autem erat factum alienum, & tunc venia cõdemnandus in expenſis a die productionis illius inſtrumenti, vel ſi probauit per teſtes, a die publicationis proceſſus, quia tunc habuit claram notitiam, quod nõ fouebat iuſtitiam, ergo temerè litigauit. ita dicit Bar. & oẽs doc. in l. properandũ. §. ſi autem reus. C. de iud. & ibi Bal. Ang. Saly. & no. Bar. per illum tex. in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. & in l. deſtitiſſe. ff. de iudic. & in l. qui ſolidum. §. 1. ff. de leg. 2. & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. &c.

ADDITIONES.

* Vetuſtius exemplar habet, iudex, vtraque lectio eſt probabilis.

a In expenſis. Tene menti practicam, quam dicit Bar. in l. deſtitiſſe. ff. de iud. ꝙ quando in iudicio producitur tibi inſtrumentum aliquod, vel ex apertura teſtium, & ſic ex publicatione proceſſus, manifeſtè cognoſcis iuſtitiam non habere, quam antea te habere putabas, conſilium eſt, vt ſtatim cedas liti, & euitabis condemnationem expenſarum. adde Bal. in l. poſtquã liti. C. de pac. in 2. col. & qui deſiſtit a lite non dicitur ſuccumbere, vt in l. alia. ſecundum Bal. & Sal. C. de iis quib. vt indig.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus de dolo, vel actione iniuriarum, an ſit infamis.*
2 *L. furti §. ſi quis ff. de iis qui no. infamia. declaratio.*
3 *Infamis per ſententiam qualiter accipiatur. nu. 7.*
4 *Damnatus a iudice incompetente an ſit infamis.*
5 *Damnatus a iudice delegato an infametur.*
6 *Damnatus ab arbitro, vel arbitratore, an infamia notetur.*
8 *Iuſſus iudicis an excuſet ab infamia.*
9 *Infamia quid ſit.*

10 *Infamia*

10 *Infamia quotuplex ſit.& eius effectus.*
11 *Infamia facti an quem a teſtimonio repellat.*
12 *Correctio corporis an infamet.*
13 *Damnatus ex inquiſitione quatenus infametur.*
14 *Damnatus pœna ſtatuti an ſit infamis.*
15 *Confeſſus de crimine an ſit infamis non ſecuta ſententia.*
16 *Soluens, ne condemnetur, non eſt infamis,*
17 *Bannitus an ſit infamis.*
18 *Famam qui reſtituere poſſit.*

Ex quibuſdam. ¶Condemnatus, vel pactus ex crimi-
nibus, quæ hic enumerantur, vel con-
demnatus actionibus directis, non contrariis deſcendentibus
ex contractibus hic enumeratis, erit infamis.h.d.¶ No.ibi, dam
nati.& ibi damnatus &c.ꝙ non ſufficit, ꝙ ſit fur accuſatus, vel
inquiſitus de furto, ad hoc vt efficiatur infamis, ſed ēt requiri-
tur, ꝙ ſit damnatus. Condemnatio ergo eſt illa, quæ in his caſi-
bus facit aliquem infamem, non delictum, facit l.1.per totā le-
gem.ff.de infa.Sic etiam contingit in publicis criminibus, nō ſo
lum in priuatis, in quibus ſola ſententia de crimine facit infa-
mē.vt l.infamem.ff.de pub.iud.& quod ibi gl.& Bart.¶ No.ibi,
plurimum intereſt.ꝙ lōga differentia eſſe debet, an ex delicto,
2 an vero ex contractu quis teneatur. ¶†No. ꝙ damnatus de do-
lo, vel damnatus actione iniuriarum, eſt infamis. quod etiā in-
telligas, ſi eſſet dānatus pro leui iniuria. vt eſt tex. in c.cum te.
de re iudi.no.Bar.in d.l.infamem.circa prin.quod perpetuò te-
ne mēti, quia quotidie occurrere poteſt, vnde remedium eſſet,
ne infamaretur, ꝙ per alium compareret, vel ꝙ ſolueret, vt ab-
ſolueretur, vt infra dicam.¶ No.ꝙ tutor damnatus pupillo effi-
citur infamis, non autem econtra, ſi pupillus eſſet damnatus tu-
tori actione tutelæ contraria, vt hic. & no.Bar. in d.l.infamem.
¶ No.ꝙ damnatus mandati, vel depoſiti actione directa, vel ſo-
cius damnatus ſocio actione ꝓ ſocio effectus eſt infamis. Vñ ca
ueant mercatores, vel artifices, & factores, & qui mandatū alte-
rum, vel depoſitum alienum ſuſcipiunt, ꝙ non expectent ſen-
tentiam, quæ ſi ferretur contra eos, efficeret ipſos infames infa
3 mia iuris.¶†In gl.1.ibi.l.furti.§.ſi quis. no.illū tex. pro ſingula-
ri cautela, ꝙ quādo agitur ꝯ te de aliquo ꝯctu, vel delicto famo
ſo, ꝙ nunquam compareas, nec litiges per te, ſed ſemper & ab
initio per legitimum procuratorem, tūc enim nec procurator,
qui non ſuo nomine, ſed procuratorio nomine dānatus eſt, nec
tu, qui per alium comparuiſti, & fuiſti dānatus, erit infamis.&
ibi tex. valde ſing. quod no. ¶ No. bene illum §.quia dicitur tri-
bus modis quis litigare nomine alieno quò ad hoc, vt non ſit
infamis. Primò procurator, q alieno nomine, & ad alterius vti-
litatem, & damnum litigat, & idem in hærede, qui licèt litiget
ad ſuum damnum, & commodum, tamen quia propter factum
defuncti damnatus nō efficitur infamis, vt ibi. Et idem in fide-
iuſſore, qui ſuo nomine ꝑ ſuam obligationē litigat, quia dā-
nū, & commodū in effectu redūdat in principalē reum, dī alie-
no nomine litigare, & ſic damnatus non erit infamis, vt ibi vi-
4 de gl. Bar. Bal.& Ang. ¶†In ea.ibi, ſi non prouocauit &c.no.ſin
gu.illam l.furti.§. 1.de infamib. ꝙ quamuis dicatur, condemna-
tus furti, vel ſimilis, eſt infamis, intelligitur de tali ſnīa, quæ irā
fierit in rem iudicatam.facit l.1.ff.de re iudi. & quod ibi per gl.
Bar.& omnes doc.non aūt de ſententia, quæ reciſſa eſt appella
tione.vt l.1.in fi.& quod ibi Bar.ad Turpill. vel ſaltem ſuſpenſa
dici debet. vt l. tale pactum. §.qui prouocauit. de pactis. & l.ſi
quis filio.§ hi qui.ff.de iniuſto teſta.& l.ab executione. C. quorū
a appel.non reci. ¶ An aūt appellatio reſcindat, vel extinguat,[a]
dic, vt ibi plenè per Ang.in repe.d.§.qui prouocauit.& ego ſcri
pſi.ff.de app.in rub.dic, vt ibi. Nec ēt hoc intelligitur de ſenten
tia, quæ poteſt appellatione ſcindi, vt quia ſumus intra tempus
datum ad appellandū, quia appellare, vel eſſe intra tempus da-
tum ad appellandum ſunt paria. vt no. gl.in l.ex iudiciorum.&
ibi Dy.Bar.& Ang ff.de accuſa.& l.1.in prin.nih.nou. app.pen
den.& ibi dicit.& eſt gl.in c.non ſolum. de appell.in 6.ſed bene
no.& eſt ille tex.in d.l.furti.§.1.quia aut poſtea non appellauit,
& retro, & ſic a die prolationis ſententiæ, infamis eſt. Aut ap-
pellauit, & licèt deferatur appellatio, vel pronuntietur malè ap
pellatum, tamen non a die prolationis ſententiæ, ſed tunc, & ſic
a die confirmationis ſnīæ, & non ante eſt infamis, vt ibi eſt tex.
apertus, & omnino ibi vide eleganter Bar.Bal. & Ange.& vide
Barto.& doct.in d.l.1.ff.de re iudi. Quod eſt vtile ſcire, quando
eſt infamis, vt interim teſtificata per eum, vel ſimilia valeant,
5 vel non, facit l.1.cum ibi no.C.de teſtamē. ¶†In ea.ibi, a iudice
ordinario.ſupple tu, & competente. Si autem eſſet damnatus a
iudice incompetente, etiam ſi eſſet Papa, qui condemnaret de
his delictis non ſibi ſubditum, vel Imperator clericum, nō eſſet
infamis.ita eleganter no.Bal.in l.1.in prin.ff.de infa.facit cle.pa
6 ſtoralis.de re iudi. ¶†In eadem gl.ibi, delegatus, ſupple tu, in di
cta cauſa dictorum delictorum ſibi delegata. Sed ſi illa cā ſpe-
cialiter ſibi non fuiſſet delegata, tunc an damnatus a delegato
ſit infamis, aduerte. Aut eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſa-
rum, & tūc eſt ac ſi eſſet ordinarius, & damnatus erit infamis.
facit l.ſolent.cum ibi no.ff.de iur.omn.iud. & l.1.§.1.ff.qui, & a
quib.cum ibi no.per gl.Bar. Ange.& Raph.& ibi ſcripſi.Aut ad
vnam cauſam tantum, & in illa damnatus eſſet infamis, ſed nō
in alia cauſa, quia in illa alia non eſſet iudex. facit c.cum in iu-
re peritus.de officio dele.ita in ſimili ſentit Bart.in l.furti.§.iuſ-
7 ſu.ff.de infa.¶ In eadem ibi, arbitro†compromiſſario. no.ergo,
ꝙ damnatus ab arbitro ex delicto, vel contractu famoſo nō eſt
infamis, & idem ſi eſſet damnatus ab arbitratore, ꝙ licèt eius
arbitramentum ſit quædam tranſactio, vt no.gl.in Auct.vt diff.
iud.§.1.non tñ propriè eſt tranſactio, quia tranſactio ſui natu-
ra non poteſt eſſe ſine aliquo dato, facto, vel retento. vt l.1.ff.de
tranſac.& tamen arbitrator poteſt inſolidum abſoluere. ita ele
ganter not.Barto.in d.§.iuſſu.in fi.& hoc tenet hic Io.Fab.quia
ſententia arbitri non eſt ſententia.l.1.C.de arbi.quod procedit
etiam hodie & quando compromitteretur ſine pœna, & pacto
nudo, iuxta l.cum antea.C.de arbitr.quia licèt ſententia ſit quò
ad hoc, vt detur actio in factum, non tamen propriè eſt ſenten-
tia, quia non appellatur ab ea.vt d.l.1.ſicut nec olim, igitur &c.
Sed Bar.in l.quid ergo.§.ex cōpromiſſo.dicit, ꝙ ſi ex forma ſta-
tuti ſententia arbitri, vel etiam arbitratoris, haberet executio-
nem paratam, vt ſententia iudicis, ꝙ tunc cum poſſit dici, ꝙ ſit
ſententia, & damnatus erit infamis.quod fortè eſt verum, ſi ar-
biter proceſſit ordine iuris ſeruato, aliàs ſecus: ita ſentit Bal.in
d.§.ex compromiſſo.quod mihi placet, facit l.ſi cum ibi no.in
ſimili per Iac.But.Bar.Bald. & Saly. C.de teſtib. Nec obſt.quod
dicit Io.Fab.ꝙ non poteſt ab illa ſentētia appellari, quia nō eſt
bona conſequētia, non poteſt a tali ſententia appellari, ergo nō
eſt propriè ſententia. vt patet in l.1.cum ſimi.C.de ſent.præfec.
8 præto. ¶†Et quod dixi, ꝙ damnatus a iudice eſt infamis, intelli-
gitur de ſnīa diffinitiua, ſecus ſi eſſet interlocutoria. vt eſt tex.
in d.l.quid ergo.§.quæſitum.Et eſt ratio ſecundum Bal.ibi, quia
prætoris verba, quæ dicunt, damnati, debēt intelligi propriè. vt
l.2.ſi ager.vect.vel emph.pet.ſed ſententiam interlocutoria nō
eſt propriè ſnīa.vt l.5. §.biduum. ff.quā app.ſit.& l.quod iuſſit.
ff.de re iudi.igitur.¶ In gl.directis. & ibi.§. mandati.no.illū tex.
ibi, vt ſi fideiuſſi pro te, quòd ſi ego, pro te fideiuſſi, & poſtea
ſolui, & facio te mandati condemnari, ꝙ tu efficieris infamis.
quod no.quia contingere pōt quotidie. Secus aūt ſi factū eſſet
præceptum de conſeruatione indemnitatis, quia cum illud præ
ceptum ſit interlocutorium, vt no.gl.in Auct.de hęre.& fal.§.ſi
verò non implens, ergo non eſt infamis. vt d.l.quid ergo.§.quæſi-
tum.ita dicit Bal.in d.l.mandati. ſecus ergo ſi agerem contra te
diffinitiuè, te mandati facerè condemnari, ꝙ me ſeruares in-
demnem.iuxta l.ſi quis ab alio.de re iudi. & quod ibi no.& ibi
dicit in l.1.C.de conuen.ſiſ.debi.lib.10. Secundò no. illū §.man-
dati.quæ eſt ratio, quare hæres tutoris, & ſocij damnatus nō eſt
infamis, & tamen damnatus hæres mandati, vel depoſiti eſt in-
famis.Ratio eſt, quia in primis duobus caſibus tutela, & ſocie-
tas, cum ſint perſonales. vt l.1. ff.de tute.& ā.pro ſocio.§.ſolui-
tur.& §.ſi.non tranſeunt ad hæredem, ſed mandatum, & depo-
ſitum, ſic; vnde iſto ſecundo caſu hæres conuenitur ex delicto
proprio, ergo non eſt mirum ſi eſt infamis; ita dicit Bald.in d.§.
mandati.¶ In ea.gl.in fi.quid autem in aliis actionibus directis,
vel contrariis, an damnatus ſit infamis.Et gl.in d.§.mandati, ſm
Io.Andr.tenet, ꝙ non, quia non exprimitur a prætore.¶ Ex quo
no.ibi Bal.in l.ſi.ꝙ quantum ad pœnam infamiæ non procedi-
tur de ſimilibus ad ſimilia.Ex quo infertur, ꝙ licèt bullatus, vel
mitratus ex furto eſt infamis, tñ bullatus vel fuſtigatus ex roba

ria

ADDITIO.

a An autem appellatio ſuſpēdat, uel extinguat, dic. ꝙ habito reſpectu ad præ
ſens extinguit, habito autem reſpectu ad futurum ſuſpendit, & dic, ꝙ appel
lationis effectus eſt duplex, quia ſuſpendit uel extinguit iudicatum. ut ſupra
dictum eſt habito reſpectu ad præſens, & ad futurum. Secundus effectus eſt,
quia appellatione pendente ligatæ ſunt manus iudicis, a quo, nec quicquā
ultra poteſt agere, ſiue detulerit appellationi, ſiue non. ut l.ſciendū.ff.de app.
reci.& l.1.ff.nil noua.app.pe.& l.iudex.ff.de re iud.ſed quid ſi iudex nō ob-
ſtāte appellatione de facto in cā proceſſit? dic, ꝙ ſuperior ad quē eſt appella-
tū, oīa attētata reuocabit, ut in l.chirographis. §. 5. & ibi no.ff.de admi.tut.
& in c.nō ſolū, de app.li.6.& ſi fuerunt attentata poſt inhibitionē ſibi expſſe
factā p ſuperiorē, ad quē eſt appellatū, tunc ſtatim ipſe ſuperior alio nō expe
ctato illa reuocabit, aut ſunt attētata ante eius inhibitionē, & tunc demum
lata ſententia, illa reuocabit, ut in præall.c.non ſolum. & Inn.in c.dilectus.
extra de excep.& per Bar.in d.l.1.nil nouari appel.pendente. Barth. ab Hoſte.

ria nō eſt infamis. quod no. ¶ In gl. ſed, & pacti. in prin. ibi, pre-
tio hære. no. ꝙ licèt verba prætoris ſint ſimpliciter prolata, pa-
ctis, &c. tamen ſupplentur, & interpretant̄, ne ſonent in abſur
dum, & ſic ſi pactus fuerit cum pretio, quantuncunq; minimo:
vt dicit tex. & Bar. ¶ Ex quo infert ibi Bart. ꝙ ſimonia ita poteſt
committi in paruo, ſicut in magno, ſecus ergo ſi gratis ſibi re-
mittat̄ pacto gratuito, quia non erit infamis. Ex quo Bal. infert
ſi produco concordiam factam inter me, & illum, quem offen-
di, quæ facta fuit gratis, quòd tunc non videor confiteri deli-
ctum, ſecus ſi quid datum eſt pro dicta pace, vel concordia ha-
benda. Ratio, quia dictum inſtrumentum pacis, vel concordiæ
producitur, vt non condemnetur ad temperandam condemna-
tionem, nō autem vt videatur fateri delictum. ita dicit Bal. ibi,
quod ibi no. ſicut qn̄ dico me ſoluiſſe, quia nō videor debitū cō
fiteri, quia dico, vt me exonerem. vt notat in l. non vtiq;. & ibi
Bar. ff. de exce. & facit l. quinquaginta. ff. de proba. de quo dic,
8 vt dixi ſ. de exc. in ru ¶ † In ea gl. ibi, & ſine iuſſu prætoris. iuſ-
ſus ergo iudicis excuſat ab infamia. vnde qn̄ aliquid inter te, &
aduerſariū tuū diſponitur ſuper crimine famoſo, ſemper facias
cum iuſſu prætoris, quia iuſſus excuſat ab infamia, & idem in
ſimili, qn̄ ſoluens tutori, vel pupillo vult conſequi pleniſsimā
liberationem, quia ſoluere debet mādato, vel iuſſu prætoris. vt
l. ait prætor. §. permittitur. & ibi gl. plenè. ff. de minori. & ſ qui.
alienare licèt §. admonēdi. & ſufficit, ſiue ſit ordinarius, & cō-
petēs iudex, ſiue ſit iudex delegatus ad vniuerſitatem cauſarū;
vt l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iud. ſiue ſit delegatus ad illam cām, in
qua iubet, ſed iuſſus arbitri, vel arbitratoris, non releuaret ab
infamia. vt arg. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de infa. ita di-
cit Bar. in d. §. qui iuſſo. Et tene menti, ꝙ pactus cum pretio eſt
infamis, intelligitur conuentus actionibus famoſis deſcenden-
tibus ex delicto, ſecus ſi ex contractibus, vt hic, quia nō erit in-
9 famis, vt eſt tex. in l. in actionibus. ff. de infa. ¶ † Sed ꝓ perfectio-
ne materiæ quæro, qd eſt infamia? Dic, ꝙ eſt læſæ dignitatis ſta-
10 tus &c. vt l. cognitionum. §. 1. ff. de variis & extraor. cogn. ¶ † Se
cundò ſciēdum eſt, ꝙ infamia eſt duplex. Quædam eſt infamia
iuris, quædam infamia facti. Et infamia iuris eſt duplex, quædā
eſt quæ irrogatur in genere facti ipſo iure, & hæc appellat̄ in-
famia iuris & de iure, & in hac non eſt opus iudicis miniſterio,
& hoc eſt, vbicunq; lex factum denotat, quia tunc lex ipſo iure
pronunciat infamiam. l. palam. §. fi. ff. de ri. nupt. & ſic pōt dici
incidere in canonem latæ ſententiæ. vt ff. de capi. dimi. l. amiſſio-
ne. §. qui deficiunt. Et de hoc genere infamiæ pone exemplum
in l. 1. §. quia artis ludicræ. ff. de infa. cum ſimil. Secundò irroga-
tur infamia iuris per ſniam latā cognita cauſa a iudice, & diffi-
nitiuam, vt ſ. dixi ¶ Addas, ꝙ infamia iuris irrogat̄ duobus aliis
modis. Primò per cōfeſsionem veram, quia nullū genus proba
tionis infamat, niſi probatio, quæ fit per cōfeſsionem, vt l. Luc.
ff. de his qui no. infa. & eſt gl. no. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pe. ff. de
iureiu. Alius eſt modus ex genere præcedēte interlocutoria cā
tamen cognita. Et hic requirūtur tria. Primò requiritur cauſam
famoſam ſubſiſtere. Secundò, interlocutoriam, vel præceptum
iudicis ſubſiſtere. Tertiò ipſius facti executio famoſa, vt fuſtiga-
tio, vel ſimilis. vt habetur in l. ictu fuſtium. eo. tit. Sed poſſet du-
bitari, ſm̄ Bal. in d. l. 1. an quando infamia irrogatur ipſo facto,
ſiue ipſo iure, oporteat aliquid per iudicem declarari? & vide-
tur ꝙ ſic. vt l. eius qui delatorem. de iure fiſ. & quod ibi Bar. Sed
Bal. tenet contrarium per l. quæ ſub conditione. §. fi. ff. de condi.
inde. Nec obſt. d. l. eius qui delatore. quia caſus noſter loquitur,
quando eſt reperire perſonam aduerſarij, cum quo poſsit pro-
ceſſus fundari, nec ēt eſt reperire aliquod ius inuentabile, vt eſt
exemplum in d. §. & qui artis ludicræ. & in l. 1. §. beſtias. de po-
ſtul. ¶ Eſt & alia infamia facti, & iſta habet duplicem effectum,
quia excludit fratrem a querela. vt l. fratris. C. de inoff. teſta. ſe-
cundo repellit a dignitate. vt l. neq;. C. de dig. lib. 12. ita dicit gl.
11 quæ ab omnibus approbatur, in d. l. in prin. ¶ † Dubitatur tamē,
an iſta infamia facti habeat ſuum effectum, videlicet, ꝙ repellat
quem a teſtimonio, & ſi eſt infamia iuris, non eſt dubium, ꝙ re-
pellatur a teſtimonio. l. 3. §. lege Iuli. & ibi gl. & Fl. ff. de teſti. Aut
eſt infamia facti, & tunc in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis, licèt mi
nus ſibi credatur, vt l. 1. C. de ſumma Trin. & fi. cath. coniuncta
l. 3. §. duæ cautæ. ff. de carb. edic. In criminali autem non eſt ido-
neus teſtis, quia in ea requirūtur probationes multum claræ &
perfectæ. vt l. fi. C. de proba. ita dicit Bar. in l. 2. ff. de ſenato. licet
talis teſtis infamis poſsit facere iudicium quò ad inquirendum.
ita no. Bal. in d. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in ver. decimò oppono,
12 qr̄ hic, ꝙ hæretici. ¶ † Dubitatur etiā, an coercitio in corpus ir-
roget infamiam. dicas ꝙ non, quia non ictus fuſtium, ſed cauſa
propter quam irrogatur infamat. vt l. ictus fuſtium. ff. de infa.

Quod not. ſi quis fuerit mitratus, vel fuſtigatus ex aliqua cau-
ſa, quæ ſui natura non ſit famoſa, nō erit notatus infamia. quod
bene no. quia hic dr̄, ꝙ dānatus efficitur infamis, an hoc ſit ve-
rum, ſiue de crimine agatur ciuiliter, ſiue criminaliter, quia de
vnoquoq; crimine pōt agi, & ciuiliter ad intereſſe partis, & cri
minaliter ad vindictam publicam, ſiue ſit crimen publicū, ſiue
priuatum. vt l. qui nomine. ff. de fur. & l. fi. ff. de fur. & l. 1. de iniu.
Et reſpōdeo, ꝙ etiam ſi ciuiliter actum fuerit, damnatus effici-
tur infamis. vt no. glo. & Bartol. in l. infamem. ff. de public. iud.
13 ¶ † Quæro, an damnatus ex inquiſitione ſit infamis? Iſtam quæ-
ſtionem format Bar. in d. l. infamem. in ver. item quæro, an dam
natus ex inquiſitione &c. vbi cōcludit. Aut eſt damnatus, & pu
nitus ex inquiſitione, & eſt infamis. Aut ſolum eſt damnatus, &
tunc inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, & tunc damna-
tus efficitur infamis. pro quo alle. l. athletas. §. calumniator. cū
gl. & quod ibi not. Bald. ff. de infa. De iſta quæſtione vide Sal. in
l. ea quidē. C. de accu. in materia inquiſitionis. ibi, verſi. vlterius
quæro, an damnatus per inquiſitionem &c. & per Bal. in l. 1. C.
de cal. & Bal. in d. §. calumniator. & Bal. in l. etiā. ff. de fur. & An-
ge. & plenè in l. qui non probaſſe. C. de cal. & per Ant. de But. in
c. de his, de accu. in ca. qualiter. el 2. de accu. Et de iſta quæſtio-
ne, vide dom. Io. in d. l. infamem. & ibi Bal. & vide quę ſcripſi in
trac. Maleſi. in gl. in ver. comparent dicti inquiſiti, & negauerūt
totum &c. Et iſta eſt communis opinio, vt refert Saly. in d. l. ea
quidem. & pro ea allegat gl. in l. ſi tutor. circa princ. ff. de ſuſpe.
14 tuto. & idem tenet Bal. in d. §. calumniator. ¶ † Quid ſi quis eſt
a damnatus pœna alicuius ſtatuti, [a] an ſit infamis? Et communi-
ter ſolet dici, ꝙ non, quia damnatus aliqua conditione ex lege
non eſt infamis, quia condictio non infamat. vt l. ceſſat. ff. de
act. & oblig. Sed Bar. in d. l. infamem. dicit, ꝙ inſpiciendum eſt,
aut aliquis eſt damnatus ex aliquo publico iudicio, licèt ex for
ma ſtatuti, & erit infamis, aliàs ſecus. vt l. 1. coniuncta l. infamē.
15 ff. de pub. iud. ¶ † Quæro, an confeſſus de crimine ſit infamis, ſi
non eſt ſecuta ſententia? Et Bart. in d. l. infamem. dicit, ꝙ eſt ad-
uertendum. Aut eſt confeſsio extra iudicium, aut in iudicio. Si
extra iudicium, tunc duobus caſibus eſt infamis. Primò, ſi poſt
confeſsionem ſecuta eſt caſtigatio, ut d. l. ictus fuſtium. cum gl.
Secundò, ſi hoc paciſcendo de crimine confitetur. ut l. qm̄. ff de
infa. quia talis ficta confeſsio perinde habetur, ac ſi legitimè fa
cta fuiſſet in iudicio. Facit text. l. ſi tutor. C. de interdict. matri.
ita dicit Bal. in d. l. qm̄. in prin. Sed in iudicio nō eſt infamis, q̄a
edictum prætoris requirit, ꝙ ſit damnatus, ſed iſte non eſt dam
natus, nec confeſſus crimen in iudicio, non habetur ideo pro
condemnato. vt l. ſi confeſſus. de cuſt. reo. igitur nō eſt infamis.
Sed confeſſus in ciuilibus, cum habetur pro confeſſo, cōuicto,
& condēnato. vt l. vnica. C. de cōfeſſ. neceſſariò ſequitur, ꝙ ta-
lis confeſsus eſſet infamis, quia confitetur, & confeſsus habe-
tur pro condemnato, meritò ergo cum ſit, & habeatur pro con
16 demnato, efficitur infamis ex edicto prætoris. ¶ † Ex quo mira-
biliter infert, ꝙ ſi quis ſoluit, vt non condemnetur, neq; vt pro
condemnato habeatur, ſed ut abſoluatur, ꝙ non eſt infamis, &
quia non eſt condemnatus, ſed magis abſolutus, abſoluitur. n.
ab obſeruatione iudicij. ī eo. §. fi. ¶ Ex quo infert ſalubre conſi
lium illis, qui debent condemnari, vt ſoluant communi condē-
b natioonem, vt euitent condemnationē, [b] & ſic abſoluantur, quia
ſoluerunt. vt l. ſi reus paratus. & quod ibi per gl. Bar. Bal. & An-
ge. ff. de procu. quod ſing. tene menti. Sed Bal. in d. l. qm̄. in verſ.
4. quæro, quid de vera confeſsione &c. tenet, ꝙ ſiue agatur ciui
liter, ſiue criminaliter, cōfeſsus ēt in iudicio non ſit infamis, q̄a
non eſt verum, ꝙ habeatur pro condemnato, immo poſſet ab-
ſolui, & maximè ſoluendo condemnationem, vt abſoluatur, vt
d. l. ſi reus paratus. & ſic eſſet incōueniens, ꝙ eſſet abſolutus, &
quòd remaneret infamis, & iſtud credo verius. Sit ergo conclu
ſio, quòd ſimpliciter confeſsus non eſt infamis, quia verba pręto-
ris requirunt condemnationem, vt l. 1. ff. de infa. niſi aliud fue
17 rit ſecutum, vt dixi ſ. dic latè, ut ibi per Bal. ¶ † Ex his infertur
ſm̄ Bart. in d. l. infamem. & Saly. in d. l. ea quidem. & Bal. in d. l.
qm̄.

ADDITIONES.

a An ſit infamis. Quod non ſit infamis reperitur Dy. conſuluiſſe, vt refert Bar.
in quoddam ſuo conſilio, ubi dicit iſtam etiam communem opinionem. ſed
adde Bar. in l. 1. ff. de publ. iud. & ibi in addit. ad Bar. Sed an dānatus abſens
efficiatur infamis, uide per Spe. in tit. de defen. §. 1. uer. quid de iſtis, & quod
habetur in l. fi. de requi. reis. & per Bal. in l. 2. C. de lit. reip. manu. & quod no.
Bal. in l. etiam. C. de fur. & in l. aſtut. C. quando prouo. non eſt neceſ.
b Condemnationem. Quando quis inquiritur de delicto, debet ſoluere ne ef-
ficiatur infamis. l. ſi reus paratus. de procu. Ac de Bal. in l. 2. C. de dolo. & Bar.
in l. ea quæ. C. de condi. inde. in fi. & per Bar. in d. l. ſi reus paratus. per Bald.
in l. vtique. de reſcin. vide aliam cautelam pro euitando infamiam, in l. fi. §.
alieno. de infam. per Bart.

qm:ꝙ bannitus non eſt infamis,quia bannum eſt ſnía interlocu
toria,quod patet,quia poteſt reuocari.vt no.gl.io l.1.ff. de req.
re.& no.gl.in l.1.ff.de vent.inſpi.De quo dixi in trac.meo male.
in gl.io ver.qui iudex commiſit P.ꝙ banniat &c. in prin.ꝙ in-
telligas tu, oiſi fuerit poſtea ſecuta ſnía, quia cum fuerit poſtea
damnatus ex crimine famoſo, infamis erit,vt dictum eſt, & ibi
18 per Bal.¶†Quæro,quis poteſt reſtituere ad famam,& Bar.in d.
a l.infamem.in fin.dicit,ꝙ princeps, ° & ſenatus.vt l. 1.§. de qua
re.ff.de poſtu. & ſic idem in collegio Cardinalium vacante Pa-
patu.Non autem rex,vel princeps,vt Marchio,& ſimiles.vt oo.
Inn.in c.cum te.de re iudi.Sed ciuitas,quæ non recognoſcit ſu-
periorem,poteſt etiam reſtituere, quia habetur in territorio lo
co ſui principis.no.gl.Cy.& doc.io l.fi.C.de præſcri.long.tem-
po.Sed idem Bar.in d.§.de qua re.tenet,ꝙ alius, niſi princeps,
Papa, ſenatus & collegium Cardinalium non poteſt reſtituere
ad famam,quia eſt de reſeruatis princi.Facit.l.1.& 2.C. de iure
aureo.anou.& ita tenet Bal.Ang.& do.Io.io d.l. infamem. Ad-
uertas tamen ad vnum dictom ſingulare Bal. in l.generalis. C.
de ſen.paſſ.vbi dicit,ꝙ ſi ciuitas,vel vnus dñs inferior a princi-
pe reſtituit ad famam,licèt reſtitutio ipſo iure non valeat, nec
per illum fieri potuit,tñ nullus ſubditus tali domino, vel com-
munitati poteſt obijcere, vel allegare, ꝙ talis diſpenſatio famæ
noo valuerit,& ſic actus geſti per illum infamem tolerabuntur
de facto.pro quo allego bonam gl.in l.& habet.§.1.ff.de manu-
mi.quæ vult,ꝙ paria ſunt non eſſe infamem,vel eſſe, & nõ poſ
ſe allegari,quod ſingulariter no.& tene menti. An autem infa-
mis poſſit conficere inſtrumentum,vt notarius publicus.Et an
notario damnato de infamia ſna inſtrumentata irritentur. Vide
Bar.io l.cum eo.ff.ad leg.Iul.pe.

ADDITIO.

a Princeps.Vtrum Princeps ſolus poſſit reſtituere infamem.Franc. de Piſis di
ſputando dixit,ꝙ ſic,niſi illa infamia ſit contracta tertio loco,quia de ea nõ
videntur legumlatores conſideraſſe,allegat tex.in c.domino guerram.hic fi-
ni.lex Cor.vide per Pan.de Lenz.& per Inn.in c.veniens.de fil.presby. & ali
quid in c. diuerſis fallacijs de cle. coniugat. & in c. ſummus pontifex. de
ſent.excomm.per Archi.12.q.2.c.ſi quis.& 12.q.3.c.eos.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad quid fiat.*
2 *Citatio an in omni cauſa,ſiue actione, vel iudicio ſit neceſſaria.*
3 *Proceſſus & ſententia an valeant ſine citatione.& nu.4.*
5 *Citatio procedens ſine mandato iudicis competentis non valet.*
6 *Commiſſio iudicis an præceſſiſſe præſumatur,ſi de commiſſione citatio*
nis non apparet.ſed in actis de nuntij relatione conſtat.
7 *Citatio vel præſentia partis an requiratur, ad faciendam commiſſio*
nem citationis.
8 *Citatio vel iudicis monitio facta ſpecialiter ad vnum actum,non ſe*
extendit ad alium actum faciendum.
9 *Citatio generalis an valeat,vel ſpecialis requiratur.*
10 *Licentia quod omnes debitores alicuius citentur,an valeat.*
11 *Citatio facta die feriata an valeat.*
12 *Citatio an valeat ſine diei expreſſione.*
13 *Citatus pro die in qua eſt impoſſibile comparere, an ſaltem compare*
re debeat in die qua poteſt.
14 *Citandi qui ſint.*
15 *Citatio an ad domum fieri ſufficiat.*
16 *Citationi nullæ non parens an dicatur contumax.*
17 *Citandus habens plures domos,in qua citari debeat.*
18 *Citatio per nuntium fieri poteſt in eccleſia.*
19 *Citatio quos effectus pariat.*
20 *Citatio vna & peremptoria an ſufficiat , cum lex vel ſtatutum pœ-*
nale triplicem citationem requirit.
21 *Citatio ad totam cauſam an valeat.*
22 *Citatio an requiratur quod ſit peremptoria.*
23 *Citatio quando vna ſit pro omnibus , an in ea ſit aſſignanda tanta*
dilatio qua daretur in omnibus tribus citationibus.
24 *Citatus tribus edictis & peremptoriè non comparens,an ſit amplius*
citandus.

Omnium autem. ¶ Citatio prima pars iudicij dici-
tur, cuius reſpectu etiam fit puni-
tio,nam ſi filius,vel libertus in ius vocauerint parentes,vel pa-
tronos ſine venia, punitur in quinquaginta aureis , h.d. ¶ No.
quòd principium actionum mouendarum , & ſic quando vis
inchoare aliquam cauſam,opus eſt, quòd initium aſſumas a ci
tatione,& ſic citatio erit facienda de aduerſario.vt no. gloſſ.in
1 rub.C.de in ius voc. ¶ † No.quòd citatio fit ad hoc,vt compa-
reat quis apud iudicem: ex quo ſequitur, ꝙ qñ aliquis eſt præ-
ſens in iudicio,noo eſt citandus.ita dicit Guil.Bar.& Bal.in l.1.
ff.de in ius voc.& no.doc.in rub.C. de in ius voc.& no. Bar. in
l.prolatam.C.de ſent.¶No.ibi,honorẽ, ꝙ patribus,& patronis
eſt honor pręſtandus,& reuerentia, vt hic.& l.honori.ff.de ob-
ſeq.li.& habeť in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. ¶ No. ꝙ parentes,&
patroni non poſſunt in ius ſine venia vocari a filijs, & libertis.
¶No.ꝙ non ſufficit poſtulare veniam,ſed opus eſt, vt poſtulet,
& a p̃tore obtineat. ¶ No.ꝙ ex ſola citatione ſine vocatione in
ius ſine venia impetrata , ſtatim ipſo iure incidit in pęnã quin-
quaginta aureorum.¶Et de materia iſtius veniæ,& de eius pœ-
2 na 50.aureo.dic,vt latè ſcripſi ſ̃.de act.§.pœnales.¶ Quęro,† an
i omni cauſa,ſiue io omni actione,ſiue in omni iudicio ſit pars
citanda: Et vr̃,ꝙ ſic,vt hic, omnium autem actionũ &c. Et qui
omne dicit,nihil excludit.vt l.Iulia.in prin.ff.de lega.3.quod ꝓ-
batur,quia citatio eſt de iure etiam diuino,quia Deus omnium
conditor citauit Adam,dum dixit,Adam, Adam,vbi es &c. fa-
cit cle.paſtoral. de re iudi. & qood dixi ſupra de excep. in rub.
Sed Io.Fab.tenet hic contrarium, quia tex.dicit,omnium actio
num, videlicet,in quibus concluditur ꝯ partem directè,in quo
cognitio eſt neceſſaria, nam ſi non eſſet cognitio neceſſaria, vt
aliqñ eſt in notorijs,vel immineat maximõ periculũ, & ſcanda
lũ ſi fieret mora,nõ requirič.Facit l.1.ff.de dam.infec. & l.ſi qs
filio.§.antepe.ff.de iniuſt.teſt. & l.conſtõnes.& qđ ibi ſcripſi de
app.Vel ſi eſſet talis caſus,in quo conditio partis non adminie-
retur,vt ſi aliqois ſit excommunicatus per contumaciã,non po
teſt abſolui,ẽt parte nõ vocata. vt no. Archi.de app.c.Romana.
ver.reuocẽt.Et eodem modo ſi iudex de facto,& ſine aliqua co
gnitione appoſuit manum ad aliquam rem,puta,in manutenẽ-
do Titium in poſſeſſione bonorom meorum, poteſt ad inſtan-
tiam maximè meam parte non citata ꝓprio imperio illam tenu-
tam reuocare.l.minor.in prin.cum gl.de euic.& no. gl. Ang.&
dñi mei in l.1.§.núntiatio.de no.ope. nun. & no.in l.quod iuſſu.
per doct.ff.de re iud.Et oo.Inn.de elec. querelam.¶ In glo.dici-
tur autem,circa medium.quod no.pro limitatione.l.fi.C. ſi per
vim,vel alio mo.& l.nam ita diuus.ff.de adop. & l.de vnoquo-
que.de re iud. Addas etiam tu, quòd non eſt neceſſaria citatio,
quãdo pars eſt præſens,vt no. Guil.Bar. & Bal.in l.1.ff.de in ius
voc.vt ſup.dixi. Et benè aduertas, quia per iſtum text. Guil. &
Bal.io l.1.ff.de in ius vocan.dicunt,ꝙ citatio eſt de proceſſu.Ex
quo potes tu clarè inferre , ꝙ cum citatio ſit de proceſſu, ergo
etiam primę citationis debent refici expenſæ. dic,vt dixi ſupra
3 eod.in prin. ¶†Circa hoc ergo quæritur an valeat proceſſus ſi-
ne citatione? Bal.in d.l.1.ff.de in ius vocã.dicit,quòd ſic, ſi pars
eſt pręſens,quia præſentia,& citatio æquiparantur.vt eſt tex.in
l.etiam ſi patre.§.fi.ff.de min.ibi,præſente,vel ad agendum a p̃-
ſide vocato &c.ſecus autem ſi aduerſarius eſſet abſens. vt l. de
4 vnoquoq;.de re iud.¶†Quæro,an ſine citatione valeat ſenten-
tia?Et Ang.in dicta l.de vnoquoq;.dicit,ꝙ ſic,ſi partes ſunt præ
ſentes in iudicio tempore prolationis ſententiæ.alle.d.l.etiam.
§.fi.& l.2.cum gl.quomodo,& quan.iud. Quod tu intelligas ve
rum,qñ ipſi pręſentes per ſemetipſos litigabant,& etiam ꝙ fue
rint continuo præſentes in omni actu,& toto proceſſu vſq; ad
prolationem ſententię,ſecus ſi ibi etiam eſſet alter litigatorum
in initio,vel ante prolationẽ ſnïæ receſſerit.vt no.Bar.& Bal.in
l.1.ff.de in ius voc.Ac etiam ſecus eſſet,ſi litigabat per procura
torem,quia licèt actualiter in iudicio tempore proferendę ſen
tentiæ reperiatur ibi pręſens , non præſumitur ibi fore eum p̃-
ſentem animo litigandi,niſi ſententia feratur in ſui fauorem.&
ita ſubtiliter intuenti debet intelligi quod Bar.& doct.in l.1.C.
5 de ſen.& doct.in l.furioſo.ff.de re iud.¶†In gl.prætor edixit.in
fi. Aduertas,quòd opus eſt ad hoc,vt valeat citatio, ꝙ proceſſe
rit de iudicis competentis mandato.vt l. neminem. & qood ibi
6 gl.Cyn.Bal.Bar.& Sal.& Ang.C.de requi.re. ¶†Quid ſi non ap
paret de cõmiſſione citationis,ſed in actis apparet de relatione
nuntij, an præſumatur commiſſio iudicis præceſſiſſe? Dicas,ꝙ
ſic.vt no.Cy.Bal.& Sal.io l.cum clericis.C.de epiſ.& cle. & eſt
ratio,quia præſumuntur omnia ſolẽniter acta,& ſolennitas in-
trinſeca pręſumitur.vt l.ſciendum.& quod ibi gl.Bar.& doc.ff.
de verb.obl.& §.ſi ſcriptum.& ibi dixi,de inut.ſtip. Sicut etiam
dicimus , qñ notarius dicit,talis teſtis iuratus &c. ita dixit &c.
tũc pręſumitur iuraſſe.ita dicit Bar.in l.Theopompus.ff. de do.
prælega.ita io caſu noſtro , ſi nuntij relatio appareat in actis,p̃-
ſumitur, ꝙ citatio facta fuerit commiſſione iudicis præambu-
7 la. ¶ † Et aduertas , ꝙ licet citationis commiſſio ſit ſnïa inter-
locutoria,quia omnis uox iudicis faciens ad cauſam eſt ſenten
tia interlocutoria,ut dicit gl.in l. ſententia.C. de ſen.tamen ad
iſtam commiſſionem citationis faciendam nõ eſt opus,ꝙ pars

cito

citetur, vel ſit præſens. vt l.ſi interpellatus.§.pen.de arb. Secun-
8 dò † ſcias, ꝙ citatio, vel iudicis monitio facta ſpecialiter ad vnũ
actum ſe non extendit ad alium actum faciendum. vt l. aut qui
aliter.§.1.ff.quod vi aut clã. & omnino vide Bar.in l.ſi.§.1.eo.ti.
quia ſi illo citato abſente alius actus celebraretur, non valeret,
vt ibi per eũ. & talis citatio debet eſſe certa, & clara. vt d.l.aut
9 qui aliter.§.1.& ibi Bar. ¶ † Quæro, an valeat citatio generalis,
vel an requiratur ſpecialis? & dic, ꝙ ſi aduerſarius eſt certus, il-
le nominatim eſt citandus, ſin autem ignoratur quis ſit aduerſa-
rius, vel cuius intereſt, tunc ſufficit generalis citatio. vt auct. ſi
omnes.C.ſi vt ſe ab hære.abſti. Ita no. Iac.But.Bar.Bal.& Sal. &
10 no.Bar.in l.ſi eo tempore.C.de Initio.pig.¶ † Quæro, an valeat
conceſſio talis citationis, videlicet, ꝙ citentur oẽs debitores Ti-
tij? & dicas, ꝙ talia licentia conceſſa nõ valeat. vt no. Bar.in l.ſi.
11 C.de iu.do.impe. ¶ † Quæro, an citatio facta die feriata valeat?
& dic, ꝙ ſi fiat pro dicta die feriata, clarum eſt, ꝙ non valet.l.ſi.
C.de ferijs. Sin autem ſit facta die feriata pro die non feriata an
valeat? & Iac.de Are.& Bar.in l.1.§.nũtiatio.ff.de no.ope.nun.
dicunt, ꝙ non, quia lex reſiſtit a principio. Vnde licèt conſera-
tur in tempus habile, tamen non valet. vt l.ſi minor.ff.de ſer.ex-
por.dic tamen, vt etiam Ant.& domini mei, & Ludo.in d.§.nun
12 tiatio.& Bal.& dom.Io.in l.2.ff.de hære.inſti.¶ † Quid ſi fiat ci-
tatio ſine diei expreſſione, an valeat? & dic, ꝙ valet. vt no.Bal.
Ang.& domi.mei.& Ludo.in l.qui ante calendas.ff.de verb.ob.
licèt Bar.ibi ſentire videatur ꝯrium. Sed ꝙ valeat, videt tex. &
ibi Bar.& doc.in l.liber homo.§.ſi.ff.de verb.ob. & intelligitur,
vt compareat quamprimum poteſt. facit quod no.Io.And.in c.
13 cum parati.de app. ¶ † Quid ſi citatur aliquis pro aliqua die, in
qua impoſſibile eſt, ꝙ poſſit comparere, an ſaltem debeat com
parere in die, qua poteſt? dic, ꝙ ſic. vt eſt glo.in c.nemo põt ad
impoſſibile.de regu.iur.in 6.& no.in c.cum dilecti.de dolo, &
14 contum.¶ † Quæro, qui ſunt citandi? Reſpon. omnes, quorũ in-
tereſt, & qui poſſunt contradicere, aliàs ſecus, ſi non haberent
facultatem contradicendi. vt l.1.§.pen.ff.de vent. inſpic. ita di-
cit no.Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adop.facit gl.& quod ibi An-
15 ge.& domini mei in l.de vno quoq;.de re iud.¶ † Quæro, an ſuf
ficiat ad domum fieri citationem? dic, ꝙ requirit, quòd primò
fiat pſonaliter, & diligẽti inquiſitione. iuxta l.3.§. vnde ſi Ner-
ua.ff.de acqui.poſſ.ſi non fuerit perſonaliter inuentus, fieri põt
ad domum. vt l.1.§.ſi.ff.de vent.inſpi.& l.ſcire oportet.§.opor-
tet.ff.de excu.tut.& no.Dy.Bar.& doct.in l.3.§.ait prætor.ff. de
dam.infec. Et an, & quando ſufficit citatio ad domũ? vide quæ
ſcripſi in l.ſi finita.§. Iulian.ff. de dam.infec. Sed etiam quando
poteſt fieri ad domum, non ſufficit ſi fiat ad ſtationem, ſiue ad
apothecam, vt l.lex Cornel.§.ſi tamen fundum. & ibi Bar. & l.
item apud.§.conuiuũ.ff.de iniur.l.1.§.1.& ibi Bar.ff.de lib.agn.
16 & no.gl.in ver.habitare, in cle.cauſam.de elec.¶ † Quid ſi ex ſui
forma, ꝯceptione, vel inſpectione, citatio apparet nulla, an vir-
tute talis citationis non comparens dicatur contumax? & dic
ꝙ non. vnde ſi iudex dicat, cito te, vt compareas die dominico,
ipſo iure talis citatio non valet, vt l.2.§.1,& ibi Bar.ff.ſi quia in
ius vocan.non ier. Et vide latiſſimè per Pet. de Ancha. in cle.1.
17 de iudi. ¶ † Quid ſi habet plures domos ad habitandum, in qua
domo debet citari? dic ꝙ in illa in qua plus habitat, & illa in
qua reperitur habitare tempore citationis. vt eſt gl.in cle. cau-
ſam.in ver.habitare.de elect.& no.Bar.in l.1.§.1.ff. de vent. in-
18 ſpic.¶ † Quæro an citatio per nuntium fieri poſſit in eccleſia? &
19 dic, ꝙ ſic. vt no.Bal.in l.2.C.de ſac.ſan.ecc.¶ † Quæro quod effe-
ctus pariat ipſa citatio? dic, ꝙ duodecim. de quibus no. per Bal.
& Sal.in l.vt perfectius.ff.de anna.except.& dixi in l. ſi finita.§.
20 Iulianus.ff.de dam.infec.¶ † Quæro quãdo lex, vel ſtatutum pœ
nale requirit triplicem citationem, an ſufficiat vnica, & perem
ptoria? videtur, ꝙ ſic. vt l.ad peremptorium. cum l. ſequen.ff.
de iud. tamen contrarium eſt verum, vt eſt glo.ſing. & ibi Petr.
21 de Anch.in clem.1.de vi.& hon.cler.¶ † Quæro an citatio ad to
tam cauſam valeat? & videt, quòd ſic. vt l.3.C.q accu.non poſſ.
ibi, vt veniant ad cauſam agẽdam. dic tu, quòd hoc eſt verũ ex
cauſa, non aliter, vtputa, ſi eſt quæſtio cum ruſtico, quia ſtat a
longè, & eſt quæſtio non multi valoris, pro ſumptibus citatio-
num euitandis, poteſt quis citari ad totam cauſam, & potiſſi-
mè ſi fiat cum continuatione, & numeratione, videlicet, ꝙ cõ-
pareas coram nobis in tali cauſa ad videndum produci libellũ,
& reſpondendum, & ad litem cõteſtandam, & ad probandum,
& ad omnes, & ſingulos actus, vſq; ad ſententiam incluſiue, ita
dicitur in auth.qui ſemel.C.quom.& quan.iud.& no. Bar.in
Auct.ad reprimendum.in uer.per prædicta.& no. Bal.Ange.&
dom.mei, & latè Ludo.in l.qui ante calendas.ff. de uerb. oblig.
22 ¶ † Quæro an requiratur, ꝙ citatio ſit peremptoria? dic, ꝙ ne-
ceſſe eſt, ꝙ expreſſè dicat in ea perẽptoriè &c. vt d.l.ad perem-
ptorium. aliàs non ſufficit, niſi iudex in citatione fuerit com-
minatus, videlicet, ꝙ alias procedetur contra te ad tales actus,
non obſtante tua abſentia. vt d.l.ad peremptorium. & ita dicit
ibi Bar.& Bal.in l.ſi finita.§.Iulianus.de dam. infect. & no.Bar.
in l.2.C.quomodo, & quando iud. Vel etiam quãdo ter citauit.
nam tres citationes, etiam ſi non dicatur in qualibet, & perem-
ptoriè, habent vim peremptorij. vt l. tres denuntiationes. &
ibi doc.& latè Sal.C.quom.& quan.iud. Vel quando iudex ver
bis proprijs monet partem, & tũc talis iudicis monitio habet
vim peremptorij. vt eſt gl.ordi.& ibi oẽs doc.in l.2.C.quomo.
23 & qñ iud.¶ † Quæro, qñ ſit vna citatio cum peremptorio, & ſic
vna pro oĩbus, an in ea ſit aſſignanda tãta dilatio, quæ daretur
in omnibus tribus citationibus? & gl. ponit, & ibi doc.in l.non-
nunquam.ff.de iud. Sed gl.in c.de illicita.23.q.3.dicit, ꝙ immo
24 eſt in arbitrio iudicis, quod credo verius, quod no. ¶ † Quæro,
citatus fuit tribus edictis, vel citationibus, & peremptoriè, &
non comparet, an ſit amplius citandus? dic, ꝙ eſt in arbitrio iu
dicis, vt eſt tex.in l.nõnunquam. de iud.& in l.& poſt.eo. tit. &
ibi doc.& no. Cano.in c.conſuluit.de offi.deleg. & no.Bar.in l.
3.§.ſi ad diem.ff.de reſt.mili.& tene mẽti, ꝙ eo ipſo, ꝙ in ſpecie
tu citari facis aliquem, ſtatim tu ipſum facis tuum legitimum
aduerſarium, & contradictorem. vt no.Inno.in c.cum inter. de
excep.& no. Bar.in l.cum mulier.ff.de ſol.ma.& no. Bal.in l.ſi.
C.de edi.di.Adria.tollen. Vnde Bal. dat tibi in practica bonum
conſiliũ, quia debes eum citare ſub conditione, videlicet, ſi ſua
putauerit intereſſe, ꝙ compareat. & clarum eſt, ꝙ citatio con-
ditionalis valet, vt no.gl.in l.mancipium.C.ſi mancip.ita fuerit
aliena. quod bene no.& tene menti.

De officio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis quotuplex ſit.*

ISTA rubr. ſecundũ Io.Fab. cõtinuatur, quia viſum
eſt ſ̃.de act. verum, quia officium iudicis loco actio-
nis aliqñ hr̃. vt l.actionis uerbo.ff.de act.& obl. ideo
poſt actiones ponit de officio iudicis. vel potes con
tinuare. ꝙ iudiciũ conſiſtit ex tribus perſonis, videlicet, ex per-
ſona actoris, rei, & iudicis. c.forus.de ver. ſign. ſed ſ̃.dictum eſt
de actionibus, & ſic de perſona actoris.& de exceptio. & ſic de
reo, ſequit̃ neceſſario videre de tertio, videlicet, de iudice, & de
eius officio. & iſtã cõtinuationẽ voluit hic gl.in nigro, igit̃ &c.
1 ¶ † Et no. ꝙ duplex eſt officiũ iudicis. Vnũ, qđ vocatur officium
iudicis nobile, & iſtud eſt loco actionis. vt l. ꝙ ſi minor.§.fin.ff.
de min. Aliud, quod dr̃ officium iudicis mercenariũ, quod de-
ſeruit actioni intẽtatæ, ſicut famulus ſeruit domino ſuo. vt l.4.
C.depo.& de ipſo officio vide latiſſimè in Spe.in ti.de offi.iud.
in prima parte.& de materia officij iudicis, dic, vt ego dixi ſ̃. de
actio.in princ.& latius in §.præterea quaſdam.eo.ti. dic, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quomodo, & in quo loco iudicare debeat.*
2 *Ordo in iudicando eſt ſeruandus.*
3 *Sententia lata contra leges expreſſo errore in ea, ipſo iure non valet.*
4 *Sententia expreſſè, & ſpecifice lata contra vnam legem, de cuius in-
tellectu variatur. an valida ſit.*
5 *Sententia contra acta lata an valeat.*
6 *Sententia lata per improbatas probationes nulla eſt.*
7 *Sententia expreſſè lata contra ſtatutum extrauagans non incluſum
in volumine ſtatutorum an valida ſit.*
8 *Sententia contra conſuetudinem lata an teneat.*
9 *Conſuetudo an iuri communi deroget, & præualeat.*
10 *Iudex an poſſit diſpenſare de æquitate in caſu ſpeciali.*

SVpereſt vt de officio. ¶ Totus iſte titu.
diuiditur in ſex
partes. Primò, ponit generaliter quid ſpectat
ad officium iudicis circa ſententiam. Secundò,
qd ad ipſum pertinet circa condemnationem ma
lorum ſeruorum. Tertiò, quid in actione in rem. Quartò, quid
in actionibus vniuerſalibus. Quintò, quid in perſonalibus. Sex-
tò, quid in iudicijs diuiſorijs. Secunda ibi, ideo quæ. Tertia ibi,
& ſi in rem. Quarta ibi, hæreditas. Quinta ibi, ſi ad exhibẽdum.
1 Sexta ibi, familiæ erciſcũdę. Et hoc dicit in ſumma. † Iudex de-
bet iudicare ſecundum ius ſcriptum, vel conſuetudinarium, &
ſenten-

ſententiam ſuam ſecundum naturam actionis propoſitæ ferre,
quod primo oſtẽditur in noxali actione.hoc dicit.¶ In gl. 1.ibi,
qui ſedet. No.quòd iudex debet ſedere, quia ſedendo,& quie-
ſcendo animus fit prudentior, ut hic. & l.2.& ibi notatur. C.de
ſenten.ex breui.rec.& l. penul.ff.de iuſti.& iure,& ibi no.quod
eſt uerum, quando aliquid facit, quod requirit aliquam cau-
ſæ cognitionem,& poteſt alicui offerre aliquod præiudicium,
aliàs poteſt facere deambulando. ut l.a procedẽte. cum ibi no.
per glo.& omnes doctores.C.de dilat.& uide bonum text. in l.
uolui.§.primo.& ibi bonam gloſſ.& dominus meus Flor.ff.de
interrog.actio.& facit.l.nec quicquam.§.ubi decretum. & §.de
plano.& quod ibi Barto. & Bald.ff.de offic. proconſul,& lega.
& Barto. plenè in extrauagan. ad reprimendum. in uerſicu. de
plano. Ac etiam illud eſt uerum, niſi iudex timeret periculum
ſuæ perſonæ, uel aliud ſcandalum, quia etiam dum eſt æques,
poteſt ſententiam ferre,ut d.l.ferre.& d.l. 1.cum gloſſ.& ibi do
ctor. C.de ſent.ex breui.recipi. ¶ Secundò aduertas ad id,quod
dixi per l.penult.ff.de iuſtit.& iure.quod in loco maiorum de-
bet cognoſcere, & iudicare, nam illud eſt uerum in iudice or-
dinario, nam delegatus poteſt ſibi locum eligere in toto terri-
torio delegantis.ut l.locus.enim ibi not. per docto. ff.de iudi.&
not.doctor.in dicta l.penul. quod ego intelligo uerum, niſi ex
forma ſtatutorum, uel conſuetudinis delegan, etiã ſi habeant
certum, & determinatum locum maiorum, ut eſt Bononiæ,
quia delegati omnes habent diſcum Lupi in palatio Poteſtatis,
tunc enim non credo, quòd in alio loco poſsit cognoſcere,uel
iudicare ad ſimilitudinem ordinarij. ut d.l.penult.quia eſt ea-
dem ratio, igitur idem ius, ut l. illud. ff. ad legem Aquil. Sed
quia iudex debet ſedere. Tu autem aduocate,licèt ſis inclinſ-
ſimus,uel tu cauſidice, debetis ſtare, ut l.quiſquis. C.de poſtu-
la.& quod ibi not. per gloſſ.& doctor.¶ In eadem ibi in medio.
No.quòd iudex debet eſſe medius inter actorem,& reum,non
autem debet declinare, uel a dextris, uel a ſiniſtris, quia fa-
ceret litem ſuam,ut l.fin.cum ibi not.per gloſſ.Barto.& docto.
ff.de uar.& extraordin.cognit.& l.ſi filius.& ibi Angel.ff.de iu-
dic. & not.Barto.in illa ſua quæſtione,quæ incipit, Iudex, qui
per imperitiam male iudicauit.& habetur per Ang.in l.ex ma-
leficiis.§.iudex.ff.de actio.& obligatio.& habetur in l.fin.& ibi
Bartol.Bald.& doctor.C.de pœna.iudic. qui male iudica.& no.
Bald.in l.obſeruare.§.proficiſci. ff.de offic.proconſ. & lega. &
habetur ſupra de obligatio. quæ ex quaſi delict. naſcun.in prin
cip.& uide quæ ibi dixi.¶ In gloſſ.in primis. nam primo,& an-
te omnia pars citanda eſt,quia initium iudicij incipit a citatio-
ne.ut ſupra titu.proxim.§ fina. & not.glo.in rubrica,& ibi do-
2 ctor. C.de in ius uocan. ¶ In eadem ibi. I.iudices. no:. ex gloſ.
ordinem iudicij.Tu adde clariorem, & pinguiorem ordinem,
per glo.& doctor.in l.prolatam. C. de ſentent. Secundò dicas,
a quod ille ordo eſt ſeruandus ª in cauſis ordinariis.ut dicta l.iu-
dices.& quod ibi per gloſſ.Cyn. Bald.Salyc.& doctor. non au-
tem in ſummariis. Cle.diſpendioſam. de iudiciis. & Clem.ſæ-
pe.& quod ibi plenè per gloſſ.& doctor. de verbo.ſignificat.&
not.plenè Barto.in Auctẽ.ad reprimendum.in verſicu.ſimpli-
citer.& in verſi.ſine figura iudicij.& in ver.de plano. Ac etiam
hoc eſt verum,niſi in cauſis breuioribus,de quę dicendum eſt,
vt habetur in Auct.niſi breuiores.per glo. & doct. C.de ſenten.
ex breui.reci. Vbi inter alia habetur, ꝙ ſine ſcriptis in dicto ca-
ſu poteſt iudicari,& idẽ in alio caſu in Auct. vt iudi. ſine quo-
quo ſuffrag.§.neceſsitatem. & l.leuia.& quod ibi Bart.ff.de ac-
cuſa.& quod not.Bart.ad intellectum dictæ l.leuia.in l.non ſo-
lum.§.ex mandato.de inior. Sunt & alij caſus, in quibus etiam
ſine ſcriptis poteſt cognoſci, & iudicari, quos enumerat glo.in
ca.fina. & ibi docto.de re iudic.in 6.¶ In eadem ibi,quod detur
in ſcriptis. dic,ſalbt in dicta Auct. niſi breuiores. & ſtatim ſu-
pra dixi.An autem ſententia debeat ferri in ſcriptis? & quæ ſen
tentia an interlocutoria ſicut diffinitiua debeat recitari in ſcri
ptis.& vide quę habentur per glo. & doc.in d.l.fi. C.de ſent.ex
breui.reci.& uide quę ſcripſi in l.1. §.fi.cũ l.ſequen.ff.de appel:
3 ¶ In eadem ibi, & ſedendo. dic,vt ſupra dixi in glo.1. ¶ † In ea-
dem ibi, ſecundum leges iudicet.nam ſi iudicaret contra leges
expreſſo errore in ſententia, non ualet ſententia ipſo iure.vt l.
2.cum ibi notatis. C.quan.prouo. non eſt neceſſe. & l.1.§.item
cum cõtra.ff.quæ ſenten.ſine appell.reſcin. Et nota bene,quòd
dicitur tunc lata contra leges, quando hoc expreſsim & ſpecifi
cè dicitur in ſententia, aliàs autem ſi non continetur ſpecificè
in ſententia,non dicitur lata cõtra leges,ſed contra ius litigato
ris,& per cõſequens tunc valeret ſententia,ut eſt tex.melior de
mundo in d. §. item cum contra. & eſſet opus appellatione,vt
ibi,ſed quando expreſsim cõtra leges,non eſt opus appellatio-
ne,immo ipſo iure eſt nulla. vt ibi. & dominus meus Rapha.in
d.§.item cum contra.allegat rationem,quare ſententia lata cõ-
tra leges ipſo iure eſt nulla,quia talis ſententia continet impoſ-
ſibile de iure, igitur ipſo iure non ualet. ut l.fin.eodem titulo.
4 ¶ † Quid ſi eſt ſententia lata expreſsè, & ſpecificè contra vnam
legem,de cuius intellectu variatur? dic,aut ille intellectus,con
tra quem expreſsè facit, eſt communiter approbatus, & tunc
ſententia non valet. Aut nullus intellectus eſt communiter ap-
probatus,quia aliqui tenent vnũ, & aliqui tenent alium,& tũc
ille intellectus non dicitur lex certa, igitur &c. vt no.gl.in ver.
certas.in 1.conſtitu.Codi.§.quibus.& ita no.C.de legib.l.leges
ſacratiſsimæ. & ideo tali caſu ſentẽtia teneret, facit quod ha-
betur in l.dos a patre.ff.ſolu.matri.Ita dicit Cy.& Sal.in l.2.quã
do prouo. non eſt neceſſe. & opus eſſet appellatione. & iudex
appellationis poſſet ſequi alium intellectum. ita dicit Barto.in
5 l.4 §.hoc autem iudicium.in fi.ff.de dam.infec.¶ † Quid ſi eſt la-
ta ſententia expreſſe contra acta,quia dicit, ꝙ teſtes ita dicunt,
& tamen aut nulli teſtes fuerunt examinati, aut examinati non
dicunt,ut dixit iudex, & tunc dic, ꝙ valet ſententia.ut no.Inn.
& Io.And.in c.quoniam contra.de proba.& no. Bart.& Ang.&
domini mei in l.ait prætor. §.1. ff.de re iudi. & not.Bald.& do.
Ioan.in l.ea diuerſo.§.fi.ff.ſolut.matr.de quo per Dom.Rapha.
6 & ibi dixi in d.l.1.§.fin.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcin. ¶ † Quid ſi
eſt lata per probationes improbatas? dic, ꝙ non valet,& põt,
qñcunque contrarium apparebit, retractari.vt eſt caſus in c.x.
7 de purga.vulg. ¶ In glo.conſtitutionibus.in fin.† quid ſi eſt vna
conſtitutio, ſiue vnum ſtatutum extrauagans, quod non ſit in-
cluſum in volumine ſtatutorum, an ſi ſententia expreſſe fera-
tur contra illam cõſtitutionem,valebit ipſa ſententia. & dic,ꝙ
ſic. & de hoc eſt caſus in l.cum prolatis.& quod ibi Barto.ff.de
re iudic. Quod intelligas uerum, niſi communiter ſciebatur,&
erat in communi obſeruantia,quia quamuis eſſet extrauagans,
& nõ incluſa,aut colligata in volumine ſtatutorum,debuit ob-
ſeruari, alias ſententia ipſo iure erit nulla.ita dicit Ange.& do.
Ioan.in d.l.cum prolatis. & econtra,licèt eſſet in volumine ſta
tutorum colligata,ſi tamen antiquiſsima eſt,quod non fuit ob-
ſeruata ſententia lata contra illam conſtitutionem,non erit ip-
ſo iure nulla. ita dicit Pet. de Ancha. in clem.1.de rebus eccleſ.
non alienan. & de intellectu d.l.cum prolatis. vide docto.in d.
l.2.C.quando prouo. non eſt neceſſ.& docto.in d.l.cum prola-
tis. ego latiſsime dixi in l. ſi expreſsim. circa princ.ff.de appel.
dic, vt ibi. & adde quę no.Bart.in l.relegatorum.§.ad tempus.
8 ff.de interdic. & rele. ¶ † In gl. moribus. ibi. §. ea non ſcripto.
Nota ergo, quòd ſicut ſententia lata contra ius ſcriptum erro-
re expreſſo non ualet ipſo iure,ut ſupra dixi,ita etiam lata con
tra conſuetudinem,quia iſta iudicantur a pari,vt hic. In contra
rium videtur.l.1. C.quæ ſit longa conſuetu. ibi,reuocabit &c.
vbi geſta contra conſuetudinem loci, præſes prouinciæ reuo-
cat,ergo valuit,vt l.nam & ſi.§.rumpendo.ff.de iniuſto,& irri-
to teſtamen.facto.Quod comprobatur, quia non eſt eadem ra-
tio de iure,& conſuetudine,quia eius certum eſt,ut l.ornamen
torum.de auro & argen.lega. & conſequenter non requiritur,
quòd articuletur,vel probetur,vel ponatur.vt ibi Bart.ſed con
ſuetudo,cum conſiſtat in facto,opus eſt,quòd extrinſecus pro-
betur. vt not.Bartol. in l.de quib. ff. de leg. & no.Bald. in l.2.§.
ſed quod obſeruari. & ibi Salyc.de iur.caſum.igitur non ita in-
fringit ipſo iure ſententiam conſuetudo,ſicut ius ſcriptum,igi-
tur &c. Sed poteſt diſtingui, ut hic dicit Ioann. Fab. Aut con-
ſuetudo eſt notoria, & iuridica, & tunc ſententia lata contra
eam eſt ipſo iure nulla,ſicut ſi contra legem ſcriptam lata eſſet.
& ita

ADDITIO.

a Seruandus. Adde,ꝙ nulla eſt ſententia defectu formæ proceſſus, vel ſubſtã tialiũ eius,ut quia libellus non fuit oblatus,vel lis conteſtata,vel iuratũ de calumnia,& ſimilia.ut l.prolatam C.de ſenten.& in l.1. C.de execu.rei iudi.& in c.quoniam contra falſam.extra de proba.hoc uerum,niſi in cauſis, in quibus procedi poſſet ſine figura iudicij vt in cle ſæpe.de verb ſigni. Itẽ eſt nulla, ſi iudex tulit ſuam in facto ſuo proprio, vel uxoris, aut filiorum, vel iuriſdictionis.ff de iuriſd.om.iud. & in l.1. C.ne quis in cã ſua.Item eſt nulla ſi lata eſt die feriata inuitis litigatoribus. l 3. & l oẽs.& l. dies feſtos. C de feriis.Item ſi pars non fuit legitimè citata, niſi eſt præſens ad audien dam ſententiam. Item nulla eſt ratione loci, ſi non fuit lata in loco conſueto,ſi erat ordinarius, vel quia lata in loco inhoneſto, vel ad quem pars citata,non poteſt ſecurè accedere Item eſt nulla ratione perſonæ citatę,puta contra abſentem infirmitate grauatum l quęſitum,de re iu vel contra iam defunctum, ut l.pen.quæ ſent ſine appel.reſcin. vel contra pupillum, vel minorem indefenſum. vt l.1. & 2. C qui legit.perſo.& in l contra pupillum. ff de reſtitu.& ibi per Bart Item pluribus aliis modis,& ſi feratur de nocte. Si à iudice ſtante,& non ſedente.ſi ſine ſcriptis,ſi non fuerit lecta,ſi a iudice corrupto,ſi per expreſſum iuris errorem. Item ex falſa cauſa prætextu falſorum inſtrumentorum,& aliis modis,de quibus per pract Pap.in for ſententiæ diffini ſuper glo.1. Ratho. ab Horatio Iuris doctor Patauinus.

& ita poteſt intelligi iſta litera , & facit C. de teſta. l.teſtamēta.
Si autem non ſit notoria,& tunc valebit ſentētia,vt arg.d.l.cū
prolatis.niſi tali caſu diceret, nō obſtante tali conſuetudine,qa
tunc non valeret ſnīa, niſi exprimeret cauſam, propter quā di-
cta cōſuetudo allegata non obſtaret , & vt ſic diceret ipſam nō
9 fore rationabilem, vel ſimilia.¶†In ead.in fi.Nota diligenter,&
a ſigna iſtam gloſſam , ꝙ conſuetudo [a] derogat iure communi.
Sed ꝯtrium videtur in l.1.§. diuus. cum ibi notatis. ff.de ſepulcr.
viola.ſed dic ſm Cy.in l.fi.& ibi doc.C.de teſta.& Cy.in l.2.in
2.q.princi.C.quæ ſit longa conſuetudo & notatur in c.1.de cō-
ſtitutionib.in 6.& in l.pſcriptio.per gl.C.ſi contra ius, vel vtili-
tatem publicam.videlicet,quod aut ſtatutum, vel lex particula
ris ſequitur legem generalem,& nulli dubium, ꝙ ſpecialis de-
rogat generali , quia generi per ſpeciem derogatur.vt in regu-
la generi,de reg.iur.in 6.& ibi Dy.& late per Bar.in l.quæſitū.
§.pe.de fundo inſtructo.niſi poſſet antiqua lex generalis ſub di
ſtinctione inuari, quia tunc cum dicta diſtinctione ſaluabitur.
vt arg.no.in §.quibus.in 1.conſti.Cod.quinimmo ſæpenumero
lex antiqua limitat legem,& cōſtitutionē,ſiue ſtatutum nouū.
vt l.non eſt nouum. & l.ſed & poſteriores.& quod in eis no.ff.
de leg.& not.anc.offeratur.C.de lite conteſt. coniuncta.l.ſcien
dum.cum ibi no.in princ.ff.qui ſatiſd.cog.Quandoq; lex ſpecia
lis præcedit legē generalem, & tunc fac concluſionem,ꝙ nun-
quam per generalem legem,vel ſtatutum ſequens, vr̄ eſſe ſub-
latum ſpeciale,immo etiam per ſpeciale vr̄ ſtatuto,vel legi ge-
nerali ſubſequenti derogatum. vt arg.l.vxorē. §.felicisſimo.ff.
de leg.3.niſi de lege, vel ſtatuto particulari , & primæuo fuerit
facta mentio ſpecialis , ita intelligitur.d.§.diuus. & ita dicit ibi
Bar.& ibi habetur in d.c.1.de conſti. in 6. quod eſt notandum .
10 ¶†Quærit hic Io.Fab.an iudex poſsit diſpenſare de æquitate in
caſu ſpeciali? & glo.& Inn. vr̄ ſentire,ꝙ non,in d.c.1.Tu dic,ꝙ
immo pōt, qn̄ ſacit ꝯ partē,ac ēt qn̄ eſſet euidens æquitas. vt l.
planè.& l.ſi.& vtrobique per Bar.Bal.& Ang.ff.de peti.hęre.&
facit quod no.Bart.in l.1.§.1.ff.quod vi aut clam.facit.c.abba-
te ſanè.de re iudi.in 6.facit.l.placuit. & quod ibi doc. C.de iud.
¶In glo. noxam. ibi l.miles.§.1.& 2.aduertas, licet iudex con-
demnauerit iſto caſu alternatiue,non tn̄ fecit,ꝙ vtrunq;,uideli
cet 10.& ſic emendatio dāni, & ipſa noxa ſit in obligatione,im
mo uerba iudicis referentur ad iuris diſpoſitionem,& per con
ſequens ſicut ius dictat ipſa.10. & ſic emēdatio damni erunt in
obligatione, & ipſa noxæ deditio erit in ſolutione , licèt ſi eſſet
ꝑprie alternatiua utrūq; eſſet in obligatione,& qn̄ eſſet electio
debitoris vtrunq; deberet peti.ut l.ubi autem nō apparet. §.qui
illud,aut illud.& quod ibi no.ff.de uer.ob.& ſic poterit ſoluere
noxam uſquequo fuerit litem conteſtatus ſuper actione iudica
ti.ut l.item ueniunt.§.idem rectè. ff.de peti.hære. & ideo atten-
dimus litis conteſtationem ſuper iudicato , quia noxæ deditio
erat in obligatione ex diſpoſitione legali,ſecus ſi ex diſpoſitio-
ne hois,tunc haberet dictam facultatē ſoluendi uſquequo ſue-
rit lit conteſtata ſuper principali . iſte eſt proprie caſus in l.ſi
ſtipulatus fuero decē in melle.& ibi Bar.& Bal.in d.§.idem re-
ctè. & in l.ſi inſulā.ff.de uerb.obl.& in d.l.miles. §.1. uerba ete-
nim iudicis referuntur ad diſpoſitionem iuris,quod ur̄ ꝯ l.Pau
lus rn̄dit.de re iud. Sed uide elegantem doctrinam Bart. in d.l.
miles. §.1. & ibi etiam Ange.& do.mei.¶In ead.in fi.de hoc,an
iudex debeat ferre ſniam certam,& an ualeat ſententia incerta?
dic,ut plenè dixi in d.§.curare.ſupra de actio.& de iſta materia
noxali,dic,ut dixi ſupra de noxa.in princ.per totum.& plenius
dixi ſupra de act.§. præterea.in uerſ.in gl.noxali.Dic,ut ibi &c.

ADDITIO.

a Conſuetudo. De conſuetudine,quid ſit conſuetudo,& an ſit ius. vide dom. Abb in rubr de conſue.& in c.cum dilectus.in 8.col.eo.titu. & in cap.cum nobis.in 3.col. de electio.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio quomodo fieri debeat.*
2 *Oliua,vua,& ſylua an dicātur fructus naturales,vel induſtriales.*
3 *l. fructus. ff. de vſuris. declaratio.*
4 *Fructus pendentes in fundo ſunt pars ſoli.*
5 *Fructus quomodo petuntur, & qui intelligantur.*
6 *Executio an fieri debeat in fructibus,cum quis eſt damnatus in rem.*
7 *Executio an & quando fiat.*

Et ſi in rem. ¶Iudex in actione reali reum ad reſtitutio-
nem rei cū fructibus condemnat,in qua ſta-
tim fiet executio , niſi reus non habeat facultatem rei re-
ſtituendæ , nam tunc datis fideiuſſoribus executio dif-
fertur,h.d.¶No.formam ſniæ, quando fertur contra petitorē,
quia debet ſimpliciter dicere , a petitione dicti actoris te con-
uērum abſoluo.¶No.qn̄ poſſeſſor condemnatur,quia debet iu
dex in ſententia iubere poſſeſſori,ꝙ rem cum fructib.reſtituat.
¶Not.ibi, ſed ſi neget poſſeſſor in præſenti, ꝙ condemnatus in
actione in rem non videtur,ꝙ habeat tempus,quod datur iudi
catis,ſed ſtatim videtur,ꝙ fieri poſsit executio. de quo dicā in
gl. ¶No.ꝙ petenti dilationem ad reſtituendam rem ex nō fru-
ſtratoria cauſa dilatio danda eſt. ¶No.ꝙ quando executio dif-
fertur, nunquam petens dilationem audiendus eſt , niſi primò
præſtiterit fideiuſſores de parendo ſniæ tpe dilationis . facit l.
1 ſi debitori.& quod ibi Bar.ff.de iud.¶†In gl. vt rem.in fine,dic,
ꝙ in perſonali condemnabitur iuxta petitionem , vt ſi petitur
reſtitui,condemnabitur ad rem reſtituendam. vt l.in re furtiua.
de cond.furt.& l.1.§.ſi apud duos . & l.ſi duo. ff.depoſ.& quod
not.Bar.in l.4.§.Cato.circa.princ.ff.de verb.obl. Si autē factum
fuerit ad rem præſtari , & tunc eodem mō condemnabitur ad
rem præſtari. vt l.ſi fundum præſtari.de verb. obl.de quo late p
Bart.de verb.obl.l.ſtipulationes non diuiduntur. Si autē actum
fuit ad rem dari,eodem modo fiet cōdemnatio, videlicet,rem
dari,i.dn̄ium transferri.vt l. vbi aūt non apparet, §.fin.de verb.
obl.Et no.Bart.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.ita ꝙ ſenten
tia ſemper debet eſſe ꝯformis libello,& poſitioni. ut l.fundus .
2 ff.comm.diuid.¶†In gl.cum fructibus.ibi,ceraſis, & ſimilibus.
Quid de oliua,de vua,& ſylua , an dicantur fructus naturales ,
vel induſtriales?Dic,ꝙ dicuntur induſtriales,ſicut ſeges . vt eſt
tex.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi oliuam.ff.ad leg. Aquil.& ibi do.&
3 do.meus Flo.¶In ea.ibi.ff.de viur.l.fructus. † No.& tene menti
illam legem.ꝙ nullus poſſeſſor cum titulo, quātus iuſtisſimo ,
facit fructus naturales ſuos , ſed tenetur ſp ipſos reſtituere , &
eſt ratio,ut aſsignat iuriſconſultus in d.l.fructus.quia hi nō na-
ſcuntur facto , & opere dicti poſſeſſoris , ſed ipſa natura ipſos
producit ex ſe ſine induſtria hoīs,igitur &c. ¶In ead.ibi,ſi me,
& Titium.No.gl.ꝙ in re mobili,vt eſt fructus,quando actio de
ficit,& res mobiles mea deuenit ad te ſine cauſa, licèt bona fi-
de,quia iā locupletatus ex re mea,poſſum te conuenire condi
ctione illius legis.quod no.facit l.nam hoc natura. ff. de cond.
indeb.& l.cum pupillum.& quod ibi Bart. ff.de ſolut. ¶In ead.
ibi,quia percipiēdo eos a ſolo &c.dic,ſiue per ſe,ſiue per aliū ,
etiam furem,facit ſuos.vt l. vſufructuarius meſſem.ff.quib.mo.
vſusfr.amitt.& ſupra de rer.diu.§.ſi quis a non domino.vbi ma
teriam fructuū pono : dic , vt ibi,ne bis idem repetam.¶ In ea-
dem ibi,ſiue titulum habeat,ſiue non &c.not. gloſ.ꝙ ad hoc vt
quis faciat fructus induſtriales ſuos,ſufficit, ꝙ ſit poſſeſſor bo-
næ fidei,licet non habeat aliquem titulum. & idem glo.in d.§.ſi
quis a non domino.quod no.dic,vt ibi dixi.& facit l.ſi quis em
ptionis tit.in princ.C.de præſcrip.30.anno. ¶In eadem ibi.ff.de
4 rei uendi.l.fructus. †No.quòd fructus pendentes in fundo ſunt
pars ſoli: unde ſicut fundus ipſe poteſt uendicari eadem actio-
ne,& uēdicatione in indiuiduo, ita etiam tales fructus poſſunt
uendicari, quia dicuntur tales fructus pars, & uiſcera fundi,ut
dicimus de partu uaccæ.ut l.ſi alieno.§.fi.ff.de uſucap.¶In ead.
ibi,qui ſunt percepti, ſed non conſumpti &c.dic,ꝙ præſumū-
tur conſumpti per triennium.ut no.glo. in l.ſequitur.§.fructus.
ff.de uſucapio. & ibi uide Bart.Ang.& do.Iac.& habetur in l.1.
C.ſi aduerſus uſucapin.¶In eadem ibi,non dico eadem rei uen
dicatione.no.ergo gl. ꝙ aut fructus ſunt conſumpti,& nō poſ-
ſunt peti rei uendicatione, quia res,quæ non eſt in rerum natu
ra,non poteſt uendicari,aut ſunt ſtantes,& petuntur rei uendi-
catione,ſed nō eadē rei uēdicatione,qua uendicat,& agit ad ip
5 ſam rem principalem, ſed diuerſa. ¶†Ex quo no.ꝙ ſi peto rem
cum fructibus,aut fructus ſunt cōſumpti, & ipſa res petitur rei
uēdicatione,& pro fructibus intelligitur eſſe imploratum offi
cium iudicis,quia actio non competit, & tamen equum eſt,ne
lucri faciat fructus rei meæ. & arg.l.planè.& l.ſi.& quod utro-
bique Bart.Bal.& Ang.ff.de petitione hæredita. & ſtatim dicā .
¶In eadem ibi, licèt in petitione hæreditatis ſit ſecus &c.¶No.
quòd in petitione hæreditatis iure actionis,& eadem in indiui-
duo petitione hæreditatis , qua ipſa hæreditas , uel aliqua res
particularis hæreditaria petitur , dicitur etiam petere fructus .
& pro glo.eſt tex.& glo.& ibi doc.in l. item ueniunt.§.fructus.
ff.de peti.hære.Sed ſecus, ut ſtatim dixi, in rei uendicatione, &
dicas ita,ꝙ poteſt eſſe rō differentiæ,quoniam petitio hæredita
tis eſt iudicium generale. ut l.pro ſocio arbiter.in princi.ff.pro
ſocio.ergo fructus augent, & incorporantur , ut ſic loquantur
in hæreditate,& ſic in ſui generalitate comprehenditur.ut d.§.
fructus.cū gl.ſicut dicimus, ꝙ dos eſt quid uniuerſale,ut no.gl.
in l.quod dicitur.ff.de impenſis.& no.Bar.& doc.in rub.ff.ſolu.
trat.

mat.& ideo fructus dicũtur augere ipſam dotem, & actione de
dote peti ẽt poſſunt ſimul cum re dotali. vt l.ſi marito.§. ſi. ſol.
mat.cum ibi not.ſed in rei vendicatione venit res particularis,
ergo fructus ſeparari non continẽtur appellatione illius fundi,
meritò,cum non dicatur pars ipſius fundi,ſicut partus iam edi
tus non dicitur pars viſcerum matris, vt d.l.ſi aliena.§.fin. ergo
non eſt mirum,cum ſint res ſeparatæ, & diuerſa natura, ꝙ rei
vendi. qua aſtringitur fundus,non aſtringũtur fructus ſeparati
a dicto fundo,& iſta eſt bona ratio.¶In eadẽ ibi,de percipiẽdis
aũt &c.dic,& quos ꝑcipere potuit ipſe poſſeſſor, vel ipſe actor,
qui vendic.vide doc.& Sal.in l.domum. C. de rei ven. & ego di
xi in d.§.ſi quis a non dño.dic,vt ibi dixi.¶In eadem glo. in fin.
no.& ſigna totam iſtam glo.quæ eſt magiſtra in materia. Et ad-
uertas, ꝙ glo.tota loquitur de fructibus ante litẽ conteſt. natis,
& perceptis,ſed fructus nati lite pendente,& percepti veniunt
ſemper officio iudi.mercenario deſeruienti actioni propoſitæ,
vt alia,quæ emergunt & veniunt iudicio pendente.vt l. ædiles.
§.item ſciendum.ff.de ædil.edic.licèt in ſupradictis aliter videa
tur.videte hic Io.Fab.¶ Vidimus hic, ꝙ ſi aliquis eſt damnatus
6 in rem,ſtatim debet fieri contra eum executio.†Quid in fructi-
bus?dic,aut extant,& idem quia ſtatim in eis,ſicut in re princi-
pali fiet executio.Sinautem non extant,& tunc offi.iud.tenetur
in pecunia,& fiet executio in pecunia, & æſtimatione, & ipſe
habebit quatuor menſes,qui dantur iudicatis in actione perſo-
nali.vt l.ſi.C.de vſu.rei iudi.& pro hoc facit l. ſi cum executio-
ne.§.ꝙ ſi homo.ff.quod met.cau.Et prædicta ſm Io.Fab.proce-
dunt in corporalibus.¶Quid in incorporalibus?tu dic, vt not.
Inn.in c.cum noſtris.de conceſ.præb.in gl.no.ibi, incontinenti.
ꝙ ſtatim,cum res tranſiuerit in rem iudicatam,fiet executio.&
idem Spe.in tit.de ſent.excom.§.videndum reſtat. Quod poteſt
procedere,vt ſtatim dixi,in fructibus, ſi fiat executio in ipſa re
incorporali reſtituẽda. Secus autem ſi fiat executio in intereſſe
propter moram,culpam,vel dolum non reſtituentis,quia tunc
fiet poſt quatuor menſes,vt inſpiciamus potius naturam rei,in
qua fuit condemnatus,vel in qua fit executio, ꝙ̃ naturam peti-
tionis,vt l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus. & l. ſi ſeruũ.
§.ſi.cum ibi notatis.ff.de verb.obl.& no.gl.in l.ſi.ff.quæ ſen.ſine
appel.reſcin.¶In glo.in præſenti.in ſi.dic,ꝙ immo id, quod hic
dicitur,ꝙ in reali,qñ res extat,fit ſtatim executio, poteſt etiam
habere locum qñ agitur perſonali ad rem, quia eadem eſt ra-
tio.ita ſentit gl.in l.fideicommiſſi.in prin.in ſi.magnę glo.ff. de
vſu.& ibi vide Bart.& Flor.& ſic conuenius ad vnam rem,ſiue
actione in rem,ſiue perſonali,& habeat facultatem reſtituẽdi,
dandi,vel præſtandi,ſtatim exigetur.quod no.& materiã actio
nis in rem,& materiam petitionis fructuum latè poſui ſupra de
acti.§.1.dic,vt ibi,videbis etiam formam in actione perſonali,
7 & reali,& in fructibus.¶†In hoc autem articulo, an & quando
fiat exactio,ſiue executio?iſtam quæſtionem mouit gl.in l.ſi. C.
de execu.rei iudi.& ibi Bar.& doc.quia aut agitur ad pecuniã,
aut ad ſpeciem.Si ad pecuniam,habet quatuor mẽſes.vt l. 2. C.
de vſur.rei iudicatæ,niſi fuerint per iudicem abbreuiati. vt l. 2.
ff.de re iudi.ſine cauſa autem id facere non poteſt, immo ſi fa-
ceret,ſuppleretur a lege. vt l.4.§.ſi quis condemnatus.eo.ti. Aut
agitur ad ſpeciem,& tunc aut actione reali,& habet tempus ar
bitrio iudicis,vt hic.aut agitur perſonali, & habet quadrime-
ſtre tempus.vt l.in fideic.ff.de vſur.aut agitur perſonali in rem
ſcripta,vt in actione ad exhiben.vt l.de eo.ff. ad exhib. & tunc
idem,quod in mera reali, vt hic.& idem dicit Bart.in d. l. fin.in
actione,quod met.cauſ.quia etiam ipſa eſt in rem ſcripta. vt l.
metum.§.ſi.quod met.cau.non habet tempus officio iudicis,ſi-
cut in reali.vt l.cum exceptione.§.ꝙ ſi homo.ff.quod met. cau.
in gl.Si vero agitur actione mixta,vt ĩ petitione hæreditatis,&
tunc(prout in ea veniunt perſonales præſtationes)ſapit naturã
perſonalium, vt l.hæreditatis.C.de peti. hęred. ita dicit Bart.in
l.ſi.¶Quæro,an prædicta procedant, quãdo quis eſt damnatus
ex delicto ad certam quantitatem ſoluendã parti, ita quod ha-
beat tempus,quod datur iudicatis?& reſpondet Bal.& Sal.in d.
l.fin.quod ſic.& alleg.caſum in d.l.ſi cum exceptione.§. quod ſi
homo.¶Quid ſi eſt condemnatus ex delicto,fiſco, & ſic crimi-
a naliter?iuxta gl.[a] in l.2.§.1.de ſepul.violato. Et dicunt prædicti
doctores,ꝙ videtur idem,quia fiſcus vtitur iure priuato,ſiue in
re cõi,niſi appareat de contrario.vt l.1. cum ibi no. C. de petit.
hære.in contrarium Inn.in c.quærenti.de offi.dele.vbi dixit, ꝙ
in criminali non habet locum quadrimeſtre,per l.cum reis. C.
de pœnis.cum ſimilib.& licèt d.l.cum reis.& ſimiles, loquũtur
in pęna corporis afflictiua,non pecuniaria,tamen Bal.& Sal.in
d.l.ſi.tenent,ꝙ nõ habeam quadrimeſtre, quoniam reatus om-
nem miſerationem,& beneficium excludit.vt l.1.C.vbi ſenato.

vel clariſ.ſed dictum tempus quadrimeſtre datur miſerationis
cauſa.vt l.ſi cum militi.§.1.vbi eſt tex.ſingularis. ff. de compen.
¶Quid in condemnato ad factum? & dicunt pręfati doctores,
ꝙ non habet dictum quadrimeſtre,ſed ſi petit dilationem ope-
ri competentem, illa debet dari. vt l. continuus. §. item ſi in-
ſulam. ff.de verb.obl.Aut dicit ſe non facturum, & tunc ſi eſt ta
le factum,ad quod poſſit præciſe cõpelli,poteſt detrudi in car-
cerem.quod facit, vt no.glo.& doc.in l. ſtipulat. §. ſinautem. ff.
de no.ope.nun.Bart.& doc.latè in l.ſtipulationes non diuidun-
tur.ff.de verb.obl.aut non poteſt præciſe compelli ad factum,&
tunc conferendo in intereſſe,liberatur. vt d.l.ſtipulationes non
diuiduntur.in ver.Celſus.& l.ſi inſulam.ff.de verb.ob. & ſic vſ-
que ad litis conteſtationem ſuper facto, vt ibi:& tali caſu, cum
in effectu ſit condemnatus ad quantitatem(licèt prælati docto.
non dicant)habebit quadrimeſtre tempus, vt alij qui condem-
nantur ad quantitatem.Nec obſt.ſecũdum Bal.in d.l. ſi.circa ſi.
ꝙ habuerit promiſſor tempus, quo veroſimiliter potuit opus
fieri. vt d.l.continuus.§.item qui inſulam.quia etiam obligatus
ad diem,qui habuit dilationem,& certam conuentionalem,tñ
habet quadrimeſtre tempus. Idem dico in eo,qui offert intereſ-
ſe,& ad illud condemnatur,& prædicta procedunt, quando eſt
condemnatus per diffinitiuam.Sinautem fuerit factum præce-
ptum in confeſſum ante litis conteſtationem tempore non ap-
poſito,dic,ꝙ habeat quadrimeſtre tẽpus. vt eſt caſus in l. ſi de-
bitori.de iud.& ibi gl.& idem ſentit in l.1. C. de confeſ. ¶Quid
autem ſi appoſuit tempus decem dierum, vt eſt conſuetudo.d.
l.promiſſor Stichi.§.1.de conſti.pecu.& d.l.ſi debitori.dic,ꝙ nõ
habet locum quadrimeſtre tempus,vt dicit Sal.in d.l.ſi. & Bal.
in prin.l.quod nec etiã quadrimeſtre ſuppletur, vel redigitur,
quia iudex debet ſequi cõſuetudinem,quæ derogat legi in qua-
drimeſtri tempore.& ſic non obſt.d.l.4.§.ſi quis condemnatus.
ff.de re iudi.Sed aduertas ad id,quòd dixi, ꝙ in perſonali con-
uẽtus ad ſpeciem habet quadrimeſtre. vt d.l.in fideicommiſ.in
princ.de vſuris.quia illud eſt verum,ſi conueniatur ad traden-
dum,ſecus ſi ad dandum,quia eadem eſt ratio, quia cogitur do
minium transferre.vt l.vbi autem.§.ſi.ff.de verb.obl. ſicut quan
do conuenitur rei vendicatione,quo caſu non habet dictũ tem
pus,ut hic,igitur &c.ita dicit do.Io.in d.l.vbi.§.illud.de verbo.
obli.¶Vltimo aduertas,quia dictum tempus quadrimeſtre da-
tur miſerationis cauſa.vt d.l.ſi cum militi.§.1.quod facit, ſi pro
mitto tibi decem Epheſi,& ſic ex primo locum, ꝙ habeam a le
gẽ tempus, vt l.interdictum.ff.de verb.ob.quod impedit obliga
tionem oriri,vt ibi,& ſic ante illam diem a lege ſubintellectam
male agitur,vt l.continuus §.cum ita.ff.de verb.ob. ſed qñ pro-
mitto tibi aliquid,quod eſt a longè,& tamen locus non expri-
mitur a partibus, tunc tempus miſerationis cauſa indulgetur
ſolutioni,& ante diem poteſt agi,& compenſari,vt d.l.ſi cũ mi
liti.§.1.ita dicit eleganter Bar.in d.l.continuus.§.illud &c.

A D D I T I O.

a Iuxta gl. Et ſolet illa gl. pro ſingulari allegari ad hoc, quòd quamuis pęna ſit
pecuniaria,tamen ſi applicetur fiſco.nõ tãtum dicitur criminalis, ſed crimi-
naliter inſtãtata,& illam glo.ad hoc pro ſingulari allegat Ang.ſupra de actio-
ni.in prin.in 6.coll.circa medium.

S V M M A R I V M.

1 *Fructibus de non perceptis quando quis teneatur.*
2 *Fructibus de conſumptis poſſeſſor quilibet tenetur.*

Et ſi hæreditas. ¶In iudicio vniuerſali ita fructus ve-
niunt,ſicut in ſingulari, & in vtroque
iudicio malæ fidei poſſeſſor de non perceptis tenetur, ſecus in
bonæ fidei poſſeſſore,niſi poſt litis conteſtationem. h. d. ¶ Not.
ꝙ quo ad fructus idem iudicium eſt in iudicio vniuerſali, ſicut
in particulari.tu dic, vt ſupra dixi. §. proximo. per l. item ve-
1 niunt.§.fructus.ff.de peti. hæred. ¶ † Not. quòd ſiue in actione
vniuerſali,ſiue in particulari,quando poſſeſſor ſua culpa, vel
negligentia non percipit fructus,quos percipere poſſet, ipſe te-
netur, vt hic.¶No.ꝙ bonæ fidei poſſeſſor non videtur,ꝙ tenea-
tur,niſi ad fructus extantes,vel quos habet in horreo, ſed non
ad conſumptos,vel non perceptos.Sed tu dic,vt hic in gl. & di
2 xi glo.vt ibi dixi ſupra §.proximo.¶†No.ꝙ tam in iudicio vni
uerſali,quàm in particulari poſſeſſor quilibet tenetur de fructi
bus conſumptis,vel non perceptis,vel etiam perceptis penden
te iudicio.& poteſt eſſe ratio,quia incipit titubare de iure ſuo,
& ſic efficitur in mala fide.vt l.item veniunt.§. petitam.ff. de peti-
tio.hęredit.& in §.a quo.eadem l. ¶In gloſſ. petit. in fin.an au-
tem petitio hęreditatis ſit in rem, vel in perſonam, vel mixta?
vide quę ſcripſi ſupra de actionibus.§.ſed iſte.in ver.in gl.in rẽ.

ibi.§.quędam.dic,vt ibi plenè ſcripſi.¶In gl.non habetur ratio. in fi.dic iſtam opinionem fuit ſimpliciter ſecuta.gl. I proximo. §.dic,vt ibi diai. Ego non proſequor vlterius hic materiam petitionis hæreditatis,quia eam poſui ſupra de actionibus.§.actionum autem.in verſi.in glo.hæreditatis petitione. vſq; in finem dicti §.dic,vt ibi,ne bis idem repetā,quia fruſtratorium eſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Exhibendi forma.*
2 *Condemnatus ad exhibendum ſtatim exhibere cogitur.*
3 *Vſucapionum.& præſcriptionum genera quot ſint.*

Si ad exhibendum. ¶Reus non exhibens rem, quæ in iudicio cępti exiſtit vſucapta actori pro eo,ꝙ moram exhibendo commiſit,condemnabitur, in quo veniunt fructus percepti poſt litis conteſtationē, & reo non habente facultatem rei exhibendæ,tempus,intra quod exhibeat,ſtatuitur,quia ſi contumaa in exhibendo fuerit,condem
1 nabitur inquantum actor in litem iurauerit.h.d. ¶†Not. ꝙ qui tenetur exhibere rem,non ſufficit, ꝙ exhibeat, ſed neceſſe eſt, ꝙ exhibeat in eo ſtatu, & exiſtentia, quibus res erat tempore, quo pactum fuerit ad exhibēdum,quoniam iudicium motum per actorem non debet ei facere conditionem deteriorem,vt l. 1.cum gl.& ibi doc.C.de iud.& l.aliam,cum ibi no.ff.de noua. facit l.pe.ff.ſi ex noxa.cau.aga.cum ibi no. ¶Not.ꝙ quãuis reus pendente iudicio rem vſucęperit, tamen ad rei reſtitutionem cōdemnabitur.facit l.ſi poſt acceptum.ff.de rei vend. Et ſic no. ꝙ non prodeſt reo,ſi rem pendente iudicio vſucęperit, ſecus ſi ante iudicium,quia tunc poſſet exceptionem præſcriptionis opponere.¶No.ꝙ etiam in actione ad exhibendum veniunt fructus pendente iudicio,& officio iudicis veniunt. vt l. ædiles. §.
2 item ſciendum.ff.de ædil.edi.¶†Not. ꝙ condemnatus ad exhibendum non habet quadrimeſtre tempus, ſed ſtatim cogitur exhibere.facit ſupra eodem in prin.¶Not. ꝙ petens tempus ad exhibendum debet cauere,ꝙ tempore ſtatuto exhibebit, aliàs autem dilatio aliqua non eſt ei concedenda Facit ſupra eodem in prin.& l ſi debitori.& ibi Bar.ff.de iud.¶No.quod in actione
3 ad exhibendum iuratur in litem.¶†In glo. vſucapta ſit. in fi.no. ꝙ vſucapio in rebus mobilibus,quia eſt merè fauorabilis, non interrumpitur ex iudicio moto,& ſic per litis conteſt. niſi in effectu.vt d.l.ſi poſt acceptum.Quædam eſt vſucapio merè odioſa,& illa interrumpitur ſola citatione.vt l.cum notiſſimi.C. de præſcrip.30.ann.Quædam eſt pręſcriptio mixta,vt præſcriptio. 20.vel 10.anno.& iſta interrumpitur per litis conteſt. vt l.motæ.C.de rei vend.ita dixit Bar.in l.2.§.fi.pro empto.& vide etiã Bar.in l.ſi accuſatur.ff.de adulte.qualiter autem interrumpitur præſcriptio ſtatutaria,vide Bar.in d.l.2.§.fin.& l.in omnibus.ff. de act.& obl.& de intellectu illius legis,vide Cyo.Barto.Bal.& Sal.in l.1.C.de anna.excep.¶In gl.condemnandus.in fin.dic, ꝙ condemnabitur quantum intereſt rem non fuiſſe exhibitam,nō autem in tota re,quia in tota re non intereſt ſua.vt l.Iulia.§.fi. ff.ad exhib.niſi per ipſum actorem fuerit etiam petita res exhiberi,& poſtea reſtitui.vt l.Celſus.ff.ad exhiben. quoniam valet talis libellus,peto exhiberi librum,quo exhibito, peto mihi vt domino reſtitui.vt arg.l.1.cum gl.ff.de act.emp.in prin. de quo vide quæ ſcripſi ſupra de act.§. ruſſus. ¶Et aduertas, ꝙ hic eſſent examinandæ duæ materiæ.primò de iureiur.in litem,verũ, quia latè ſcripſi ſupra de acti.§.præterea quaſdam.in prin.ideo hic omittam.dic,vt ibi dixi.ac etiam eſſet tractanda materia ad exhibendum,quam tractaui in d.§.præterea quaſdam.in verſic; in gl.exhibeat.in fi.ideo omitto hic,& ibi ſcripſi plenè.

S V M M A R I V M.

1 *Adiudicandi locus,& forma.& 3.*
2 *Differentia inter iudicium familię erciſcũdę, & cõmuni diuidũdo.*

1 Si familiæ erciſcundæ. ¶†Iudex in actione familiæ erciſcundæ,& communi diuidundo,ſi ſint plures res communes,ſingulas ſingulariter adiudicabit.& ſi vna pluris valeat,quàm altera,in pecunia condemnabit.& hæres,qui percepit fructus, vel malè verſatus fuit in re communi,tenebitur cohæredibus,ſi vero res ſit,quæ diuiſionem non recipiat,adiudicabitur vni inſolidum,qui condemnabitur conſocio in pecunia.h.d.¶Not.quòd in iudicijs diuiſorijs iudex poteſt vni adiudicare vnam rē maioris pretij, & alij aliam rem minoris pretij,ſed poſtea pecunia adæquare, & cōdemnare illum,cuius res plus valet, alteri in quantitate pecuniæ,ita ꝙ poſtea partes efficiantur æquales,quia omnia per pecuniam facta ſunt,& ad pecuniā poſſunt reduci.vt ff.de fideiuſ. l.ſi ita fideiuſſorem &c.¶No.ꝙ hoc iudicium competit pro fructibus,quos vnus ex hæredibus percepit ex fundo communi, & ſic datur pro omni eo,quod aliquis ex ſocijs commoditatis, & lucri plus altero ſocio receperit ex rebus cõmunibus. ¶Not. ibi,qui rem hæreditariam corruperit. ꝙ cohæres,qui corrupit, deuaſtauit,vel maculauit,vel conſumpſit rem communem,te-
2 netur alteri cohæredi iſto iudicio.¶†Not.differentiam inter iudicium familiæ erciſcun.& communi diuidundo, quia iudiciũ familiæ erciſcun.datur pro aliqua hæreditate diuidenda, & ſic pro aliquo vniuerſali,vel pro eo,quod venit ex dicto vniuerſali,vel generali,ſed iudicium communi diuidũdo,competit pro
3 diuiſione alicuius rei,vel rerũ ſingularium communiũ.¶†Not. ꝙ quando petitur diuiſio ſuper vna re communi, ſi commodè diuiſionem recipiat,pars vnicuiq; per iudicem eſt aſſignanda. Si autem non recipiat commodè diuiſionem,tunc vni tota res adiudicari debet,& ſic alteri ſocio in æſtimatione partis eſt cōdemnandus. Verum,quia materiam iſtorum iudiciorum,videlicet familiæ erciſcun.& communi diuidundo, ego latè poſui ſupra de actio.§.quædam,ideo hic omitto.dic,vt ibi ſcripſi &c.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ex neceſſaria cauſa rem alterius poteſt dare alteri.*
2 *Dominium an ex ſola ſententia non transferatur.& nu.4.& 5.*
3 *Limitatio ad l.3.§ ſubtilius ff.de cond.ob cauſ.*

Si finium. ¶In iudicio finium regundorum,iudex de fundo vnius alteri adiudicat, ſi viderit expedire eumque,cui de fundo alieno adiudicat,condemnat in pecunia, & ſi quid malitioſe reperit circa confinia geſtum eſſe, eius nomine condemnat,& adiudicatione iudicis dominium transfertur.h.d.¶Not.ꝙ iudex in iudicio finium regundorum nunquã de fundo vnius poteſt dare alteri, niſi ex neceſſaria cauſa, vt commodius ſit vtriuſque agros alijs confinibus diuidi, & di-
1 ſtingui.¶†Not.ꝙ iudex niſi ex neceſſaria,& vtiliori cauſa non poteſt rem alterius dare alteri, ſicut princeps non poteſt mihi tollere dominium rei meæ,& dare alteri ſine cauſa, vt l. item ſi verberatum.in fi.ff.de rei ven.& l. Lucius.in princ.ff.de euic.& no.Ang in d.l.item ſi verberatum.& no. Bart. in rubr. in prima conſtitutione digeſtorum.in prin.& ibi Bal.& doct.& no.doc. in l.fi.C.ſi contra ius vel vti.publi.¶Not.ꝙ ille, qui malitioſe ſe geſſit circa confines,vt quia lapides,vel arbores finales extraxit,vel excidit,tenetur,& puniri poteſt de termino moto.¶No. ꝙ ille,qui non patitur metiri fundum ſuum ad mandatum iudicis,vt contumax & inobediens poteſt puniri.¶Not.& ad hoc ſemper allegatur,ꝙ ex ſententia,& adiudicatione iudicis, dominia transferuntur.¶In glo.1. vſque ad glo.fin.&c. de hoc iudicio finium regun. quia latè dixi ſupra de actio. §. quædam.in verſi.in gl.item finium.in fi.&c.vſq; ad finem dicti §.dic, vt ibi plenè diai.¶In gl.fi.ibi,quæ ſic accipe,ſi fuerit facta miſſio.not.
2 & tene menti,iſtam gl.quæ ſemper allegatur,†ꝙ ex ſola ſententia iudicis non transfertur dominium rei adiudicatæ in actorē vincentem,immo opus eſt,vt poſtea virtute dictę ſentētiæ per iudicem,vel per nuntiũ nomine iudicis mittatur actor in poſſeſſionem dictæ rei adiudicatæ.Et poteſt eſſe ratio,quia cum factum iudicis dicatur factum partis,vt l.ſi ob cauſam.C.de euic. licèt pars concedat alicui titulum ſuper aliqua re, non tamen transfert dominium ſuæ rei,niſi actualiter tradat, vt l. traditionibus.cum ibi notatis per gl.& doc.C.de pac. vel pro eo conſtituat ſe poſſidere,vt l.quod meo.ff.de acqui.poſ.in prin.ergo iudex non transfert dominiũ,niſi rem tradat.¶In ea.ibi, ſed quid rei vendicatione,ſi res eſt alienata.&c.dic,ꝙ gl.hic vr̄ reuocare in dubium id,quod gl.ſ̄.in prin.aſſertiuè dixerat. Sed potes dicere,ꝙ gl.in prin.loquitur fortè.in actione fini.regũ.de qua loquitur tex.hic:aũt loquitur glo.in rei vendica.& aduertas,quia id,quod gl.tenet,& dicit in l.ex hoc iure gen.ff.de iuſti.& iu.& idem in l.3.de publi.Sed contrarium vr̄ tenere in l. exceptio.ff. de excep.rei iud.ſed pro prima parte facit l.ſi mater,§.eandem. in verſi.& ſi furte.ff.de excep.rei iudi.& l.ſi. eo.tit.& l.ſtatuliberi a cæteris.§.1.ff.de ſtatulib.pro alia parte facit d.l.exceptio.& rationes ibi allegatæ in gl.Item ſentētia eſt de iure ciuili, ergo nō poteſt transferre dominium,quod eſt de iure gentium, vt l. ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. Potes concordare opiniones,& dicere,ſi pronuntietur rem ad Titium pertinere,transfertur vtile dominium,vt hic in gl.cum ſimilibus,non autem directum dominium. Ita loquuntur gloſſæ contrariæ.vt l.3.§.1.ff.de arbi.vel dic,vt colligi poterit ex his,quæ infra dicam.¶In ea.ibi l.ſi mater.in fin.not.ex iſta glo.& clarius colligitur ex gloſſ.in l.Pomponius.

pooins.§.ſi iuſſu.ff.de acquir.poſſe. ꝙ in obtinente in publicia-
na per ipſum iotentata,ſi conuentus fuit dominus, transfertur
viucapiendi conditio.& hoc tenet ibi Bar. allegat l. ſtatuliberi
a cęteris.§. Quintus.ff.de ſtatulib.ad ſi. Sed aduertendum eſt ſe-
cundum Ludo.in d.§.ſi iuſſu.inquantum dicit Bar.ꝙ ſi conuen
